Teſtes quot requirantur ad probandum ſcripturam per comparationem, c. ſi ſcripturam, num. 4. de fide inſtrum. 113
Teſtes vbi agitur de crimine ſunt monendi, non autem cogendi ferre teſtimonium, c. ex parte, no. 4. de teſtib. & atteſta. 105
Teſtes ſalſa dixiſſe non ſufficit, niſi probetur quod corrupti ſalſum dixerint, c. licet cauſam, nume. 2. de proba. 103
Teſtatoris voluntas ſola in teſtamento transfert dominium in legatarium ſine traditione, capit. Raynaldus, numero ſexto, de teſtamentis & vltimis voluntat. 166
Teſtis, qui ſemel contra aliquem in cauſis criminalibus teſtificatus eſt, amplius contrarium teſtificari non poteſt, ſecus eſt in ciuilibus, capitulo cum P. Manconella, numero decimo, de accuſa. inquiſi. & denuncia. 200
Teſtium refert veritatem dicere de his, quæ 5. ſenſibus corporis percipiunt, c. cum cauſam, nume. 2. de teſtib. & atteſta. 108
Teſtes ſi ſint inducti ſuper vno articulo, an reſtitutio ſit danda. Et quid ſit dicendum, ſi poſt publicatas atteſtationes repellerentur omnes teſtes propter excommunicationem, c. auditis, nu. 3. de reſtitu. in integrum. 73
Teſtes eiuſdem partis ſi ſibi contradicerent, ne his eſt credendum, c. licet cauſam, numero quarto, de probationibus. 103
Teſtes in actione de dolo vel metus cauſa, an idem debeant ſeruare, quod in actione poſſeſſorij, cap. ſuper hoc, no. 3. de renun. 39
Teſtes qui pro me ſemel teſtificati fuere, non poſſum amplius reprobare. Idem dicendum in iudice, c. cũ venerabiles, nu. 7. de ex ep. 128
Teſtes interrogari poſſunt, an ſint de crimine condemnati, c. cum ſuper, nu. 2. de confeſſis. 102
Teſtium receptio, ſiue confeſſio vbicunq; ſuit, dummodo de iudicis mandato ſiat, inter acta iudicij cõputabitur, c. quoniam, nu. 1. de proba. 104
Teſtium dicta obſcura non ſunt per alios declaranda, capitulo cum clamor, num. 3. de teſtibus & atteſtationibus. 110
Teſtimonium ferre qui cogendi ſint, vide in num. 3. 4. 5. & ſexto, capitulo cauſam, nume. 2. de teſtib. cogendis. 112
Teſtimonium ſecundũ, an poſſit aliquid derogare priori teſtimonio, c. veniens, num. 4. de teſtibus & atteſtationibus. 108
Teſtimonium, in quo non eſt reddita, neque petita cauſa an valeat, c. cum cauſam, num. 1. de teſtibus & atteſtationibus. eod.
Teſtimonium an valeat, quod nullo corporis ſenſu apprehenditur, c. cum cauſam, num. 3. de teſtibus & atteſtationibus. eod.
Teſtimonium ferre in cauſa criminali nemo eſt cogendus, capitulo cauſam matrimonij, num. 1. de teſtibus cogendis. 112
Titulus probatur in longa præſcriptione, in longiſſimo vero minimè, capitulo dudum, numero primo, de decimis. 171
Titulum ſuæ poſſeſſionis num quis cogatur probare, capitulo quia cunctis, numero quinto, de conceſſio. præben. 160
Titulum allegare quando ſit, vel non ſit neceſſe, vide in nu. 4. 5. 6. & 7. c. ſi diligenti, nume. 2. de præſcrip. 124
Titulus eſt neceſſarius in canonica præſcriptione, quæ eſt ad minus 40. annorum, c. ſi diligenti, num. 1. de præſcrip. eod.
Tranſactio & permutatio in ſpiritualibus an ſit licita, vide in num. 2. cap. ſtatuimus, numero 1. de tranſact. 68
Tranſactio facit ceſſare auxilia contra eum, cum quo interuenit tranſactio, c. ſicut graue, numero 2. de tranſact. eod.
Tranſactio facta de re ſpirituali aliquo temporali dato, an valeat, capitulo præterea, numero primo, de tranſact. 69
Tranſactio an & quando in criminibus habeat locum, c. crimina, ſub numero primo, de col. deteg. ſol. 214
Tranſactio ſpecialis non obeſt alijs ſpeciebus, c. ſicut graue, nu. 1. de tranſact. 68
Tranſactio ſuper vſuras non valet, c. grauis illa, nume. 1. de depoſitu. 160
Tranſactio dolo facta an valeat, & an noceat ſucceſſoribus Epiſcopi vel Abbatis, an & quando poſſunt

ſunt alienare res immobiles vel redditus, c. ſtatuimus, num. 1. de tranſact. 68
Tranſactio non valet, niſi fiat in Eccleſiæ vtilitatem, c. de cætero, nu. 4. de tranſact. 69
Tractare communiter poſt mortem prælati de ſucceſſoris electione non eſt illicitum, c. bonæ memoriæ, nu. 5. de elect. & electi poteſta. 30
Tractatus vt dicatur, quæ requirantur ad hoc, c. bonæ memoriæ, numero quarto, de electio. & electi poteſta. eod.
Treuga Canonica conuentionalis ſemper eſt ſeruanda, c. Treugas, nu. 1. de treuga & pace. 68
Turpe eſt alienis manibus quærere, quod apud ſe inuenire debet, c. cum in cunctis, nu. 1. de electio. & electi poteſta. 19
Tutor quilibet ſolus adminiſtrare poteſt, ſecus eſt in delegato, qui ſine condelegato nihil facere poteſt, et id quod dicitur de tutore, idem procedit in iudicibus ordinariis, c. prudentiam, nu. 14 de offi. & poteſta. iudi. deleg. 55
Tutor ſuo periculo actorem conſtituere poteſt, c. accedens, nu. 5. de procur. 72
Tutor & procurator in iuramento de iſtius iurare debet in animam ſuam, c. præſentium, nu. 5. de teſtib. & atteſta. 111
Tutor poteſt agere contra eccleſiam, à qua beneficium habet, c. cum ſacerdotibus, nu. 1. de poſtul. 70
Timor in electione non eſt tantæ efficaciæ, vt electio non valeat, niſi prius proteſtarentur electores ſe eam ducti timore facere, & quid ſi non proteſtentur. c. Cumana, nu. 1. & 2. de electio. & elect. poteſtate. 34
Timor iuſtus intruſionis ſufficit ad reddendam electionem nullam, c. bonæ memoriæ, nu. 3. de electio. & electi poteſta. 24

V

VAcante ſede ea quæ iuriſdictionis ſunt, deuoluuntur ad capitulum, c. ex te, de reſcrip. nu. 4. 5
Vacillatio eſt cauſa ſufficiens repellendi teſtes, c. cum eccleſia, nu. 6. de cau. poſ. & proprie. 92
Vagationis delictum ſufficit ad priuationem Eccleſiæ, c. ex tua, nu. 4. de cleri. non reſideo. 145
Vaſalli ad quæ ſeruitia teneantur dominis, c. ſicut, nume. 2. de iureiur. 117
Vaſallus an poſſit iudicium dimittere, item an pares omnes ſint vocandi, c. cæterum ſub nu. 3. de iud. 80
Velum conſecrationis à quo, & à quibus dari debet, c. ſubdiaconos, nu. 2. de tempo. ordi. 42
Veſtigalia publico cõducere non poſſunt clerici, c. magnus epiſcopus, nu. 4. de obligatis ad ratiocinia ordi. vel non. 48
Vendicatio rei competit etiam contra non poſſidentē, c. cum ſuper, nu. 8. de ſen. & re iudi. 117
Vendicatur eccleſia, res vero corporales certæ ſingulariter diſtinctæ petitur, c. cum venerabilis, nu. 2. de relig. domib. vt epiſcopo ſint ſubiectæ. 179
Venditio & miſſio ex ſecundo decreto, infra quod tempus ſit facienda, c. dilecto filio, nu. 3. de verborum ſignifica. 235
Venditio ſit rata, niſi contra latitantem, c. dilecto, nume. 3. de verb. ſignifi. eod.
Venditio iuſta vel alius contractus beneficio reſtitutionis reſcindetur, c. quod ſicut, nu. 6. de electio. & electi poteſto. 26
Vendi. & hypo. rei, ex teſtamento competunt etiam pro legatis, c. Raynaldus, nu. 3. de teſtam. & vlti. volunta. 166
Venditiones factæ à prælatis ſine cõſenſu capituli, an valeant, c. cum cauſa, nu. 1. de ſen. & re iud. 126
Venientes ex tranſuerſo, ſemper remittendi ſunt ad tuitionem, qui cognoſcit inter alios, c. humilis doctrina, nu. 4. de maio. & obed. 68
Verba, committo tibi voluntatem meam, quid important, c. cum tibi, nu. 1. de teſta. & vlti. volun. 165
Verba in compromiſſis conditionaliter ſunt intelligenda, c. per tuas literas, nu. 2. de arbi. 78
Verbum teſtis ambiguum interpretatur pro eo, contra quem producitur, c. in præſentia, nu. 9. de probationibus. 103
Verba, quod, vel quæ, ſi cõ ponuntur in literis, videntur ad aliquid poni, c. ex ore ſedentis, nu. 1. de priuil. & exceſ. priuil. 220
Verbo, ſi abſque liberis, quid importent, c. Ioannes, de teſtamen. & vlti. volun. 167
Verborum conceptio eſt inſpicienda, vt ſciatur quę ad ſucceſſorem tranſeant, c. quoniam, nu. 3. de offi. & poteſta. iudi. deleg. 53
Verba cum effectu recipienda ſunt, c. in literis, ſub nume. 1. de offi. iudi. deleg. 52
Verba priuilegij vel indulgentiæ, cur Papa non largiſſime interpretatur, c. licet, nume. 4. de tranſlatio. præla. 38
Verba matris & filiæ quid important, c. ſi vero, ſub nu. 2. de ſen. excom. 225
Verba, ſine ſtrepitu iudicij, & de plano, quomodo ſint intelligenda, c. olim, ſub nume. 1. de accuſatio. & inquiſi. 204
Verba, fratres vel filios, in literis Papę poſita, quid important, c. quam graui, nu. 1. de crimi. fal. 214
Verba illa, ratione Archid. vel ad eius Archid. ſpectantibus, & c. comprehendunt non ſolum iura, quæ debentur ex iure vel priuilegio, ſed etiam contra quę debẽtur ex conſuetudine, cap. dilecto filio, ſub nu. 2. de offi. Archid. 50
Verbum, præter, de ſui natura eſt excluſiuum, c. dudum, nu. 19. de elect. & electi poteſta. 36
Verum eſſe id præſumitur, quod in inſtrumento dicitur de perſonis, quæ in inſtrumento nominantur, c. cũ in iure, nu. 5 de offi. & poteſta. iudi. deleg. 59
Veritas dici à procuratore cum iuramento an poſſit, c. præſentium, nu. 10. de teſtib. & atteſta. 106
Veritas an & quando ſit celanda, c. cauſam, ſub nume. 1. de teſtibus cogendis. 112
Via eſt duplex, quę ducit nos ad vitam, c. maiores, nume. 4. de baptiſ. & eius effect. 187
Vicarius an habeat iuriſdictionem ordinariam, c. tua nobis, nu. 1. de offi. vicarij. 51
Vicaria quando habeat locum, c. prouideas, num. 1. de offi. vicarij. eod.
Vicaria cognitio & iuriſdictio ordinaria ineſt, c. Archid. nu. 1. de offi. Archid. 50
Victor prior, ſi vult ſuſcipere defenſionem cauſæ, præfertur illi, cui nunc de nouo alius mouere cœpit eã, c. cum ſuper, nu. 4. de ſen. & re iudi. 127
Victualia ſamens, vt carius vendat, grauiter peccat, c. multa ſunt, nu. 2. ne clerici vel monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant. 189
Videns cauſam ſuam ſuo nomine agi per falſum procuratorem, ne contradicit, ſibi præiudicat, c. ex parte decani, nu. 2. de reſcrip. 12
Vidua à quo velum religioſum accipiat, c. ſubdiaconos, nu. 2. de tempo. ordi. 42
Viduæ, pupilli, orphani & aliarum miſerabilium perſonarum iudex competens quis ſit, c. ſuper, nu. 1. de verb. ſignifi. 235
Vidua vt dicatur profeſſa, ſeu velle fieri conuerſo, in nu. 2. 3. 4. & 5. c. vidua ſponte, nu. 1. de regula. & tranſeun. ad relig. 172
Viduæ an ſint de foro eccleſiæ, c. ſignificantibus, nu. 1. de offi. & poteſta. iudi. deleg. 60
Viles & infames quando admittantur ad accuſationem, c. cum P. Manconella, nu. 3. de accuſ. inquiſi. & denun. 200
Vir in quibus caſibus non poſſit obijcere adulterium vxori, c. intelleximus, num. 1. de adulterijs & ſtupro. 212
Vir an poſſit petere reſtitutionem mulieris, cum de iure non ſit eius vxor, & vide in nu. 4. & quid ſit dicendum, c. ex parte, nu. 2. de reſti. ſpol. eod.
Viri idonei duo æquiualent tabellioni, c. quoniam, nume. 2. de proba. 104
Viri frigiditas quotupliciter probetur, c. accepiſti, nume. 2. de frigidis & malef. 196
Viri & mulieris probationes quando ſunt pares circa impotentiam coeundi, quæ præferantur, c. accepiſti, nu. 5. de frigi. & malefi. eod.
Virginitas eſt voti, ſed non præcepti, c. vel non eſt cõpos, nu. 1. de tempo. ordi. 43
Vini & aquæ coniunctio quid ſignificet, c. cum Marthæ, nume. 2. de celebra. miſſ. & ſacramen. Euchariſt. 186
Virilia ſectus an & quando poſſit promoueri, c. ſignificauit, nu. 1. de corpo. vitia. ordi. vel non. 48
Virtus præſentationis tanta eſt, vt ſi ſecundus impetrans prius præſentat ſecundas literas, in quibus continebatur, ſi pro alio non ſcripſimus, præfertur tamen in beneficio, c. mandatum Apoſtolicum, de reſcrip. num. 2. 13
Vis quotuplex eſſe dicatur in rebus, c. Epiſcopi, nu. 1. de rebus eccle. alien. vel non. 159
Viſitatio quando dicatur plenè facta, c. Romana, nume. 2. de cenſi. exact. & procur. 185
Vis an ſit facienda, ſi dominus dicat, præficio talem vel inſtituo tali negociationi, an dicat, facio procuratorem meum talem in tali negociatione, c. quod quibuſdam, nu. 3. de fideiuſ. 162
Vis non eſt facienda etiam malo poſſeſſori, c. ſignificauit nu. 2. de cenſi. exact. & procur. 183
Vim rebus ablatam vindicare licet, c. olim cauſam nume. 6. de reſti. ſpol. 96
Viſitatores non poſſunt rectores alienius loci remouere, ſed Epiſcopum renunciare, c. in ſingulis, nu. 2. de ſtatu mona. & cano. regula. 278
Viſitatores poſſunt punire monachos, deponere vero & remouere non poſſunt, c. ea quæ, nu. 1. de ſtatu mona. & cano. regula. eod.
Viſitatione quæ ſint facienda, c. Romano eccleſia, nume. 4. de cenſi. exact. & procur. 185
Viſitator non debet quemquam cogere ad dicendum veritatem ſuper his, quæ ſunt corrigenda, nec ſuper hoc iuramentum exigere, ſed ſimpliciter quærat, & volentes reſpondere audiat, c. Romana eccleſia, nu. 4. de cenſi. exact. & procur. eod.
Viſitati tenentur reſpondere his, quæ ad viſitationem pertinent, c. Romana eccleſia, nu. 4. de cenſi. exac. & procur. eod.
Vitium perſonæ in modum exceptionis probatum præiudicat in alia electione, c. ſuper eo, nu. 1. de elec. & electi poteſta. 21
Vitium de nouo contingens, non debet ſeparare matrimonium, c. ex literis tuis, nume. 1. de frigid. & malefi. 196
Vnio non facit præiudicium epiſcopo, in cuius territorio eccleſia ſita eſt, c. ſolet à nonnullis, nume. 9. de ſen. excom. 232
Vniuerſitas an excommunicari poſſit, c. conſulti, nume. 5. de procur. 72
Vniuerſitas an per ſe agere & per ſe iurare poſſit, capitulo paſtoralis, nu. 2. de iudi. 81
Vniuerſitas quæ pœna puniatur, ſi contra eam agatur criminaliter, c. grauem, nume. 2. de ſententia excommunicationis. 231
Vniuerſitas an valeat excommunicari, c. grauem, nume. 1. de ſen. excom. eod.
Vniuerſitas quæ ſit, & quis vniuerſitatem facere poſſit, c. cum ob eccleſia. nu. 1. de offi. ordi. 63
Vniuerſitas religioſorum per alium iurare poteſt, capitulo paſtoralis, nu. 3. de iudi. 81
Vniuerſitas poteſt procuratorem conſtituere etiam in rebus non ſuis, c. cum cauſam, nume. 2. de iura. calum. 88
Vniuerſitas ſi conſtituit procuratorem, ipſe dicitur ſyndicus, c. cum cauſam, numero ſecundo, de iura. calum. eod.
Vnctio ſacra quam habeat ſignificationem, c. cum veniſſet, nu. 1. de ſacra vnctione. 46
Vnio quot modis fiat, c. vnionis, nu. 1. ne ſede vacante aliquid innouetur. 156
Vno ex duobus procuratoribus conſtitutis mortuo, an poſſit ſuperſtes agere, & quid ſi duo in aliqua cauſa conſtituti ad defendendum, vnus confitetur, alter negat, c. in noſtro, nu. 2. & 3. de procur. 70
Vox ſi pro pluribus admittitur, tantum poteſt vox eius, quãtum ſi omnes voces ſuas dediſſent, cap. ſcriptum eſt, nu. 4. de elect. & electi poteſta. 31
Vocandus eſt citatus ad teſtes recipiendos, vel ad aliũ articulum ſpiritualem, licet ſit contumax, c. ex electio, ſub nu. 1. de elect. & electi poteſta. 34
Vocare ſuffraganeos ad conſecrationem Archiepiſcopi quis poſſit, mortuo Archiepiſcopo, c. nec epiſcopi, de tempo. ordi. 43
Vocatio & admonitio an ſit neceſſaria in notorie, capitulo

quidam ſit Romana, nu. 2. de appel. 131
Sacerdotes qui conſpiratam perſonam nominauerunt, non praeſtabunt rei ſuffragium, c. bonæ memoriæ, nu. 6. de elec. & electi poteſta. 30
Voluntas an ſola faciat aliquem irregularem, & in num. 4. c. ſignificaſti, nume. 1. de homi. volun. vel caſuali. 211
Voluntas teſtatoris poteſt alibi impleri, ſi in certo loco ab eo conſtituto fieri non poteſt, c. nos quidem, nu. 1. de teſtam. & vlti. volun. 164
Voluntas non exitus ſpectatur in maleficijs, c. nuper à nobis, nu. 2. de bigamis. 49
Voluntas priuatorum an poſſit facere aliquid contra generalem conſtitutionem, & contra leges, c. in noſtra, nu. 3. de procur. 70
Vota an habeant diſpenſationem, c. de peregri. nu. 2. de voto & voti redemp. 176
Vota, in quibus offeruntur têporalia, nô improbãtur, c. ſcripturæ, nu. 2. de voto & voti redemp. eod.
Voti & habitus ſuſceptionis differentia, c. perlatum, nu. 3. de his quæ vi metuſue cauſa fiunt. 73
Votum conditionale an ſit validum vel non, c. in elec. de elect. & electi poteſta. 38
Votum quando dicatur ſimplex, & quando ſolenne, c. porrectũ, nu. 5. de regu. & tranſe. ad relig. 173
Votum an poſſit commutari, c. de peregri. nu. 1. de voto & voti redemp. 176
Votum irritatur ex cõditionis ſiue generalis, ſiue ſpecialis defectu, c. ſcripturæ, num. 1. de voto & voti redemp. eod.
Votum ſolenne ſicut non tenet poſt matrimonium contractum, ita poſt ſponſalia de futuro non tenet votum ſimplex, capitulo veniens, nume. 1. qui cleri. vel vouentes. 194
Votum an & quando impediat matrimonium, c. fraternitatis, nu. 5. de frigid. & malefi. 196
Votum ſolennizatur per habitus ſuſceptionem, & an ſine habitu votum poſſit ſolennizari, c. inſinuãte, nu. 2. qui clerici vel vouentes. 194
Votum quid ſit, & quis poſſit vouere vel non, in nume. 2. c. veniẽs, nu. 1. qui cleri. vel vouentes. eod.
Vouens quando peccet exigendo debitum coniugale, c. dudum, nu. 4. de conuer. coniug. 175
Votum ſolenne quando & quo caſu dicatur, & in nume. 3. c. dudum, nu. 2. de conuer. coniug. eod.
Vouere qui poſſunt, c. ſcripturæ, nu. 2. de voto & voti redemp. 176
Votum continentiæ quando impediat matrimonium, c. ex parte, nu. 1. de conuer. coniug. 175
Votum quid ſit, & per quantũ tempus ſumetur, c. ad noſtrã, nu. 3. de regula. & tranſeun. ad relig. 172
Votum inuito vxore factũ, quando impediat matrimonium, c. quidam, nu. 1. de conuer. coniug. 174
Votum continentiæ vel religionis non dicitur propriè ſolenne, niſi ſit de præſenti, c. per tuas, nu. 1. de voto & voti redemp. 177
Vſucapio & preſcriptio, an & quando currat contra pupillum, & an currat contra Eccleſiam & Remp. c. requiſiuit, nu. 2. de reſti. in integ. 74
Vſura quid ſit, & an liceat fideiuſſori recipere vltra ſortem, nu. 2. c. plures cleri. nu. 1. de vſuris. 213
Vſura an contrahatur ex ſola intentione, c. conſuluit nos, nu. 1. de vſur. eod.
Vſura non tollitur per periculi ſuſceptionem, c. nauiganti, nu. 1. de vſur. 214
Vſura an & quando contrahatur in emptione, ibidem in num. 2.
Vſurarius an excuſetur, ſi nullus repetat ab eo, vel ſi nunciet, & in nu. 3. & etiam in nu. 4. c. quia fruſtra, nu. 2. de vſur. 213
Vſurarum repetitio an & quando datur hæredi, & contra hæredem, & quid iuris, ſi hæres non poteſt ſatisfacere illis, à quibus vſuras accepit, cap. Michael laicus, nu. 1. de vſur. 214
Vti cibarijs paganorũ an ſine aliqua indulgentia quis poſſit, c. quam ſit laudabile, nume. 1. de Iudæis & Saracenis. 208
Vulnerauerunt cum duo aliquem, quis eorum teneatur de homicidio, c. ſignificaſti, nu. 3. de homici. voluntа. vel caſuali. 211
Vxor ordinati non poteſt cogi, vt intret religionem, c. coniugatus, nu. 1. de conuer. coniug. 174
Vxoris taciturnitas in ordinando an ſufficiat, c. coniugatus, nu. 1. de conuer. coniug. eod.
Vxor poteſt repetere dotem, ſi videt maritum vergere ad inopiam, c. per veſtras, num. 2. de dona. inter virum & vxorem. 199
Vxoris ſatiſdatio pro dote, quo caſu teneat, vel non, c. per veſtras, nu. 1. de dona. inter vir. & vx. eod.
Vxor eſſe quomodo probetur, & quæ ſunt in reſtitutione vxoris probanda, c. ex parte, num. 3. de reſti. ſpoliatorum. 96
Vxoris uel mariti ingreſſus in quibus caſibus ualeat, uel non, in nu. 3. 4. & 5. c. quidam, nu. 2. de conuer. coniug. 174
Vxor an admitti poſſit ob aliquam cauſam, & quid de ſponſa. c. quemadmodum, nu. 3. de iureiur. 118
Vxor quamuis ad mandatum iudicis dimiſſa ſit, nihilominus agi poteſt, c. cauſam, nu. 2. de offi. & poteſta. iudi. deleg. 53
Vox propria in ſpiritualibus alicui prodeſt, c. cum in iure, nu. 4. de elect. & electi poteſta. 29

Explicit Index, quem nouiſſimè præter Baldi Margaritam huic diuino operi addere curauimus, vt facilius hinc vnaquęque materia atque verborum ſenſus pateant. Quantæ autem vtilitatis id fore ſtudioſis exiſtimauimus, ex ſe facilè quiſq; inſpiciet, cum ſerie hac alphabetica omnia tali ſtudio inſerere curauimus, vt maiora quidem deſiderari nequeant.

INNOCENTII QVARTI PONTIFICIS MAX.

In Quinque Libros Decretalium,

Acutiſsima Commentaria, quàmplurimis Adnotationibus illuſtrata, fœliciter incipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Ventris appellatione venit mens apud Ezechielem, ſecundum Inno.*
2 *Quæ impulerint Innocentium ad gloſſandas Decretales.*
3 *Negociorum intricatio, & caſuum varietas, reddit Decretales intellectu difficiles.*
4 *Decretales antea corrupta, & ab Inno. emendata, quæ ſint.*

PROOEMIVM.

LEgitur in Ezechiele. 3. c. Venter tuus comedet, & viſcera
tua complebũtur volumine iſto, quod
1 ego do tibi. † Per ventrem, qui eſcas
recipit, mens intelligitur, quæ rerum
ac ſcripturarum notitias recipit, coquit, & digerit meditatione ſolicita
& frequenti. Viſcera autem implentur, cum deſiderium, voluntas, & intentio intimo ſapore ſcripturarũ ſatiantur. Sunt. n. multi, qui multa legunt, ſed vacui recedunt, qui mente quidem intellectum percipiunt, ſed in cordis deſiderio ſeruanda non ponunt ſimiles illis, qui, vt dicit Hiere. venerunt ad hauriendum aquam, ſed vaſa ſua vacua reportauerunt, & ideo confuſi ſunt pariter & afflicti. Vos igitur harum ſcripturarum & ſacrarum conſtitutionũ
lectores, earum intellectum ſanum in vẽtre mentis veſtræ percipite, coquite, & frequenti meditatione digerite, & mẽtis deſiderio intra mentis viſcera ſeruanda reponite, non ad vanam
gloriam, non ad theſauros congregandos, ſed vt rectè cauſas
2 tractetis, & iuſto libramine terminetis. † Quas vt facilius intelligere poſsitis, quaſdam gloſſas appoſuimus, ſicut ex diffinitionibus quotidie & continuè apud ſedem Apoſtolicam emergẽtibus, ac ẽt ex neceſsitate tex. quarũdam Decretalium corruptarum in regiſtro eiuſdem ſedis vigilanti ſtudio inquiſitarum
plenius colligi potuerũt, cuius tex. corruptio, & veritas ad eiuſ-
3 dem loca trãſmittantur per ordinem adnotata. † Nec miremini, ſi alicubi ſunt difficiles ad intelligendum, quia hoc facit intricatio negociorum & caſuũ varietas, qui in eis, vt melius potuimus, extricantur. Igitur tam Doctor, quam Auditor, dum in
ſcholis legunt, multa de prædictis gloſsis poterunt omittere, &
ſtudio cameræ pro diſcuſsionibus, & diffinitionib. cauſarũ pro
tempore reſeruare, & ſic comeſtum volumen iſtud diuiſim efficietur in ore ipſorum facile & delectabile, ſicut mel, quod prius
videbatur difficile: ſolicitè attendentes, quod in hoc vol. multi caſus, & articuli vtiles & neceſſarij tam in conſilijs animarum &
pœnitentiali foro, quàm in regendis & diſponendis eccleſijs, & rebus eccleſiaſticis, & prælatis, & ẽt qualiter circa perſonam ſuã
& ſubditorum ipſi prælati ſe habere debeant aduerſitatis tem-
4 pore, ſunt expreſsi, quos gloſſatores alij omiſerunt. † Iſtæ ſunt
Decretales, quæ corruptæ erant, & ſunt ſm veram literam regiſtri emẽdatæ. Prima eſt de ele. bonæ me. M. in fi. vbi dicebatur,
confirmantes, debet dicere, duximus confirmandam. ſ. quondam, ſm quod in pen. gl. ibi no. Secunda eſt eo. tit. Auditis, in prin.
& ẽt in fi. In principio, vbi dicebatur, vnam de G. Arch. & alteram de R. ſubdia. debet dicere, vnam de R. Arch. & alteram de
Magiſtro R. ſubdia. Item vbi ſequitur, decanus cum pauciorib.
in ipſum R. & cantor cum pluribus in dictum Arch. conueniſſent. debet dicere, & cantor cum pluribus in G. Arch. conueniſſent. Item vbi ſequitur circa fi. à nominatione dicti Arch. recedentes. debet dicere, à nominatione dicti V. Arch. recedentes.
Item vbi ſequitur, de nouo præfatũ ſubdia. debet dicere, de nouo Magiſtrum R. ſubdia. cum eſſet ſubdia. eligere præſumpſerunt. Tertia eſt de offi. ordi. quanto, vltra medium. vbi dicebatur, ſm Abbatis conſilium: debet dicere, ſm arbitrij tui conſilium. Item corrigitur decre. de ſen. & re iudi. cũ inter vos, alia
eo. tit. cum I. & A. corriguntur, ſicut apparet inferius, vbi ſuper
eiſdem decre. no. Quarta eſt de appel. cum ſpeciali, circa fi. vbi
dicebatur, Iudex ex officio ſuo procedet. debet dicere, procedit.
Item corrigitur tex. de appel. cõſtitutus, vt apparet inferius, vbi
ſuper eadem decre. no. Quinta eſt de ele. non reſi. in eccle. vel
præben. ex tuæ, in pluribus locis. primo deeſt tex. vbi dicebatur,
ſuas deſeruerunt eccleſias. debet addi, vt iuxta ſanctiones canonicas eis debeant merito ſpoliari. & ſequitur, contra eos procedatur. debet addi hoc modo, vt ipſos, &c. Item vbi ſequitur, ab
epiſcopali adminiſtratione, debet dicere, ab epiſcopatuũ. Sexta eſt de præbendis & dignitatib. pro illorum, circa medium,
& eſt ibi defectus literæ. nam vbi dicitur, prædictum Magiſtrũ
de præbenda & canonicatu Santon. eccleſiæ, &c. debet ibi addi, prædictum Magiſtrum cum cõſenſu & voluntate tua, frater
epiſcope, de præben. & canonicatu Santon. eccleſiæ, &c.

ADDITIO.

¶Innoc. Hic Inno fuit Genuenſis, & de illuſtri gente Fliſca, & ex Comitibus Lauaniæ, qui hunc apparatum fecit, non vt ſibi crederetur, vt ipſe atteſtatur in c. innotuit, ante fi. infra de elec. & dicit Hoſt. in c. ſolet, infra de ſen. excõmu. in 6. quem refert ibi Io. An. ſe multotiens audiuiſſe ab Inno quod dolebat, quod iſtæ ſuæ gl. facerent ius. Scias tamen quod Arch in c. pia, infra de excep. in 6. dicit, quod hic Inno. tanquam expoſitor excelluit alios, & fuit pater & organum veritatis, & dicit Abb. in c. at ſi clerici, infra de iud. quod fuit ſubtilis nimium. & adde quod Arch. melius omnibus intellexit mentẽ Inno ſm quod refert Imo. in c. teſtimonium, eo. tit. de teſti. & vide eundem Imo. in l. ex diuerſo. §. fin. ff. ſolu. mat. & Ana. in c. continentia, col. 1. de cle. percu. qui dicunt Inno. fuiſſe nimis ſubtilem. & adde quod Pau. de Caſt. in conſ. 337. inci. quia exceptiones, in prima parte conſiliorum antiquorum, ſecundum nouiſſimam impreſſ. dicit, quod Inno. fuit pater veritatis, & quod poſtquam vnum dicit, ei eſſe ſtandum, refert Feli. in c. olim, col. 6. de re iud. Item adde quod Inno. non dupliciter dicitur ſ. iſto ſolemni apparatu vt Magiſter, & conſtitutionibus, quas fecit vt Pontifex, quas nunc in Sexto habemus, ſm Io. And in addi. Spec in rubr. ne ſede vacan. & ipſe Io. An. enumerat iura ab eo condita, in addi. Spec. in rubr. de ſum. Trini. & opera per eum facta vide per Platinam, in lib. de vita Pontifi & in ſupplemento Chronicarum. Scias tamen, quod ſemper fuit nobilibus gratioſus. & ſcias quod dicit Io Fab. in §. pupillus, inſti. de inut. ſtip. quod ſi habebis opi. Inno. pro te, maximè in foro eccleſiaſtico, coronaberis. & dicit Anto. de But. in c. cum cauſam, in fine. infra de verbo. ſignifica. quod vbi pro dicto Inno. eſt gl. dicendum eſt, glo. cum quo concordat Inno. ſtandum eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Fidei menſura quædam eſt, ad quam quilibet tenetur, ſicut eſt credere Deum eſſe, articulos autem fidei implicitè tenentur credere rudes.*
2 *Eccleſiarum prælati & animarum rectores fidei articulos explicitè ſcire debent, deq; eis omni poſcenti rationem reddere.*
3 *Papa & ſuperiores prælati poſſunt diſpenſatiuè certis ex cauſis minus literatos in temporalibus ſuſtinere.*
4 *Clericis ob paupertatem non valentibus ſtudio vacare, an ſufficiat ſcire, ſicut ſimplicibus laicis, & in quibus caſibus non excuſentur.*
5 *Clericis an liceat iuris ſcientiam, ſeu quamlibet aliam, fidei cognitioni præponere.*
6 *Laici melius faciunt, ſi intendunt ingenium fidei cognitioni, quàm cæteris ſcientiis, licet non peccent vacando alijs diſciplinis.*
7 *Fides implicita quantam & qualem habeat vim.*

De ſum. Trini. & fide Catho. Rubrica 1.

CAP. I.

1 FIrmiter credimus. De fide teneas,
quia quædam eſt fidei menſura, ad quã quilibet tenetur, & quæ ſufficit
ſimplicib. & ẽt ſortè omnib. laicis. ſ. quia oportet quẽlibet adultũ accedentẽ ad fidẽ credere,
quia Deus eſt, & eſt remunerator oĩum bonorũ.
Itẽ oportet eos alios articulos credere implicitè. i. credere ve-
2 rũ eſſe, quicquid credit Eccleſia Catho. † Hãc aũt menſurã excedere debent prælati eccleſiarum, quicunque curam animarũ
habent, quia debent ſcire articulos fidei explicitè & diſtinctè,
qui continentur in ſymbolo. ſ. Credo in vnum Deum, & quicunq; vult. 38. diſt. c. 1. & 2. & c. ſeq. Epiſcopi enim plus ſcire de-

bent, quia de eis ſcire debent reddere rationem omni poſcẽti, 36.diſt.§.ecce, 38.diſt. omnes. non tñ dicimus, ꝙ incontinenti teneantur prædicti de omnib. reſpondere, ſed præhabita delibe
3 ratione, & ẽt ſi oportuerit, cum conſilio aliorum. † Non negamus tñ, quin Papa, & alij ſuperiores prelati poſsint diſpenſatiuè ex certis cauſis minus literatos, & minus induſtrioſos in tẽ-
4 poralibus ſuſtinere. j. de renun. niſi cum, §. pro defectu. † De clericis autem inferiorib. ſatis vi, ꝙ ſi eſſent pauperes, qui nõ poſſent intendere ſtudio, quia non habent Magiſtros, vel expẽſas, quia oportet eis proprijs manibus quærere victũ, quod eis ſufficiat ſcire, ſicut ſimplicibus laicis, & aliquantulum plus, ſicut de ſacr̃o altaris, quia oportet eos credere, ꝙ in ſacr̃o altaris cõficitur verum corpus Chriſti, & hoc ideo, quia circa illud quotidie & continuè verſantur plus, q̃ laici. Si autem haberent Magiſtros, & expẽſas ad diſcendum, tunc peccarent, niſi plus proficerent in cognitione diſtincta fidei, q̃ laici: debet tñ ab eo, qui imponit eis pęnitentiam de ignorantia, vel potius de negligentia ſciendi ſcrutari, vt diligenter attendant, quare in eis nõ proficiunt, vel propter duritiam ingenij, vel quia eos oportuit circa alia opera charitatis intendere, puta circa exhibita neceſſaria confratribus ſuis, vel pauperibus, vel hoſpitibus, & idem dicendum eſt de alijs operibus bonis. nam eum non teneãtur ad explicitam cognitionem articulorũ, bene licet clericis illis ex-
5 plicitæ cognitioni poſtponere alia opera pietatis. † Item etiam ex cauſa poſſunt illi ſcientiæ pręponere alias ſcientias, vt ſi velint addiſcere ſcientiam iuris, vt pauperes in iudicio defendãt, ne opprimantur, non peccant: tñ credimus, ꝙ non debent ita pręponere ſcientiam cognitioni fidei, quin in ea proficiant. & bene vr̃, ꝙ ſemper plus deberent intendere circa cognitionem prędictorum, q̃ circa cognitionem iuris, poſt q̃ expẽſas habeãt
6 ab eccleſia, niſi in ꝯ̃trium eos iuſta cauſa moueat. † Item vr̃, ꝙ ẽt laici, quibus Deus dat talentum ſubtilis ingenij, ꝙ melius faciunt, ſi ſuum ingenium impendant in cognitione prædictorũ, quamuis non videantur, ꝙ peccẽt etiam ſi eis non intendant. vr̃ autem eis ſufficere, ꝙ talenta ſibi credita, non abſcondant in terra. i. in terrenis, ſed bonis operibus inſiſtant. in tantum autẽ
a valet implicita fides, ª vt dicunt quidam, † ꝙ ſi aliquis eam ha-
7 bet. ſ. ꝙ credit quicquid Eccleſia credit, ſed falsò opinatur ratione naturali motus, ꝙ pater maior, vel prior ſit filio, vel ꝙ tres perſonæ ſunt tres res à ſe inuicem diſtinctę, ꝙ non eſt hęreticus, nec peccat, dũmodo hunc errorẽ ſuum non defendat, & hoc ipſum credit: quia credit eccleſiã ſic credere, & ſuã opinionẽ fidei eccleſię ſupponit: quia licet malè opinetur, tñ non eſt fides ſua, imo fides ſua fides eſt eccleſię. j. eo. dãnamus, circa ſi.

ADDITIO.

a ¶Implicita fides. Adde Directorium iuris, quod fuit fratris Petri Caſuele ordi. Minorum, li. j & Hoſt. hic, qui dicit, quod fides implicita tunc excuſat ab hæreſi, quando factum non contradicat verbis. nam ſi contradiceret, nõ excuſat. & ratio, quia facto datur voluntas intelligi. l. reſcindenda. C. de inſti. & ſubſti. dupliciter. n. declaratur volũtas, verbis. ſ. & rebus, vt no. in l. de quib. ff. de leg. & vide Card. in cle. j. eo. t. & Spec. in tit. de hæret. ac B. Tho. 2. 2. q. 2. art. 6.

SVMMARIVM.

1 *De fide publicè diſceptare non licet, excuſaretur tamen quis, ſi ad hæreticorum confuſionem, vel ad veritatem elucidandam diſputaret.*

CAP. II.

DAmnamus ergo. [Defendere.] Hoc. n. nullatenus licet: imo,
1 qđ plus eſt, † nec diſputare de fide licet publicè turbis coadunatis cauſa tumultus, vel ſuę perfidię defendendę. C. de fide Catho. l. penul. Si autem ad confuſionem hæreticorum, vel ad veritatem clarificãdam diſputaret aliquis
a non crederem malum, ª vt fecit Syluester Papa.

ADDITIO.

a ¶Non crederem malum. Adde B. Tho. 2. 2. q. 10. art. 7. quem vide diſtinguentem & per dicta Inno. hic probatur ſua diſtin. & vide gl. in c. nos, 96. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Canonum conditori, & creatoris vicario, ſubdita eſt omnis creatura.*
2 *Adminiſtratores caeteriq; ordinarij, ratione caſuum emergentium licitè leges tranſgrediuntur.*

De Conſtitutionibus. Rubrica. 2.

CAP. I.

CAnonum ſtatuta. Non abrogatorum, ne ſit contra, 16. diſt. c. j. & 29. diſt. c. j. & 36. q. vlti. c. vlti. & infra de purg. vul. ea. ſi. [Ab omnibus.] Ideſt ſubditis, ne ſit contra. C. de legi. digna. hic enim
1 non eſt bona gl. † quia conditori canonum &
a vicario creatoris ſubdita eſt omnis creatura. ª [In actionibus.] Ideſt ciuilibus. [Iudicijs.] Ideſt criminalibus, 20. diſt. de libellis, Inſtit. de offi. iudi. in prin. [Suo.] Ideſt malo. ſimilis expo-
2 ſitio, 3. q. 9. puta. † adminiſtratores tñ, & cęteri ordinarij quandoque licitè ratione caſuum emergentium leges tranſgrediuntur, vt in Auct. iuſiurandum, quod pręſta. ab his, qui accl. circa princ. collatione 3. hoc non placet. nam ſicut in eadem auct. cõiungitur, vtrique parti tam in priuatis, quam in publicis contractibus iurant ſeruare iuſtitiam: vnde dicimus, quod adminiſtratori non licet à iuſtitia diſcedere. Nec obſtat prædicta auct. vbi dicit, ſeruabo æquitatem, ſecundum quod mihi viſum fuerit iuſtum, quia illud intelligitur extra iudicium, vt in officijs dãdis. Vel etiam in iudicijs in his, quæ commiſſa ſunt eius arbitrio, ſicut in inducijs dandis, & ſimilibus. ff. de iure deliberandi, l. j. 3. quæſt. 3. de inducijs. & in diſpenſationibus, j. quęſt. 8. exigunt. & in pœnis, ſaltem in extraordinarijs criminibus, ª quamuis &
b idem credimus in ordinarijs, ſi iudex ex cauſa ᵇ eas viderit temperandas. ff. de pęn. l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. capitalium, j. diſtin. vt conſtitueretur, 86. diſt. tanta, 23. q. 5. circumcelliones, argumen. 2. quęſt. 3. §. notandũ. ſed illud intellige ſine cauſa, vel poſt ſententiam. in ſententia enim & in ordinario crimine pœnam temperare poteſt, vt dictum eſt, & arbitri etiam leges tranſgrediuntur. ff. de arbi. qualem, extra de renun. in præſentia. [Suo.] C. de ſen. nemo. 37. diſt. relatum, infra eo. c. fi.

ADDITIONES.

a ¶Et ſic etiam infideles. Adde eundem Inn. in c. quod ſuper his, col. j. in fi. infra de vo. & ibi Abb. & Abba. in c. fi. col. j. in fi. infra eo. & adde Old. in conſi. 36. incip. infraſcripti ſunt articuli, & in conſi. 15. inci. Iudæus, & in conſi. 87. inci. quæritur. an Princeps. Pet. de Ancha. in repe. regulæ, ea quæ, col. 34. ver. ſexto quærto, infra de reg. iu. in 6. & in cõſi. 15. inci. ſpiritualis iudex, & ibi de Iudæ. & in c. gaudemus, infra de diuor. & per Abb. in c. poſtulaſti, de Iudæ. & adde Aug. de Anch. in li. de poteſtate Papæ, & qualiter Iudęi teneantur. l. Arriana, per Alex. de Imo. in conſi. 2. col. 1. ver. denique, in 2. no. & vide etiam aliquid per Fran. Aret. in conſi. 158. & ibi an Papa condendo legem generalem comprehendat Iudæos, & ſi alias poſſit eos punire pro crimine eccleſiaſtico, vel mixto. Adde tamen, ꝙ in concernentibus ſalutem animarum Papa non cogit Hebræos, ita d. Bar. Soci. in conſi. 66. col. 9 ver. 3. in prima parte.
b ¶Ex cauſa. Feli. hic in 14. col. ver. fallit ſeptimo, pro hoc dicto Inno. multa cumulat, quæ vide per te. Et vltra ea ad Inno. hic adde Alex. de Imo. in cõſi. 65. col. 3. ver. accedit, in j vol. & etiam adde, ꝙ iudex propter minorem ætatem poteſt minuere pœnã ſtatuti, ita d. gl. in l. & ſi ſeuerior. C. de infam. & Abb. in c. 1. infra de deli. pue. refert & ſequitur Fran. de Aret. in conſi. 132. colum. ſi. ver. venio ad ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio an & quando liget ignorantem.*

CAP. II.

COgnoſcentes. Et infra. [Culpa.] Fallit in caſibus, 22. diſt. renouãtes, 27. q. 2. qui multorum. infra de cleri. cõiug. ſanè. vel etiam vbi cauſa ſuberat, & ſine culpa, infra vt li. non conteſt. quoniam frequenter. [Diſpendijs.] Niſi ſit iuris conſtitutio naturalis, vel niſi ſit expreſſum in iure, ꝙ pterita reſpiciat 10. q. 4. ſic quidam. C. de leg. leges. infra de vſu. cum tu. infra de elect. cum in cunctis. [Diſpendijs.] Ideſt damnis, vel retractatio
1 nibus. † [Ignorantes.] Conſtitutio enim non ligat ignorantẽ, 32. quęſt. 4. dixit Sara, 82. diſt. propoſuiſti, 21. diſt. §. his ita. tamẽ ex quo eſt publicè promulgata, non prodeſt prætendere ignorantiam, 16. diſt. quod dictis. infra de poſtula. prela. c. j. niſi fortè
a dilucidè ª ſuam probaret ignorantiam.

ADDITIO.

a ¶Dilucidè. Card. in conſi. 32. in prin. dicit hoc dictum ſingulare, & de hoc vide latiſſimè per Abba. & Feli. hic, & vltra allega. per eos adde, quod hoc dictum Innoc. refert etiam & ſequitur Alex. de Imo. in conſi. 71. colum. j. ver. & ideo, in primo volumine.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas à Chriſto in Papam, quibus verbis fuerit tranſlata.*

CAP. III.

TRanſlato. In Chriſtum, & ab eo in ſucceſſores
a eius p illa verba, Paſce oues meas, ª infra de elect. ſignificaſti. vel per illa, Ite docete omnes gentes, de conſe. diſtin. 4. proprie. [Sacerdotio.]
1 Ideſt Leuitico, ne ſit obiectio de Melchiſedech, † qui fuit ante legem. [Eadem.] C. de nup. ſi libertam, j. q. j. ſicut Chriſtus.

ADDITIO.

a ¶Paſce oues. Adde eundem Innocen. in c. quod ſuper his, colum. j. in ſi. & ſequitur infra de vo. & in c. licet ex ſuſcepto, colum. 2. infra de foro compe. & ibi Abb. in 9. col. & in ſua diſpu. incip. Epiſcopus, & quidam rector, col. 19. & vide hic Feli. col. 5. ver. & adde, qui alleg. concord.

CAP. IIII.

NAm concupiſcentiam, [Neſciebã.] & ſic nec reprobanda cenſebam. [Hoc.] Ideſt concupiſcentiam prohibere. [Omnia.] Ideſt omnia genera malorum, ſi. 47. diſtinct. bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Dictis ſanctorum Patrum, vel aliorum ab eccleſia receptorum, quando ſtare liceat.*

CAP.

CAP. V.

NE innitaris. [Dicenda.] 37 diſt. relatum. nó.
1 † q dictis ſanctorum Patrum, a
a vel aliorum ab eccleſia receptorũ ſtare licet, & qui
dicit, quod ipſi dicunt, non poteſt de temeritate re-
argui, niſi ea diceret, quæ retractata ſunt, ſicut Auguſt. multà
retractauit de dictis ſuis, vel niſi ſint per eccleſiam correcta. 16.
diſtinct. c. j. & 2. & 32. diſtinct. §. j. in fine. Si vero ſancti diuerſas
opiniones inter ſe habeant, vt de corpore beatæ Mariæ aſſum-
pio, vel de Salomone damnato, licitum eſt cuique, quod vult
dicere. Si vero nulla diuerſitas inter ſanctos inuenitur, neceſſe
eſt vſque ad vnum iota ſeruare, quod dicunt. 15. diſtinct. cap. ſi.
poſtquam opuſcula eorum à ſancta eccleſia ſunt auctenticata:
olim autem ante, quam eſſent auctenticata, licitum erat ea te-
nere, vel non, 9. diſt. noli, ego, quis.

ADDITIO.

a ¶Sanctorum patrum. Vide Feli. hic, & adde eundem Feli. in c. 2. col. antepen. &
ſe. infra de reſcri. & in c. qualiter & quando, el 2. infra de accuſ. in prin.

SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus locum habeat conſtitutio fauorabilis canonicorũ reſidẽtiæ.*
2 *Nunquid præſentes, irrequiſitis abſentibus, facere poſſint bonam & hone-
ſtam conſtitutionem?*
3 *An quicquid maior pars facit, totum facere videatur.*
4 *Singularis conſuetudo eccleſiarum an ſit attendenda in qualitate & quanti-
tate beneficiorum.*

CAP. VI.

CVm omnes. [Et infra] q conſtitutio iſtorũ
canonicorum non fuit iuſta ca
nonicis, quia futuris in futurum dabant pœnam, ſi
abeſſent: ſed ſibi præſentibus, ſi in futurum abeſſent,
nullam imponebant penam, & ideo non erat lex cõmunis, vel
generalis etiam circa idem. i. in penis imponendis in futurum
abſentibus. Item ſi iſtorum cõſtitutio erat ęqua in futuris, qui in
modico tenebantur eccleſiæ, quare non erat æquior eis præſen
tibus, & qui ex perceptione beneficiorum præteritorum magis
eccleſiæ tenebantur? Item conſtitutio de vineis, & earum fru-
ctibus cõicandis in futurũ præmiſſa ratione non erat iuſta, ſed
ex eo iniuſtior apparebat, q ex radice cupiditatis procedebat,
quia præter fructus vinearum ſuarum per conſtitutionẽ ſuam
debebant habere partem etiam de fructibus vinearum decedẽ
1 tium canon. † Sed oppones, quare non potius mandauit, q om
nes ſeruarent conſtitutionem hanc fauorabilẽ, quæ tendit ad
reſidentiam, quam faceret ſeruari conſuetudinem antiquam,
quæ erat reſidentiæ cõria, & maximè cum ad hoc cogi poſſunt
antiqui propter rationem hic aſsignatam. Patere legem, &c.
a Reſpon. quia nullus erat, qui hoc peteret. Item quia a non fue-
runt vſi hac conſtitutione, licet feciſſent, & verba cum effectu
ſunt accipienda. ff. quod quiſque iur. l. j. Vel dic illud habere lo
cum, vbi lex teneret, licet eſſet iniuſta, ſed vbi lex non tenet, ſi-
cut hic, quia non poterant facere conſti. ſine epõ. j. eo. c. penul.
b non habet locum b illud edictum, quod quiſque iur. &c. credi-
mus tamen, q ſi epũs faceret conſtitutionem iſtam, quæ hic con
tinetur, excepto de vineis, quod bene teneret, dummodo habe-
ret conſenſum capituli ſui, & alia quæ interuenire debẽt, quia
hæc conſtitutio tantum ratione conſtituẽtium eſt iniqua, quia
per ſe tantum conſtituebant, & quia illud conſtituere non po-
terant, & non ratione conſtituti. non. n. iniquum eſt, q antiqui
canonici in ſuis conſuetudinibus remaneant, & noui, qui ſciẽ-
ter legem nouam admiſerunt, ea ligenẽ, quia conſtitutio futura
reſpicit. j. eo. cognoſcentes, 31. diſt. ante. j. eo. c. ſi. fateor tamẽ,
q æquius eſſet, q omnes hac lege ligarentur, niſi ſcandalum im-
pediret. ſi ergo timetur ſcandalum, bene faceret epũs, qui eos cõ
ſtitutione non cõprehendit. Caueat tamen epũs, ne & nouis le
gem imponeret, quæ ſcandalum induceret, ſi ordinaret, q illi,
qui de cętero fierent canonici, à carnibus abſtinerẽt, vel nigrũ
habitum portarent. nam hæc conſtitutio non teneret, vel de fa
cili reuocaretur, arg. j. de vi. & hone. cleri. Deus. [Quiſque.] ff.
2 quod quiſque iur. l. j. † [Coæquetis.] Sed nonne iſti præſentes
poterant omnia ſtatuere aliis irrequiſitis? vt 10. q. 2. hoc ius, &
7. q. j. factus. j. de elect. cum inter vniuer. So. bene poſſunt facere
bonam & honeſtam conſtitutionem, ſed ideo hoc non valuit,
quia pro ſuo cõmodo in pręiudicium aliorum, & malo zelo, &
contra conſuetudinem approbatam eccleſię factum eſt, 4. diſt.
erit. aliquando. n. contra approbatam conſuetudinem ſine li-
centia dñi Papæ facere non licet. & contemptores conſuetudi-
num quaſi præuaricatores legis habendi ſunt, 11. diſt. in his re-
bus. vel dic melius, quod hoc non poterant ſine conſenſu epiſ-
3 copi, infra eodem, c. penult. & fin. † Adhuc obijcitur, quod ma
ior pars facit, totum facere videtur. infra de his, quæ fi. à ma. par.
ca. c. j. tu dic, ſi aliquid eſt commune pluribus non vt collegia-
tis, ſed vt ſingulis, non valet, quod fit à pluribus, niſi omnes cõ-
ſentiant, ſiue ſimul, ſiue ſeparatim. ff. de ſerui. ruſti. prædi. per
fundum. niſi concedant tẽ in naturali vſu, quod facere poteſt
vnus ſolus, ſocijs inuitis & contradicentibus, Inſtitu. de rerum
diui §. religioſum, & niſi in caſu infra de iurepatro. poſtulaſti. ſi
vero ſint plures vt collegium, diſtingue. aut ſunt aliqua facien-
da ex neceſsitate, vel vtilitate eccleſiæ, vt alienationes, electio-
nes, inſtitutiones, & ſimilia, & tunc ſufficit, quod legitimè &
bene facit maior pars, infra de elect. in. licet. & de his, quæ fiunt
à ma. parte ca. cum in cunctis, & ca. ſi. dummodo non contem-
nant eos, qui vocandi ſunt, infra de elect. quod ſicut ex literis.
Sed ex alijs, quæ neceſsitate, vel vtilitate non fiunt, ſed propter
vtilitatem canonicorum tantum, puta cum diuiditur præben-
c da, non valet, niſi omnes conſentiant, c quia pro eodem eſt, ac ſi
ageretur de iure quo ad ſingulos pertinet, vt hic, & l. per fundũ.
ſecus autem dicerem, ſi hæc conſtitutio, vel etiam diuiſio præ-
bendarum fieret pro vtilitate eccleſię, quia tunc ſufficeret ma-
ior pars, infra de his quæ fi. à ma. par. ca. c. ſi. & tunc conſentire
debent tanquam collegium, nõ tanquam ſinguli, infra eodem
cum M. nõ ſegregatim. ſcilicet hodie in vno loco vnus, & cras
in alio loco alius, infra de elect. in Geneſi. hæc queſtio non ha-
bet hic locum, quia non dicitur, q omnes canonici non fuerũt
præſentes. [Coęquetis] arg. pro paritate beneficiorum, infra
cap. cum M. 16. quęſt. 7. c. j. & quęſt. 2. §. his, in ſi. verſ. non eius.
§. pro ſocio, & § ſicut tres. contra, infra eo. c. ſi. 12. quęſt. 2. Vul-
terane, & ca. nobis, & ca. conceſſio, & ca. ſi. 64. diſtin. conſuluit.
4 † Sol in qualitate & quantitate beneficiorum ſingularis cõſue
tudo eccleſiarum attendenda eſt, quę ſi preſcripta eſt, pręualet
iuri ſcripto, arg infra de pręben. relatum, & de excesſ. pręlato. ad
hęc, & de ſepul. certificari. Si vero nulla appareat conſuetudo,
puta quia quandoque paria ſunt beneficia, quandoque impa-
ria, vel quia eccleſia de nouo conſtructa eſt, tunc dicas, q om-
nia, quę de communi cellario exeunt ad quotidianum victum
ęqualiter diuidenda ſunt, & ea, quę dantur pro indumẽtis, iux-
ta perſonarum meritum, locum & ordinẽ, plus vni, quam alij
diuidi debent. nec enim eſt cõtra. 16. quęſt. 7. c. j. expone enim,
ibi mouentur, ideſt moueri debent.

ADDITIONES.

a ¶Item quia. Hanc ſolu. reprehendit hic Io. de Imo. & refert & ſequitur Alex.
in l. 1. in prin. ff. quod quiſque iuris.
b ¶Non habet locum. Adde quod idem Inno in c. cum venerabilis, circa me. in-
fra de excep Bal. in l. ſi quis teſt bus, col 1. C. de teſt. & etiam refert Alex. in l. j.
col. 2. ver. in gl. in ver. noui iuris ff quod quiſque iur.
c ¶Omnes conſentiant. Aduerte, quia Henri Bohic, hic in 2. col. in ver. aut quæ-
ris de iis, tenet, q non cum poſſint ſigillatim & particulariter conſentire iux-
ta notata per Arch. in c. pen gl. 1. 63. diſt. & q in electione eſt ſpeciale, q debeãt
collegialiter conſentire, refert, q hoc tenet Io. And. in c. j. de rebus eccle. non
alie. in 6. & Compo. in c. cum ſe. infra de reſcri. licet dicat Spec. tenere contra
rium in tit. de ſyndic. in prin. & vide eundem Henri optimè diſtinguentem
circa hoc in c. ſua nuper, in 2. col. infra de his, quæ fi. à pręla.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid laici ſtatuentes de rebus eccleſiæ malè faciant.*
2 *Statutum in alterius præiudicium an valeat.*
3 *Lex ſeu reſcriptum in præiudicium naturalis iuris an valeat.*
4 *Ius merè ciuile in quibus caſibus tollatur.*

CAP. VII.

1 QVæ in eccleſiarum. Et infra. [Conſti-
tuerunt.] † Malè fa-
ciunt laici facientes ſtatutum de rebus eccleſię, cum
in eis non habeant iuriſdictionem, 10. diſt. c. j. 96. di.
2 bene. j. de re iud. cum cauſa. † Super rebus etiam laicorum hoc
conſtituere non poſſent, cum tale ſtatutum eſſet in lęſionem iu
ris alterius, & eius iuris, quod ad aliquẽ ſpectat, vel acquiritur
de iure naturali, vt ſunt dominia, obligationes, & huiuſmodi,
& non datur à iure ciuili, vel ab Imperatore, vt actiones, vt ff. de
iuſti. & iure, ex hoc. Inſtitu. de rerum diui §. feræ, & §. pręterea,
quod per alluuionem. Vnde reſcriptum, vel pragmatica ſan-
ctio, vel annotatio conceſſa in pręiudicium talis iuris non va-
let. C. ſi contra ius. l. ſi. Nam & naturalia iura ſunt perpetua, In-
ſtit. de iure na. §. pen. Et ſicut reſcripta non valent, ita nec leges,
vel conſuetudines, cum reſcriptum ſit lex. C. de leg l. 2. In caſi-
bus tamen valet reſcriptum in pręiudiciũ talis iuris. C. de qua-
3 dri. pręſcriptio. l. ſi. C. de ven. re. ſiſ. l. 3. † Et dico non valere le-
gem, vel reſcriptum in pręiudicium naturalis iuris, niſi iuſta
a cauſa a interueniat, ne ſit contraria. C. dę bon. dam. per totum,
ff. de relig. ſi quis ſepul. C. pro quibus cauſis ſer. à liber. per to-
tum. vbi vero reſcriptum, vel ſtatutum lęderet ius alterius in
eo, quod ad eum pertinet de iure ciuili, puta in actionibus, quę
ſunt

ADDITIO.

a ¶Niſi iuſta cauſa. Hoc refert & ſequitur Pe. de Anch. in cõſ. 207. inci. in q ſupra
dicta, col 3. circa ſi. Abb. in c. 2. j eo. & v de Bal in l. ſi. C. ſi contra ius vel vti
pub. & Pe. de Anch. in conſ. 1 c. inci. in q. ſupradic col 3. & q ſtatutum ex iuſta
cauſa auferat ius tertio, adde Alex. in conſ. 40. col. 3. ver. 10. & vlti. in 3. vol.

ſunt proditæ de iure ciuili, vt ff. de orig. iuris. l. 2. ſi ex eo peri-
matur ius omnino, vel ea toto deneget agendi poteſtatē, non
valet, niſi adijciatur, non obſtante lege aliqua. ff. de leg. 3. ſi quis
in princ. C. de teſta. auct. hoc inter liberos. Nam & vltimæ volū
tates vim legum obtinent, in Auth. de nup. §. diſponat itaq;, col
la. 4. Sed & tunc, vt quidam dicunt, licet ſuſtineatur, q auferat
actionem, tamen quin reddat iuſtitiam, auferre non poteſt, cum
eſſet contra ius naturale. ſi vero non auferatur ius, ſed differa-
tur, tenet. C. de preci. impe. offe. quoties. Idem vbicunque ſta-
tutum, vel reſcriptum concedit, quod lex dicit poſſe cōcedi. ff.
de ſena. nuptæ. de iure autem naturali dixi dominia ad aliquē
pertinere. i. de iure gentium, quod dicitur naturale, quia ratio-
ne inductum eſt. Inſtit. de rerum diui. §. ſingulorum. ff. de acq.
re. do. adeo. §. cum quid. quod etiam dicitur naturale ius, quia
apud omnes generaliter eſt. C. ſi contra ius l. fi. Inſti. de iure na-
4 tura. §. ius autem gentium. † Poteſt autem dici, q ius merè ciui
le modo ſupradicto tollitur, ſi ille, qui habet iuriſdictionem, ſu
per eo iure de hoc facit legem municipalem, ſicut dicitur de cō
ſuetudine, quod illud tollit, vt no. infra de conſue. c. j. & c. cum
conſue. ius autem naturale, id eſt gentium, non poteſt tollere
in totum ius ciuile, ſed poteſt diſtinguere, detrahere, addere,
a & adiuuare. nam dicit Euangelium, • In ore duorum, &c. infra
de teſtibus. c. in omni. & tamen canones, & leges quandoque
plura requirunt, 2. quæſt. 4. c. 1. & 2. C. de teſtibus, teſtium. C. de
teſta. l. fi. ad hoc expreſsè dicunt leges. ff. de iuſt. & iu. l. ius ciui-
le, & l. ius autem. §. fi. [Legitimo] & in alijs forma ſeruata, 10.
quæſt. 2. hoc ius, 12. quæſt. 2. ſine ex. C. de ſacroſan. eccle. iube-
mus. ſed tunc, ſi læſa eſſet eccleſia, competeret in integrum re-
ſtitu. infra de in integ. reſt. requiſiuit.

A D D I T I O.

a ¶ Nam dicit Euangelium. Et ſic ſentit hic Inno. q Papa poteſt diſpenſare, & limi
tare ius diuinū. Ad quod adde eundē in c. ſuper eo, in fi. j. de biga. & in c. poſt
tranſlationem, in fi. & quæ ibi notaui, infra de renun.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus cum canonicis an minuere poſſit præbendas, & dignitates.*
2 *Eccleſia cathedralis ſeu collegiata, nunquid ſtatutum facere poſſit ſine epiſ-
copi conſenſu.*
3 *Rectores ab vniuerſitatibus aſſumpti an iuriſdictionem habeant, vel vniuer
ſitas ipſa.*
4 *Semel contra priuilegium faciens, an illud perdat.*

C A P. VIII.

CVm acceſſiſſent. [Canonici.] Iſti canoni-
ci volētes obtinere pri-
micериatum pro Archidiacono iſto, olim propoſue
runt coram Papa de vacatione primiceriatus. modo
autem, quia reuocatū erat negocium ad audientiam Papæ per
appellationem, vel alio modo proponebat Arch. pro ſe, & pro-
curator capituli pro capitulo. proponebat autem dictus Archi.
collationem primiceriatus ſibi factam auctoritate Apoſtolica
cōfirmari, & procurator capituli contradicebat. [Tanto] q nulla
iuſta cauſa præpediti eſſent. j. de conceſſ. præb. quia diuerſita-
1 tem, 38. di. de Siracuſanæ, 2. q. 6. §. anteriorū, & §. ad hæc. † [Se-
dis] ſed nunquid eps cum canonicis poſſet minuere præbēdas,
ſent, ſucceſſores eorum tenerent recipere eum: ſic eodem mõ
eps, qui in hoc ius ſuccedit, vel potius mandato. nã licet capitu
lum vacante ſede non ſuccedat epo in iure cõferendi præben-
das, qa tamẽ capitulũ rõne coniunctionis, quæ eſt inter eos, &
cõionis ẽt ratione iuris, ꝙ cõferre mandatur, ſ. iure præbendæ,
in qua eps hẽt collationem & capitulum receptionem ad eam
eps ſuccedit capl̃o in adimpletione ipſius mãdati ſibi coniun-
5 cti. ¶ † Et qa quaſi inuicem eps & capitulum videntur facere, qa
licet auctoritate Papæ faciant, tamẽ vice epi facere videtur, qđ
ex eo apparet, ꝙ ſi poſt tales literas impetratas fiat nouus eps,
ex tunc ceſſat ptãs capituli, & redit ad epm, vt hic hẽs expreſſe.
& hæc ẽt credunt aliqui & nõ male, etiam ſi non capitulo, ſed
cuicunq; extraneo mãdaſſet Papa, ꝙ aliquem inſtitueret in ec-
cleſia ſua vacãte collatione præbendarum: nam ſi antequã con-
ferat, ordinet eccleſia de aliquo, q poſſit conferre præbẽdas, ad
eum redibit ptãs, arg. hic, ꝙ dẽt ſubintelligi, ſi res in eodem ſta
tu perſeueret vſq; ad collationem. ff. ſi ea noxa. cauſa. l. j. & ta-
mẽ non credimus, ꝙ ſi aliquis executor datus eſſet ꝯ iſtud capi
tulũ, ꝙ redeũte ptãte ad epm, ꝙ poſſet procedere ꝯ epm, & hu-
ius rei rõ, j. plenius aſſignar. Ordinato ergo epo redit ad eũ po-
teſtas cõferendi. directis igitur literis ad capitulum tanquam
ad vicarium, & facto ibi poſtmodum epo, eiſdem literis tenetur
eps facere, qđ mandabatur capl̃o p Papam; qđ etiam iure com
muni in hac collatione, vel potius ſuccedat mãdato vt eps, j. de
conceſ. præben. qa. in auth. vt nulli iud. §. & hoc quoq; iubemus,
& §. ſe. at. ff. de condi. indeb. filiæ. ff. de annu. lega. annua. §. à Ti-
tio. j. de vſur. tua. ſed ꝯ. j. de alie. iudi. mu. cau. fa. c. j. vbi innuit,
ꝙ licet poſſeſſio mutata ſit ab eo, ꝯ quem impetratæ ſunt literẹ
in alium, nõ cõuenietur alius, niſi malitia eius interuenerit. cũ
ergo hic nõ fuit malitia epi, per literas ꝯ capitulum impetratas
non poterit conueniri. Præterea reſcripta diſtinguuntur, vt nõ
extendãtur ad multas perſonas. j. eo. ſedes. Prẹterea rõ, cui inni
titur Papa, non vr̃ ſonare, l. qa tempore datæ erat archi. ſm hoc
idem eſſet, & ſi non eſſet archid. qđ fateor. dico. n. ꝙ quilibet ex
traneus factus eps tale mandatum implere tenebatur. ¶ Reſpõ-
deo ad decre. de alie. iud. mu. cau fa. c. j. ꝙ licet ſucceſſor tenea
tur adimplere, nõ tamẽ delegatus ꝯ hoc capitulũ, vel ꝯ quemli
bet alium vices gerentem datus, vbi lis conteſtata eſſet, ꝯ ſucceſ
6 ſorem procedet. nec hoc hic dr̃. Ratio eſt diuerſitatis, †quia de-
legatio non dẽt excedere fines mandati. j. de off. deleg. cũ olim,
& ff. mãda. diligenter. Item ſtrictè interpretãdum eſt reſcriptũ.
j. e. ſedes. ac ſubditis, quandocunq; põt, obedire dẽt, nec dẽt di-
ſtringi obedientia, vt hic. 8. q j. ſciendum. 11. q. 3. ſi dñs, qui reſi
ſtit. c. quid ergo. quãuis quidam etiam dicũt, ꝙ etiam auctorita
te literarum ꝯ prædictos impetratarum proceditur ꝯ vr̃em ſuc-
ceſſorem, qualis hic eps erat. ad quem deuenerant oĩa iura epa
tus, q̃ prius erãt apud capitulũ, ar. j. de iudi. quia, in Auth. de iu
reiuran. à mo. præſti. §. j. col. 5. C. de hære. inſti. l. vlti. Decr. autẽ
præal. non obſtat, cum ibi ille, in quẽ translata eſt poſſeſſio, nõ
erat generalis ſucceſſor, ſed in re illa tantũ. vel ſpeciale eſt in vi
cario, q idẽ intelligitur cum dño. nec extendũtur in extraneos,
ſi hæres vel ſucceſſor, & dñs, qui eadem perſona cenſetur cum
prædeceſſore, & vicario, ꝯueniuntur, in Auth. de iureiuran. à mo.
præſti. ¶ Nos tamẽ hoc nõ fatemur, cum diximus, ꝙ executor
datus, vel literæ impetratæ ꝯ vices agentem valent ꝯ dominũ,
niſi lis conteſtata eſſet: ſed bene fatemur, ꝙ valerent ꝯ ſucceſſo-
rem, vt no. j. de off. dele. qm̃ abbas. nõ enim per oĩa ſic vna perſo
na cenſetur vices agens cum domino, ſicut ſucceſſor cũ præde
7 ceſſore: †ſed mandatũ factum vices gerenti ſiue vl̃r, ſiue ſingu-
lariter ĩ vna re tm̃ dominus adimplere dẽt. fingitur. n. ſucceſſor
in adimplẽdo mãdato vices agẽti facto, ſicut hic hẽs, & in aut.
præall. auth. de iureiu. à mo. præſti. ſed nõ fingitur vicarius in ſu
ſtinẽdo iuriſdõnem, vel executionem ꝯ eum datam, qđ nõ in-
uenitur in iure. & ſufficit ẽt ad hoc rõ præaſſignata, nec inni-
titur Papa illi rõni, qa tunc eſſet de capitulo ea rõne, ꝙ pp hoc
teneatur dare: ſed quia hæc erat cã, ꝙ non debebat ſcribi epo,
cum nõ eſſet, & qa nullus alius erat ibi, cui Papa ſcribere debe-
8 ret, vacãte ſede, niſi capitulo; & hoc eſt qđ ſequitur. ¶ †Nec eſ-
ſes &c.] nam ſi certum eſſet epm ibi eſſe, non magis cogeretur
implere mãdatum p literas directas capitulo q̃ ſi dirigerent cui
que extraneo. Sed oppones, aut Papa contulerat ius in hac præ-
bẽda Iudæo, aut nõ. & ſi cõtulerat ius malè facit Papa, ꝙ redar-
guit epm: quia eps, ad quem pertinet ſola collatio, bene facit ſi
de nouo nõ conferat: quia ſola collatio Papẹ ſufficit: imò iniu
ria fieret priori collationi Papæ per ſecũdam. ſed capitulũ erat
redarguendũ, quia nõ recipiebat eum ſine alio mãdato epi. Si
autem Papa nõ contuliſſet ei ius in beneficio, tunc eodem mõ
vr̃ iniuſta redargutio epi, cum literæ nõ valerent, quib. manda-
batur recipi in canonicũ ille, q non erat canonicus, & per eos
canonicus fieri nõ poterat, cũ ad eos nõ pertineret collatio p-
bendarum. Reſpondeo ꝙ per literas iſtas nullum ius quæſitum
eſt Iudæo in beneficio: ſed ipſi canonici authoritate literarũ ip
ſarum poterunt ei cõferre ius: quia ipſum recipiendo faciũt &
ꝯſentiunt in ipſum tanq̃ in canonicũ. ¶ Et generaliter dicimus,
quotiẽs Papa ſic ſcribit, vel capitulo, ad quod pertinet electio,
vel ſi nõ pertinet ad eos electio, vel epo, q habet ptãrem confe-
rendi præbendas, ꝙ intentio Papæ vr̃ eſſe, ꝙ non tm̃ quæ facti
ſunt, faciant. ſ. recipiendi, ſed ẽt ius conferant, & ſic de facto vi-
demus Papam facere quotidie: & tamẽ credimus, ꝙ ſi Papa ſcri
beret penitus extraneo, ꝙ reciperet aliquem in fratrem alicu-
ius eccleſiæ, in qua ius recipiẽdi nõ haberet, ꝙ literæ nullo mõ
valerent, niſi expreſsè ſciretur, ꝙ Papa ſicut extraneo ſcriberet
ex certa ſciã. ¶ Sed dices, quare ergo etiã poſt creationem epi
nõ eis cõferant ius, cum hanc ptãtem Papa eis conceſſerit? Re-
ſpondeo quia nõ intelligitur purè cõceſsiſſe, ſed ſub conditio-
ne, ſ. eccleſia in eodem ſtatu durante, arg. ff. ſi ex noxa. cã. l. j. ra-
tione. n. naturalis coniunctionis, quæ eſt inter electionem & re
ceptionem, vr̃ ea ſic coniunctim canonicis commiſiſſe, licet cõ
ferens in collationib. eorum ſint diuiſi. ¶ Alij dicunt, ꝙ ſi man-
datum capitulo directũ tale eſt, ꝙ quilibet de capitulo, vel ali-
quis ſingularis implere poteſt, ille implebit, etiam ſi capitulũ
ꝯdicat. de hoc no. j. de poſtu. præl. bonæ, quale eſt iſtud. hoc nõ
placet, niſi dirigatur mandatum tanquam ſingularib. quale eſt
9 mãdatum de recipiendo inueſtitum à Papa. ¶ †Et ſimile, ſi mã-
daretur capitulo, ꝙ illum, cui Papa cõtulerat præbendam, reci-
peret in canonicum, quilibet tenetur recipere, etiam ſi capitu-
lum ꝯdicat: ſecus, ſi mãdaret capitulo, ꝙ eligeret: quia tunc qui
libet ſigillatim non eligeret, cum ex tali electione ius non quę-
ratur, nec deberet ſic fieri, infra de elect. quia propter. 63. diſtin
ctio. ca. j. & 2. & quia tunc potius officium mouentis, quàm
facientis accepit,. ff. quando ap. l. j. §. ſolent. Item electio petī-
tat

net ad ius, receptio ad factum. Si autem epiſcopo ſcriberetur,
& moreretur ante præſentationem literarū, capitulum per illas
literas non deberet illum recipere.

SVMMARIVM.

1 *Prima eccleſia vacare intelligitur per tranſlationem ad aliam.*
2 *Literæ non valent, in quibus Imperator ſupprimit nomen dignitatis ſuæ.*

CAP. VIII.

ADaures [Minoribus] maximè [beneficijs] obtinēdis. j.e. cum adeo. vel intelligitur,
1 ꝙ loquitur, † qñ aliquis hēt vnam eccleſiam, in qua
reſidet, & impetrat reſcriptū ſuper obtinēdis reddi-
tibus prioris eccleſię, ad quā tranſiuit: qd non valet, cum ſtatim
ſua trāſlatione vacare intelligatur prima eccleſia. 22. q. 2. ſi qs.
j. de præben. de multa. ſecus fortè dicet aliquis, ſi tranſietit ad
beneficium, vel præbēdam, tunc valet reſcriptum ſuper reddi-
tibus priorum beneficiorū obtinendis, quouſq; ſnīaliter eccleſia
priuetur, ar. j. de præben. cum non ignores, & de conceſſ. præb.
& eccle. non vacan. literas. 8. q. vlti. nonne. [Pauperes clericos]
2 id eſt pauperes eccleſias, in quib. ſunt pauperes clerici. ¶ † [Vi-
a res] & dēt hæc exceptio a in principio proponi ꝯ literas ad de-
clinandum iudicium, ar. j. e. ſi proponente. ſi. n. in principio nō
proponatur, & tanquam elidēs literas poſtea proponi non pōt,
cum non ſit iuſta exceptio ꝯ petentem beneficium, ꝙ habeat a-
liud beneficium, cum plura beneficia quis non poſsit habere,
vt j. de præb. cum iam dudum. ¶ Alij tñ dicunt & bene, ꝙ ſemp
poteſt opponere, de hoc no. j. eo. ſuper literis, verſus finem. j.
de li. conte. exceptionis peremptoriæ. quidam tñ dicunt, ꝙ ēt poſt
ſnīam latam per hmōi literas reuocabitur, quicquid factū erit,
ar. j. eo. conſtitutus, & c. ad audientiam. ar. pro eis, ꝙ literæ ſunt
ſurreptitiæ, quod ex eo apparet, qa non procedunt de ſua intē-
tione, vt hic, & j. eo. poſtulaſti, ſi proponente, & infra e. cum di-
lecta. dicunt. n. eod. mō procedendum, qñ ſnīa lata eſt ꝑ literas
obreptitias, ſicut ſi eſſet lata ꝑ literas falſas, vt no. j. de proba. li-
cet. ¶ Alijs vr̄ & forte melius, ꝙ per literas obreptitias, vbi ſcie-
b ter dr̄ falſum, vel verum tacetur, hene detur iuriſdō, b infra c. ſu-
per literis. Et ideo ſi per iudicem harum literarum deſ ſnīa, ꝙ
aliquis eſt recipiendus, ſi nō appelletur, debent eum recipere
ita, ꝙ vlterius nō audiantur: quia hæc ſnīa non eſt ꝯ ius ſcriptū,
ſed tm̄ ꝯ ius litigatoris. 2. q. 6. §. diffinitiua. & idem vr̄ ſi non fe-
rat prædicto mō ſnīam, ſed tm̄ cum cauſæ cognitione mandēt,
nec appellentur, infra de re iudi. ꝙ ad conſultationem. fatemur
tñ, ꝙ hoc eſt ꝯ intentionem Papæ, & ꝙ tenet eum peccato hoc
beneficium. ideo pōt ꝯ eum agi denunciando. j. de iureiuran.
quemadmodū, in fi. Idem, ſi ſcientes factum, ſ. eum hēre aliud
beneficium, & ideo nō teneri: vel ēt ſi credebant ſe teneri errā-
tes in iure, quia non iam authoritate reſcripti, ſed propria vo-
luntate recipere videntur, nō poſſunt de cætero ꝯdicere. C. ad l.
Falci. error, ff. de reg. iu. cuius per. ff. de cond. indeb. l. i. & l. ſi id
qđ, & l. fine. §. videbitur. & §. qui filius, in fi. Si autem ignorabāt
factum. ſ. eum habere aliud beneficium, & ſi receperūt eum ſi-
ne iudicis mandato: vel ſi neſciebāt ſibi exceptionem perpetuā
competere, q̄ competebat, tunc bene poterunt ꝯuenire. infra e.
cōſtitutus. j. e. ad audiētiam. nec eſt ꝯ. j. c. cum dilecta. Vbi dr̄, ꝙ
caſſandum eſt quicquid fit ꝑ literas obreptitias: qa ibi dicit fur-
tiuas, quales nō ſunt iſtæ, licet per fraudem ſint impetratę. nec
obſt. etiam. ff. de ſal. qui nomine. nec alia, quæ no. j. de proba. li-
cet. qa hic nō eſt iudicatum ꝑ falſa inſtra, ſicut ibi. ſi tñ iſti, qui
poſſunt elidere literas, vel prouiſionem ꝑ exceptionem, eligūt
alium poſt electionem, vel prouiſionem factam ab illis, qui po
teſtatem habebant prouidendi, licet inefficacem propter exce-
ptionem, non valet: quia facta eſt poſt primam qualemcunque
non caſſatam. infra de elect. conſiderauimus. infra de exceſ. prę
la. inter dilectos. alij tamen aliter dicunt, quia hic non eſt iudi-
catum per falſum inſtrumentum, ſicut ibi.

ADDITIONES.

a ¶Exceptio. Quādo poſſit opponi iſta excep. ſurreptionis, plene per Ab. & mod. in c. cū dilectus, & in c. ſuper literis, infra eod. & in c. ad audientiā, el ſecōdo.
b ¶Iuriſdictio. Intellige hoc verum in literis ad lites, quia tales literæ dant iuriſdōnem, & tenet proceſſus ſecundū Henr. Bohic. in c. ad audientiā, el ſecōdo. in 2. diſt. infra e. & ita dixi tenere Bar. & Ioā. And. hic, & Inn. in c. cū dilecta.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ꝙ literæ Apoſtolicæ impetratæ de prioribus mentionem non fecerint, prodeſt excipienti in iudicijs nondum ceptis.*

CAP. IX.

SI autem aliquis. [Negligentia] quę præſumitur anno elapſo. infra
eod. plurimum ex parte. [Excuſari] infra de appella.
vt debitus [Delegari.] vel alia iuſta cauſa. [Conueni
ri] quod dicit hæc decret. locum habet in iudicijs nondum cę
1 ptis, in cęptis enim ſi † literæ apoſtolicæ impetrantur, locum
habet, quod dicitur infra de appel. oblatæ, & alijs conſtitutio-
nibus, infra de appel. promulgatis.

SVMMARIVM.

1 *Generalitas nimia in literis Apoſtolicis impetranti arguit dolum, ac ordinariam euitat iuriſdictionem damnatus.*

CAP. X.

ADhęc ſumus, & ifra. [Morbo] vñ ordinarij iuriſdō euac-
uat, qđ eſſe non dēt. j. de oſ. leg. c. 2. & de mai. & obe.
per tuas. 11. q. 1. peruenit, & 9. q. 3. nunc vero. & eſt
1 ar. ꝯ † nimiā generalitatē. j. de appel. c. ſcđo, & c. ſignificantib.
de do. ex literis. j. c. ſedes. ff. de iure fiſ. ita fidei. ff. de eden. l. j. §. e-
den. ff. de interroga. ac. de ætate, §. vbi. & credo ꝙ ſi hodie tales
literas concederet, ꝙ valerent, niſi reuocarentur, vt iſtæ, cum
a habeat a plenitudinem poteſtatis.

ADDITIO.

a ¶Cum habeat. Adde tamen, quod Papa non præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis, vt per eundem Inn. in c. innotuit, de ele. & Ale. de Imo. in conſi. 2. col. 2. ver. nec obſtat, in primo vol. niſi ex cauſa vt ibi. & quando cēſeatur velle vti plenitudine poteſtatis, vide late per Pau. de Caſt. in conſi. 414. ſecūdum nouiſ. impre. incip. in facto præſenti non intendo adulari. & vide Alexan. de Imo. in l. quanquam. C. de teſta. mili. & in l. quidam conſulebat. ff. de re iudic. & his etiam adde no. in d. c. innotuit. & prædictis etiam adde Alexan. in conſil. 219. col. 6. ver. 6. confirmatur, & in col. 8. ver. non obſtat.

CAP. XI.

ADaudientiam [conſtructione] infra de ꝓbatio. cum cauſa. contra
ff. de ſta. ho. imperator. ff. de ma. teſta. qui habet. C.
de lega. in legatis.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt condemnandus in expenſis is qui appellationem, quæ eſſe deſiit, non proſequitur.*
2 *Non ſolum innouatum per iudicem, immo per partem in præiudicium alterius, eſt in ſtatum priſtinum reducendum.*
3 *Fauorabilius eſt partes rei ſuſtinere, quam actoris.*
4 *Nudus inuitus expoliatus ante reſtitutionem de facto non cogitur reſpondere accuſatori, nec alij in criminali cauſa.*
5 *Appellatus poteſt appellationem proſequi, dummodo non feſtinet.*
6 *Appellator extra iudicium ſi impetrat literas ſuper negotio, in quo appellauit, non valent literæ niſi ſuper appellatione.*
7 *Appellatus nec literas impetrare poteſt ſuper proſecutione appellationis, nec ad alium iudicem ire, niſi ad quem appellatum eſt.*

CAP. XII.

EX parte. S. Petebat O. in capella ſe ius habere
& eum S. nomine matricis eccleſiæ,
cuius erat Rector, ibi, prout conſueuerat, capellanū
poſuiſſet, dictus O. pp hoc appellauit, & eiecto ca-
pellano, q ipſam capellam nomine eccleſiæ poſſidebat, ipſam
capellam poſſedit, & ſic ſpoliauit eccleſiā, cuius nomine tene-
batur. cumq; S. appellationi deſerens, dicto O. detinente capel-
lam, & ipſam proſequi nō curante, proſecutus fuiſſet, & in fine
anni, prout ei licuit, infra de appel. oblatæ, literas impetrauit, ꝑ
quas mandabatur iudicibus, vt vocatis &c. ꝙ canonicum foret
decernerent ſup eo, ꝙ dictus O. eccleſiam ipſam prædicto S.
poſt appellationem interpoſitam ſpoliauerat: tandē dictus O.
a iudicibus ipſis tertio citatus comparuit, & excepit, ꝙ ſup eo
negotio prius literas impetrauerat, de quibus in literis ad ipſos
impetratis nulla mētio habebatur, ꝑ quas appellationem etiā
proſequi intendebat. ſed replicatum eſt ꝑ S. ꝙ biennium à tpe
appellationis trāſierat, pp quod appellationem alterius proſe-
qui non poterat, nec ꝑ literas ſuas poterat de appellatione co-
gnoſci, cum de ipſa nō facerent mētionem, nec impetratis ab
eo pręiudicare poterant: qa circa ipſam ſententiam, vt dictū eſt,
impetrauit eaſdem. vnde cum lr̄æ dicti O. dicerentur prius im-
petratæ fuiſſe, & a tpe appellationis biennium eſſet tranſactū;
relinquitur, ꝙ erat annus & amplius, ꝙ idem O. literas impetra
uerat, quæ annali præſcriptione tolluntur, vt non ꝑiudicet poſt
modū impetratis, vt ſ. c. ſi autē. pp quod Papa præmiſſis narra-
tis mādat alijs iudicibus, vt quod poſt appellationē innouatū
eſt, reuocetur, & ipſi eccleſiæ reſtituatur capella, & appellato
ſatisfiat de expēſis, quas proſequēdo appellationem fecerat: qa
appellans eam nō fuerat proſecutus, ſed eſt per ſpoliationē ap-
pellationi renunciatum. j. de appel. an ſit. & ſic pro non appel-
1 lante bſ. † cur dicit eum cōdemnandum in expenſis, cum non,
quæ eſſe deſierat, appellationem ꝓſequi teneretur: nec valet, ſi
dicas hic eſſe, ꝙ non pōt excipere pro eo, ꝙ ſuam turpitudinē
allegaret, cum ipſe appellatus iſtud aſſerat in literis, quas, vt ſeq
tur hic, impetrauerit. dic ergo ipſam renunciationem appella-
tionis tali facto habitam in ſpoliātis odium valere, & nō in eius
fauorem: imò & ſi verbo renūciaret, non valet, niſi hoc in re in
tegra feciſſet, qñ appellatus detulit appellationi: qa non licet
mutare cōſiliū in alterius præiudiciū. ff. de re iud. nemo. ¶ Quę
ritur inſuper, cur nō intentat interdictum, vnde vi, ſicut implo-
rat officium iudicis, vt in ſtatum priſtinum, qđ factum eſt poſt
appellationem, reducat? dic ꝙ ꝑ interdictum probationib. ma-
gis

...are tur: qui a violentiam oporteret eum probare. ſed
...ſufficit probare, quòd ante appellationē poſsidebat, quam
2 modo detinet. † nam non ſolum innouatum per iudicem,
imò per partem in præiudicium alterius eſt in ſtatum priſtinū
reducendum, ita quod ad reſtitutionem fructuum percepto-
rum tenetur. j. de appellatio. bonæ, in fi. Præterea, cum extra
iudicium fuerit appellatū, & non ea veriſimilib. cauſis, non te-
net appellatio, vt in d.c. bonæ, & ſic non eſt reuocandum, quod
poſt appellationē fuerit attentatum. dic q id eſſet verum, qñ ab
appellato eſſet attētatum: ſed hic eſt innouatum ab appellante,
qui ſuam appellationē non poterat impugnare. vel dic, q dela-
3 tio appellationis deuoluitur ad Papam. ¶ Cur nō impetrat ſu-
per toto negotio? dic ſufficere ſibi, q reducatur in priſtinum
ſtatum, & non agere: ſed partes rei ſuſtinere, quia fauorabilio-
res ſunt rei &c. vel cum facta reductione poſsideat, non poteſt
agere, cū poſsidenti nō ſit actio prodita. Alij ponunt caſum di-
cendo in iudicio appellatum, quia cum O. fuiſſet coram epō ꝯ-
uentus, & intentaret ꝯ eum interdictum, vn pol. ipſe O. appel-
lauit [Innotuit.] Iſte O. in cām traxit capl'm, vel S. perſonā co-
ram ordi. in qua cā O. appellauit, & poſt appellationem ab ec-
cleſia capitulum amouit, per quod ſuæ appellationi renunciaſ-
ſe vr̄. j. de ap. an ſit cōſtitutus. quidam intelligunt hanc decre. lo
qui, qñ iſte O. appellauerat extra iudicium ab aliquo grauami-
ne, qd ſibi intulerat S. vel inferri timebat, & appellatus conſen
ſerat appellationi. ideo reuocauit, quicquid factum eſt poſt ap-
pellationem eius. lr̄æ autem impetratæ ab S. non reuocantur,
quia ſpoliatio facta ab O. obeſt, vt vlterius non poſsit impetra-
re literas ſuper appellatione ꝯ voluntatem S. j. de appellationi-
bus. c. an ſit. ſed S. non prohibetur impetrare ſup appellatione
& ſuper alijs ꝯ voluntatem O. [Detinet] Nunc, ſed nō noīe ec-
cleſiæ de Tarento: alioquin non fieret reſtitutio, cum expolia-
ta non eſſet. ¶ [Capellanum] Duplex auxilium competit S. in
hac ſpoliatione facta ab O. primū, q non obſtante appellatione
eius iudex, à quo appellauit, poterit ꝓcedere. j. de appel. an ſit.
4 ¶ Secūdum auxilium eſt, q † nudus inuitus expoliatus ante re-
ſtitutionem de facto non cogitur reſpondere accuſatori, nec a-
lij in criminali cā. 2. q. 2. c. j. & per totum. 3. q. 2. c. j. & 3. per totū
imò, qd plus eſt, nec libellus dandus, nec deliberandum eſt., an
ſit recipienda eius accuſatio, imo ſaluæ ſunt eius exceptiones
tā peremptoriæ, q̃ declinatoriæ iudicij. 2. q. 7. Symmachus. & hoc
intelligo, ſi ſit à propria ſede eiectus, vel maiori parte fortuna-
rum ſuarum ſpoliatus. 2. q. 2. in ſcripturis. ſi. n. aliqua re ſpolia-
tus eſſet, bene poſſet accuſari. & quantūcūq; ſit eiectus, vel ſpo
liatus, etiobter & de rebus, quas poſsidet nō poteſt conueniri,
niſi ab expoliatore. j. de ordi. co. cum dilectus. 2. q. 2. c. j. ¶ Si aūt
proprijs rebus ſuis ſpoliatus eſſet, et edo q poſſet accuſari ab a-
lio, q̃ à ſpoliatore. arg. tñ ꝯ. 3. q. 3. §. pen. ſed illud intelligitur, q
a non poſſet accuſari à ſpoliatore. [a] vel potes dicere, q nec etiam
ab alio, ſi non hēt eccleſiaſtica, ſed ſua tm̄: q̃uis melius vr̄, q nū-
quam obſtet exceptio ſpoliatorum rerū ſuarum, cum nō accu-
ſatur nec principaliter, nec acceſſoriè, vt rebus ſuis abijciaꝛ, ſed
à rebus eccleſiæ, & ab epatu deponatur. item proſequens ſuam,
vel ſuorum iniuriam admittitur. 4. q. 6. omnibus, niſi ipſe ſpo-
liaſſet, ad hoc bene facit. ī. de reſt. ſpoli. frequens. [Miniſtrātē]
Olim. [Amouit] Et male. j. de mu. peti. prudentiam. ¶ [Proſe-
cutus] literas impetrādo ad iudicem, vt procedat, non obſtante
friuolę appellationis obiectu, quo nō obſtāte procedēdum eſt.
j. de ap. paſtoralis. & p illas literas, ſi voluerit appellans, cogno-
ſcetur de appellatione, ſicut ſi poſt ſnīam appellatum eſſet, &
appellatus ſuper confirmatione ſnīæ literas impetraret. j. de ap
5 pella. oblatæ. Vel potes dicere, † q appellatus appellationē po-
teſt ꝓſequi, dūmodo nō feſtinet nimis. j. de ap. oblatę. C. de ap-
pel. ſuc. ei qui. Vel dic & melius, q impetrauit literas nō O. ſu
per expoliatione ſua, vel ſuper iniuria ſibi facta. nec fuit neceſ-
ſe, q expectaret finem termini appellationis exequendæ, qa ap-
pellatio nō debuit prodeſſe O. qui ꝯ eam fecerat. j. de appella-
tioni. an ſit. & hoc eadem rōne vr̄, q hæ literæ valeant, ſiue fa-
ciant mentionē de appellatione, ſiue nō. [quam ſpoliationem]
ſiue appellationem ſm alios. [Curauit.] Licet. n. literas impe-
trauerit, de appellatione tm̄ mentionem nō fecit, vel non eſt ꝓ-
ſecutus infra annum. [Negligētia] no. arg. q quis facit poſitio-
nem, vel articulos ſub disiunctione, arg. j. de in integ. reſtit. con
ſtitutus, infra de præſcri. auditis. vbi no. & hoc verum, qñ loqui-
tur de alieno facto, niſi probabilis eſt ignorantia. ff. de iuris &
facti ignoran. l. regula. [Diuturnitate] infra eodem, plerunque.
¶ [De appellatione.] Idem eſſet, & ſi de appellatione dixiſſet,
cum nihilominus in forma cōi literas obtinuiſſet. infra eod. ſu
per. vel melior eſt hæc rō, quia literæ ſuæ euanuiſſent per ipſius
6 negligentiā, & alterius ſolicitudine. j. eodem, plerunque. ¶ † Ap-
pellator extra iudiciū ſi impetrat literas ſuper negotio, in quo
appellauit, non valerent literæ, niſi ſuper appellatione, ſi appel
latus conſenſerit appellationi. j. de appella. ſæpe, & ca. oblatę.

vel ſi alias intereſt appellantis. ff. de reg. iu. nemo. alias eſt ei de
negāda iuſtæ pœnitudinis licentia, C. de ap. ſi quis. & hic dicunt
b interfuiſſe appellati, [b] q appellator proſequeretur appellatio-
7 nē. ¶ † Appellatus aūt nec literas impetrare pōt ſuper proſecu-
tione appellationis, nec ad alium iudicē ire, niſi ad quem appel
latum eſt, q̃diu appellator pōt proſequi appellationem, qd hic
nō poterat pp lapſum anni, de hoc no. j. de elect. ſtatuimus, de
maio. & obed. cum dilecti. Alij tñ dicunt, q appellator & appel-
latus ſemp dēt mētionem facere de appellatione vt hic. [Si ita]
ſcilicet q nō fuerit proſecutus appellationem. vel melius, q cū
poſt appellationē propriā ſpoliauerit. [Reuocatis] quia appel-
latione pendēte nihil innouādum eſt. ff. nihil inno. pen. appel.
l. j. [Attētata] Super prædicta eccleſia, vel cōtingentibus appel
lationē. [Reſtituere] Et iuſtè, cum ea fuerit expoliatus poſt ap-
c pellationē. [c] nam & S. & capellanus eius eccleſiam matricē de-
fendebat, & ſe in cauſa ipſius eccleſiæ, & ideo matrici eccleſiæ
fit reſtitutio, & non S. [Condemnantes] j. de appel. reprehenſi
bilis, ſæpe contingit. C. de ſtue & lit. expen. l. pen. & vlt.

ADDITIONES.

a ¶ Spoliatore. Intellige etiam nec ab eius amico, nec conſanguineo, ita Abb. in ca-
pitulo, item cum quis, infra de reſt. ſpol. & videtur tex. in capitulo, accedēs,
el ſecondo, infra vt li. non conteſt.

b ¶ Appellati. Et ſic quando intereſt appellati, ne appellatio deſeratur, non poteſt
appellans illi renunciare. Adde eundem Inno. in c. ſi. infra de ac. & Spe. de li-
be conce. §. nunc dicamus, verſicu. porrò Cyn. in l. per hanc, C. de tempo. ap-
pel. & Barto. in l. ſi quis libellos, C. de acc.

c ¶ Poſt appellationem. Et hic poteſt ſumi cautela, quod quando quis timet ſpo-
liari, q appellet extraiudicialiter: quia tunc poterit petere reuocari attentata
appellatione pendente, & ſufficit ſibi probare poſſeſſionem & ſpolium. nec
tunc obſtat excep. dominij. ita Abb. in c. in literis, de reſtitu. ſpolia. & Philip.
Peruſi. in c. bonæ, de appel.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis dicatur quis aliquid poſſe.*

2 *Exceptiones de impotentia iuris, vel facti, nunquid poſſint opponi contra ordinarium.*

CAP XIII.

1 SCiſcitatus. † Quinque modis dr̄ aliquis ali-
quid poſſe. Vnde verſus. poſſe q
dē reb. dat ius, nā, ptās Officij, meritum, quotum
diuina volūtas. de potētia iuris habes. 22. q. 2. faciat.
27. q. 2. Agathoſa, in fi. de potētia naturæ. j. de deſpo. ipu. pube-
res, & c. a nobis, de potētia of. 21. diſt. inferior. de potentia meri
torum. 13. q. 7. §. tria. de potentia diuinę voluntatis, de pę. diſt. j.
§. charitas. ſed hoc tm̄ in duo membra diuiditur. impotētia iu-
ris & facti non impedit, ne etiam cōmittere poſsit cām alteri,
cum nihil habeat, nihil dare poterit. 1. q. 7. Daibertum. ¶ Impo
tentia facti nō impedit cōmittere. j. de of. delega. ſi pro debilita
te, & c. paſtoralis. ſed tñ delegatus nō tenetur admittere, vt in-
fra de off. delega. coram. viru coram eodē probentur hōi exce-
a ptiones, no. ī. de of. del. cum ſuper abbatia. ¶ † Sed quæritur, an
a hæ exceptiones de impotētia [a] iuris, vel facti, ꝯ ordinarium poſ-
ſint opponi? Reſpon. hę exceptiones locum habēt ꝯ delegatū:
ꝯ ordinarium aūt q̃diu toleratur in dignitate, locum non ha-
bent, vt no. j. de of. deleg. cum ſuper. & hæ exceptiones, q ſit in-
famis, vel ſeruus, vel mulier, vel alias moribus, vel legibus pro-
hibeatur, cum ſint declinatoriæ iudicij ante litem cōteſtatam
proponēdæ & probandæ ſunt, ar. de arbi. dilecti, C. de except. l.
penul. alij ꝯ. ſecus tñ dicerem in iis, q nā prohibentur, vt furio-
ſus, cum infra naturalia ſint immutabilia. 5. diſt. in prin. Item ſe-
cus in ijs q iudicio prohibentur, vt impuberes. Item nec præter
tu infamiæ, vel ſeruitiu s iuſ a retractabitur. Item no. q infamis
non pōt ſe excuſare a iudicando, niſi excipiatur ꝯ eum, argu. C.
de decuri. nec infamis, & l. infamiam, ff. de of. præto. Barbatius.
[Alio] quia illiteratus & imprudēs, in Auc. de iudi. in prin. [Ine
uitabilis] Quæ numeratur. 3. q. 7. §. tria. [Dūmodo] Supple, &
tunc duo poſſunt procedere ſine tertio. [Dūmodo] excuſatio-
nem p literas. 64. diſt. c. j. & §. fi. vel per certū nuncium. j. de off.
deleg. prudentiam. ff. de rebus eorum, qui ſub tu. l. magnæ. §. il-
lud. ¶ [Excuſari.] Nec alij duo poſſunt procedere, infra de of de
leg. caplo, prudētiam. ff. de recep. arb. l. item ſi vnus. §. fi. nō pla
cet hoc, vt no. prædicta decre. prudentiam, quāuis ſit grauiter
ageodum, & ſic no. ꝯ. j. de of. dele. prudentiā. §. adijcimus. ſed
duo bene procederent, tertio de ſola voluntate excuſato.

ADDITIO.

a ¶ De impotentia iuris & facti. Adde Specu. in titu. de off. deleg. §. quinto, verſi-
cu. verum, & in §. fina. verſi. ſed quæritur.

SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus locum habeat hæc decre.*

2 *Neque priores, neque poſteriores iudices poſſunt alijs deferre iuriſdictionem cognoſcendi de principali, ſed ſolum cognoſcendi, cuius ſit iuriſdā.*

3 *Nunquid partium conſenſus requiri debeat in electione iudicum.*

4 *Iuriſdictio ſuper principali cauſa, ad quos iudices pertineat, vel qua alijs præualeant, non pertinet ad iudices vtriuſque partis, ſed ad ipſas partes.*

5 *Ad iudices qui primo citauerunt, pertinet cognoſcere de principali cauſa, ſi non excipiatur. & ſi excipiatur, de exceptione cognoſcere debent.*
6 *Primi iudices ſemper appellantur hi, qui primò citauerunt.*
7 *Duplex competit auxilium partibus litigantibus, primum de arbitris: ſecũdum, quod coram iudicibus citantibus excepti, de ſuis literis non reuocatis proponant, & coram eis probent.*
8 *An ſi arbitri adiudicent iuriſdictionem eis, qui non habent, iterum hoc prætextu audiatur querela.*
9 *Literæ ſuper pluribus rebus, vel contra plures impetratæ ſi ſunt, poteſt primo de vno, & poſtea alio tempore de alio agere.*
10 *Nunquid ſi citata & nominata perſona ſuper rebus non expreſſis impetret reſcriptum, an finita cauſa contra eum mota ſuum reſcriptum eludatur except.*
11 *Promiſſione generali facta, ſi moriatur delegans ante rerum vel perſonarum expreſſionem, delegatus tamen poſt mortem delegantis audiet, ſi in aliquo cęperit vti iuriſdictione.*
12 *Tantum valet expreſſio coram iudice facta, quantam ſi in literis eſſent expreſſæ res, & perſona.*

C A P. XIIII.

1 PAſtoralis [a] officij, Et infra. [Reuocatione] Sed obijcitur, aut
ſm reſcriptum facit mētionem de primo, & ſic reuo
catur. aut nõ facit mētionem, & ſic non reuocat pri-
mum, argu. ſ. c. cęterum. Solu. neutra pars diſiunctiuè eſt perpe
tua. Prima n. tollitur, infra de appel. oblatæ, & c. ſæpe. Scđa pars
2 tollitur, infra eod. plerunque. † dicat ergo locum habere hãc de
cret. ſi dubitetur de facto, puta quia deleta eſt data, vel quia ca-
dem eſt, vel quia forte primæ literæ haberi non poſſunt, quas ꝯ
ſtat iudices habuiſſe, vel quia elapſus eſt annus à tpe impetra-
tionis, & dicit impetrator ſe non vſum pp abſentiam impetra-
ti iudicis, vel ſi quod dubium aliud de facto allegetur. & eodē
mõ ſi dubitetur de iure, puta ſi non faciunt mētionem de his, q̃
ſi dicta eſſent, non eſſent literę obtentæ, ſicut de proceſſu nego-
tij, intamēto, & cæteris conſimilibus, infra de re iudi. inter mo-
naſterium, infra eo. conſtitutus, vel quicquid cogitari poteſt, in
quo ſit dubitatio iuris, hēt locum, quod hic dr̃. ſed quid ſi nõ ſa
pientes iudices, ſed imperiti dubitant? arg. ꝙ idem, infra cod.
a cum contingat, & de hoc etiam no. j. eo. cum contingat. ¶ † De
ferendum] neutri iudices alijs deferre poſſunt iuriſdictionem
cognoſcendi de principali, ſed tñ cognoſcendi, cuius ſit iuriſ
dictio. & ſi quæratur cuiuſmodi iudices ſunt iſti, & a quo hēant
iuriſdictionem? in hoc dicimus, ꝙ ſunt ordinarij, & a decre. iſta
habent iuriſdictionem, arg. ff. de of. eius, cui man. eſt iuriſdõ. l.
3 j. j. de appel. cum ſpeciali. ¶ † Si quæris, vtrum conſenſus partiũ
ſit requirendus in electione huius iuriſdõnis? dicimus, ꝙ non,
cum expreſſè hæc decre. dicat ꝙ deferre ſibi poſſunt iudices ad
inuicem: verum tñ, niſi partes conſentiant, pars condemnata po
terit appellare, arg. j. de of. deleg. ſuper quæſtionum. plus placet
ꝙ nunquam appellare põt, qualemcunq; ſententiam proferãt,
quia nullum præiudicium fit eis in principali cã, nec principali
ter, nec acceſſoriè, & æquè poſſunt eſſe iuſti, & æquè bene iudi
care vni iudices, ſicut alij. & ſi illi iudices, quibus adiudicata ē
iuriſdictio, malè iudicent in principali, tunc appellent, & idem
eſt in ſimi. de principali aũt cognoſcere nõ poſſunt ſimul, cum
alteri in hoc iuriſdõnem non habeant, arg. j. de of. delega. cum
ſuper. melius aũt dr̃, ꝙ vterq; habeat iuriſdõnem, licet alter ho
rum elidi poſſit p exceptionem. vnde ſi partibus placet, eorum
4 iuriſdõnem prorogare poſſunt. ¶ A partibus.] No. † ꝙ huiuſ-
modi cõicatio, ſ. ad quos iudices pertineat iuriſdõ ſuper princi
pali cã, vel quæ literæ alijs præualeant, non pertinet ad iudices
vtriuſq; partis, ſed ad ipſas partes. non. n. intereſt iudicum, cum
ipſa iuriſdõ non pertineat ad eos rõne alicuius dignitatis, ſed
ex delegatione tm̃: imò cum ſint ambo paria iudicia, iudices ꝯ-
munes videntur operas ſuas ingerere inuito, qđ eſſe non debet
ff. de procur. q̃ omnia. vnde non eſt aliorum iudicum mittere
ad alios, qđ non procedant, quouſq; cognoſcant de virib. lite-
rarum: quia cũ non habeant aliquam poteſtatē ſuper eos, nõ p-
tinet ad eos aliquid mandare alijs iudicibus, ſed pars citata co-
ram alijs iudicibus dēt excipere dicēs, non pertinet ad vos co-
gnitio in principali cã, quia reuocatæ ſunt literæ ad vos miſſæ.
vel ego habeo alios priores, quæ non ſunt reuocatæ p ſecũdas;
& tunc bene põt habere teſtimonium aliorum iudicum ſuper
hoc, ꝙ aliæ literæ ſuper eodē ad alios impetratæ ſunt, & etiam
ipſorum amborum iudicum eſt diffinire ſup hoc, quæ literę a-
lijs præualeãt, ſi poſſunt in vnam ſñiam concordare, alioquin
partes eligerent arbitros, qui ſup viribus literarum diffiniant,
iſtos autem arbitros nõ compellunt ambo pari iudicio, ſed tã-
tũ illi, coram quib. fuit a parte alia exceptum de præualētia ſua-
rum literarum. illi. n. ſoli ſunt ſui iudices in hoc, cum coram eis
cęperit cã, & coram alijs nihil ſit actũ, imò ſunt ſui iudices in
hoc. imò ſi alij iudices vocaſſent partem aliã corã ſe, iuſtè exci-
peret, hæc cauſa iã initium hēt coram alijs iudicib. per citatio-
nem. vnde vos vlterius intromittere non debetis, infra de app.
vt debitus. niſi in hoc conuenitatis ambo, & diffinitatis quęſtio-
nem de iuribus literarum, vt hic. & ſi iudex vellet procedere cõ
tra eum, appellet cauſa adiecta, quia prior iudicum, coram qui-
bus fuit exceptum, eſt cognitor exceptionis, & principalis etiã
qõnis. ¶ Sed quid ſi pars citata non propoſuit exceptionem de
viribus literarum corã primis iudicibus, ſed ſtatim iuit ad a-
lios ſuos iudices, & fecit citari partem aduerſarij? Rñ. ꝙ in hoc
caſu ſi pars excipiat, dñi mei iudices iam cęperunt cãm per cita
tionē cognoſcere, vnde vos non habetis intromittere, bene di
5 cunt, & ſi non exauditur, & appellauerit, iuſta eſt appellatio, † ꝙ a
ad iudices, qui citauerunt, pertinet cognoſcere de principali
cã, ſi non excipiatꝛ. & ſi excipiatur, debent cognoſcere de exce-
ptione. C. de excep. ſi quidem. vr̃ tamen ſi iſte aduocatus a ſe-
cundis iudicibus non declinaret forum ſecundorum iudicum
ſed exciperet de viribus literarum, quòd tunc oportet, quòd ſe
cundi iudices cognoſcant de hac exceptione pari rõne, quam
ſupra diximus. & ſi coram vtriſque eſſet exceptum, corã vtroq;
pari iudicio procedeꝛ: ſed ſñia illorum præualeret, qui primo
eam tuliſſent dummodo tranſierit in rem iudicatam, quia res
iudicata coram prioribus ipſis iudicibus non valet. 2. qõ. 7. §.
diffinitiua. ¶ Alij aliter dñt, ſ. ꝙ iudices ambo ſimul procedere
debēt, licet melius eſſet, ꝙ ex quo coram vnis exceptum eſt de
ambiguitate literarum, coram alijs non audiatur ſuper eadem.
Item ad officium iſtorum iudicum tñ, qui primo citauerunt,
pertinet cogere partes ad eligendos arbitros, & arbitros ad eli-
gendum tertium, & ēt ſi arbitri nihil diffinirent intra terminũ
eis aſsignatum, ipſi ſoli procedent in cã principali. j. de offi. de-
6 le. ſuſpitionis. j. de app. legitima. ¶ † In hac aũt glo. ſemper ap-
pellamus primos iudices eos, qui primo citauerint. item prædi
cta probantur ſic. ante tempus huius decre. pertinebat tota iu-
riſdictio ad illos, corã quibus primo cępiſſet agi; ſed per decre.
hanc non eſt additum, niſi hoc, ſ. ꝙ ambo iudices debeant co-
gnoſcere de arbitris. ergo in omnibus alijs primi iudices ſuam
iuriſdictionem obſeruabunt. C. de teſta. omnium. ¶ Alij aliter
dicunt, ſ. ꝙ ambo iudices in omnibus ſimul procedere debent.
hæc vera ſunt, vbi per partes proponitur literas per alias reuo-
catas, quia tunc videntur concedere, ꝙ iudices, coram quibus
hoc proponitur, de ipſa exceptione cognoſcant. ſed ſi propo-
nant alios iudices eſſe, q̃ pferri debent in cognitione huius cau
ſæ, tunc coram ambobus eligendi ſunt arbitri, & ambo cogent
arbitros procedere in cauſa, & oĩa alia circa hoc ſimul facient.
¶ Alij autem dicunt, ꝙ iudices primo citantes non dimittunt,
quin procedant, quicquid dicant partes, niſi alij iudices hoc pe
7 tant. ſed certe aliud videtur melius. ¶ † A partib. j iudicibus. ſ.
vel melius partes appellant litigantes, qui habent duplex auxi-
lium, primum de arbitris. ſecundum, ꝙ proponant coram iudi
cibus citantibus except. de ſuis literis non reuocatis, & probēt
coram eis. ſ. eo. ex parte, j. eod. ex tenore. nam ſicut iudices in-
uicem in hac parte poſſunt ſibi deferre, idem vr̃ & de partibus,
licet aliqui contradicant, & dicunt neceſſe eſſe, ꝙ coram iudi-
ce, qui iuriſdictionem exercere cęperit, excipiant de literis re-
uocatis, & petant arbitros, coram quibus de hoc diſputetur, ſi
non poterunt iudices vtriuſque partis cõcordare, vt hic, & nõ
poſſunt coram eis procedere in hac exceptione, ſed coram arbi
tris tantum. contra. j. eo. ſuper. vbi dr̃, ꝙ iudex, coram quo talia
proponuntur, debet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio: ad idem
ff. de iud. ſi quis ex. ſed dicunt illam loqui, qñ non ſunt alij iudi-
ces delegati, vel etiam ſi eſſent delegati, ideo petebatur hoc ſed
ſm priorem modum procedebatur. nec credimus hanc decre.
locum habere, ſi dicatur, ꝙ per literas deleg. nõ ſit ordinarij iu-
riſdictio reuocata, cum hic dicatur tñ, qñ ambigitur de reuoca
tione literarum: ſed ad ordinarium fuerunt literæ impetratæ.
Item quia delegatus põt coercere ordinarium. j. de offi. deleg.
c. 1. & c. ſane. delegatus aũt non, quia par in parem nõ habet im
perium. j. de elec. innotuit. nec etiam habet locum hęc decr. ſi
proponatur coram iudicibus app. citantibus, ꝙ per ſuas literas
non ſint literæ principalis cauſæ reuocatæ. nam tunc app. iudex
cognoſcet, j. de app. vt debitus, j. eo. dilectus filius. ¶ Et eſt ratio
diuerſitatis, qa in alia cã impetrantur ſecundæ literæ, ſ. app. in
alia primę, ſ. principalis. ſed bene dicimus eam habere locum
ſi in cã appellationis, diuerſę a partibus literæ impetrentur, qđ
8 fieri põt. j. de confir. vti. bonæ, in prin. [Sopiantur.] † Sed quid ſi
iudices, vel arbitri diffinierint penes illos eſſe iuriſdictionem,
penes quos non eſt, nunquid hoc prætextu iterum audietur q̃re
la, quaſi non ſit à ſuo iudice lata ſententia, vel ſit lata a iudice,
qui

A D D I T I O.

a ¶ Paſtoralis. Ad iſtum tex. vide eundem Inn. in capitulo, ſuper literis, infra eo. vbi dicit, ꝙ non habet locum in ordinarijs, & Ludo. Roma. in conſ. 160. dat aliam limitationem, ſcilicet quòd non procedit, quando reſcripta gratioſa ſunt in diuerſis cauſis.

iuriſdĩonem non hẽt, arg. C. de iur. om. iud. conſenſus, ff. de iudi. l. j. ¶ [Sed nos dicemus, vlterius hanc qõnem non audiendum, ex quo ſemel lata ſentẽtia tranſit in rem iudicatam, ſicut ſnia ꝯ res prius iudicatas nõ valet, ĩ qua ſnia ſert primò iudicata nõ eſſe, vt ff. ꝙ ſen. ſi appel. l. j. ĩ prin. ar. 2. q. 6. §. diffinitiua. Et res iudicata pro veritate accipit̃, ff. de ſta. ho. ingenuũ. & vterq; iſtorum iudicum hẽt iuriſdĩonem, licet poſſet ꝑ exceptionem elidi, ſicut no. ĩ. co. cæterum. niſi fortè exprimeret errorem ſuũ, puta quia diceret, ꝙ ꝑ clauſulam illã, nullis literis veritati & iuſtitiæ præiudicantibus, reuocentur primæ literæ, ĩ. de confir. vti. bonæ. §. vlt. vel ſi ſententiaret, ꝙ non teneretur facere mẽtio-
9 nem de proceſſu, ĩ. de re iudi. inter monaſterium. ¶ † [Et quibuſdam] dicimus, ꝙ vbi literæ impetrantur ꝯ plures, vel ſuper pluribus rebus, ꝙ primò põt ꝯ vnum agere, & poſtea ꝯ alium alio tpe, & ẽt põt agere primò ꝯ eundem ſuper vna re, & poſtea ſup alia, & eodem mõ põt facere ꝑ generalem clauſulã. nec obſtat, infra de of. deleg. in literis. vbi dr̃, ꝙ ſemel functus officio ſuo vlterius ſe intromittere non põt, quia hic ſuper eodem, de quo vult, nõ eſt functus officio ſuo, arg. ꝯ prædicta, ſupra eodem ad hæc. ¶ [Alijs.] quid ſi dixit de vna re tm̃, ſed generalẽ clauſulam poſuit in perſonis, puta eãm, quam B. hẽt ꝯ O. & quoſdã alios ſuper iure patro. T. eccleſiæ, & poſtmodũ vnus de cõtentis ſub generali clauſula impetret l̃ras ꝯ primum impetratorem ſuper eo. iure patro. & certe aliquibus non vr̃ valere ſm reſcriptum, cum ſit impetratũ ſuper re expreſſa in primo, vt hic. ad hoc ergo, vt ſm valeat, neceſſe eſt alias res & ꝑſonas exprimi in ſecundo reſcripto, ꝙ̃ in primo. ſed hic ſequitur abſurditas talis, ꝙ ſi aliquis illorum, qui cõtinẽtur ſub clauſula generali, velit agere ſuper re expreſſa, vel nominata, ꝙ nõ poſſit, cum ſuper ea non poſſit impetrare iudices, nec eodem mõ ad iudicem ordinariũ ire, nec coram delegatis primis põt, cum non ſint delegati eius, vt quidam dicũt. & idcirco melius eſt dicere, ꝙ cõtentus ſub generali clauſula poſſit ſuper expreſſis literas impetrare, & corã ordinario litigare. & ſi primò inceperit, priuſquam citetur per generales literas, præualebit, & ſi primus nõ poſtpoſuis vti dolo, vel negligentia, alias non, vt hic. ¶ Eſt ergo neceſſarium ad hoc, vt literæ in prædicto caſu nõ valeant, ꝙ res & perſonæ ſint expreſſæ in primo reſcripto, vel nominatæ coram iudice, niſi ageretur actione pro ſocio, famil. erciſ. cõi diuidundo, quarum prima veram ſocietatẽ continet, aliæ duæ communionẽ rerum pro diuiſo, vel indiuiſo. & idẽ dicere vr̃ in actione tutelæ, quæ notat cõuouationem actuũ. ff. de quib. rebus ad eundem iudicẽ ea. l. j. & 2. C. arb. tu. oẽs. & idem fortè põt dici, ſi petatur reſtitutio in integrũ. C. ſi vt hær. ſe abſtin. auc. ſi oẽs. vel cõfirmatio. ff. de adop. nam. vel ſi petatur cõfirmari electio. in omnibus n. his caſibus, licet omnibus nõ expreſſis, vel noĩatis ꝯdicere electioni, vel confirmationi, & ẽt ſine conuentione alterius delegati iudicem adire, qa cõis omnium iudex eſt. & ideo impetratis literis ſuper aliqua ſocietate ꝯ aliquem ſociorum, vel ſuper alijs caſibus præmiſſis vlterius nullus aliorum poterit l̃ras impetrare. ¶ Et idem forte dicẽdum eſt in alijs caſibus, vbi agitur de rebus, vel iurib. indiuiſibilibus, vel ẽt idem eſt negotium, & eadẽ cã defenſionis, & eodem cõi iure innititur, infra de app. ſua. vbi no. ſed nõ eſt ſic idem negotium, nec eadem cã defenſionis in iure patro. de quo prædiximus. ¶ Si aũt perſonæ ſint expreſſæ, vel nominatæ, ſupple & citatæ ita, ꝙ perpetuata ſit iuriſdĩo etiã ſuper alijs negotijs, vbi nulla eſt cõtro, de cætero ſuper vlla re, & ſuper nõ expreſſis impetrare põt reſcriptum, nõ viribus huius decre. ſed auc. quæ eſt. C. de interlo. om. iud. auc. & conſequẽ-
10 ter, quę prohibet recõuentionem fieri ſub alio iudice. ¶ † Sed poſſet quæri, ſi citata & noĩata perſona ſuper rebus non expreſſis impetret reſcriptum, an finita cã ꝯ cum mota ſuum reſcriptum elidatur excep. arg. ꝙ ſic. ĩ. e. ſuper literis. C. ſi nup. ex reſcri. pe. l. s. ar. ꝯ. ĩ. de of. deleg. prudentiam, §. ſexta. inſtitu. quib. mo. teſta. infir. §. non tm̃, ff. de iniuſto, rup. teſta. poſthumus. ¶ Sed reſpõdeo elidi reſcriptum. & ꝯria illa loquunt̃, qñ tempore facti teſtamẽti, & mortis, & tpe impetrationis literarum proceſſus erat legitimus. hic aũt tpe impetrationis legitimus non fuerat, ſicut in prima cõcor. ¶ [Expreſſæ] quod hoc mõ fieri põt. A. impetrauit l̃ras, ꝙ B. & quidam alij iniuriabantur ei, intẽdẽs ſub clauſula generali cõprehendere C. ſed poſtea ante, ꝙ̃ capitatur C. idem C. impetrauit literas ꝯ A. q prius impetrauerat ꝯ eum ſub generali clauſula dicit, ꝙ literæ C. præiudicant literis A. in rebus. leue eſt exemplum. [Speciales] ſupra eo. ſicut Ro. [Superflua] quantum ad hunc caſum. [Obtinet] ea hoc colli-
11 gitur, † ꝙ generali promiſſione facta, ſi moriatur delegans ante expreſſionẽ rerũ, vel perſonarũ, delegatus nihilominus poſt mortem delegantis audiet, ſi in aliquo cœperit vti iuriſdĩone, arg. ĩ. de of. del. gratum, & c. licet vndique. ¶ [Exprimantur] hic
12 dicimus † tñ valere expreſſionem coram iudice factam, quantum ſi in l̃ris eſſent expreſſæ res & perſonæ, non tñ cõparamus citationem, cum ex citatione perpetuatur iuriſdictio ꝯ citatũ.

infra de of. dele. licet, & c. gratum. ſed expreſſionẽ nõ, ſed id bene fieri hẽt, ꝙ hic dr̃, ſ. quia de cætero ſecundæ literæ non valebunt, niſi de prioribus literis, vel expreſſione generalis clauſulæ in primis literis contentæ fecerint mentionem, ſalua diſtinctione habita, ĩ. c. plerunque. & fit hæc expreſſio hominum, vel rerum etiã ſine citatione, vt ſi iudex mittit ei, Scias, ꝙ talis per huiuſmodi literas te conuenire intendit tempore ſuo.

SVMMARIVM.

1 *An in generali clauſula comprehendantur ſimplices clerici.*
2 *Quæ perſonæ dicantur maiores, & digniores.*
3 *Viliores perſonæ dicuntur illæ, quæ viliſſimas exercent artes, vt ſunt artes ſcenica, tabernaria, & ſimilia.*
4 *Propriæ ſignificationi verborum ſtandum eſt, niſi vbi ex cauſa contrarium inuenitur.*
5 *Maiora & grauiora negotia quænam intelligantur.*

CAP. XV.

SEdes Apoſtolica. [Minores.] Et hęc ratio: dicimus, ꝙ ſi maior litigat cum minore, hac exceptione omiſſa, ſ. de maioritate & dignitate perſonarũ, & negotiorũ, tenet ſententia ꝯ eum lata, quia tacitè eorum iuriſdictio proro-
1 gaſſe vr̃. ¶ † Quid ſi dixit, conqueritur de epo, & quibuſdã alijs, nunquid ꝑ generalem clauſulam poterũt ſimplices clerici cõueniri? reſpon. ex vi grãmaticæ non, ſed ꝯ conſiderandum eſt, ꝙ conſuetudo hẽt ꝯ infra eo. Rodulphus. infra de conſue. cum dilectus. & eſt ratio, quia aliter proceditur ꝯ maiores, ꝙ̃ ꝯ minores. 45. diſt. cum beatus, infra de of. delega. ſanè paſtoralis. ĩ. re-
2 ſpon. 3. q. 6. hoc quippe. 24. q. 3. qui ꝯ pacem. ¶ † Dicuntur autẽ hic maiores, q ſunt in primo gradu: minores, qui in ſecũdo 10. q. 2. antiquos. ff. ad legem Cor. de Sica. l. penulti. alij iudicãt ma-
a iores, ᵃ vel minores perſonas, habito reſpectu ad perſonas ĩter ſe, ſ. nominatorum in reſcripto, & conuẽtorum, ſiue in dignitatibus ſint ſiue priuati, ar. 22. q. 4. duo. ¶ Alij credunt maiores dici potentia, vel diuitijs: digniores nobilitate, vel ordine, vt quia ſunt clerici, vel quia alia præditi ſunt dignitate, & cum tñ generales literæ plus odij habeant, ꝙ̃ fauoris, arg. ĩ. codẽ. ad hoc. C. manda. per diuerſas, dicunt eas reſtringendas, & non ad maiores, vel digniores quocunq; genere maioritatis, vel dignitatis extendendas. arg. hic. ¶ Et inde dicunt, ꝙ ſi noĩat magnam perſonam potẽtia, vel diuitijs, & per illas l̃ras velit conuenire perſonam in dignitate conſtitutã, non põt. & idem eꝯ ſi noĩ fuerit perſonam in dignitate cõſtitutam, & poſt velit conuenire perſonam maiorẽ potentia, vel diuitijs, non põt. Alij ꝯdicunt, & hus æquiparant, & qualecunq; laicus perſonas noĩauerit, nõ poterit clericos conuenire: qa ſunt maioris profeſſionis. 96. diſt. duo. ĩ. de ma. & obed. ſolitæ. & hac rõne ſi nominauit clericos ſecundi ordinis, vel minoris dignitatis non cõuenit clericos primi ordinis, vel maioris dignitatis, & poſſunt dici clerici ſecundi ordinis non cathedralium eccleſiarum clerici. & eodem mõ ſi impetrauerat literas ꝯ eum, qui eſt ſub alio, non poterit conuenire eum, q præeſt, vt ſi impetrauerit ꝯ filium, vel mercenarium, non conuenitur pater, vel dñs, vt hic dicimus, qa decreta. verba ſic habent. arg. ff. qui & a quibus, proſpexit. alias autẽ nomine plebis & digniores intelliguntur, vt ſenatores, inſtitu. de
3 iure natu. §. plebs. ¶ † [Minores] Aliqui dicunt viliores, ſicut tabernariam, libertam, ſcænicam, & alias de quibus hẽs. C. de inceſt. nupt. humilem, C. de inofficioſo teſtamento, in arenam. licet enim ſit pauper, ſi alias eſt bona ipſo nominato connu-
b meratur diues per generalem clauſulam, ᵇ arg. in l. præalleg. humilem, & inſtitu. de ſuſpec. tuto. §. vlt. digniores dicuntur, qui ſunt claræ opinionis, q in prædictis vilioribus nominatis ꝑ generalem clauſulam nõ conueniuntur maiores intelligunt per ordinem, vt clericos. 96. diſt. duo. vel ꝑꝑ dignitatem cum adminiſtratione, quam habent oẽs prælati eccleſiaſtici de iure communi, vt no. infra de of. ordi. cum ab eccleſiarum. ſi de minoribus, id eſt non clericis, vel non in talib. dignitatibus conſtitutis fiat mentio, ꝑ generalem clauſulam, non cõuenientur. argu. ff. de iuriſdi. om. iudic. magiſtratibus. ſed ſi adminiſtrationem, vel iuriſdĩonem non habẽt, licet habeant dignitatem, dicunt aliq, quód

ADDITIONES.

a ¶ Indicant maiores Vide in propoſito Ab. in c. ſuper eo. el primo. infra de teſt. vbi colligit quatuor qualitates ſuperioritatis. ſ. diuitiarum, nobilitatis, potentiæ, & honoris & qui intelligantur maiores per Pet. de Anch. in repe. ca. primi. ad fi. ſupra de conſt. vbi refert ſe habuiſſe in facto, & ꝙ vbicunque tale verbum profertur a lege, vel ſtatuto in materia ind ſerenti. refertur quo ad ætatẽ. & adde Barb. late in repe. l. cum acutiſſimi, col. 65. C. de fideic. latiſſimè per Fel. in rub. quem per te vide.

b ¶ Clauſulam. Adde Bal. hic, ꝙ per iſtam clauſulam generalem, & quidam alij, nõ includuntur pauperes, alleg. l. Titius, ff. de procur. pro quo facit, ꝙ dicit Ray. de Forli. in l. non facile. § primo ff. ſi cui pluſquam per l. Fal. vbi ꝙ pauperi remittitur ſatiſdatio. & adde quod pauper dicitur ille, qui laborat malis moribus, Bal. in d. l. humilẽ, & Do. Mar. Soc. in c. j. de ac. & in conſi. 17. col. ſi. verſ. a.

quòd quo ad cōuentionem nullum habent priuilegium, licet
habeant quo ad quædam. C. de inof. teſt. l. ſciant. C. de poſtula.
quiſquis. §. pen. niſi eſſent viri, qui olim exiſtentes in maxima
dignitate, vel eximia dignitate eam dimiſerint, de quibus hēs
C. vbi ſena. vel cla. quotiens. q̄ per generalem clauſulam ſimili-
ter non poterunt cōueniri, ar. ibidem. Nos dicimus, q̄ non pōt
certa doctrina dari de præmiſsis, ſed diſcretus iudex examina-
bit oīa ſupradicta, & eis diligenter inſpectis iudicabit, qui ſint
4 maiores, qui minores, & qui digniores, ſm q̄ iuſtum eſt. ¶ † [Ma
iores] Hoc ſic ſtatuitur in odium abutentium reſcripta apoſto-
lica, ſed ſecus eſt in procuratoribus, vt licet nominentur mino-
res perſonæ, tñ maiores perſonæ, & de maioribus negotijs, & re
a bus conueniri poſſunt. nam propriæ ſignificationi [a] verborum
ſtādum eſt, niſi vbi exeā ɔ̄trium inuenitur. & idem intelligimus
in ɔ̄ctibus, & alijs. [Multitudinem.] Supra eod. ad hæc. ff. de te-
ſti. l. j. & dic multitudinē, ſ. quadragenarium numerum, ſicut in
teſtibus, dē teſtibus, cum cām. & talem interpretationem iā re-
cepit, vnde nō eſt mutāda. ff. de leg. minime, hodie tñ quatuor.
5 j̄. eod. cum in multis. ¶ † [Maioribus.] maiora negotia intelligo
de maiorib. ſummis, grauiora, quia de ſpiritualibus, de crimi-
ne, vel de libertate, vel pp̄ ſcandalū, quod inde oriri poſſet. nos
credimus pp̄ generalem clauſulam poſſe agi de maioribus ſum
mis, niſi nimium excederent: ſed nominata petra, nō pōt agi de
caſtro. ſuper hoc etiam præcipuè valet diſcretio iudicis, vt vi-
deat, quæ ſint maiora negotia, & quæ minora. [Fraus] infra de
fil. presby. ad præſentium. j̄. de dona. c. 2 3 o. q. j. dictum.

ADDITIO.

a ¶Propriæ ſignifica. Adde q̄ proprietas verbi cognoſcitur, vel ab alluſione, vel a ſignificatione, vel auctoritate, vt per Do. Maria. Soci. in conſi. j. col. 2. ver. cum ergo, & plenè quando ſtandum ſit proprietati verborum in contractibus, & p Alex. in conſi. 80. col. 4. ver. confirmatur, & col. 6. verſi. & per hoc, & in conſil. 22. col. 2. in prin. vbi impropriantur, vt deſeruiant menti, in primo vol. & vide eundem Alex. in d. volu. conſi. 50. col. 4. in fi. vbi q̄ proprietati non creditur niſi ratione abſurdi, vel repugnantia, & vide eundem in conſil. 42. in 4. volu. & aliqua per Iaſo. in auc. nouiſsima, C. de inof. teſt. & per Alex. in l. j. C. quod cuiuſque vniuer. nomine.

SVMMARIVM.

1 *Iudex partes & etiam alios punire poteſt, ſi viderit eos in aliquo malo verſari.*

2 *Reſcripta quando plura ſunt impetrata ſuper eodem negotio, ab vna perſona vel diuerſis, ad vnum vel diuerſos iudices, quod tunc obſeruandum.*

CAP. XVI.

1 EX tenore. [Vt ipſe cōmodo] ſ. de reſcrip. cæ-
terum. j̄. de of. deleg. ſanè ɔ̄. ¶ † Se-
cundò no. q̄ cum plures literæ ſuper eodē impetrā
tur negotio, aut impetrātur ab eodem, aut à diuer-
ſis: ite aut ad eoſdē, aut ad diuerſos iudices. ſi aliquis impetrat
duo paria lrātum in fraudem ad diuerſos iudices, ſ. eā vexandi
aduerſarium, nō ad cautelam, ſ. vt ſi morerentur iudices vnius
commiſsionis, vel alias impedirent, recurſum haberet ad alios
neutræ valerent, vt hic. ſi verò ad eoſdem iudices, & diſcordant
literæ in data, præualent primæ, ſi in ſecūdis non fiat mētio de
primis. ſ. eo. cæterum. ſi verò eſt forma, & data eadē ad eoſdem
iudi. valent vtræque, ar. ff. de his, quæ in teſtamē. delen. l. fi. ff. de
teſta. vnum. ſi verò ſunt aduerſæ, neutræ valent. C. de fi. inſtru.
ſcripturæ. ſi verò literæ impetrantur a diuerſis perſonis ad eoſ-
dem iudices, vtræque valent, ſi concordant in forma, & data. ſi
verò data eſt eadem, ſed forma ɔ̄ria, conſulendus eſt dñs Papa.
j̄. de of. deleg. ſanè. & hoc ſi vtraque pars oſtendat ſuas lr̄as. ſi au
tem actor ſubijcit ſuas literas, p annum fortè, conualeſcunt li-
teræ rei. j̄. eo. plerūque. Si verò impetratæ ſunt a diuerſis, & non
apparet, quæ illarum ſint primæ, neutræ valēt, vt dicunt quidā,
ſed melius vr̄, q̄ præualeant lr̄ę prius præſentatæ. ¶ [Vt ipſe cō
modo.] Imò vr̄, q̄ cām perdere debeat, arg. C. de aſſer. tollen. l. j.
§. fi. ſed illud ſpeciale eſt fauore libertatis, ſed quō iſte iudex, q̄
tñ de excep. cognouit, pronunciabit, q̄ careat cōmodo vtriuſ-
que, cum de qua re &c. ff. de iudi. de qua re. infra de fi. licet. in-
2 fra de ordi. cogni. cum dilectus. Reſpon. † iudex partes, & etiam
alios punire pōt, ſi viderit eos in aliquo male verſari. C. de teſt.
a nullum. Item hoc eſt notorium iuris, vnde ſine ordine iuris [a] p-
cedi poteſt, vt no. infra de cohabi. cleri. & muli. tua, & c. veſtra.

ADDITIO.

a ¶Sine ordine. Adde eundem Inno. in c. qualiter & quando, infra de accu. Fel. in c. euidentia, infra de accu. Abb. & Docto. in d. c. veſtra. Fran. de Are. in cōſ. 165. & adde eundem Inno. in cap. ex parte, infra de verb. ſignifi. q̄ iudex in notorio potius poteſt procedere exequendo, quàm condemnando, & refert Dom. Maria. Soci in conſi 22. col. 3. verſi. quarto & dicit Henric. Bohic in cap. ad audientiam, infra de iureiuran. in col. fina. q̄ licet requiratur ſententia, non tamen requiratur in ſcriptis. Et ita intelligit nota. per Ioann. And. cap. ex parte, el primo, ſupra alleg.

SVMMARIVM.

1 *In ſufficientia, quæ attendantur.*

CAP. XVII.

1 CVm adeo ſcripta. [Sufficientem.] † Quę
ſufficientia attēditur
ratione nobilitatis, ſciētiæ, magnitudinis, & digni-
tatis. 41. diſt. non cogantur, de præb. de multa, ff. de
var. & extraordi. co. l. j. §. in honorarijs. ff. de vſufr. ſed & ſi quid,
§. j. [Qualiter.] ſ. per veri ſuppreſsionem, ſupra eo. ad aures.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid li. non conteſt. liceat teſtes recipere.*

2 *Verba ambigua in reſcriptis ſunt interpretanda ſecundum ius commune; ſecus in priuilegijs. & quando amplianda & reſtringenda.*

3 *Comminatio, de qua in hac decre. facienda eſt poſt peremptorium.*

4 *Quando per ſequentia determinentur præcedentia.*

CAP. XVIII.

1 CAuſam, quæ inter. [Probationes recipe
re] † per qđ videbat
teſtes poſſe recipi, li. non conteſt. qđ non eſt verum.
2 j̄. vt li. nō conteſt. qñ. † nam in reſcriptis verba ambi
gua ſunt interpretāda ſm ius cōe, ff. de confir. tu. l. j. C. de inoff.
teſt. l. ſi qñ. in priuilegijs ſecus. j̄. de deci. ad audiētiam, & de do-
na. paſto. j̄. de priui. ex ore. idem in beneficijs principū j̄. de ver.
ſigni. olim. nā hæc potius ſunt amplianda, q̄ reſtringenda, ff. de
conſti. prin. l. vlti. idem dicimus in indulgentijs, non tñ ſunt lar
ge interpretāda, vt a verbis priui. recedatur. j̄. de priui. porrò ſta
tuta ſm ius cōe interpretamur. j̄. de cōſuet. cum dilectus. diſpē-
ſationes & permiſsiones reſtringimus. j̄. de conſangui. & affi. q̄
dilecto. dicta aūt teſtium & alia intelligimus, ſm q̄ nulli, vel mi
nus ſunt captioſa. j̄. de teſti. cū in fili. ff. de reg. iur. ſemper in du-
bijs. vbi non eſt ambiguitas, non interpretemur. ff. de leg. 3. ille
3 aut ille. ¶ † [Et quātum] quidā dicunt hanc clauſulam vicē per-
emptorij obtinere, ar. j̄. de in integ. reſt. ex literis, in fi. & de dona.
cum dilec. nos nō credimus, imò poſt peremptoriū faciēda eſt
hæc cōminatio, ff. de iudic. ad peremptoriū, & ad hoc ēt conſo-
4 nant decre. præalle. ¶ † [Intelligētes ibidem] & ita clauſula ſe-
quens reſpicit præcedētia, & determinat ſequētia, prout ius po-
ſtulat. 32. q. 7. apoſtolus. j̄. de ap. ſecundo. vel prout eſt de volū-
tate partium, ff. de pac. do. cum pater. ff. de condi. indeb. quia. &
qñq; per ſequētia nō determinatur proxi. idē de dona. cum di-
lect. & de ap. quæſiuiſti. ¶ [Captiuarum] qūo reuocatur ſine ap-
pel. cum non ſit contra ius ſcriptum, ſed contra ius litigatoris?
Reſpondeo, immo caſſum & irritum eſſe debet, cum ſit factum
contra ordinem iudiciorum. C. de ſen. & interlo. l. prolatam,
ſcilicet ſi teſtes eſſent recepti li. non conteſta.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid ad conſtitutionem faciendam ſola decani & capituli auctoritas ſit ſatis.*

2 *Quando auctoritas Papæ intelligatur excepta in iuramento.*

3 *Quando liceat excipi contra literas.*

4 *Effectus literarum non impeditur, ſi poſt executorias iuratur.*

5 *Quandocunque conſtat aliquem non legitimè inſtitutum, etiam poſt ſententiam debet remoueri.*

CAP. XIX.

COnſtitutus apud ſe. [Et ipſi] ideſt cano
nici. [Eis] ideſt ca-
nonicis [Executoribus] qui eos compellerēt, cogni-
tione tamē præmiſſa, vt infra ſequitur. [Per decanū]
1 † nunquid ſola auctoritas Decani, & capituli ſufficit ad cōſti-
tutionem faciendā. ex hoc loco vr̄, q̄ ſic. ɔ̄. j̄. de conſue. cum cō-
ſue. & ad hoc no. ſ. de conſti. cū acceſsiſſent. ſed hic non dr̄ ſta-
tutum valere: ſed dr̄ eos nō cogendos pp̄ iurm̄, de quo in literis
a mētio non hr̄, vel erat confirmatū a Papa. ¶ † Iuramēto, ſed in
a omni tali iurō intelligitur excepta auctoritas Papæ, [a] vt hic, &
j̄. de iureiur. veniēs. ergo non facit ɔ̄ iuramētum recipiendo ad
mandatū Papæ. Ioan. dixit hanc conditionem non ineſſe iura-
mēto, ſed ideo intelligitur excepta auctoritas Papę, q̄a Papę nō
præiudicatur, quin poſsit ɔ̄rium facere, vel ſtatuere. Alij dicūt,
q̄ in veritate intelligitur hæc cōditio, ſicut multæ aliæ. ſi. 22. q.
2. beatus. j̄. de iureiur. quemadmodū. Iſti autē canonici non co
guntur eum recipere, q̄a literæ fuerunt impetratæ tacita verita
te, & tali, de qua præſumitur, q̄ ſi eſſet expreſſa, nō obtinuiſſet li
teras. & hæc eſt rō, quare hæc exceptio de iuramēto dēt propo-
ni in prin. ɔ̄ literas, & non ex poſt facto, quia nō obſtat receptio-
ni in canonicum iuramentū. hoc nō placet, quia exceptio iſta,
ſcilicet q̄ non fecit mētionem de iurō, non proponitur in ini-
tiu tantum & ɔ̄ reſcriptum, ſed ſemper vſq; ad diffinitiuam ſen
tentiam tanquam veræ peremptoriæ. hæc enim exceptio non
tantum

ADDITIO.

a ¶Auctoritas Papæ. Intellige hoc verum, quando præſtitur ſuper re ſubiecta Papæ, vel ſuper iuribus pertinentibus ad eum. Ita Abb. hic. & ideo dicit Innocen. in capitulo, cum inter P. de renuncia. q̄ in non pertinentibus ad Papā ipſe non abſoluit a iuramento ſine cauſa rationabili.

1 ...ſi. cit literas,ſed gr̃am, quæ pōt fieri ſine literis, a & ſem-
3 ...ſ præuenit, & idcirco eſt peremptoria gr̃æ. ¶ † Fatemur
... ſi aliqua exceptio, vt pacti, vel iuri competeret mihi tan-
... literas, vt ſi pactus eſſet, vel iuraſſet, ꝙ non impetraret li-
... aliquem, & ipſe ꝯ in fm̃ impetraret literas ꝯ eũ in princ.
poſſet quidem excipi ꝯ literas, ſed poſt li. conteſt. non. C. de ex-
cep. l. ſi. ſed ſecus, ſi iuraſſet, vel pactus eſſet, ꝙ cum nō conuenit
ret. qa tunc non tm̃ premit literas, ſed actionem. Item nō præ-
iudicant lr̃æ Papæ tali iur̃o, niſi de illo faciant mentionẽ, nō qa
nō poſsit præiudicare; ſed qa non præſumitur velle præiudica-
re: qa non eſt auctor periurij. ĵ. de iureiur. ſi verò. non. n. dēt viā
periurijs aperire. ĵ. de iureiu. ſi verò. & ſacramẽtum ẽt temera-
rium, vel in fraudem obtentum, non dēt quis deſerere ſine au-
4 ctoritate ſuperioris, infra de elec. venerabilẽ. ¶ † [Executorias]
quaſi dicat, ſi poſt executorias iuraſſent, non impediretur effe-
ctus earum: qa nō eſſent literæ impetratæ tacita veritate. ſed vr̃
idem ẽt poſt monitorias, cum per eas ſit negotium cœptum. ĵ.
eo. ſuper literis. ſed dic cœptum quo ad hoc, ꝙ de honeſtate ip-
ſe dēt perficere, quod incœpit. & eodem mō ſi iur̃m præcederet
monitorias, nō valerent. ſed iur̃m præſtitum poſt executorias
nō præiudicat: qa per illud nō pōt tolli ius, qđ quæſitum erat p
eas, ſ. ius petendi præbēdam. ſed iur̃m præſtitum poſt monito-
rias & præceptorias præiudicat: quia per eas nullum ius quæri-
5 tur. ¶ † [Irritum] In beneficijs ſatis defendi pōt, ꝙ qſcunq; con
ſtat aliquem nō legitimè inſtitutũ, ẽt poſt ſnĩam remoueri dēt,
cum ibi dēt eſſe oĩs puritas, & abeſſe oĩs obreptio. j. q. j. ſi quis
neq;. ĵ. de re iud. cum olim, & c. cum Bertoldus, & de cōceſ. præ-
ben. cum noſtris. ĵ. de re iud. inter monaſterium ꝯ: ſed nō loqui
tur in beneficijs. vel expone hanc decret. ſuper irritum, ſupple.
nō procedendo p tramites iuſtitiæ: puta qa poſt appellationem
proceſſerunt, & fuit iſta cauſa appellandi, cum in literis nō fie-
ret mentio de iur̃o, alioqui cum eſſent iudices, licet poſſent eli-
di per exceptionem, ſi tacuit, vel expreſsè in eis conſenſum fue
rit, tenet quod ab eis factum eſt. x. q. 6. §. diffinitiua, infra de fil.
presby. ad noſtram præſentiam, infra eod. cum dilecti.

ADDITIO.

a ¶ Sine literis. Quòd gratia poſſit fieri ſine ſcriptura, adde Felin. in rubri. de con ſtitu. colum. 3. ver. & poſſunt iſta, & ibi vide concor. Et ibi an poſſit probari per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Cum omiſſum eſt aliquid neceſſarium exprimi, non valent literæ.*
2 *Exceptio peremptoria non admittitur contra reſcriptum.*
3 *Reſcripta ſunt latiſſimè interpretanda.*
4 *In literis gratioſis valent literæ non dolum, ſed ignorantiam aliquam continentes.*
5 *Iuriſdictio an detur per literas ſubreptitias. & in nume. 5.*
7 *An ſi quis literas a Papa impetrant, & negat aduerſarius eum appellaſſe, nunquid vocatus tenebitur reſpondere.*
8 *Non poteſt quis de vna eademque re ſub pluribus conueniri.*
9 *Non auditur obijciens contra reſcriptum, quòd iudex ſit criminoſus, vel impetrator homicida.*
10 *Exceptio contra iudi. quando proponi debeat, & quid de exceptione iuriſdi. in nume. 11.*
12 *Peremptoriæ exceptiones an proponi poſſint contra reſcriptum ad declinandum forum, & quid de dilatorijs. nu. 13.*
14 *Exceptio de veritate tacita in cauſa beneficiali, quando proponi poſſit.*

CAP. XX.

SVper literis. [Vt] prima rl̃a. [Priori modo] ſcilicet per fraudem, vel mali-
tiam. [Facta fuerit] de hoc. n. ipſe dubitans rationẽ
dubitatis cognoſcet, ſicut & alibi. ff. de libe. cā, or-
dinaria, & C. eo. lite. & dēt probare dolum, qui alleg. ff. de proba.
quotiens. §. qui dolum, arg. infra de præſump. dudum. [Cogno
ſcet] qa fraus nemini dēt patrocinari, ſupra eo. ex tenore. ĵ. eo.
ſedes, & eſt ſimile. C. ſi ꝯ ius, vel vti. pub. & ſi legibus. & intelli-
ge, ꝙ nullatenus dēt cognoſcere de eā, ſi obijciatur exceptio. nã
ſi non excipiat, ſed conſentiat, vt cognoſcatur, cognoſcat, vt
C. ſi ꝯ ius vel vtil. publicā, præſcriptione. C. de fal. nec exēptũ.
plus dicimus, quia ſi ẽt illud p fraudẽ obtineat, qđ alias obten-
turus eſt, nō valet. C. ſi ꝯ ius. & ſi. [Poſteriori] per ſimplicitatẽ.
2 [Nam] ſecūda regula. ¶ † [In cōi forma] Hoc non intelligitur,
qñ tacuit ea, quæ neceſſe ſunt exprimi de proceſſu: qa tunc non
valent literæ, ẽt ſi tale quid ſit omiſſum, quo expreſſo nihilomi
nus literas habuiſſet. Alij tñ ꝯdicunt & bene, vr̃ arg. ĵ. de appel.
oblatæ. de tacita autẽ veritate ſic pone exemplum. ſi quis falsò
ſignificauit Papæ, ꝙ erat ſpoliatus, & Papa mandauit, ſi eſt ita,
ꝙ reſtituatur ante cauſæ ingreſſum: poſtea inuenitur, ꝙ ſpolia-
tus eſt auctoritate iudicis: ſed nō ſic, ꝙ ſit reſtituendus ante cau
ſæ ingreſſum: qa bene ſeruauit ordinem procedendo ꝯ huc ſpo
liatum. C. vnde vi, ſi quis in tantā. tñ poterit p literas petere re-
ſtitutionem: qa hic impetrator appellauit à ſnĩa iudicis, cuius
auctoritate ſpoliatur, & nō ſtatim, ſed probata legitima appel-
latione. & nō mireris. qa diximus eũ p has petere reſtõnem, qñ
nō faciunt mentionẽ de appellatione. nam licet nō faciunt mẽ
tionem de appel. nō minus p eas proceditur. ĵ. de appel. oblatæ.
¶ Sed vr̃, ꝙ iſti, q appellauit, hic competat rectum interdictum,
vel conſtitutio, ſi quis in tantā, ꝙ non debuerit victor auctori-
tate iudicis, a quo appellatũ eſt, accipere poſſeſsionẽ ſibi adiu-
dicatam. C. de iure fiſ. prohibitum. C. ſi p vim. l. 1. Sed reſpō. hoc
qđ diximus, locũ habere, vbi iudici, a quo appellatum eſt, licet
ſnĩam exequi, ſm̃ quod no. ĵ. de oſ. dr leg. paſtoralis. §. præterea,
aliter tñ leuius patet. ¶ Pone caſum ſic. Papa ſic ſcripſit, Cōque
ſtus eſt nobis A. de B. q pecuniam ſuam, quā ſibi mutuauit, red-
dere ꝯdicit. quo circa mādamus, quatenus, ſi eſt ita, dictum B. ad
reſtituendā pecuniam cōpellas. poſtea coram delegato. A. pe-
tit mutuum, & petit ꝙ ſm̃ tenorem reſcripti cōpellatur B. ſibi
reſtituere pecuniam B. reſpōdet & dicit A. tacuit veritatẽ, quā
ſi expreſsiſſet, nō literas habuiſſet, ſ. de pacto de nō petendo: ſed
A. dicit, ẽt ſi de pacto dixiſſem, eũ adiuncto, ſ. cum eſſem in fu-
rore, vel in pubertate lr̃as habuiſſem, ſ. hoc mō conqueſtus eſt
nobis A. de B. q pecuniam, quā ſibi mutuauit, reſtituere dene-
gat prætextu pacti de nō petendo, qđ ſibi fecit, cum eſſet impu-
bes, vel furioſus. hoc. n. caſu A. nihilominus in forma cōi lite-
ras habuiſſet, ſ. cum illa clauſula, partibus conuocatis cauſam
decidas. vnde B. petit, ꝙ ſm̃ ordinem iuris pcedat, ſ. ꝙ recipiat
teſtes, & probationes ſuas ſuper pacto interpoſito, & ꝙ A. fuit
maior & ſanæ mẽtis. vel aliter & melius cũ B. diceret literas nō
valere, ꝙ de ſuo pacto mẽtionem nō faciebat. A. reſpōdet dicẽs
& ſi de tali pacto, quod nō præiudicabat, mentionem feciſſem,
tñ reſcriptum in forma cōi habuiſſem. vnde per has meas lite-
ras procedendũ eſt, & ſi non ſm̃ formam clauſulæ, tñ ſm̃ iuris
2 ordinem. ¶ † Sed hodie hæc exceptio. ſ. peremptoria nō admit-
titur ꝯ reſcriptum. ĵ. de li. conteſta. exceptionis peremptoriæ, in
6. & eſt quaſi ſimile inuenire vbicunq; omittitur peremptoria
exceptio principale negotiũ contingens, & vbicunq; certa clau
ſula, vel ſpecialis in literis de cōmuni iuſtitia ponitur. vel poteſt
ponere caſum p decre. ĵ. de appel. oblatæ. ¶ Item hēt locum, qđ
hic dr̃, ſi taceatur exceptio dilatoria ſoluendi, vel faciendi. nam
nihilominus p tales literas procedetur in forma cōi poſt tẽpus
moratoriæ dilationis, vel ẽt ante, cum & ante finem dilationis
agi poſsit, licet ſolutio fieri nō debeat. ar. C. de probatio. ad pro
bationem. in declinatorijs aũt fori nō videntur poſſe habere lo
3 cum. ¶ † Et no. ꝙ licet generaliter dixerit hæc decret. ꝙ qñ talia
reſcripta impetrantur, ꝙ iudex nō dēt ſequi formam literarũ,
ſed ordinem iuris: nō oportet ſic reſtringi, vt proceſſus quem ha
biturus eſt iudex comprehēdatur ſub verbis reſcripti poſitis tā
in petitione, ꝗ in concluſione, ea tñ quantũcunq; poſſunt, ſalua
intentione mādatis, & proprietate verborũ ſunt latiſsimè inter
pretāda. verbi gr̃a, reſcriptum impetratũ eſt in prædicta forma:
ille, q impetrauit, omiſſa cā mutui, vult procedere & agere ex
cā ſtipulationis, vel donationis, vel conſimili, non pōt: qa iſti
duo modi agendi non poſſunt cōprehendi p tenorem eius, qđ
petitur in reſcripto, qđ tm̃ de mutui mentionẽ facit, licet bene
cōprehendatur ſub concluſione, ꝗ generaliter loquitur de reſti
tutione pecuniæ. & idem dicimus, ſi petitio quæ mō datur, poſ
ſit comprehendi p verba petitionis, ſed nō per verba concluſio
nis. verbi gr̃a, reſcriptum Papæ ſic cōtinet: Conqueſtus eſt no-
bis A. de B. q ſuper tali poſſeſsione iniuriatur eidem, vnde man
damus, quatenus, ſi inueneris, ꝙ per vim ſibi abſtulerit illam, co
gas ipſũ ad reſtõnẽ, ſi poſtea A. nolit ſibi dicere p vim ſibi abla-
tam, ſed p fraudem. vel dicat A. conqueror de B. q talem poſſeſ
ſionem, quā mihi vẽdidit, eam mihi dare ꝯdicit. dicimus tales
libellos non admittẽdos: qa concluſio non patitur, licet petitio
pareretur, & ſic iudex iudicare ſup prædictis libellis non poſſet:
qa fines mādati diligenter ſeruādi ſunt. ff. mand. diligenter, &
potior. imò ſola vera concluſio: qa petitionem generalem re-
ſtrinxiſſe vr̃, arg. C. de procura. maritus, C. de tranſact. age, & fa-
cit ad hoc, qđ no. ĵ. de tranſact. cap. 3. in glo. ꝗ incipit, tranſactio.
Sed, ſi bene attẽdas, oẽs caſus præcedentes ſunt de veritate tace
ta. Reſtat igitur, vt aliquos ponamus, vbi ſit falſitas expreſſa. ver
4 bi gr̃a, † Abbas non Ciſtercienſ. dicens ſe Ciſtercienſ. non ex
a malitia, ſed ex ignorantia a forte procuratoris impetrãtis impe-
trauit lr̃as ꝯ plebem, ꝗ exigebat decimas laborum ſuorũ, ꝙ im-
poneret ſilẽtium ſibi, bene valent hæ literæ: ſed nō procederet
ſm̃ hanc concluſionẽ, ſed ſm̃ formam cōem. ſ. partibus conuo
catis, & ſi forte ſpāle priuilegium hēt ſuper his, obtinebit: alio-
quin ſuccūbet. præterea expreſſum caſum hēs. ĵ. eo. olim. [De-
diſſemus]

ADDITIO.

a ¶ Ignorantia. Adde hoc procedere in literis gratioſis, vel beneficialibus, vt per Doct. hic. ſecus in priuilegijs, quia ſubreptio etiam non doloſa vitiat indiſtin-ctè priuilegium, vt per Doc. hic & per Legiſtas in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vti. publ. & tenet Dom. Bart. Soci. in conſi. ſuo incip. conſultatione, in qua multa, char. 10.

diſſemux] ideſt dare tenemur de iure, vel cõſueuimos.[Secun-
dum ordinem] ſm membrũ intelligitur. 25.q.2. præſcripti ooc,
& infra: c appellatio.oblatæ. [Procedat] arg. pro ſimplicitate,
& imperitia, de conſec.diſt.2.c.3.j.de re.permu. vniuerſiorum,
ff.de ven. inſpi.l.4.§.fi.ff. de proba.cum de indeb.[Procedat] ff.
de eden.l.1.§.fi.ff.qui ſatiſ.cog.de dic.§.ꝙ minori.C. qui admit.
ad bo.poſ eſt aũt.arg.ↄ̃.ff.de io ius voc.l. 2. C. de fal. mone.l.j.
[Si verò] tertia regula.[Nos nullas].ſ.c ad aures.j.de coha.cle.
& mu. ſuper eo.j.de re iud.ĩter mona.j.de fil presby.inter diic.
C.ſen.reſcin. non poſ.l fi.j.de re iud.cum olim.ſ.c. cum adeo,
& c.conſtitutus.j.de tranſac.ex literis. qa in his caſib. inutilum
eſſet literas concedere,vel libellum admittere.j.de præbẽ cum
teoeamur.j.c.poſtulaſti.ſ.ti.j.cũ acceſsiſ.ẽt.j.de deci.ex multi-
5 plici.ſ.c.cæterum.j.de fil.presb.ex tua.†[Adpræſens].j de teſti.
veniens.j.de conceſ.præb. & ec.non va.cum noſtris ¶[Forſan]
imo ſine ſorſan.j.de appel.ſi duob.ff de iudi.ſi quis ex. & lo qui
tur hic,qñ opponitur ↄ̃ literas de falſa ſuggeſtione,vel veritatis
ſuppreſsione: ſed non dr̃ eum non habere iuriſdi. quia ẽt p ta-
les literas bene datur iuriſdõ, vt no.ſ.eod cæterum, & ſenten-
tia,quam hic iudex tulerit,ius faciet inter partes,niſi appellare-
tur: ſecus,ſi nullam haberet iuriſdõnem,quia tunc non teneret
6 ſcotẽtia,qua pronunciaret ſuam iuriſdõnem. † Sed quid ſi lite-
ræ falſæ dicuntur,nam vel oportebit impetraotem reſcriptum
probare verum,ſi erit ſuſpectum,vel conditorem illum eſſe fal-
ſum,ſi reſcriptum nõ ſit ſuſpectum.C. de prob.iubemus, Auc.
de fide inſtru.§.ſi vero mo.colla 7. ¶Sed opponens, ponamus ꝙ
reſcriptum verè falſum erat,ſed ipſe iudicauit verum,&poſtmo
dum in principali negotio proceſsit, & ſniam tulit,apparet hr̃ ꝙ
ſniam non teneret, qa per falſum reſcriptum proceſſum eſt.
¶Item qa a non ſuo iudice lata, ergo & nihil profuit iudicare
iuriſdõnem ſuam eſſe. Reſpõdit quidam, immo ex quo a ſenĩ&
tia,in qua iuriſdõnem ſuam iudicauit, non eſt appellatum, te-
nebit ſnia in principali lata p errorem litigantium,argu ff q. i
cum ſal,turo.l.j.§.ſed.ff.quæ ſenten.ſine appel. reſcin. nõ poſſ.
7 l.j.ff.de offi.præ. Barbarius. ¶ Et ſi quæratur, a quo habent iu-
riſdõnem,dicunt ꝙ a lege,quæ dat eis cognitionem, & diffini-
tionem in hoc dubio,& ita ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè iudicet,pro ve
ritate ſumitur talis ſnia, niſi ſuſpendatur per appellatio.2. q. 6.
§. ſi ſniam. ff. de iuſtitia & iure. l.pen.melius vr̃ dici,ꝙ non tenet
ſnia.C.ſi a non compet.iud.l.j. nec de hoc ſortè cognoſcet. alij
dicunt,ſed non bene,ꝙ in veritate iuriſdõnem non habuit per
literas falſas: & tñ quod faceret, tenet pp cõmunem ignoran-
tiam litigãtium.ff.de officio præto. Barbarius. & ff. eodem. l. ſi
fortè. ſed certè hoc non vr̃ ſtare,etiam ſi mõ conſtaret,ꝙ falſæ
fuerint literæ:qa ſnia a non ſuo iudice lata,non tenet.j de offi-
cio vica.qñ,& quia de falſo ẽt poſt rem iudica.agitur.C.de fal.
querelam. ſed reſpõ. ꝙ res iudicata pro veritate accipitur inter
partes, q̃ conſentiunt litigare coram eis, ff. de ſta. homi. inge-
nuum.vnde ſufficit ſic iudicatum eſſe,nec vltra de ca quæri po
teſt.& hoc idem dicunt, ſi iudicatũ eſſet inſtrũm falſum eſſe ve-
rum,qd in principali negotio producitur: ſed ſi omiſſa eſſet ex-
ceptio falſi, bene ẽt poſſet poſt ſniam proponi, vt C.de falſis,q̃-
relam.C.ſi ex fal.inſtru.l.vlti.& no.j.de probat. licet. ſed debes
reſpõdere:qa aliud eſt,qñ iudex iudicat de principali, nõ obſtã-
te exceptione falſi inſtrumẽti, nam hic cũ verè ſit iudex,bene te
net ſnia: ſed in alio caſu,qñ iudicat verum reſcriptũ, & ſe iudi-
cem, nõ magis eſt iudex,vnde adhuc poſt eius ſniam põt de fal-
ſo dicere,& põt dicere ſniam a non compe. iudi.latam.ſi etiam
poſt oẽs ſnias ageretur coram vero iudice de falſo,vel ꝙ non eſ
ſet iudex,qui ſniam tuliſſet,& ille verus iudex ſententiaret, ſen-
tentia teneret, cũ in veritate non teneret, tanq̃ quæ non eſſet a
ſuo iudice lata,cum vlterius ↄ̃ eam nihil dici põt, qa facit ius ĩ-
ter partes: qa in veritate iudex eſt, licet malè iudicet. alij tñ di-
cunt,ꝙ non dẽt ipſe cognoſcere, an reſcriptum ſit falſum: ſed il
le, cuius dr̃ fuiſſe reſcriptum. 19.diſt.in memoriam. ¶Item qd,
ſi quis impetrauerat literas à Papa,& aduerſarius negat eum ap
pellaſſe,nunquid vocatus tenebitur reſpondere, alias irec Reſpõ
deo ſic. nam conſtat eũ habere iuriſdõnem p reſcriptum Papæ,
licet elidi poſsit p exceptionem: qa per falſi ſuggeſtionem ſunt
impetratæ literæ,& no.j.de ofñ.dele. paſtoralis.§. præterea.ſi qs
autẽ conuenitur ſuper maleficio, vel ↄ̃ctu, bene confitetur cri-
mẽ,vel ↄ̃ctum: ſed dicit ſe non cõueniendũ coram illo iudice,
qa non deliquit, nec ↄ̃xit in ſua diœceſi, ſed alterius, & idcirco
quicquid iudicaretur,ſibi nõ prodeſſet,vel obeſſet: qa verus iu-
dex hoc ratũ non haberet,ſicut nec põt, nec ẽt vr̃,ꝙ de hoc ip-
ſe debeat cognoſcere: qa qua rõne hic cognoſceret, & alius in
cuius diœceſi dr̃ commiſsũ eſſe delictum. Reſpon. hic iudex co-
ram quo conuenit̃,cognoſcet de iuriſdõne,vt hic: & ſi pronun
ciauerit ſuam iuriſdõnem, niſi appellaretur, tenebit, quicquid
factum eſt in cã principali, vt dictũ eſt in ſuperiori articulo, vbi
diximus de illo,q iudicat ſuam eſſe cognitionem: q tñ hẽt alias
iuriſdõnem, vel cognitionem ſup loci dcoti; & poſtquã ſemel
fuerit iudicatum,vlterius non cõueoitur. 11.diſt.presbyter aũt.
ff.nau.cau.licet.§. fina. ſecus eſt, qñ dr̃ falſum reſcriptũ per re-
ſcriptũ, per quod dr̃ data iuriſdõ, qa nec ille iuriſdõnem inter
partes hẽt per illud reſcriptũ,nec etiam cognitionem ſup inci-
denti,an ſit falſum reſcriptũ. Et ſi timet iſte,q refugit iudiciũ,
ne grauetur de facto, appellet ex hac cã, ꝙ per falſum reſcriptũ
vult procedere,& reuocabitur, qd fecerit.j. de appel.interpoſi-
ta,& c.ad audientiam.& eodẽ mõ reuocabitur quicquid fit cõ-
tra eum ẽt ſine appellatione: qa factum eſt a nõ ſuo iudice.j.de
officio iudi.qñ.ratio autẽ diuerſitatis eſt: qa vbi cognoſcit, an
maleficium ſit in ſua iuriſdõne commiſſum, vel ↄ̃ctus celebra-
tus, hoc facit rõne præcedentis iuriſdõnis, quam cõſtat eũ ha-
bere pp dubium: ff.de iudi. ſi quis ex. vnde tunc ſuper hoc tenet
ſnia ab eo lata,ẽt ↄ̃ ius litigatoris,& mulcta indicta: ſed de falſi-
tate reſcriptũ non cognoſcit niſi rõne iuriſdõnis ſibi ex eodem
reſcripto datæ: vnde ſi reſcriptum verum eſt, tenet ſnia, & ſi nõ
eſt verum,non tenet ſnia,C.ſi a non compe.iudi.l.iudex. pẽdet
8 ergo de futuro,an teneat ſnia,vel nõ.† Itẽ nõ valet,quod obij-
citur,ꝙ alius pari rõne poterit cognoſcere,& iudicare: qa alius
non põt cognoſcere: quia ſub eo non cõuenitur, nec poteſt de
eodẽ ſub pluribus conueniri: quia cũ ille, qui conuenit eũ ſub
primo iudice,conuenit eũ ſub ſecũdo,excipiet reus,ꝙ non põt
eũ conuenire ſup eodem facto corã diuerſis iudicib. ſ.eo. ex te
nore.& bene caueat ſibi,ꝙ non excipiat de declinatoria fori il-
la.ſ.quia non deliquit,nec ↄ̃xit ex iuriſdictione: quia tunc ſi ſen
tẽtiaret ſup hoc præiudicaret primæ ſniæ. nec ẽt ex officio ſuo
inquirere põt de maleficio, nam tunc locũ põt habere officiũ,
vbi non eſſet qui ageret.at hic eſt qui agat: ſecus aũt eſt dicen-
dum ſi conſtaret, vbi maleficium eſt ↄ̃miſſum, ſi diceretur per
accuſatũ illum locũ eſſe alterius iuriſdictionis, q̃ eius corã quo
fit accuſatio. nam tũc non vr̃, ꝙ deberet cognoſcere, cum gra-
ue præiudicium fieret illi ſaltem ſuper poſſeſsione,quã amitte
hoc ipſo,q patitur eum cognoſcere.ff.de ſeruitu.quoties.ſi au
tem de poſſeſsione conſtaret, ille cognoſceret,qui in poſſeſsio-
ne eſt. ſed in ſuperiori caſu.ſ.qñ non conſtat,ne maleficium im-
punitum remaneat, ſuperior puniet, qui dẽt ſupplere defectũ
ſubditorum.9.q.3.cum ſcimus.vel differtur, quouſq; hæc quæ-
ſtio de poſſeſsione,& iuriſdõne diffiniatur. argu. 3. q. ſi. item ſi
crimine. j.de teſti. veniens. alij dicunt, ꝙ ſimul debent conue-
nire, vt diffiniant,ad quem pertinet iuriſdõ,ar.ſ.eo. paſtoralis,
in prin. ſed hoc non credimus. Illud.n. tñ obtinet, qñ modica
dubitatio eſt,& q̃ põt ex literarum inſpectione finiri, & q̃ nulli
iudici in iuriſdõne præiudicat. ¶ Vel dic & fortè melius, qa de
hoc,qñ negatur eũ, coram quo agitur per accuſatum poſside-
re, ipſe dẽt cognoſcere,an poſsideat.& ſi ſententiauerit ſe poſsi-
dere, ẽt ſi cognoſcat de principali, non fit præiudicium alij ſup
poſſeſsione,qui ignorauit, cũ poſſeſsio non amittatur ſine aĩo,
& ignorãs non põt habere animum amittẽdi,ff.de acquir.poſſ.
poſsideri.§.in amittẽda,& l quẽadmodũ, ar.de acqui.poſſ. ſi id
quod.§. fi.& ſi hẽt ſuſpectũ accuſatorem, ꝙ vel fraudulẽter, vel
ignoranter male defendat cauſam ſuã,quæ eſt,an poſsideat,ad-
ſiſtat ei in cã,vt no.j.de reg.iu.cum ſuper. ¶ Vel dic & melius,
ꝙ licet iudex iudicet, ꝙ ad eum pertinet cognoſcere de malefi-
cio,& ↄ̃ctu commiſſo in tali loco: quia eſt de ſua iuriſdictione,
nulli fit præiudicium p hanc ſniam,niſi partibus.& quantũcũ-
que cognoſcat poſtea inter partes de maleficio, vel ↄ̃ctu, ꝓpter
hoc alius nõ pdit poſſeſsionem loci, vel iuriſdictionis: quia res
inter alios &c. j.de re iudi. cum ſuper. Itẽ quia licet turbet poſ-
ſeſsionem alterius, non tñ eam acquirit, nec alius eam perdit,
niſi de toto eijceretur p modũ,quẽ notaui.j.de capel. mo.dile-
ctus. licet.n.de vna, vel pluribus cauſis cognoſcat, non exten-
ditur hæc poſſeſsio iniuſta, niſi ad cauſas de quibus cognoſcit,
arg.ff.de acquir.poſſ.quod meo.§.fi. & l.quod ſeruus. & ↄ̃ hũc
eſt intentandũ interdictũ, vti poſsidetis,& nõ,vnde vi, j.de ꝓb.
9 licet. ¶†[Qualitate].i.veritate,& falſitate q̃.i.fit ſup ꝓceſſu ne
gotij,vel iudicij: puta qa nõ fecit mentionẽ de citatione,vel de
appõne,vel ſimilib. Sed ſi obijciat̃ ↄ̃ reſcriptũ,ꝙ criminoſus ſit
iudex,vel impetrator, homicida.ſ. nõ audit̃, q̃uis ſi papæ dictũ
fuiſſet, nunq̃ iudicẽ homicidã dediſſet, & idẽ ſi dicat̃ de impe-
trãte. ¶ Sed obijcies,ſi dr̃ infamis iudex,qd nõ eſt de ꝓceſſu,au-
dit̃. Reſpõ.non audit̃ hoc mõ,ſ. non valent lr̃æ,quia tacuit veri
tatem. Sed qa hanc exceptionẽ hẽt declinatoriã iudicij,ẽt ſi eſ-
ſet ordinarius ſm quoſdã, vbi non impetraoſ lr̃æ,& no.j.de of.
dele.cũ ſup. vide j. de of.deleg.ſup ea.decr.qualiter debeant ꝓ
a poni,& probari excep.ↄ̃ iudicẽ.non.n.minus a lr̃æ valent,licet
noo

ADDITIO.

a ¶Nõ n.minus. Et ſic ex his hẽs, ꝙ iſtæ exceptiones c Inoſæ, vel ſamiæ,oppoſitæ
cõtra iudicẽ,vel p [illegible] reſcriptũ. Adde Spe.i[illegible] dictũ,ver. at
vt plenius, & ver. vr̃ ergo,& Hẽri Bohic h c,in 3.col.in fi.ſed dic, ꝙ fallit hoc
in exobicat one oppoſita cõtra iudicẽ, vt infra de re iu.ad probandũ. Itẽ fallit
in iudicialib.exceptionib. qa iſtæ ſunt peremptoriæ, vt no. Ho.j c.j.de ordi.cog.

10 non faciant mētionem de his, quæ nec proceſſum negotij, nec
a principalem cām cōtingūt. ¶ † Item dicūt quidam ꝙ hæc excep-
tio peremptoria non expreſſa in literis cōmiſsionis ſemper in
principali negotio eſt differenda, ar. infra de ſo. comp. ex parte.
nam ſi proponat exceptionem hanc, ꝙ de perēptoria exceptio-
ne mētionem non fecit ad declinādum forum, nihilominus ſi
iudex iudicet procedendū per literas, oportet eum in principa-
li peremptoriā eandem probare. Item ipſi excipienti ꝯ literas,
vel forum, eſt vtilius, ꝙ proponatur in principali quæſtione, qa
ſi eam probauerit, abſoluet à toto debito: ſed ſi ad declinandū
forum proponatur, abſoluitur tm̄, ꝙ per illas literas reſponde-
re nō cogitur. vnde ſi aliæ literæ ꝯ eum impetrentur, cogetur re-
ſpondere ſuper debito eodē: imò vē, quod de peremptoriis ex-
ceptionibus mētionem facere non tenetur, cū tantum ſint pro
ponendæ ad actionis exclusionem. ff. de except. l. 2. & hoc verū
dr̄, niſi eſſet talis perēptoria, quæ tantū, vel plus prodeſt caſſan-
do literas, quantū ſi abſolueretur a debito, vel petitione princi
pali, qualis eſt exceptio rei iudicatæ. C. ſenten. reſcin. non poſ. l.
fi. quæ ſi proponatur ad declinandū forum, vel caſſationē lite-
rarum, plus prodeſt, quā ſi lite cōteſtata ſuper debito propona-
tur. nam maius auxilium habere non pōt, quā rei iudi. ſed ſi ha-
bet & ſibi ſeruatur & beneficio eius ſnīa, quam ꝓponit ad caſ-
ſandum literas. ſed ſi ꝓponat in principali quæſtione, & p erro-
rem iudex, vel malitiam ferret ſnīam cōtra priorem ſnīam, ſe-
11 cūda teneret, quod ſibi eſſet magnum præiudiciū. ¶ † Et idē poſ-
ſet dici, ſi opponatur exceptio iuriſiuran. nō expreſſa in literis:
ſed certè ſi diligenter attendatur ratio, quā hi dicunt pro ſe, pro
alia opinione facit, qa ſi proponatur exceptio de peremptoria
exceptione nō expreſſa ad caſſandum literas, duplex bonū con
ſequitur, primū ꝙ proceditur ꝯ eum ad caſſandum literas, ſecū-
dū ꝙ remanet eius ſalua exceptio, nec ſubiacet periculo, ꝙ pa-
ctum de non petēdo, vel alia exceptio peremptoria per ꝯnam
ſnīam reuocetur, arg. opt. ff. de cond. inde. eleganter. §. penulti.
C. ſen. reſcin. non poſ. peremptorias. qa & ſi feratur ſnīa ꝯ eum,
quādo excipit ad caſſandū literas: tamē poſtea nihilominus ean
b dem [b] exceptionē poterit opponere in principali, vt perpetuò
abſoluat: qa ad aliud excipit ſcd̄ò, ad aliud primò. ſed certè ve-
ritate inſpecta nō vr̄, ꝙ per taciturnitatem, vel expreſsionē fal-
ſam peremptoriarum exceptionū, quæ principale negotiū con
tingunt, minus valeat reſcriptum, infra de li. conteſt. excep per-
12 emptoriæ. ¶ † Item non vr̄ ꝯ reſcriptum ad declinandum forū
poſſe proponi peremptorias exceptiones, quæ tantum ꝯ princi
palem actionē competunt. & hoc expreſſe dicit, infra de iu. cō-
pe. ex parte, infra de li. conteſt. excep. peremptoriæ. ſed per illas
tantum tacitas, quæ nō obſtarent principali actioni, ſi exprime-
rentur, dicimus literas annullari, vt ſi tacuit li. conteſt. & obti-
nuit, alij eandem litem cōuenti, non facta mētione de citatio-
ne, vel lite conteſt. certè nō valent literæ, infra de offi. dele. gra-
tum, infra de re iud. inter. vel pone caſum per decre. infra eo. di
lect. vel per decre. de coha. cle. & mulie. c. ſuper. diximus exem-
pla, quādo tacet veritatem ſuper proceſſu iudicis, talem. ſ. quā ſi
expreſsiſſet, nullatenus literas habuiſſet, ēt in quacunq; forma
cōmuni. & eodem mō ponas exempla, quādo exprimit falſita-
tem, ſ. in proceſſu iudicij, vt ſi obtinuit reuocationem cōmiſsio
nis impetratę ab aduerſario primo, mentiendo ꝙ fecerat citari
aduerſarium p delegatum, vel ordinarium. nā hæ literæ elidi po
terunt. ¶ Sed his obſtare vr̄, quia exceptio rei iudicatæ perem-
ptoria eſt, & tamē proponitur ad declinādū forum. C. quæ ſen.
reſcin. nō poſ. l. fi. Reſpon. illa exceptio, licet ſit peremptoria, tñ
eſt de proceſſu iud. vnde admittitur ad declinandū forum. Item
non obſtat. ff. de condi. inde eleganter. § pen. quia & tranſactio
de proceſſu iudicij intelligitur, cū nō debeat fieri, niſi ſuper in-
certa & lite dubia. ff. de tranſ. l. j. & idē pōt dici de omni iureiur.
præſtito in iudicio. ¶ Sed obijcies, ſi dixiſſet exceptionē perem-
ptoriam ꝯ ſe competere, literas nō habuiſſet, ergo debet care-
re impetratis, vt hic. Reſpon. ſi hoc fatetur ſimpliciter, verū di-
xiſſe. ſed ſi dixiſſet exceptionem ꝯ ſe competere: ſed ſe replica-
tionem habere, literas habuiſſet nō obſtante exceptione: & qa
ſi prima opinio teneret, ſequeretur hæc abſurditas, ꝙ exceptio-
nes & replicationes inutiliter ante li. conteſt. agitarentur. plus
valet ſecunda ſolutio. ¶ Itē ꝙ diximus in principio huius glo. ſ.
quod literæ nō elidantur niſi p tacitam veritatem, vel expreſ-
ſam falſitatem, quæ tangūt proceſſum iudicij, vel principale ne
c gotium, nō placet, quia exceptiones [c] illæ, quæ afficiunt reſcri-
ptum tantum, admittendæ ſunt, quamuis non ſint de proceſſu
iudicij, vt ſi dicitur nō valere reſcriptum, quia impetratum eſt
per excōmunicatum infra de æta. & quali. bonæ, infra de prob.
poſt ceſsionē. vel quia falſum eſt, vel obreptitiū, vt no. infra eo.
cum dilectus. vel dicit ſe habere priuilegiū, pp quod reſcriptū
non valet, ſupra eo. cum ord. vel ſi dicit, ꝙ renūciauit literis im
petratis, & impetrandis, & omnib. quæ impetrarentur præter al
ſenſum cōmunem, infra eo. ex parte. vel quia ſint literæ nimis
generales, ſupra eod. ad hoc. ad idem infra de cōfirma. vti. ad no
ſtram, & in multis alijs ſimilibus caſibus, ad idem ſupra c. ex te
13 nore. ¶ † Sed quid dices de dilatorijs? Reſpō. idem primò nō de
bent proponi ꝯ reſcriptum, nec ad declinandū forum. C. de p-
ba. ad probationem, ſed ad differendam intentionē actoris. Itē
vr̄ iuſtè dici poſſe, ꝙ in priuilegijs, & beneficialib. reſcriptis, ſi a-
liqua falſitas ſit expreſſa, vel veritas tacita, quæ Papam ad grām
concedendam induxerat, ꝙ ꝯ reſcriptum pōt opponi de verita
te tacita, & in proſecutione negotij ꝯ petitionem directam de
eodem exceptio proponetur: verbi gratia, aliquis habens bene
ficium cum cura aīarum, vel ēt ſine cura, impetrauit literas ſup
beneficio. ꝯ reſcriptum huius pōt excipi de veritate tacita, ſu-
14 pra eo. ad aures. C. de diuer. reſcri. l. vlt. ¶ † Sed ſi omittatur hęc
exceptio ꝯ reſcriptum, poſtea tamen ēt li. conteſt. illi, q petit be
d neficium ex illis literis, obſtat exceptio, [d] ar. infra de conceſ. præ
ben. cum noſtris. & hoc eſt ea ratione, quia prædictæ falſitates
pariter afficiunt reſcriptum, & gratiam in ea datā. nec ob. infra
de li. conteſt. exceptiones peremptoriæ, vbi de hoc no. [In vtro
que.] i. & quādo eſſet habiturus literas in forma cōmuni, & qū
nullas omnino literas habiturus eſſet: ſed tamē ſemper ſine do
lo errabat delegans, j. de appel. poſtremò. ff. de in integ. reſt. l. 3.

ADDITIONES.

a ¶ Item dicunt quidam. Et ſic quando eſt exceptio peremptoria orta ante im-
petrationem reſcripti, ſi eſt peremptoria actionis in facto principali conſi-
ſtens, vt puta pacti de non petendo, vel ſimiles, vt ſupra dixit Innu. in gloſ. in
ver. in communi forma, circa medium, tunc non debet opponi in vim dilato-
riæ contra reſcriptum, ſed differtur in cognitionem negotij principalis, vt ſen
tit Inn. hic, cui addo Henri. Bohic, in 3. col. & dic rationem eſſe, vt lites abbre
uientur, ad quod iudices curare debent. l. quidam, ff ſi cer. pet. ff de condi. in-
de. l. dominus teſtamento, & c. finem litibus, infra de dolo & contu. nam ſi pri
mò proponeretur in vim dilatoriæ, & pronunciaretur ſuper ea, iterum poſ-
ſet proponi in vim peremptoriæ, & pronunciari ſuper ea, & ſic fierent duo
iudicia, & quia cognoſcere de ipſa peremptoria non eſſet cognoſcere niſi de
ipſa principali, quod non poteſt fieri ante litem conteſt. infra de li. conteſta.
c. j. & vt li. conteſt. per to.

b ¶ Eandem exceptionem. Cum Inn. hic tenet Henricus Bohic hic in 3. col. ver.
modo ſi proponeretur, & gl. in c. j. infra de li. conteſt. in 6. licet ibi Car. cōtra
in glo. in verbo, tantum, in fi. Et aduerte, quia hoc non habet locum in exce-
ptione rei iudicatæ & tranſactionis, & litis finitæ, & iuriſiurandi ſecundum
Inno. hic in ver. Sed his obſtare, & ſequitur Henric. hic.

c ¶ Quia exceptiones. Adde Spe. in tit. de excep. §. dicto, verſi. ſed nunquid, & Hen
ric. Bohic hic in 2. col. verſi. ſi quæris.

d ¶ Exceptio. Et ſic quando exceptio peremptoria orta ante impetrationem re-
ſcripti gratioſi ſi non opponitur ante li. conte. ad peremptionem literarū &
gratiæ in eis cōtentæ, quia ſuit omiſſa pōt proponi poſt li. conte. Adde eundē
Inn. Hoſt. & Arch. in ca. exceptiones perēptoriæ, infra de li. cōte. li. 6. & Hoſt.
infra de renunc. c. veniens, & Henri. Boh. c hic in 2. col. verſi. ſed ad plenioré.

SVMMARIVM.

1 *Prælati nomine intelligitur eccleſia, & prælati miniſterium.*
2 *Abbates tenentur congregationum ſuarum negotia defendere.*
3 *An ſit neceſſarius conſenſus conuentus, ſi abbas egerit, & è conuerſo.*
4 *Nunquid epiſcopus poſſit agere abſque conſenſu capituli, vel è conuerſo.*
5 *In bonis diſcretis non tenetur abbas reſpondere niſi de parte ſua.*
6 *Quo caſu poſſit abbas ſine conſenſu conuentus cauſas conuentus agere.*
7 *Quilbet monachus poteſt pro dignitate, vel officio, vel pro obedientia eccle*
ſiæ ſuæ agere.

CAP. XXI.

1 Edoceri. [Eoſdē.] Abbates. [tueri.] † Nomine. n.
prælati eccleſia intelligitur, & p̄lati mi-
niſterium. ff. de annu. le. annuas. & ff. de condit. & de
monſtra. l. filio, & eccleſia eſt in ep̄o. 12. q. 1. ſcire. qn̄-
que tamē nomine eccleſiæ nō deſignatur eps, de teſta. requiſi-
ſti. 12. q. 2. illud, & q. 3. Pōtifices. ff. de condi. indebi. l. fi. ff. de re-
2 dub. ciuibus. ¶ † [Teneantur] hic habes, ꝙ teneantur Abbates ne
gotia ſuarum cōgregationum defendere, & ad idem. C. de epiſ.
& cleri. orphanotrophos, arg. ff quod cuiuſq; vniuer. ciuitates,
& l. conſtitui. & hoc verum eſt, vbi res, de quibus agitur, com-
muniter poſsidentur ab Abbate, & conuentu. ſi autē ſunt ſepa-
ratæ, tunc Abbas aget pro ſuis, & conuentus pro ſuis per ſindi-
3 cum, arg. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. l. 1. §. quib. ¶ † Sed nun
quid, ſi Abbas egerit, neceſſarius eſt conſenſus & cōuentus, &
e conuerſo, ſ. ſi conuentus egerit, neceſſarius eſt conſenſus Ab
batis? Lau. dicit ꝙ ſic, arg. 12. q. 2. placuit. 16. q. 4. in venditioni-
bus, infra de procu. c. j. j. de iud. cauſam. C. de epiſ. & cler. oēs. §.
hoc nihilominus. Vin. dicit, nunquā conueniendum eſſe con-
uentum, ſed Abbatem, ſi diſcretè quis vult agere, arg. j. de iud.
cauſam. & filius, quamdiu eſt in poteſtate patris, conueniendus
nō eſt. C. de annali except. l. j. in fi. & arg. ad hoc, ꝙ vacante ſede
nihil innouatur. j. ne ſede vacan. per totum. nec currit præſcri-
ptio contra eccleſiam. j. de præſcript. ca. j. & c. de quarta. & ſi lis
oriatur inter prælatum, & collegium, ſuperior, ſcilicet epiſco-
pus, vel archiepiſcopus dabit collegio procuratorem, cuius of
ficium expirabit, finita cauſa, Inſti. de auto. tuto. in fi. hoc intelli
ge, quando nomine eccleſiæ agitur. nam ſi nomine ſuo, l. quia

vna pars canonicorũ petit ſuum electũ confirmari, alia ɔ̃trium
petente, qa quælibet pars, q̃ pro ſuo iure contẽdit, agere põt ſi-
4 ne auctoritate ſuperioris. ¶ † Sed quid de epõ,[a] vtrum põt age-
a re ſine conſenſu capituli, vel è conuerſo. & quid de clericis ec-
cleſiarum cõuentualium, & quid de ſacerdotibus capellarum,
an neceſſarius ſit conſenſus epõrum? Nos autẽ in omnibus his
reſpondemus ꝙ quicunque, vel quæcunq; habet adminiſtratio
nem põt agere, & conueniri ſine cõſenſu alterius. ff. quod cu-
iuſq; vni. l. ſi. infra de iudi. cum deputati, in Auc. de ec. titu. §. ſi.
col. 9. C. de epi. & cle. orphanotrophos. & l. omnes, eo. ti. nõ cõ
tradicit. imo potius cõcordat, cum dicat, ꝙ œconomus dẽt cõ-
uocari. nec dicit ibi requirendam alicuius conſenſum in agen-
do, ſed in cõſtitutione œconomi, ꝙ eſt officium, vel dignitas, q̃
tunc cõmuni conſenſu conſtituebatur, quia id negotium erit cõ-
mune epõ, & conuentui, requirendus eſt conſenſus vtriuſque:
ſimiliter nõ obſt. infra de procu. c. j. quia ibi presbyteri, & dia-
coni adhibentur vt teſtes, nõ ad aliud: imo pro nobis facit, qa
ibi dr̃, ꝙ epũs facit procu. ſimiliter non obſt. j. de iudic. cauſam,
quia ibi non dicit requirendum conſenſum epĩ pp hoc, ꝙ non
tenetur, ſi tantum cum capitulo ageretur ɔ̃ capitulum, ſed qa
ſi non fuerit requiſitus, non tenebit cõtra epũm, infra de maio.
& obedien. inter, infra de ſen. & re iudi. cum ſuper, arg. ff. de iu-
do. ait prætor. hoc tamẽ bene dicerem, ſi vellet cõſtituere vnũ
generalem perpetuũ officialẽ, qui omnia negotia cõmuniter
gereret, ſiue in aliis, ꝙ hoc dẽt facere cum conſilio capituli, ſi-
cut & clericum ad hoc tantũ officium conſtituere dẽt, cum hęc
inter ardua negotia ſint. 89. diſt. iudicatum, arg. 18. q. j. hoc tan-
tũ, arg. infra de his, quæ fi. a præla. quanto. idem eſt forte in ar-
duis cauſis, & ſic poſſent loqui, infra de procu. c. j. & alia c. quæ
requirunt conſenſum capituli. Et eſt ratio, quia in magnis ne-
gotiis capituli conſenſus requiritur. Item in alienationibus vo
luntariis neceſſarius eſt ſemper conſenſus epĩ, & capituli. j. de
5 dila. expoſuit. ¶ † [Congregationum.] Nota, ꝙ licet res, de qua
agitur, cõmunis ſit Abbati & conuentui, tamẽ ſi diſtincta ſunt
bona, de illa re cõmuni nec Abbas agens ſine cõſenſu, nec cõ-
uentus ſine Abbate, nec literæ impetratæ ɔ̃ alterum, vel pro al-
tero tantum valebunt, vt hic expreſſè dicitur, niſi ſuã cauſam al
ter ſpecialiter proſequatur: ſed de rebus ad alterum tantũ ſpe-
ctantibus pro ſe tãtum vterq; agit. Hæc etiam intellige vera, vbi
cõmuniter diſcreta ſunt bona, quia ſi nõ generaliter eſſent di-
ſcreta, ſed cõuentus per ſe aliquas poſſeſsiones haberet, vel red
ditus pro veſtib. ſuis, vel aliis huiuſmodi, & Abbas ſimiliter ha
beret alia, tunc Abbas ſine conſenſu capituli ageret pro omni-
6 bus. ¶ † [Omnino.] Puta quia conuẽtus per priorem, vel alium
adminiſtratorem, & miniſtralẽ perpetuum, vel tẽporalem ha-
bet qui eorũ cauſas agat. vel ſi Abbas hẽt magnos redditus, vel
magnas poſſeſsiones per ſe, & cõuentus alias per ſe, tamen ſi cõ
uentus nunq̃ habuit alium adminiſtratorem, per quem cauſæ
ſuæ tractantur, tũc Abbas ſine conſenſu cõuentus cauſas con-
uentus aget, quia legitimus adminiſtrator eorũ eſt, arg. ff. quod
cuiuſq; vniuer. ciuitatem. nec hæc poſſunt dici bona conuen-
tus diſcreta, vel ſeparata ab Abbate, cum multũ iuris habeat in
eis Abbas, ſ. adminiſtrationẽ, licet fructus diſpenſentur in vſus
monachorum tñ. j. de re alie. vel non, poſſeſsiones. & attendi-
b tur in his conſuetudo[b] vel conſtitutio, vt no. j. de probat. ex li-
teris. & videt de iure poſſe ſuſtineri, quia nulla vis eſt, etiã ſi nul
læ poſſeſsiones ſint diuiſæ, ſed omnes ſint cõmunes, ſiue ꝓ me
dietate, ſiue pro inæqualibus partibus, ſiue pro parte ſint diui-
ſæ, & pro parte indiuiſæ, ſiue omnes ſint diuiſæ, quia ſemper Ab
bas omnium eſt adminiſtrator, niſi conſuetudine, vel conſtitu-
tione legitimè facta, vel alio modo, ordinatum ſit, pro qua par-
te agat Abbas, & pro qua parte conuentus, vel niſi diuiſa ſit ad-
miniſtratio. nam tunc ratione adminiſtrationis poſſet conuen
tus facere ſindicum, qui etiam cauſas ageret. j. de iudi. cum de-
7 putati. ff. quod cuiuſq; vniuer. ciuitates. ¶ † Item dicimus, quod
quilibet monachus pro dignitate, vel officio, vel pro obedien-
tia eccleſiæ ſuæ agere poteſt, infra de iudiciis, cum deputati. il-
lud autẽ non poſſet concedere Abbas monacho, ꝙ haberet ad-
miniſtrationem aliquarum poſſeſsionum, vel villæ, & pro eis
agere, niſi ſicut procurator, vel ſindicus. nam ſi vult aliter age
re, oporteret ꝙ diceret, ego nomine meo, vel præbendę meę,
quod non licet, infra de ſta. mo. cum ad monaſterium: ſed ſu-
periores agent nomine officiorum, vel obedientiarum ſuarũ.
canonici autem ſeculares, qui poſſunt habere proprium, bene
poſſunt agere nomine pręhendarum ſuarum, vbi habent eiuſ
adminiſtrationẽ, poſſent etiã dicere in libello, ago nõie meo.

ADDITIONES.

a ¶ De epiſcopo. Quando prælatus agat, vel conueniat, vel ſine conſenſu capituli, vide etiam per Card in conſ. 134. in ſecundo dubio.

b ¶ Conſuetudo. Adde Henri. Bohic. qui idem tenet etiam ſi ex priuilegio hoc ſibi competat, vt infra de priuil. c. porro. quia tunc poterit etiam ſolus agere. Ex quo priuilegium & conſuetudo præſcripta regulariter ęquiparantur vt in c. quia ſæpe. infra de ele. & in extrauag. ſuſcepti regiminis, in prin.

SVMMARIVM.

1 *Non efficitur quis iudex per literas obreptitias.*
2 *Cancellarii conſcientia ſufficit ad hoc, ne literæ ſint falſæ.*
3 *Literæ quando & quo caſu dicantur eſſe obreptitiæ.*
4 *Ordo literarum eſt attendendus, nec valet proceſſus inordinatè factus.*
5 *Proceſſus factus a iudice, qui non ſeruauit ordinem a Papa præfixum, nihil valet.*

CAP XXII.

CVm dilecta. [Procurator.] Nota, moniales
faciunt procuratorem in cã ele
ctionis nomine ſuo, & eodem mõ ſi de crimine age
1 retur. ¶ † [Subreptione.] Hæc eſt ratio, quare ꝓceſ-
ſus Abbatis & conuẽtus decernitur irritus, quia literæ, ꝑ quas
proceſſerũt, fuerũt obreptitiæ. i. furtiuæ. vnde nõ fuerunt iudi-
ces. non. n. fit iudex per literas obreptitias, infra de offi. vic. ca.
pen. C. ſi à non cõpe. iud. per totum. hoc. n. ſolum, ꝙ aliis com-
miſſum erat, de quo hic mẽtio non fiebat, nõ faceret proceſſũ
Abbatis irritũ, quãuis poſſet eorum proceſſum impedire, ſi ex-
ciperent, vt no. ſ. cæterum. ¶ Sed dices, vĩ ꝙ proceſſus debuerit
tenere, quia ignorabant literas obreptitias. ff. de of. præſi. ſi for-
te, ff. de offi. præto. Barbarius. ſed dic illa tolerata pp vtilitatem
multorum, qui habuerunt neceſſe agere apud eum cũ præfectu
ram teneret, & præſidatum. & in illa l. ſi forte, licet adueniente
ſucceſſore nõ debeat exercere iuriſdictionem, tamẽ hẽt eam:
a hic autem, cum cauſa vna[a] tñ commiſſa ſit, non eſt multa vtili
tas ſubditorum. vnde pp hoc non eſt tolerãdus eius proceſſus.
item hic nullam hẽt iuriſdictionem. vel dic horũ proceſſum caſ
ſatum, quia ex cauſa hic poſita, ſ. quia ſuper hoc aliis commiſſa
cã erat, appellatum fuit, & hanc appellationem hic ſunt proſe-
2 cuti. ¶ † [Conſcientiã.] Et furtiuè. nam licet non ſciat Papa de
literis, conſciẽtia ſufficit cancellarii ad hoc, vt non ſint falſæ, in-
3 fra de falſ. dura. ¶ Et dicunt literæ obreptitiæ, quãdo per alicu-
ius operam factum eſt, ꝙ impetratæ literę effugiant plenã intel
ligentiã Papæ, vel alterius, qui neceſsitate iuris vocandus eſt, &
qui eſt præſens, niſi literæ impetrentur, vt hic. j. de re iudi. cum
olim. M. quidam tamẽ dicunt, ꝙ etiã ſi operam dederit ꝙ effu-
gerent ſcientiam aduerſariorũ, vel quorumlibet aliorum, præ-
terquàm Papæ, vel officialis eius, ꝙ nõ dicuntur obreptitiæ. &
eſt ratio, quia ad eos nõ pertinet dare, vel denegare literas, licet, ſi
ſcirent, poſſent impedire. & intelligo obreptitias ẽt ſi ſint iu-
ſtę, dummõ prædicta interuenerint, & è conuerſo, ſi literæ ſine
per falſitatem expreſſam, vel veritatem ſuppreſſam obtentæ, dũ
modo ꝑ alicuius operam Papę cõſcientiam non effugerint, nõ
ſunt obreptitiæ, & per eas procedi põt. C. ſi ɔ̃ ius, vel vtili. publ.
pręſcriptione, infra eo. in noſtra. in primo caſu nõ tenet proceſ-
ſus habitus per literas obreptitias. in ſecũdo caſu tenet proceſ-
ſus habitus per literas obreptitias veritate tacita impetratas, li-
cet per exceptionem etiã elidi poſsint. obreptitia autẽ dignitas
dr̃, ſi non eſt certa ſcientia clericorũ. j. de elect. in cauſis. vel cõ-
tra cõſcientiam expreſſam eius, q̃ prohibendi poteſtatem hẽt,
arg. j. de poſtu. c. 2. nos autem dicimus obreptitias, licet per lite
ras tacita veritate impetratas ſit obtenta. Idem, ſi dolo tacuit ve
ritatem, niſi dolus fuiſſet in fugiendo cõſcientiam Papæ, quam
uis in alio ſenſu poſsit dici probabiliter omnia beneficia & pri
uileg. impetrata per falſitatem, vel veritate tacita, qua expreſſa
priuilegium, vel beneficium non habuiſſet, poſſet dici obrepti-
tia. ff. de na. reſti. l. j. infra de elect. dudum, in fi. item ſnĩa diffini-
tiua reuocatur, ſi per obreptionem dolo malo ſit elicita. ff. de
do. cum a te. ff. de iudi. cum prætor. 35. q. 9. veniam. & c. pœnitẽ
tiam. Si autem ſine dolo malo cõtra veritatem dicatur lata ſen-
tentia, non reuocatur. ff. de iudi. ſi prætor. Si tamẽ cõtra aliquẽ
petentem reuocationem ſententiæ, quia iniuſta ſit, reſponſum
ſit ab aduerſario eam non reuocãdam, & poſtea appareat eam
reuocandam, reuocabitur. quod probo, quia ex quo cogno-
uit, pronunciare debet, ff. de iudic. de qua re, & iuſtè, & ſecun-
dum allegata. ff. de offi. præſi, illicitas. 11. quæſtio. 3. illa, ſummo
pere, &c. tunc vera. 30. quæſtio. 5. iudicantem. ſed ex allegatis ap
paret eam reuocandam, ergo reuocabitur, arg. ad prædicta. ff.
quæ ſen. ſine appel. l. j. in princ. vel aliter, vt no. infra de re iudi.
c. cum Bertoldus. [Irritandum.] De hac materia inuenies ſupra
eo. conſtitutus. [Principaliter.] Et ideo nõ erat prætermittẽ-
dus, vel poſtponendus. [Subtractorum] videtur, ꝙ Papæ conſti
terit de ſubtractis, & ideo obreptitiæ fuerũt literæ, per quas mã
4 dabatur de eis cognoſci. cum de eis conſtaret. ¶ † [Noſtri for-
mam.] Nota pro ordine ſcripturæ. 44. diſtin. ſit rector, in fi. 3.
quæſtio. 7. in grauibus. C. de ap. l. j. ff. de vſufru. quoties. contra

ſupra

ADDITIO.

pendente, & accipere illam, quam vicit, & hoc eſt penitus illi-
citum, cum conſenſus huius non debeant eſſe temporales, ſed
perpetui. nam in eadē vocatione, in qua vocatus eſt &c. vt 70.
diſt. c. 2. ſicut & conſenſus matrimonialis, vt 32. q. 2. ſolet aliqn̄.
3 j. de condi. ap. c. ſi. non obſt. j. de ele. cum in cunctis. † vbi dicit,
ꝙ electus in ep̄m retinet priora beneficia vſque ad tranſactum
tp̄s de conſecrandis ep̄is, quia ſicut hic dicimus, ita & ibi dici-
mus, quia recipiendo ep̄atum priora beneficia renunciare in-
telligitur. vnde, ex quo confirmatus eſt in ep̄m, non poſſet di-
mittere ep̄atum, & ad priora beneficia redire. j. de tranſac. iter,
quāuis hoc ei ſit ſeruatum a iure, ꝙ ſi ex neceſsitate iuris caſſetē
eius electio, ꝙ poſsit ad priora beneficia redire, vt in prædic. de
cre. cum in cunctis. ¶ Item nō obſt. ſi dicas, ſi quis hēt eccleſiā
pleno iure & quo ad poſſeſsionem, & quo ad proprietatē, & ta
mē ſi eligatur ad aliā, & moueaē ſibi lis, ita ꝙ poſſeſsionē eius

habere nō pōt, pp huius electionem & ꝯſenſum non vr̃ renun
ciare priori eccleſiæ, j. de elec. cum in cūctis. 21. q. 2. ſi quis iam,
& no. de præb. de multa. ergo multofortius, ſi habebat litē pri-
mò, nō vr̃ renunciare liti recipiendo eccleſiam, qa huic, q nihil
habebat niſi litem, nō vr̃ aliquid imputandū, ſi accipit eccleſiā,
& litem ſibi ſeruauit: ſed illi vr̃ imputādū aliquid, q habebat ec-
cleſiam, & litem accipit. ¶ His ſic reſpōdemus, ꝙ hoc totū facit
malum initiū, ꝙ iſte, q litigat, & aliam acceperit, ſi condōnatr,
vel temporaliter cōſenſerit, vt dictū eſt, ſemp oportet, ꝙ ſit ibi
iſtud malum initium, qa aut non eſt proteſtatus de retinēdo pri
mum ius, & ſic vr̃ ei renunciare, cum vtrumq; ſimul habere nō
poſsit, & recipiendo ſecūdam præciſe & ſine proteſtatione pri-
mo vr̃ renunciare. ¶ Itē ſi proteſtatus tunc fuit, malum initium
eſt, qa temporalis fuit conſenſus: ſed qn̄ hēt eccleſiam in pace,
& cōſentit in aliam purè, in illius receptione eccleſiæ nō fuit
malus cōſenſus, imo bonus, qa ſemper eſt de præſenti. vnde hic
non vr̃ renunciare primæ, quouſq; adipiſcatur poſſeſſionem ſe-
cundæ. decre. autem iſta nō facit multum ad propoſitum, quia
iſte, de quo loquitur decr. non pōt aliud beneficium obtinere.
eſt tm̄ ſtatutum in odium impetrantis multas literas ſuper be-
neficijs, & vt vitetur fraus horum impetrantium. nam nos non
poſſemus negare, quin ille, qui receptus eſt ad vnum beneficiū
poſſit aliud recipere, & ſuper alio litigare, ſi ad aliud canonice
eligatur. nec per hoc vr̃ priori renunciare, maximè cum vtrun-
a que poſſet retinere. & generaliter a dicimus, ꝙ recipiendo vnā
eccleſiam vr̃ renunciare liti, quam habebat ſuper alia eccleſia,
quam ſimul cum illa habere non pōt, ſed ſi eſſet tale beneficiū
illud, ſuper quo litigabat, ꝙ non prohibetur retinere cum illo,
quod recepit, nō vr̃ renunciare liti ſecundum recipiendo. item
habens eccleſiam ei non vr̃ renunciare, ſi conſentiat in aliam,
& de ea litiget. maius eſt enim renunciare eccleſiæ, quàm liti.
4 †[Huiuſmodi moleſtari] ſiue impetratæ fuerint ante q̄ recipe-
retur in aliqua eccleſia, ſiue poſt, quia non eſt præſumendum, ꝙ
ſuper plurib. vacaturis Dn̄s Papa ſcriberet. Sed ſi poſt, q̄ recep-
tus eſt ad vacaturam præbendam, impetrauit literas de vacante
beneficio, nō facta mētione de priori receptione, credimus va-
lere, ſi velit renunciare iuri, quod habet ex priori receptione,
quia non credimus hanc veritatem ſuppreſſam talem, qua ex-
preſſa literas non habuiſſet, argu. 7. q. 1. paſtoralis. j. de præben.
cum ſecundum, arg. ſupra eo. ſuper literis.

ADDITIO.

a ¶Et generaliter. Adde, ꝙ hoc etiam tenet Compoſt. & refert & ſequitur Petrus de Anch. in conſi. 214. incipiente, Franciſcus antiquus, col. 3. ver. 10. & vlt.

SVMMARIVM.

1 *Pars, quæ ratum habuit factum procuratoris falſi, non poteſt poſtea contrauenire.*

2 *Dominus videns cauſam ſuam ſuo nomine agi per falſum procuratorem, nec contradicit, præiudicat ſibi.*

3 *Reuocatio procuratoris debet notificari aduerſario ad hoc, vt ſibi non præiudicet, quod cum procuratore ab eo conſtituto factum eſt.*

4 *Licet dominus reuocauerit mandatum, valent tamen literæ, ſi procurator id neſciuit.*

CAP. XXXIII.

EX parte decani. [Impetratæ.] Ante iſtas.
nam ſi poſt impetrentur
aliæ ꝯ iſtas, valēt, vt j. in fi. huius decre. dr̃. Vel dic ꝙ
illę fecerunt mētionem de primis, & ꝙ de conſenſu
partium impetratæ erant. alias. n. non valerent, & hæc clauſula
1 ad præſentes & ad futuras lr̃as refertur. †[Protuliſtis] ꝯ. j. de pro
cu. licet. Solu. ſi cōſtaret p confeſſionem partis aduerſæ, ꝙ reuo
catum eſſet mandatū ſine fraude, haberēt locum ꝯria. ſed hic
ex pſpicuis indicijs dolus præſumitur. C. de do. dolū. & ideo nō
ꝑſumitur facta reuocatio niſi fraudulenta. vel dic & melius, il-
lam locū habere in illo, q nunq̄ fuit procu. conſtitutus. nam ſi
ſemel fuerit cōſtitutus, vt occurratur fraudibus, ſtatutum eſt,
ꝙ quicquid fit cū eo ante, q̄ reuocatio notificetur aduerſarijs,
vel iudi. tenet. j. de procur. mādato, & in alijs concordantijs po
ſitis in gl. quæ incip. & bene. hic autē certum eſt, ꝙ ſi ratum ha-
buerit factum procuratoris falſi, ſiue expreſsè, ſiue tacitè, dum-
mō eius nomine agatur, vlterius ꝯuenire non pōt. ff. rem ra. ha
be. l. 3. §. falſus. ff. de neg. geſt. ſi pup. §. ſed ſi ego. ff. de iudi. licet.
2 ¶†Et ex hoc a dico, ſi dn̄s videt cauſam ſuam ſuo nomine agi
a per falſum procu. & non ꝯdicit, ꝙ fit ſibi præiudicium. nam ex
voluntate ſua creditur agere, cum poſsit eum prohibere, & nō
prohibet. ff. de re iudi. ſæpe, & ꝯ eum mandabitur ſentētia exe-
cutioni, cum credatur ex mādato agere. ff. de re iudi. l. 4. debuit
enim proteſtari, ꝙ ſibi factum procuratoris ſuo nomine agētis,
3 cum primò ſciuit, ſibi diſplicebat. C. de filio familia. l. a. †[Pro-
tuliſtis.] Et bene. ad hoc. n. vt ſibi non præiudicetur, ꝙ cū pro-
curatore ab eo conſtituto factum eſt, oportet ꝙ notificet aduer
ſario reuocationem, argu. ff. de procu. ſi quis procuratorem, &
ſic intelligimus. j. de procu. ex inſinuatione, & in præſentia, vbi
no. vel iudici, argu. ff. rem ratam ha. ne ſatiſdatio. infra de pro-
cu. mandato. vel ꝙ publicè cōſcribatur dn̄s, ne quis habeat cū
pro procuratore, arg. ff. de inſti. l. ſed & ſi. §. j. & ſeq. ſed hæ leges
loquuntur tm̄ de procu. negotiorum, & intelligimus, ꝙ poſsit
reuocare ante li. conteſta. quia poſt non pōt ſine diſtinctione.
ff. de procu. quæ omnia, & l. ſeq. & l. poſt lit. & l. ſequen. [Dice-
bat] & bene, quia poſt reuocationem ſuam fuerant impetratæ,
nec ob. quia tenet, quod ꝯ eum facit. ſ. li. conteſt. quia illud te-
net in fauorem iudiciorū, niſi aduerſario, vel iudici notificet, vt
dictum eſt. ſed ſecus eſt in literis, vbi confeſsio ſua in eo præiu-
dicat ſibi, quod eſt ꝯ eum: ſed pro ſe nō prodeſt. [Concilij] ſu-
pra eo. [Nōnulli Perſonis]. ff. de proc. ſed & hæ. [Procuratorē.]
4 Qui hoc impetrauit. ¶†Sed in hoc non vr̃ neceſſe reuocatio-
nem peruenire ad aduerſarium, ex quo ipſemet cōfitetur ſe re-
uocaſſe, quia ipſi ſua confeſsio præiudicare dēt, & in fauorē ad
uerſarij inductum eſt, ꝙ reuocationem ſignificet iudici. ſed dic,
ꝙ quamuis reuocauerit mādatum: tm̄ literæ valent, ſi procura-
tor non ſciuit, quia non eſt ibi aliquod de vitijs contentis ſu-
pra eo. nonnulli. & bene poteſt habere ratam impetrationem
ab alio factam. & ſine vitio. ſed ſi reuocatio ad eum perueniſ-
ſet, tunc literæ falſæ eſſent, ſupra eod. nonnulli, & ideo nulla ra
tihabitione poſſent vires ſuas recuperare.

ADDITIO.

a ¶Et ex hoc dico. Adde ꝙ hoc ſequitur Old. in conſi. 290. incip. pro fundamēto, & Ang. in l. maius. §. is qui procuratorem. ff. de procura. Abb. in ca. quamuis, infra de re iud. Car. & Imo. in c. cum olim, infra de offi. deleg. & vide Felin. & ibi concor. per eū in c. fraternitatis, col. 4. circa med. infra de teſti. & vide de hoc dicto per Alex. de Imo. in repe. l. ſæpe, col. 3 ff. de re iudic. vbi latiſſimè. Et vide Alex. in conſ. 135. col. 4. verſi. bene facit, in 1. vol.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum non extenditur ad perſonas in eo non contentas.*

CAP. XXXIIII.

SIgnificante. V. Hoc ideo, quia ita generalr̃
locutus fuit V. Rhē. ꝙ non
poterat de perſona ꝯſtare. nam & ſi per aliqua adie-
cta poſſet conſtare, ꝙ V. Leodien. eſſet illa perſona,
ꝯ quam agere volebat, licet in literis V. Rhem. nominauerit, ni
hilominus per literas conueniri poſſet, ar. inſti. de leg. §. ſi quis
1 in nomine, C. de teſtam. ſi quis m. †[Conueniri] reſcriptum e-
2 nim non extenditur a ad perſonas nō ꝯtentas in reſcripto, imo
quo ad res & pſonas reſtringēdum eſt, ſ. eo. ſe. apoſto. & j. c. pxi,

ADDITIO.

a ¶Extenditur. Et ſic ſtrictè interpretatur. Adde Soci. in conſi. 112. col. 3. poſt medium, replicatum in 2. vol. conſi. 172.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum expirat cum morte ex eo conueniendi, niſi fuerit citatus, nec ſucceſſor tunc conueniri poteſt.*

2 *Conueniendus nomine alicuius eccleſiæ, quamuis poſt contra ſe impetratum prælatus fuerit factus non minus conueniri poteſt.*

CAP. XXXVI.

SIgnificauit. [Poterat conueniri.] Contra do
minam agere non poſſunt ex per
ſona eius: quia non erat eis debitrix tempore datæ li
terarum, quod inſpiciendum eſt ſupra eo. cam te. j.
1 eo. c. n.] Nec ex perſona defuncti, cū morte eius expirauit iuriſ-
dictio ante, quam citaretur. ff. q ſatiſd. cogan. ſi deceſſerit. ff. de
reg. i. l. Neratius. j. de iud. quia V. contra ſupra eo. paſtoralis, in
fi. de of. dele. licet nobis. nō placēt hæc, imò dicimus, ꝙ ēt ſi cita
tus nō ſit ille, ꝯ quē lr̃ę īpetratæ ſunt, noīatim tn̄ ſucceſſor gña-
lis, & hæres ꝯueniri pn̄t p lr̃as impetratas ꝯ ꝑdeceſſores. j. de fo.
ꝯpe. dilecti. hic aūt loquit̃, qn̄ ꝑdeceſſor illius, q mō ꝯuenit̃, nō
erat expſſus in lr̃is: ſed tn̄ p gñalē clām poterat ꝯueniri, & tunc
locū hēt, qd dictū eſt, ſi ī vita ſua nō citet̃, vel exprimat̃ ꝑdeceſ
ſor, ſucceſſor nō poterat ꝯueniri, qa ſup ꝑdeceſſore nō habuit
2 exercitiū iuriſdōnis. ſ. eo. paſtoralis. §. fi. & tn̄ bene fatemur, † ꝙ
per generalem clauſulam poteſt conueniri nomine alicuius ec
cleſiæ ille, qui factus eſt prælatus poſt impetrationem literarū,
quia non propriè dr̃ conueniri perſona prælati, ſed eccleſia.

CAP. XXXVII.

EX inſinuatione. [Mentionem.] Nam hic
eſt talis falſitas, qua ta-
cita præſumitur, ꝙ literas executorias non habuiſ-
ſet. [Mentionē] in Auc. vt ſpon. lar. §. & hoc inſup.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis dicatur quis negligere, vel non proſequi gratiam Papæ.*

2 *In literis non eſt conſiderandum tempus datæ, ſed præſentationis.*

3 *Virtus præſentationis tanta eſt, vt ſi ſecundus impetrans prius præſentat ſecundas literas, in quibus continebatur, ſi pro alio non ſcripſimus, præfertur tamen in beneficio.*

4 *Literarum præſentatio non ſufficit quòd executoribus fiat, niſi fiat collatori beneficij.*

1 Capitulum nolens ſubire laborem contradicendi, non imprudenter faciet recipiendo omnes in canonicos, de quibus ei ſcriptum eſt à Papa.
2 Non poteſt capitulum de criminibus, vel alijs defectibus opponere contra præſentatores literarum.
3 Aliquid receptus in canonicum per capitulum poſſit ſe illis opponere, qui præbendam petijt per literas Papæ.

CAP. XXXVIII.

Mandatum Apoſtolicũ. [Si p alio.] Apponit.r.
hæc clauſula in fauorem eccleſiæ, cui ſcribitur, vt ſi
de alio grauata eſt auctoritate ſed. Apoſto. qicunq;,
ſiue ante impetrationem literarũ ſecundarum, ſiue poſt, vel ẽt
ſi ↄ eam aliquis agat ante, ꝗ lis finiatur vlterius nõ grauetur de
alio prætextu iſtarum literarum, ponitur ẽt in fauorem impe-
trantis, ẽt ſi pro alio ſcriptum ſit: ipſe tamen dolo, vel negligẽ-
tia negligat proſequi literas ſuas, ſecundus non obſtãte, ꝙ pro
1 alio ſcripſit, poterit petere beneficium. † dicimus autem eum
negligere, vel non proſequi gratiam Papæ, qui literis, vel iuri
ſuo renunciauit, vel contra quem ſententia lata eſt, vel ꝙ vxo-
rem accepit, vel qui habitum clericalem reiecit, vel qui primã
præbendam vacantem poſt præſentationem literarum non ob
tinuit, vel qui non proſequitur litigando ↄ capitulum, vt illam
ſibi det, quia ſiue eo ſciente dedit capitulum illam præbendam
alij, ſiue eo ignorante, nunquam tñ poteſt aliam petere, ꝙ poſt
illam vacabit, quia non eſt ſcriptum, niſi pro prima, & nõ licet
fines mandati excedere. ff. man. diligenter. ſed poteſt denuncia
re ſuperiori, qñ eo ignorante collata eſt præbenda, vt procedat
ſm tenorem c. j. de præben. dilec. fil. ſi vero eo ſciente neceſſi-
tate iuris coacti ſunt alij dare præbendam huic debitam, impo-
ſet ſibi. ff. de re iu. ſæpe. & hoc ea ratione, quia ſi primus prudẽ-
ter egiſſet, ſecundus, pro quo ſcriptum erat cum clauſula, nul-
lam præbendam habuiſſet, & ita culpa eius tranſlata eſt præbẽ-
da ad alium. vnde iuſtum eſt, ꝙ de cętero bullam habebit ſecus
autem eſſet, ſi ſine clauſula ſcriptum eſſet pro vtroq;, quia tũc
vterq; debet habere aliquam præben. niſi per culpam alicuius
eorum perditur aliqua præbenda, vel transfertur in alium, iuſtũ
eſt, ꝙ ille, qui prior eſt tempore, omnibus ſequentibus præfe-
ratur, vt no. j. de præben. relatum. alij tñ dicunt idem vtrobiq;.
idem vr̃ etiam, ſi prædictis modis non neglexit, vel renũciauit:
ſed tantum in hoc negligens fuit, quia literas non præſentauit,
quia ea quo ſecundo non inuenit primas literas præſentatas, ẽt
ſi ex neceſſitate omiſit vti primus, tamen per ſecundas literas
obtinebit beneficium, non obſtãte ↄdictione primi. nec obſtat
2 clauſula, quæ hic ponitur. † Et eſt ratio, quia tp̃s non datæ lite-
rarũ, ſed præſentationis eſt conſiderandum, vt ſ. eo. c. capitulũ.
j. de appel. ſuper eo. nam cum literæ capitulo dirigantur, & ei
incumbat dare canonicatum, & præbendam, iniuſtum eſſet, ꝙ
ipſi litigarent literis nõ receptis. & ideo ſic eſt intelligendũ mã
datum, recipiatis eum in canonicum, & aſsignetis ei primo va-
caturam præbendam, ſubintelligendum eſt. ſ. quæ vacaret poſt
præſentationem literarum. vnde ſi poſt datam literarũ & ante
præſentationẽ earum vacaſſet prębenda, & alij data eſt, aucto-
ritate illarum literarũ ſibi alia, quæ vacaret poſt pręſentationẽ
literarum ſecundarũ danda eſſet, arg. j. de appel. ſuper eo. Item
dicimus, ꝙ ratione præſentationis literarum hoc patet, ꝙ ſi re-
cipiatur alius in canonicũ auctoritate ſecundarum literarum,
primus præfertur ſecundo etiam recepto in canonicum in aſſe
cutione prębendæ, arg. ſ. eo. capitulũ. & ſi ↄdiceretur, malitia
ſua alicui prodeſſet. Item cum nihil ſit, ꝙ primo debeat impu-
tari, quia ſolicitus fuit in proſecutione iuris ſui, quare non præ
fertur ſecundo in eo, ꝙ nulli quæſitum eſt adhuc, ſed ad colla-
tionẽ partium eorum, quibus fauendũ non eſt, cum iniqua ege
rint præferendo ſecundum in receptione, vel collatione cano-
nicatus: quia licet ſit canonicus, tamen nihil iuris habet in p̃-
benda. fatemur tamen, ꝙ ſi præbendam ei dediſſent, ꝙ illa non
poſſet ab eo, qui iã ius habet, auocari. j. de præben. dilectus fi-
3 lius G. † Item dicimus, ꝙ tanta eſt virtus præſentationis, ꝙ ſi ſe-
cundus impetrans prius præſentat ſecundas literas, in quibus
continebatur, ſi pro alio non ſcripſimus, tñ præfertur in bene-
ficio, quia ſic eſt intelligendum, ſi pro alio non ſcripſimus, qui
literas præſentauit. & ſi in literis primis continebatur eadẽ clau
ſula, non poteſt habere beneficium per illas literas, quia ſic in-
telligendum eſt, ſi tẽpore pręſentationis literarum pro alio nõ
4 ſcripſimus. † Itẽ dicimus, ꝙ non ſufficit pręſentationem litera
rum fieri executoribus, niſi fiat collatori beneficij, quia non eſt
executoris dare beneficium, ſed tantũ poteſt cogere ad dãdum.
ſed ſi eſſet executor, qui debet conferre, ſi pro alio ſcriptum nõ
eſſet, primo vacaturam prębendã in vna eccleſia, & alius poſt
impetrationem huius executoris, & pręſentationẽ ei factã im-
petrat literas ad capitulum, & pręſentet, pręualebunt primæ, li-
cet poſtea præſententur capitulo ea ratione, quia primæ pręiu-
dicant ſecundis, ſ. eo. cęterum. quia collatio huius præbẽdæ ad
executorem pertinet. ideo ſunt ſibi literæ pręſentandę & non
capitulo. ſed ſi capitulum ignoranter contuliſſet ſecundo prę-
bendam, tunc dic, ſm quod no. j. de elec. innotuit. non aũt cre-
dimus, ꝙ licet per annum diſtuliſſet vti literis impetratis, ꝙ pro
pter hoc vr̃ renunciaſſe his literis Papæ, vel non proſequi. nec
ob. ſ. eo. plerũque. quia loquitur de literis impetratis in iudi-
cijs, vel cauſis. hic autem loquimur de literis beneficialib. quæ
non petennt ſecundis impetratis ſuper eodem beneficio, & ſi
prius pręſentarentur ſecundę, vel etiam ſi multo tempore vti
poſtponat. & dicimus, ꝙ ille, qui primo literas impetrauit, ali-
quo prædictorum modorũ neglexit vti literis beneficialibus,
literę ſecundę valent, nec impediuntur per primas, etiam ſi in
ſecundis contineatur clauſula illa tantum, ſi pro alio non ſcri-
pſimus, dũmodo neglexerit vti primis, & non intelligitur pro
eo ſcriptum, qui ↄtrium facit ei, quod ſcriptũ eſt. Sed oppones.
ergo tantũ valet huiuſmodi clauſula, ſi pro alio ſcripſimus, quã
tum ſi adijciatur, qui gratiam huiuſmodi proſequatur, & hoc
quidam dixerunt. ſed nos dicimus ad hoc valere hanc adiectio-
nẽ. quia executor datus in ſecundis literis, vel etiam fortè capi-
tulum, cui pręſcribitur pro receptione primi, & ſecundi, pręfi-
get terminum ei primo, qui pręſentauit literas, vt ſi vult proſe-
qui gratiam Papæ, proſequatur, alioquin proſequatur ſecũdus.
ff. de adop. ſicut. ſed ſi eſſet ibi tantũ, ſi pro alio non ſcripſimus,
non valent literę ſecundę ſuper eodem beneficio impetratę, li
cet non proſequeretur gratiam Papę. fortè vel quia timeratur
litem, non vult litigare in præſenti, ſed expectat magis cõgruũ
tp̃s ad litigandum, vel expectat, ꝙ illi, ad quos pertinet electio,
propria voluntate ſine coactione ipſum recipiant, & ſi non in
prima vacatione, tñ in ſecunda, vel tertia, vel vlteriori. hoc ta-
men ſic credimus, ſi nondum poſt pręſentationẽ literarum va-
cauit aliqua prębẽda, quia adhuc poteſt expectare & petere, vel
ſi cõpoſuiſſent de ſecũda, vel vlteriori danda, ſed ſi neutrũ ho-
rum interueniſſet non vr̃, ꝙ pretextu primarum literarũ ſecun
dus impediatur. Et ẽt plus dicimus, quia ſi eſt ibi clauſula, quæ
ponitur in hac decre. quandocunq; ſecundus petat præbẽdam
auctoritate ipſarum literarũ, & ſciat primus, niſi veniat & pro-
ſequatur præbendam auctoritate priorũ literarum, ꝙ fit ei pręiu-
dicium ſi ſcit prębendam peti, quæ primo loco ad eum pertinet. j.
de reg. iu. quamuis, & ff. de reg. iu. ſępe. & in tantum fit ei pręiu
dicium, ꝙ nec aliam prębendã auctoritate illarum petere pote
rit, quia de ea ſcriptum non eſt. & ideo idem dicimus, ſi in ſe-
cundis literis non contineatur, ſi pro alio non ſcripſimus, quia
vtrobique videtur Papę intentio fuiſſe, ꝙ de pluribus non gra-
5 uetur. † [Proſequi.] licet autem capitulum, vel ep̃s, cui ſcribi-
tur ſuper receptione alterius, poſsit ſe defendere ↄ petentẽ be-
neficium, quando primo pro alio ſcriptum eſt, vt hic, & ſ. eo. ca
pitulum, prudenter tamen faciet capitulum, ſi non vult ſubire
laborem ↄdicendi, ſi omnes recipiat in canonicos, quia nemi-
ni pręiudicatur, cũ ſimilius canonicæ omnes pariter poſſunt vti
ſine alicuius pręiudicio. ſed de prębendę aſsignatione eſt vis,
quia fieret in eius pręiudicium. & ideo tunc, dicunt quidam, fa
ciet ſibi exhiberi vtraſque literas, & procedet ſm tenorem de-
cre. ſ. eo. cum contingat. & ſi non ſeruauerit iſtam formam, in-
curret periculum, quod eſt. j. de pręben. dilec. fil. G. Si aũt vult
ↄdicere capitulum, vel ep̃s, aut ↄdicere primo pręſentanti lite-
ras, vel alijs poſt pręſentantibus. ſi vult ↄdicere primo, tunc ip-
ſe ſolus, ad quem pertinet receptio, & collatio prebendę, ſe op
ponere poteſt. illi autem, pro quibus primo ſcriptũ eſt, oppone
re ſe non poſſunt, quia non poſſunt dicere, ꝙ ſibi debet pręfer-
6 ri, quia primo pręſentans debet alij pręferri. ſ. eo. capitm. † itẽ
de criminibus, vel alijs defectibus opponere non poſſunt, quia
eorum nõ intereſt, vt no. j. de accuſ. ſuper his. ſed ſi vult aliquis
obijcere poſt primum pręſentanti ſuas literas, tunc quo ad im-
pugnandam receptionẽ ſuam ſolum capitulum, vel ep̃s admit
titur, quia non intereſt primo pręſentantis literas, ſi primo ſe-
cundus recipiatur, quam ipſe: quia in aſſecutione pręb endę prę
cedet, licet primo receptus ſit, vt no. j. de pręben. relatum. ſi aũt
poſt pręſentatas literas petat ſibi aſsignari pręb endam, tunc ca-
pitulum, ſi habet primo pręſentantẽ pro canonico recepto, pru
denter faciet, ſi ſe nõ miſceat liti, ſed ſinat eos litigare, & acquie
ſcat mandatis iudicis vtriuſque partis, ſm tenorem decre. cum
contingat. ſi vero non habet pro canonico, tunc ↄdicat capitu-
lum, vel ep̃s, ſi vult. & ſi non vult ↄdicere, ſed libenter aſsignat
pręb endam primo pręſentanti, tunc ſi primus obtineat poſtea
ↄ capitulum, patietur pęnã, quę eſt j. de pręben. dile. fil. G. quia
malitioſè egit, cũ neutri debeat aſsignari beneficiũ, ex quo p-
babiliter poterat dubitari. ſ. eo. cum contingat. nos tñ hoc, qđ
dictum eſt de procedendo, ſm tenorem decre. ſ. eo. cum cõtin
gat, non credimus, niſi vtriq; executores mandarent, vel parati
eſſent, vt ex tenore eius decre. colligitur. & bene dicimus, quia
ſi ipſe pręſentãs primo velit ſe opponere, ꝙ poteſt, quia ſua in-
tereſt, & pro ſuo iure appellare, vt 2. q. 6. non ſolent, & niſi de
iure

iure ſuo dicat, fit ſibi præiudicium. j. de reg. iur. quãuis, in hoc. ſ.
q ſecundus, pro quo lata eſt ſnīa, obtinebit præbendam. ſed ſi
iuſtam cauſam haberet ignorantię primus, ēt poſt latam ſnīam
pro ſecundo præſentante, & ēt poſt, q̃ ſibi eſſet aſsignatum be-
neficium, daretur ſibi in integ. reſti. ex generali clauſula. ff. ex
qui. cau. ma. in integ & no. j. de procu. quei elam. Contra capitu
lum aūt, ſi bona fide deoegabat primo præſentantem recipere,
nec malitiam adhibuit in aſsignatione præbendæ facienda ſe-
cundo, nullā habebit actionē. fortè melius dr̄, q habebit actio-
nem ꝯ capitulum: quia debuit ſibi cauere, q ille cui præbenda
aſsignabatur, ſeruaret capitulum indēne. ff. de rei ven. is a quo,
7 & l. ſeq. ff. de peti. hære. l. pen. † Sed quæritur, an receptus in ca-
nonicum per capitulum poſsit ſe opponere illi, qui petijt præ-
bendam per literas Papę, vel canonicatum tm̄? & dicunt qui-
dam, q ſic. alijs vr̄, q non poſsit ſe opponere receptioni in cano
nicum, vel aſsignationi prębendę, quia non intereſt eius, quia
nullum ius habet in prębenda futura, & in canonicatu nullum
fit ei pręiudicium. ſed ꝯ literas bene poteſt opponere, q non va
lent, quia non faciunt mentionem de ſua receptione, quam ſi
Papa sciuiſſet, non ſcripſiſſet pro eo, & ſi recepti à capitulo nul-
lū habent ius certum in prębenda, nec aliquid petere poſſunt
ratione receptionis ſuę, vel prouiſionis à capitulo factæ, tamen
ratione acceſſorij ſuperior, cum opportunitas ſe offeret, faciat
aſsignari præbendā. j. de pręben. relatum. j. de conceſ. præben.
8 cum ſuper quæſtione. † Et Papa nunquam intendit dare literas
ꝑiudiciales. ff. de vul. ſub. l. ex facto. & ꝯ literas ſe opponere po-
teſt ſemper, quouſq; alius recipiatur in canonicū, quia vſq; tūc
ex eis agit, & vtitur impetratis. ſed ex quo receptus eſt, ex tunc
receptus à capitulo nihil poteſt proponere ꝯ literas, quia nō in-
nabit ſe principaliter ex literis, ſed ex receptione ſua: quia rece
ptus eſt in canonicum. & ſi obijciatur ei, q nō poteſt petere ꝑ-
bendam ex tali receptione: quia ſi ꝯrium diceretur, aperiretur
via vacaturia. Reſpon. quia ex receptione ſimplici capitulū nō
poſſet agere ad præbendam vacaturam, nec etiam vacantē cer-
tam, arg. op. ff. de ꝯhen. emp. l. vlti. §. vlti. & ad Trebel. l. j. §. ſi ha
bes. C. de do. ęris, cum ſuis concordan. ſed ex receptione, quæ
eſt facta auctoritate Papæ, qui non impeditur concedere vaca-
turas, ſecus. [Intentio.] quod apparet ex appoſitione clauſulæ.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula, ſi pro alio non ſcripſerimus, quid ſignificet.*

CAP. XXXIX.

1 Literis Apoſtolicis. [Niſi pro alio.] Idem † & ſi non ſit clauſu-
la, ſi pro alio nō ſcripſimus. non. n. aliud intendit do
minus Papa per clauſulam iſtam, niſi vt eccleſia de
plurium receptione non grauet. ſ. eo. mandatū. [Monitorias] ar.
ex ſolis monitorijs habet ius ad petēdū. ad idē. ſ. eo. cap. ſin. ſed
non eſt verum, licet illi prouidere teneantur. j. de præben. dile.
fil. G. nam ex monitorijs, nec ex præceptorijs, nec executorijs,
ſed habet officium iudi. ad petēdum beneficium, ſm̄ tenorem
literarum Papæ, ſi Papa contuliſſet, tunc haberet ius in re.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum ſpeciale factum Abbati, derogat generali facto Epiſcopo.*

CAP. XL.

1 Abbatem. [Prouiderit.] Nec tamen adhuc pro-
uidit. † vnde ſpeciale mandatū Ab-
bati directum in ſuis eccleſijs tantum præiudicat ge
nerali mandato ep̄i in omnibus eccleſijs. ſ. eo. c. j. &
c. paſtoralis. ſi autem iam prouidiſſet ei Abbas in vna eccleſia,
& poſtmodum alia vacaret, non video, quare ep̄s non poſſet alij
ibi prouidere, in qua non eſſet alij prouiſum, cum diuerſæ ſint
eccleſiæ, niſi fortè eſſent eccleſiæ de menſa Abbatis, vel niſi col-
latio pertineret ad Abbatem: tunc enim cum omnes vno iure
cenſeantur, ſi vni prouidit, grauatus eſt Abbas. vnde ep̄s non po
teſt alij prouidere. Et hoc intelligo verum, quando vult proui-
dere auctoritate literarum impetratarum, poſt quam prouiſum
eſt primo. nam ſi ante impetratæ fuiſſent, ſecus, vt no. ſupra eo.
mandatum. [Cogi.] quando in literis non continetur, per eccl.
cenſu compellatis. verius credimus, quod non ſit hæc ſufficiēs
ratio, imo nec vera, quod non poſsit epiſcopus cogere Abba-
tem ad prouidendum illi, de quo ſcriptum eſt epiſcopo: quia
ex quo in literis continetur, facias tali clerico prouideri, pote
rit quoslibet cogere ad prouidendum, etiam ſi ibi dicitur, per
cenſuram eccleſiaſticam cogas. ſed illa eſt ſufficiens ratio & ve
ra: quia ſpeciale mandatum factum Abbati derogat generali fa
cto epiſcopo, vel quia clauſula, ſi pro alio non ſcripſimus, exi-
mit eum à iuriſdictione epiſcopi, quod in eccleſijs illius Abba-
tis illi prouidere non poſsit. [Prouidendi.] quando in literis cō
tinetur, auctoritate noſtra prouideas.

S V M M A R I V M.

1 *Non poteſt ſecundus dele. abſoluere, niſi elapſo termino priori aſsignato.*
2 *Abſolutio ſecundorū iudicū tenet ēt ante terminum, ſi partes conſentiant.*
3 *Remiſſio excommunicati ad excommunicatorem, locum habet in ordinarijs, etiam ſi ſit ab eis appellatum poſt ſententiam excommunicationis.*
4 *Debet excōmunicatus abſolui præſtita cautione & iuramento prius, quàm cognoſcatur de iniuſta excommunicatione.*

CAP. XLI.

Ab excōmunicato. [Statuta.] ſ. quia iniu
ſtè, vel non præmiſſa
monitione, vel non ſeruato ordine dicit ſe excōica-
1 tum. † [Obtentis.] Iſte ſecundus non poteſt abſol-
uere, niſi elapſo termino aſsignato priori, & ſi abſoluat, non va
let, quia iuriſdictionē habet ex parte limitatam, & formā certā,
arg. ſ. eo. cum dilec. nec etiam ſufficit, ſi partes conſentiant in
eum, cum nihil attendatur forma ſolita, & etiam honor excōi-
catoris. ſed & ſi omnes. ſ. partes & iudices cōſentiant, quod an-
te tempus abſoluatur, tamen nō valet abſolutio, quia cum ſub
conditione ſit ibi mandata abſolutio. l. ſi primus intra certum
a tp̄s non abſoluit, q ſecundus abſoluat, ante conditionem [a] ex-
tantem nulla ſibi abſolutio cōpetit. ff. de verb. ſign. cedere diē.
2 repete tamen, quod diximus. j. de offi. deleg. de cauſis. † Quidā
tamen bene fatentur, q ſi excōicator diceret, ego non abſoluā,
vos abſoluatis eum, ſi vultis, q in hoc caſu ſecūdus poteſt eum
abſoluere etiam ante terminum, quia in manifeſtis non eſt lo-
cus coniecturis. ff. de verb. oblig. continuus. §. cū ita. alij tamen
dicunt, q tenet abſolutio ſecundorum iudi. ēt ante terminum,
ſi partes conſentiant. primus autem poſt terminum aſsignatū
poteſt abſoluere ſemper ante, quam pronuncient eum iniuſtè
excōicatum, & ēt ſi partes velint, q ſic probatur, quia quando-
cunq; ante abſolutionem conſtet de iuſta excōicatione, remit-
tendum eſt ad excōicatorem. Et ſic apparet, q apud primum ēt
poſt terminum aſsignatum remanet iuriſdictio, & ſic habet ſu-
per eum iuriſdictionē in eo, pro quo excōicatus eſt, ex quo pa-
titur ſe abſolui, abſolutio tenet. Item cum iudicia ſint abſoluto
ria, & nihil aliud hic petatur niſi abſolutio, & ille, qui excom-
municauit, paratus ſit abſoluere, audiendus eſt, & tenebit abſo-
lutio, & hoc habet locum, vbi per errorem omiſſa eſt abſolutio
ante, quam procederetur ad cognoſcendū de iniuſtitia excōi-
cationis. nā & ſi hoc petat, abſoluendus eſt, vt no. in glo. ve tun-
tamen. [Ita.] ſi contra ſtatuta concilij generalis. i. iniuſtè excōi
catus eſt, quid faciet hic excommunicans, ad quem remittitur?
Reſpon. ſi credit ſe iuſtè excōicaſſe, non abſoluat, ſed ad alium
mittat, quia poſtea ad eum remittetur pro mandatis recipien-
dis. j. de offi. dele. prudentiam, in fi. ſi vero nō credit ſe iuſtè ex-
3 cōicaſſe, prudenter facit, ſi abſoluat eum. † [Obtentis.] remiſ-
ſio iſta excōicati ad excōicatorem habet locū in ordinarijs, etiā
ſi ſit ab eis appellatum poſt ſnīam excōicationis. j. de offi. ordi.
ad reprimendam. j. de ſen. excom. per tuas, in fi. in deleg. autem
ita dicendum, ſi non fuit appellatum, & appellatio recipiatur,
non habet iuriſdictionē dele. j. de offi. dele. paſtoralis. §. præter-
ea, & ideo non remittitur ad cū. Item ſi non fuit appellatum à
dele. & lata ſit ſnīa diffinitiua per dele. j. annum remittendū eſt
ad dele. ſed poſt annum minimè ſuperiori ratione. Itē j. de offi.
deleg. quærenti. ſed ſine vlla remiſsione delegās iuxta formam
eccleſiæ nō abſoluet, cuius auctoritate excōicatus eſt: ſed ſi ſub
delegatus excōicauerit, & ab eo appelletur, dele. primus tantū
abſoluere debet. j. de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. porro, &
§. vlti. ſi autem primus delegans abſolueret, teneret abſolutio.
Item & ſi alij deleget abſolutionē, & ipſe delegatus abſoluat,
tenet abſolutio, arg ꝯ j. de offi. ord. ex parte. j. de ſen. excom. cū
pro cauſa. ſed ante, quam primus deleget, vel deleg. ſecundo ſu
per abſolutione abſoluat, poteſt excipi, q non abſoluat, vel nō
procedat per tales literas veritate tacita impetratas. Si. n. dixiſ-
ſet quomodo delegatus eſt medius inter primū delegantem, &
ſubdelega. non habuiſſet literas, niſi ad eum. ſ. deleg arg. prædi-
ctę decre. ſuper. etiam ex cauſa poteſt legitimè appellari. ſi autē
abſoluat non pręmiſſa appſone, tenet, licet non debet fieri, nec
nocet ſi poſtea appelletur, quia cum ſnīa excōicationis nō ſu-
ſpendatur per appella. multo fortius abſolutionis: quia prom-
ptiora ſunt iura ad abſol. &c. ff. de ac. & ob. Atrianus. Item om-
nis res per quaſcūq; cauſas ꝯhitur, per eaſdem diſſoluitur. j. de
reg. iur. c. j. ſed per ſolā ſnīam fit quis excōicatus, ergo & per ſo-
lam abſolutionem abſolutus ſit aliquis. Itē ſicut actio iniuria-
rū tollitur pacto, ita & hęc ſnīa abſolutione. ff. de pac. l. ſi vnus.
§. pacta. hoc autem poſito, q ſit ſublata, & verum eſt, non debet
amplius excōicari, niſi præmiſſa canonica monitione. j. de ſen.
excom. ſacro, & probata cauſa, a. q. j. nemo, & niſi ſint contuma
ces de nouo, 11. q. 3. certum. [Difficultate.] iuramenti, & cau-
tionis mandatorij. j. de reſti. ſpol. literas, in fi. Quidam tamen,
& fortè bene, dicunt q iurare debet ne diſciplina eccleſiaſtica
rumpatur,

A D D I T I O.

a ¶ Ante conditionem. Et ſic attenditur implementum conditionis in literis exe cutoris adde Fed. de Aucha. in conſ. 297. incip. Efficacibus, col. 4. poſt prin.

...tur, arg. 23. q. 5. excõicatorum. j. de eo, qui dux. in ma. quã
... adul. ſignificaſti. & ita nõ eſt cõtra. j. de iureiu. & ſi Chri
... ſunt auctoritates prohibentes iuſiu. ſed ſupple, non iu-
... omnino, vel fruſtra. i. ſine cauſa. hæc autẽ eſt prædicta cau
... quæ eſt iuſta. j. tit. proxi. cum inter. † [Cognitio.] Verumta-
... prius, quam cognoſcatur de iniuſta excõicatione, abſolue
... præſtita cautione, & iuřo, & poſtea cognoſcet ſolus deleg-
... de iuſtitia excõicationis. ſ. an excõicator iuſtè, vel iniuſtè,
vel ex ordine, vel ex animo, vel ex cauſa excõicauerit. & hoc eſt
verum, qñ quæritur de iniuſtitia excõicationis, vt excõicatori
pœnam infligat, & tunc puniet iniuſtè excõicantem. j. de ſen.
excom. ſacro. ſi vero inueniet iuſtam excõicationem remittet
excõicatum ad excõicatorẽ, vt eius mandata recipiat. j. de offi.
deleg. prudentia. & attende, cum dico, ꝙ ſtatim debet abſolue-
re, niſi obijceretur, ꝙ pro manifeſta offenſa eſt excõicatus, vel
quia non paret rei iudicatæ. tunc. n. debet præcedere emenda.
j. de ver. ſig. ex parte, & c. ſeq. De cauſa tamen principali eodem
modo cognoſceret, ſi eſt cauſa inter epm, & excõicatum, & in
literis ſit appoſita clauſula cõſueta. ſ. audias, ſi quid fuerit quę-
ſtionis. nam nullus debet eſſe iudex in propria cauſa. C. ne quis
in ſua cauſa. l. j. ſi vero cum alio cauſam haberet coram excõica
tore, aut eſt appellatum, aut non. ſi eſt appellatum, eodem mo-
do procedet inter partes, ſi in literis ſit mentio de appellatio-
ne, vel eius cognitio cauſa demandatur. ſi vero non ſit appella-
tum, debet eum remittere ad epm, qui de cauſa cognoſcere cę-
pit. ff. de iud. de qua re. j. de iureiu. ad noſtram. 2. niſi ſit ibi præ-
dicta clauſula, ſi quid mãſerit quęſtionis, & quia perpetuata eſt
eius iuriſdictio per citationem. j. de offi. deleg. gratum. Sed ob-
ijcies, ꝙ nunquam habuiſſet literas, niſi dixiſſet ꝯ ſtatutum con
cilij generalis ſe excõicatũ fuiſſe. ergo ſi hoc falſum appareat,
debet carere commodo literarum. ſ. co. ſuper literis. Reſpon.
hic illa regula fallit propter periculum excõicationis, & partici
pationis. vnde ſtatim abſoluendus eſt, vt in decre. cum contin-
gat. Item hęc exceptio, cum ſit peremptoria, non debet propo-
ni contra literas. j. de li. conteſt. c. fi. & j. de fo. compe. ex parte.

S V M M A R I V M.

1 *Mentiri plus eſt, quam verum dicere.*
2 *Ignorantia de facto proprio, de facili prætendi non poteſt.*

CAP. XLII.

SI proponẽte. Secus, ſi non proponeret, ſed
ſubijceret, quia tunc crederẽ
1 valere. Reſpon. † quia plus eſt mentiri, quam verũ
tacere, arg. ſ. co. poſtulaſti. [Fraudulenter.] Hęc eſt
cauſa, quare reſcriptum non valet, ſcilicet fraus. ſ. co. ſuper lite
2 ris, & c. in noſtra, vbi de hac materia notauimus. † nec poteſt de
facili prætendere ignorantiam in proprio facto. ff. pro ſuo. l. fi.
in fi. & no. ff. man. l. item quæritur.

S V M M A R I V M.

1 *Nunquid, ſi quis aliquem conuenit perſonali actione coram aliquo iudice,*
poſſit eum coram alio iudice & ordinario ſuper alia perſonali conuenire?
2 *Ordinarijs iudicibus non debet ſubtrahi debitus honor.*
3 *Non licet reo actorem conuenire niſi ſub actoris iudice.*

CAP. XLIII.

QVia nonnulli. [Nomine.] Hic tenetur cri-
mine falſi, ſicut & qui ſuppo
ſuit partum. ff. de fal. falſi nominis, & l. qui falſam, &
ſequens ſimiliter. [Et qui eas.] Non valet, quod fit
per has literas pro his, quorum nomine ſunt impetratæ [Nihil.]
De iudi. cum quem. [Ad futuras trahunt.] Id eſt aliquos citari fa
ciunt ſuper controuerſijs de nouo emergentibus, ac ſi literas
ad eas traherent. [Ad futuras trahunt.] Et valet ſniã in nouis ne
gocijs, niſi excipiatur contra. ſ. co. ſignificauit. ſ. co. cum te, ex
1 tenore. † [Pluribus.] Dixerunt quidam ex quo aliquis conue-
nit aliquem perſonali actione coram aliquo iudice, coram alio
iudice etiam ordinario ſuper alia perſonali non poteſt eum cõ
uenire, quia ſi reo, qui fauorabilior eſt in iure. ff. de reg. iur. fa-
uorabiliores. hoc non licet. C. de ſen. & interlo. in auth. & con-
ſequẽter multo fortius nec actori. ff. de re. iu. nõ debet. Si actor
conuenit aliquẽ ſuper aliqua actione perſonali, licet ſuper alia
per aliud reſcriptum corã alijs delegatis ipſum conuenire non
poſsit, tamen coram ordinario ipſum poterit cõuenire, & hoc
vt honor non ſubtrahatur ordinarijs ipſis. nam reo iſtud non li
cebit, ſi velit reus reconuenire, quia non coram ordinario, ſed
coram delegato iſtud facere debet, quod tamen non credimus
verum. nam bene poteſt actor reum conuenire ſub diuerſis iu
di. ordi. vel ordinario, & delegato alio & ſuper perſonalibus, &
realibus actionib. & ꝙ dicitur in prædicta l. fauorabiliores, &c.
intelligimus in eadem cauſa, & poſtquam incepit cauſam. nam
& hic in vtraque cauſa & coram vtroq; iudice fauorabilior erit
reus, quam actor, ſed incipiendo cauſam corã diuerſis iudicib.
fauorabilior non eſt, & ſequeretur abſurditas, quia coram dele
gato non poſſet, cum non ſit ei cõmiſſum, nec coram ordinario
2 vt dicunt quidam. † Item debitus honor ſubtrahitur iudicibus
ordinarijs, quod eſſe non debet. j. de appel. vt debitus. intelligo
ergo decre. hanc, ꝙ ſi ſuper perſonali actione conuenerit corã
iudice delegato, & impetret literas ad alium delegatum ꝯ eun-
dem ſuper alia actione perſonali, carebit cõmodo literarum, &
condemnabitur in expenſis, vt hic. ſecus, ſi coram ordinario cõ
ueniat, cum hoc non inueniatur prohibitum. Si quæras, quare
aliud ſit in realibus. dicimus ꝙ in realibus cõputantur dietæ à
diœc. vbi ſunt res. ſ. co. dilec. fil. i. vnde ſępe contingeret, ꝙ nõ
poſſet ſub vno delegato omnes reales intentare, & alię etiã ra-
tiones aſſignari poſſunt. Item alia ratio poteſt aſſignari, ꝙ acto
ri licet coram pluribus ordinarijs conuenire, ſed non reo, quia
iura voluerunt ſubtrahere materiam maliguãdi reis, qui quaſi
offenſi libenter ſe vendicarent etiam iniuſtè. ſed hoc de actore
3 non præſumitur. † [Reus] quamuis reo non liceat conuenire
actorem, niſi ſub actoris iudi. tamen malitioſè facere poteſt, &
poteſt repelli per exceptionem iudex rei. ſed ſi non excipiatur
ante li. conteſt. tenebit, ꝙ legitimè coram eo fiet, dũmodo aliam
iuriſdictionem habeat. ff. de iud. l. j. & alij contradicunt. [Com-
modo.] ſupra eo. ſuper, ſi proponente. [Expenſis.] ſupra eo. cę-
terum. [Condemnetur.] & nihilominus accuſari poterit crimi
naliter de crimine ſtellionatus. ff. de crimi. ſtellio. per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Reſcripto habente inſertam clauſulam, quidam alij, quot homines compre-*
hendantur.

CAP. XLIIII.

CVm in multis iu. ar. Idem vř, ſi ibi poni
tur clauſula, ꝙ nõ-
nulli homines, vel aliæ conſimiles, cum eadẽ ſit ibi
ratio. idem etiam vř, ſi dicit, ſibi damnum vel iniu-
riam factam per homines alicuius loci, quia vel conueniet eos
quaſi vniuerſitatem, & tunc loco vnius cenſetur. ſi in illo loco
non eſt vniuerſitas, non poterunt per illud reſcriptum conueni
ri vltra 4. idem vř, ſi in literis dř, cites omnes illos, quos talis ti-
bi nominauerit. ſed ſi in literis dẽ, cites omnes, qui ei ꝯdixerũt,
vel qui eum moleſtarunt ſuper tali re, dicunt quidam ſecus eſ-
ſe: ſed nos non videmus, quare hoc dicant. In cauſa autẽ inqui-
ſitionis, ſiue de iure inquiratur, plures quam quatuor citari poſ
ſunt, quia nõ trahuntur in iudicium, ſed ſuperior ex officio in-
quirit. [Generalem.] nam omnes expreſsi in literis conuenien
tur propter eos 4. [Vel quatuor.] credimus tamẽ, ꝙ ſi ſuper re
indiuiſibili, vel etiam in eo caſu, in quo eſſent ad eoſdem iudi-
ces remittendi literæ impetrentur, ꝙ etiam tunc plures, ꝗ qua-
tuor poterunt per illas literas conueniri in iudicium, vt no. ſ.
eo. paſtoralis, in gl. quid ſi. Alij dicunt, ꝙ licet ille, qui impetrat
literas ſuper certa re etiam indiuiſibili, dicat alios ſibi iniuria-
1 ri, tamen per generalem † clauſulã nõ citabuntur, niſi quatuor:
fatemur tamen, ꝙ alij, quorũ intereſt, ſi volunt pro ſuo iure co-
ram eodem iudi. ꝙ admittendi ſunt, vel ẽt ſi coram alijs agere
vellent, ꝙ ſunt ad eundem iudi. remittendi. j. de reg. iu. cum ſu-
per. ff. de libe. cauſa, pariter. [Citatorio.] cuiuslibet illorũ qua-
tuor. nam ſi velles intelligere, ꝙ tñ, qñ primum citat, debeat il
los quatuor exprimere, non eſſet ꝯ fraudem prouiſum, quia pri
mum citatorium poteſt multis eſſe occultũ. & vocat hic primũ
citatoriũ propter multa citatoria eiuſdẽ perſonę facta non tñ
in principio cauſæ, ſed ẽt in qualibet parte iudicij, & in illis ci-
tationibus ſequentibus non eſt neceſſe exprimi illos quatuor.

S V M M A R I V M.

1 *Non poſſunt delegati cauſas minoribus ſubdelegare.*
2 *Non debet fieri commiſſio clericis plebium Lombardiæ.*
3 *In cauſis tractandis qua ſint loca magna vel inſignia.*
4 *Manifeſta & notoria pro expreſſis haberi debent.*
5 *Locus vbi cauſa agitur, debet eſſe magnus & inſignis.*

CAP. XLV.

PRæſenti decreto. [Prouidendum.] Per
hæc verba dicunt qui-
dam, ꝙ hæc decre. non ſtatuit ius, ſed eſt prouiſio,
quã Papa ſuis legatis & cancellarijs imponit. & di-
cunt, ꝙ literæ valent, & ſi minoribus perſonis fiat cõmiſsio, po-
teſt ꝯ eas excipi, ꝙ per illas literas non procedatur, cum nõ ſint
de perſonis hic contentis, arg. ad hoc quare. hoc enim imputa-
retur vel iudicibus, vel partibus, cum ſint delegantis ſit eligere
iudi. quibus cõmittat, & non debet dare iudicem ad petitionẽ
partium. ff. de iudi. obſeruandum. melius videtur, ꝙ poſsit cõ-
tra tales iudices excipi, & ex talibus cauſis appellari, & alludit
conſuetudini Romanæ Eccle. vbi de facili cancellarius nõ dat
iudicem ex officio ſuo, ſed partes eos eligunt. nam ſi certũ eſ-
ſet, ꝙ ex ſe cancellarius eos dediſſet, non haberet ꝯ eos locum
exceptio, vel appellatio. & vř, quod huic exceptioni poſsit re-
nunciari tacitè, & expreſsè, quia in fauorem eorum introdu-
ctum eſt. ſ. ne coram vilibus perſonis partes & aduocati eorum
ſtare cogantur. Item vř, ꝙ ſi Papa ſcribat alicui nominando cũ

Mag. ſtrum,

Magiſtrum, vel ſimplicem clericum, ꝙ non habet locum exce-
ptio, quia ex certa ſcientia vr̃ facere contra hanc cõſtitutionẽ.
1 † In legato credo ↄ, niſi partes cõſentirent, & hoc dr̃. idem mul-
to magis intelligo de legatis. ſ. ꝙ non poſſunt minoribus ſubde
legare cauſas, & non habet locum hæc decret. in auditoribus,
infra de offi. deleg. ſuper. §. j. Item ordinarij non cõprehendũtur
hac conſtitutione. [Dignitate.] no. j. de præben. de multa. [Ho-
norabilibus.] ſufficit, ꝙ eccleſiæ ſint cathedrales, non ſufficit,
ꝙ ſint collegiatæ, ſicut ſunt multę in Sicilia, & Tuſcia, niſi ſint
ita honorabiles, ꝙ ibi ſint clerici propter ſcientias & mores, &
diuitias honorãdi. Quid. n. ſi magni viri magnam cauſam age-
rent coram illiteratis & paonoſis clericis? verè via riſui pate-
2 ret. † Quid dices de clericis plebium Lombardiæ? Reſpõdeo,
non debeat eis fieri cõmiſsiones, niſi ſint aliàs honorabiliores,
vt Modœcienſis eccleſiæ, & ſancti Antonij, & ſancti Dominici.
[In ciuitatibus.] ſufficit. n. ciuitatem epalem eſſe, vt ibi cauſæ
agitentur, etiam ſi non ſint magnæ, & etiam ſi non habeant pe-
ritos. alij ↄ, arg. pro his, quia ceſſat ibi cauſa huius conſtitutio-
nis, quia non poterũt ibi habere aduocatos, nec alia neceſſaria,
ſed in alijs locis non epalibus neceſſe eſt, ꝙ ſint magnæ, & ꝙ ha
3 beant peritos, & propter hoc dicuntur inſignes. † [Copia.] Tã
pro aduocatis, quam pro aſſeſſoribus, & conſiliarijs. quę autem
ſint loca magna, vel inſignia, vel vbi dicatur eſſe copia perito-
rum, ad cõem opinionem prouinciæ recurrẽdum eſt. ff. de ſup.
le. l. Labeo. & arbitrio boni viri. i. iudicis illius terræ, ad quẽ ſit
citatio, relinquetur. ff. de verb. oblig continuus, & nõ arbitrio
iudicis ciuitatis, qui in hoc potius pars cẽſetur, quam iudex, qa
non præſumitur, ꝙ ↄ factum ſuum ſententiaret. C. de arbi. ne in
arbitris. ſed quid ſi locus ille alium haberet iudicẽ in tempora-
libus, & alium in ſpiritualibus. Reſpon. ſi ambo ſunt præſentes
ſimul, ambotum arbitrio diffiniendũ eſt. & idem ſi ſint plures
dũmodo omnes hi dñi, ijdemq; iudi. ſint perſonæ eccleſiaſticę,
quia ad ſecularis iudicis arbitrium non credimus eundum, & ſi
non ſint omnes pręſentes, tñ pręſentes procedant. & ſi omnes
dñi ijdẽq; iudices eſſent abſentes, vel ccrta ratione ſuſpecti, tũc
alij boni homines eligentur ad hoc. & ſi non poſſent hi cõcor-
dare, procederetur ſm tenorem conſti. j. de appel. legitima, &
procedent hi non ſeruato iuris ordine. nobis magis placet, ꝙ ar
bitrium boni viri dr̃. i. iudicis, qui de cauſa cognoſcit, & ſic lo-
quitur. l. ff. de verb. obl, cõtinuus. [Cauſę.] Delegatæ. [Iudicib.]
Delega. [Impunè.] Et ſi ↄ talem abſentem procedatur quaſi ↄ
contumacem, non tenet, ſi notoria facti eſt excuſatio eius, puta
quia nulli eſt dubium, vel eſſe debet, ꝙ locus, ad quem citatur,
non eſt inſignis. ſed ſi dubia eſſet excuſatio de facto, tunc debet
ire, & coram eo proponere de facto loci, & peritorũ, vel huiuſ-
modi. & ſi pars neget, debet requiri arbitrium boni viri, cui ſi
pars citans ſtare noluerit, pars alia appellet, & ſecurè. & ſi pars
alia, quę allegat ↄ locum, arbitrio ſtare nollet, iudex ſecurè pro
cedat, & ſi aliquis à bono viro dicit ſe grauatum ſuper hoc. i. à
diffinitione hac, an ſit locus inſignis, vel non, tunc non licet ap
pellare, ſicut nec in arbitris. ipſius. n. arbitrium dr̃. ff. de ver. ob.
continuus. Item quia modicũ intereſt. ff. de appel. l. j. vel dic, ꝙ
etiam ſine requiſitione boni viri poteſt ſtatim appellare ex his
cauſis. ſ. appello, ne procedas, quia non eſt locus iſte aptus exa-
minationi cauſarum, vel propter ſui vilitatem, vel propter de-
fectum iuriſperitorum. iudex autem, qui cognoſcet de appella
tione, ſi inuenit cauſam verã appellationis, caſſabit quicquid
iudex fecit poſt appellationem, alioquin confirmabit. j. de ap-
pella. interpoſita, in prin. appellatio autem nec in hoc caſu, nec
in præcedenti eſt admittenda, niſi certum eſſet locum non eſſe
aptum. ff. qui ſatiſd. cog. ſi vero. §. j. Sed quid ſi pars non vadat,
nec appellet, quia credit ſe tutum per hanc conſtitutionem, vbi
dicit, non paretur impune? Reſpon. tutius eſt ire, & defectũ co-
ram iudice exponere. ſed ſi nõ vadat, & feratur ſñia ↄ ipſum, vel
miſsio in poſſeſsionem, vel excõicatio, non tenet, quia citatio
nulla eſt, arg. ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter. Sed ↄ vr̃, ꝙ ſem-
per teneat, niſi in citatione exprimeret errorem, puta venias ad
talem locum non inſignẽ, ſicut dr̃ in ſñia. 2. q. 6. §. diffinitiua, in
4 prin. † Sed reſpondeo, & in ſñia, & in citatione ſufficere, ſi no-
torium eſt impedimentũ, & hęc notoria manifeſta pro expreſ-
ſis debent haberi. ff. qui ſatiſd. cog. ſi vero. ff. de fer. l. j. alij ↄ. ſed
ſi non ſit notorium, ſi non vadit, tenet excõicatio, & miſsio in
poſſeſsionem. ff. de iudi. ſi quis ex, infra de appel. ſi duobus. nec
facio vim, vtrum iudex ſciuerit defectum loci, an ignorauerit:
ſufficit enim in veritate eſſe, ꝙ notorium eſt ibi defectũ loci eſ-
ſe, credimus tñ, ꝙ expreſsè proprio verbo tacitè litigando in ta-
libus locis poſsint renunciare huic exceptioni, ſed non eundo
ad illa loca, vel non appellando non vr̃ renũciare, vel tacite cõ
5 ſentire, ꝙ procedant. imo potius ↄdicere. † Item dicimus, ꝙ li-
cet iudex delegatus clericos peritos haberet, qui iudici & parti-
bus poſſent ſufficere pro conſilijs, tamen in hoc caſo impunè
non paretur, quia licet in vno termino habeat eos paratos, for-
tè non habebit in alio, & quia etiam conſiliarij & aduocati nõ
habent ibi ꝑpria domicilia, vel matura ſalaria requirerẽt, & for
tè non poteris eoſdem conſiliarius & aduocatos in alio termi-
no habere, quod eſt graue & diſpendioſum in ſingulis cauſis no
uos aduocatos conducere, & ſecreta ſuæ cauſæ reuelare, cũ bo-
ni iudi. ſit ſumptibus & laboribus partium parcere. nobis vide-
tur, ꝙ eſt neceſſe, ꝙ locus, vbi cauſa agi debet, ſit magnus, & in-
ſignis, ita ꝙ qui vadunt illuc pro cauſa, inueniant ibi hoſpitia
& conductitia pro ſe & euectionibus ſuis, & vbi inueniantur ne
ceſſaria victualia pro cõi pretio. Et ideo adiecit inſignia, quia
bene ſunt alicubi loca magna, & tamen ibi prædicta non inue-
niuntur, neque conductitia, neque venalia, vel ſi inueniuntur,
hoc ſit cum magna difficultate, quia non ſunt ad hoc conſueti.
poſſunt etiam hæc inueniri in aliqua modica villa, & tamen nõ
eſt idoneus locus, quia non eſt magnus, nec inſignis: eſſet enim
ridiculum, ꝙ cauſę tractarentur in tam vilibus locis, etiã ſi ibi
eſſet copia peritorum. nec credimus neceſſe, ꝙ ibi morentur
periti, nec hoc dicit hęc litera, ſed ſufficit, quod ibi de vicinis lo
cis poſsit haberi copia peritorum.

SVMMARIVM.

1 Oportet iudicantes in cauſa reali eſſe rebus vicinos.
2 Proceſſus habitus abſente altera parte non valet.
3 Graue eſt defendere, quod expreſſè poteſt renunciari, & non tacitè.

CAP. III. in vt.

Diſpendia litium. [Perſonales.] Literę cõ-
ſeruatorię, & proceſſus
per eas habiti non impediũt literas in cõi forma im
petratas. ſiue impetrentur ante conſeruatorias, ſiue
poſt etiam inter eaſdem perſonas, quia conſeruatores non ha-
bent cognitionem, niſi oriatur ex exceptione aduerſarij, vt no.
j. de offi. deleg. ſtatuimus. Item hæc decre. non habet locũ, qñ
appellatur à grauamine ante ſñiam. tunc. n. poteſt impetrare li
teras, ad quoſcunque vult. nam qua ratione debent impetrare
ad iudi. appellationis, eadem ratione debent impetrare ad iud.
principalis cauſę, cũ vni alijs nõ poſsint prohibere vti ſua iuriſ-
dictione. j. de appel. Romana. §. j. hoc etiam ex eo apparet, ꝙ ſi
quis coram eo. iudice ↄ eundẽ mouet plures perſonales actio-
nes, & in vna appellauerit, & in alia non, nihilominus corã di-
uerſis iudicibus proſequetur plures actiones perſonales ↄ eun-
dem: ſed non eſt malum, quia non ſunt ambę principales, & eſt
neceſſe ad hoc, vt locum habeat hęc decre. ꝙ ambę ſint princi-
pales, & non appellationis. & vr̃ ꝙ hęc decre. habet locum non
ſolum in literis Apoſtolicis, ſed ẽt in alijs. ſed ſi aliquis coram
conſeruatoribus, vel alijs iudicibus non habentibus poteſtatẽ
cognoſcendi de eo, ſuper quo trahitur in iudicium, conuenitur, 4
nec propter hoc minus valet proceſſus habitus per bonas lite-
1 ras, ſed fruſtratoriè trahens alias punietur. † [In perſonalibus.] 5
ſecus in realibus, cum res aliquando oporteat ſubijci oculis, &
ideo oportet vicinos eſſe rebus. ff. de cẽſi. forma. j. de libel. obl.
ſignificantibus. [Qui vero contrarium.] Cum effecto. ſ. vtẽdo
pluribus literis. nam ſi vnis tantum vtatur, valebit proceſſus ha
2 bitus per eas. † [Valeat.] Si fuerit exceptum. Vel dic, ꝙ etiam ſi 6
reus non excipiat, tamẽ proceſſus pro alterutro habitus per eas
non valebit, quia ambo ſcienter contra ius faciunt, & hoc vide
tur velle litera, & ita ſeruat curia Romana, quia litera dicit, ꝙ
proceſſus habitus per eas non valeat. nec poſſunt renunciare ta-
citè. ſ. litigando coram eis, quia ſic dicit litera, ꝙ proceſſus eo-
rum non valet, & ſic vr̃, ꝙ loquatur, quando partibus pręſenti-
bus proceſſerunt. ſi. n. in abſentia partiũ proceſsiſſent, tunc nul-
la eſſet pœna, quia cuiuſcunq; alterius iudicis proceſſus in ab-
ſentia partium habitus teneret. Et eſt ratio tunc, quia non vide
rentur renunciare, licet litigauerint, quia non pręſumuntur ſci
re has conſtitutiones. vel ẽt ſi ſcirent, parcitur eis, ꝙ non videã
tur renunciaſſe, quia fortè verentur iudices, & timent ab eis ap
pellari, vel eorum iudicium fugere expreſsè. tamen ſatis crede-
remus, ꝙ poſsint renũciare, quia literas credimus valere, & per
3 eas iuriſdictionem dari. ſ. c. cęterum. † Alij contra. & verè mol
tum graue eſt defendere, ꝙ expreſsè poteſt renunciari, & nõ ta
citè. hęc poteſt eſſe ratio, quia quando expreſsè renunciant, vi-
dentur nouam iuriſdictionem dare, quod poſſunt, quia iudices
ſunt per illas literas. ff. de iu. l. j. ſi tacitè, non videntur renũcia-
re, ſed ex iuriſdictione per illas literas datas procedere, qđ non
licet, & errãt. Item propter verba pręcedentia huius decre. di-
cimus, etiam ſi pro reo haberetur proceſſus, ꝙ nullus eſt. Item
detur per eadem verba, ꝙ non valet proceſſus habitus, nec per
ſecundas literas, nec per primas. dicunt autem quidam, ꝙ ſem-
per recedere poſſunt ab his iudicibus vſq; ad ſñiam. poſt ſñiam
autem, à qua non eſt appellatũ, non, quia iam poſt ſñiam ceſſat
cauſa ſuperius aſsignata. ſ. ꝙ timent iudices. ex tunc. n. nõ opor
tet eos timere, quia functi ſunt officio ſuo, & quia non poſſunt
eis deterius facere, quia iã ſñiam contra eos tulerant, quia ve-
rè iudices ſunt. Alij dicunt contrarium. ſ. ꝙ etiam ſñia non va-
let,

tis magis concordant literæ. [Niſi.] Quamdiu autem de hac
ſuſpitione inquiritur, non procedent iudices rei recuſantis: quia
aliquid deſ, facile eſt cuilibet deludere huic conſtitutioni. [Si-
mili.] Quia commodo impetrato carebit, & in expẽſis cõdẽnabit.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, quid ſit.*
2 *Peractum bis iteratum inducitur conſuetudo.*
3 *Conſuetudo ſemper præiudicat iuri, idq́; multis caſibus, quos hic habes.*
4 *Conſuetudo ad hoc, vt præiudicet, oportet eſſe præſcripta.*
5 *An extraneus contra conſuetudinem faciens teneatur.*
6 *Tenetur contrahens ſtare conſuetudini loci, vbi contractus celebratus eſt. & debet etiam ſeruari conſuetudo loci contractus, vt habes in nu. 7.*
8 *Iudex tenetur ſeruare litigantium conſuetudinem.*
9 *An ſit peccatum violare ſtatuta & decre. & quibus ſit permiſſum venire contra iura, & contra præcepta, habes in nu. 10.*

De Conſuetudine. Rubrica. 4.

1 DE conſuetudine. † Conſuetudo eſt ius non præſcri-
ptum, moribus diuturnis populi inductum. In-
ſti. de iure natura. §. conſtat. Etiam inducitur cõ-
ſuetudo primo, quia ſic obtentum eſt ſine ↄ̃di-
ctione. Inſti. de iure natura. §. ex non ſcripto. ff.
de lega. diuturna. ff. de teſti. teſtium. §. vlti. ff. de admini. tuto. ſine
hærede. §. pen. ff. quẽadmo. teſta. ape. ſed & . C. q̃ ſit lon. conſuetu.
l. j. C. de ędi. priua. an in totum. Secundo, ꝙ libelli querimonia-
rũ quę conſuetudini obſtant, non recipiantur, & ſi recipiantur,
iudicantur ſecundum conſuetudinem. ff. de legi. ſi de interpre-
2 tatione, & l. ſeq. C. quæ ſit lon. conſuetu. l. j. † Tertio, quia iudica-
rum eſt conſuetudinem eſſe, cum quæſtio eſſet, an conſuetudo
eſſet, nec ne. ff. de leg. cum de conſuetudine. & non ſufficit alte-
ro iſtorum modorum tantum ſemel iudicatũ eſſe longo tem-
pore, ſed bis ad minus iudicatũ, vel factum eſſe debet. C. de epi.
audi. l. 3. in fi. ſed ↄ̃. quia non exemplis iudicandũ eſt. C. de ſen. &
interlo. nemo. Sed nos dicimus hoc intelligi, quando ſic iudi-
cat volens conſuetudinem introducere, & in poſterũ ſimiliter
iudicari: ſed vr̃, ꝙ vna ſniã ſufficeret, vt ĩ. de re iudi. in cauſis. C.
de leg. l. vlti. ſed illa ſpecialiter loquuntur in Papa, & Imperato-
3 re. † Et debes ſcire, ꝙ ſemper conſuetudo præiudicat iuri, vide
licet vt quis non ordinetur à ſuo præla. 54. q. j. pudenda. Item in
elect. ĩ. de elec. cum eccleſia Vulterana. Item vt alij clerici præ-
ter canonicos admittantur in electione. ĩ. de cauſa poſ. cum ec-
cleſia Sutrina. Itẽ ꝙ filij presbyterorum Græcorũ, licet de iure
poſſint eligi in ep̃os, ſi conſuetudo repugnet, non eligentur. ĩ.
de ele. coniu. cum olim. quamuis poſſet dici potius id fieri pro-
pter ſcandalũ vitandum, q̃ propter conſuetudinem. 15. diſt. nos
conſuetudinẽ. ſed illud non dicimus propriè conſuetudinem,
ſed diſpenſationẽ propter ſcandalũ, j. q. 7. conuenientibus, cum
duobus. §. ſeq. itẽ per conſuetudinẽ coguntur aliquem eligere
de aliqua eccleſia. ĩ. co. cũ dilectus. ĩ. de verb. ſig. Abbate. Itẽ pro-
pter conſuetudinẽ Abbates ſine conſenſu capituli conferunt
præbendas. ĩ. de his. quæ fi. à ma. par. c. ea noſcitur. Item in baptiſ
mo ſeruatur conſuetudo, de conſe. diſt. 4. de trina. Item in ma-
trimonio ſeruatur conſuetudo, ſiue potius propter ſcandalũ. ĩ.
de cog. ſpi. c. j. Item inferiorũ ordinũ clerici non coguntur pp
conſuetudinẽ, vel per ſubtractionem beneficiorum, ab vxori-
4 bus ſeparari. 84. diſt. quorundam. † & no. ꝙ ad hoc, vt præiudicet
conſuetudo, oportet ꝙ ſit præſcripta. ĩ. de cauſa poſſ. cum eccle
ſia. ff. de legi. ſed & ea. de qua præſcriptione dicemus ĩ. co. cũ cõ-
ſuetudinis. Item ꝙ bonam fidẽ habeat, & animum introducen-
di conſuetudinẽ, & vtendi iure ſuo. ff. de aqua quoti. l. j. §. Ariſto.
ff. de iti. actuq; priua. l. j. §. vlti. Itẽ ꝙ res ſit præſcriptibilis: ſecus ſi
non eſſet præſcriptibilis, qualis eſt, quando clericus confitetur
ſe ſubeſſe ep̃o, & tamen denegat ſibi reuerentiã vel procuratio-
nem ratione viſitationis. ĩ. de præſcrip. cum non liceat, de cẽſi.
cum inſtantia. & generaliter non præſcribitur cõſuetudo ↄ̃ ius
naturale, 32. q. 7. flagitia, & ↄ̃ ſtatum eccleſiæ. 25. q. j. ſunt quidam,
& ↄ̃ ordinationem. ĩ. de temp. ordi. c. 2. & quæ occaſionem ma-
lignandi inducit, 12. diſt. nos. & ↄ̃ bonos mores. 12. diſt. illa, & ĩ.
c. ad noſtram, & c. cum venerabilis. & quæ grauamen inducit. ĩ.
eo. c. j. Item oportet, quod ſit inducta de ſcientia eius, qui ſuper
eo, vbi inducitur, habet ordinariam iuriſdictionẽ & poteſtatẽ
condendi leges. ff. de legi. de quibus. 93. diſt. illud. & non ſufficit
toleratio. ĩ. de preb. cum non ignores, & c. cum iamdudum. & ſi
ſpiritualibus perſonis præiudicat, & illorum conſenſum inter-
a uenire oportet:[a] nec præſumitur interuenire, niſi manifeſto iu
dicio probetur, puta quia recipit aliquod pretium. ff. com. præ.
venditor. §. j. Item oportet, ꝙ non ſit inducta per errorem. ff. de
leg. ꝙ non ratione. 8. diſt. conſuetudo. 15. diſt. omnia. Itẽ vbi po-
puli eſt iuriſdictio, oportet ꝙ maior pars populi vtatur illa cõ-
ſuetudine. ff. de iuſti. & iure. l. pen. nam ſicut minor pars non po
teſt cõdere leg. ſcriptã, ita nec conſuetudinẽ introducere. ff. de
5 legi. de quibus. † Sed quid ſi extraneus contra conſuetudinẽ fa
ciat, nunquid teneatur? arg. quod ſic, quia nullius peregrini li-
cet &c. 8. diſt. c. j. & 2. di. 12. illud. at. ff. de iudi. hæres. §. 1. ↄ̃, quia ne-
ſciuit, nec ſcire debuit, cũ in aliena conſuetudine probabilis ſit
error ſicut in facto alieno. ff. pro ſuo. l. vlti. dicũt quidã, quia mo-
nitus vel ſciens debuit ſeruare. ſi vero neſciuit, non tenet, quia
non eſt in culpa. ff. de conſti. cognoſcentes, ibi rem, quæ. arg. ff.
de act. emp. & vẽd. l. Iulia. in prin. 85. diſt. propoſuiſti. imo debet
imputari ei, qui potuit expreſſius legem dicere. ff. de pact. vete-
ribus, vt ff. ad Velleia. l. 2. §. verba. ſi autem nec ciuis eſſet in cul-
pa, quia credebat cõſuetudinẽ eſſe ius cõe, & erat alias ſimplex,
nec ẽt peregrinus, qui conſuetudinẽ ignorabat, tunc poſſet di-
ci ↄ̃ctum non tenere, quia ambo errabant, & nihil poteſt eſſe tã
ↄ̃rium conſenſui, ſicut error. ff. de iuriſ. omn. iudi. per errorem,
& ſine conſenſu ↄ̃ctus non tenebat. ff. de act. & oblig. conſenſu.
6 C. de act. & oblig. ſicut. hoc non placet. † Sed dic melius, ꝙ in p̃-
dictis caſibus tenet cõtractus, & tenetur ſtare cõſuetudini loci,
vbi ↄ̃ctus celebratus eſt. tamen ſi enormiter læderetur, ex gene-
rali clauſula reſtitueretur in integrum. ff. ex quibus ca. in l. j. ſed
iudex appellationis quid faciet, ſeruabit ius cõe, vel conſuetudi
nem ſuã, vel litigantium? & dicimus conſuetudinẽ litigãtium.
ĩ. de eo, qui mit. in poſſ. cum veniſſent, in Auct. de appel. in prin.
b ↄ̃, ĩ. de re iu. cum cauſa. ſed hoc ideo quia cõſuetudo, laicorum[b]
non potuit ligare eccleſiam, 10. diſt. c. j. & quia erat in grauamẽ
eccleſiarum etiam ſine conſenſu capituli. vnde non valet, ĩ. eo.
c. j. Quanta ſit auctoritas conſuetudinis, dicemus infra eo. cum
7 conſuetudinis. † Illud tamen no. ꝙ conſuetudo loci, vbi ↄ̃ctus
celebratus eſt, ſeruari debet. ff. de vſu. l. j. in prin. & loci, vbi ma-
leficium perpetratur, arg. ff. de extraor. cri. l. pen. §. ſunt quidam.
8 † Idem etiam credimus, ſi in principali quæſtione alia conſue-
tudo iudi. alia ſit litigantium, quia conſuetudinẽ litigantiũ ob-
ſeruabit, arg. ĩ. de eo, qui mit. in poſſ. cum veniſſent. C. de cõſue.
l. j. C. de ędi. priua. l. an totum. hæc autem vera credimus in iuri-
bus, vt prætextu conſuetudinis ↄ̃ ea facere liceat. nam in præce
ptis, quantũcunque tempore aliqui non ſeruant ea, ſemper pec
cant, & ipſi & alij obſeruare tenentur. 8. diſt. c. j. nam quod præ-
ceptum eſt, neceſſe eſt fieri. 14. q. j. c. vlti. & diuturnitas tempo-
ris, &c. 32. q. 6. flagitia. ↄ̃. 4. diſt. ſtatuimus, & c. ſeq. ſed illud nõ fuit
9 præceptum, ſed conſiliũ. † Item nonne peccatũ eſt violare ſta-
tuta, & decre. 25. q. j. violatores? & in multis eiuſdẽ q. fateor pec-
catum eſſe, vbi venio ↄ̃ ius cupiditate, vel ſine cauſa, vel in caſu
non conceſſo. ſed vbi venio ↄ̃ legem, vel can. auctoritate cõſue
10 tudinis legitimæ introductæ ſecus. † Vel dicas & melius, ꝙ cõ-
tra iura, & ↄ̃ præcepta venire licet his, quibus licitum eſt nouã
legem & ſpecialẽ introducere contra illud ius vel præceptum,
ſimiliter & nouam cõſuetudinem. Sed ſi tale eſſet, ꝙ ↄ̃ illud ius,
vel præceptum nõ licet ſine peccato legem ſpiritualem ſtatue-
re, ſic nec conſuetudinem. & ad hoc vt non peccet ille, qui con
tra ius, vel præceptum domini Papæ facit, oportet ꝙ ex aliqua
iuſta cauſa faciat, volens conſuetudinẽ introducere, & ſuperio
re conſentiente, ſcilicet eo, qui legem fecit, vel qui poteſtatem
habet condendi legem contra illud ius, vel mandatum.

ADDITIONES.

a ¶Oportet. Adde Ange. qui hoc allegat in conſ. 167. inci. viſis & examinatis, & refert Feli. in c. cum aliter, col. 6. ver. Decimo fallit, ſupra de conſti. Et ſic intelligas Inno. in c. in noſtra, infra de iureiu.

b ¶Conſuetudo laicorum. Adde ꝙ idem tenet Hoſt. hic in ſumma in ver. ſed pone, & Cy. in l. 2. ad fi. C. quæ ſit lon. conſue. & Pet. de Ancha. in conſ. 258. incip. ſupra dictum ſtatutum, colum. j.

CAP. I.

COnſuetudines. [Grauamen inducere.] Qualis eſt illa, infra de his quæ fi. à ma. par. ca. c. j. [Remittere.] Ideſt tollere, & non ſecundum eas iudicare.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio abſque apprehenſione rei transfertur.*
2 *Eccleſia habet priuilegium, quod re ſibi legata, vel vendita, vel donata, competit ſibi rei ven.*

CAP II.

EX literis. [Conſueuit.] Conſuetudo erat obtẽta ↄ̃dictorio, ꝙ quando aliquis ſub forma ſcotarinnis aliquid dat, non ſolum donare intelligitur, ſed etiam poſſeſſionẽ tradere. aliter non videmus quomodo in hoc introduceretur conſuetudo. ff. de leg. cũ de conſuetudine. nec mireris, ꝙ ex ↄſuetudine aliquis ſiat poſſeſſor ſine apprehenſione. ſæpe. n. poſſeſſor habet plurimũ iuris vt in rebus peculiaribus per ſeruum quæſitis. ff. de acq. poſſ. l. j. §. item ac. & l. poſſeſſio. l. ſi me. §. ſeruus. ff. pro ſo. l. 2. ff. de vſufru. iu ſto. §. fi. & in gl. quam hic habes, cõtinetur. [Et audientium.] Et ita vr̃. ꝙ forma ſeruari debet in faciendo, & exprimi in dicendo. ſ. ego do talem rem pro remedio animæ meæ. [Quę.] ſ. donatio.

1 natio.† [Poſſeſſionis.] Hic habes, ꝙ poſſeſſio trãſfertur ſine ap-
prehenſione rei, & ſimile.ff.de acq.poſſ.quod meo. §.fi. ff.de co-
trahe.empt.clauibus, Inſti.de re.diui. §.interdum. j.de pac. cum
pridem.C.quæ res pign.obl.l.2. ff.de rei vend.quadã. ff. de acq.
poſſ.l.1.§.pen.Ɔrium arg.ff.de acq.poſſ.quẽadmodũ, & l.qui vni-
2 uerſas.§.qui per colonũ.† [Poſſeſſionis.] Hoc eſt auctoritate iu-
ris conſuetudinarij, ſi.23.diſt.in nomine.Itẽ priuilegium eſt ec-
cleſiæ, ꝙ res ſibi legata, vel vendita, vel donata, competit ſibi rei
vendi.C.de ſacroſan.eccle.l.fi.in alijs contra. C.de rei vendi.ſer
uum. Hic habes per ſeoiationẽ tradi poſſeſſionem. idem vt, ꝙ
per inueſtituram.j.de his, quæ fi.à ma.par.cap.ex ore.nos tamen
hoc non credimus de inueſtitura, arg. ff.de acquir. poſſ. ſi ſtipu-
latus. Accur.tamẽ dicebat ꝙ ex inueſtitura hoc ius habet, quod
auctoritate ſua poteſt ingredi poſſeſſionem.

CAP. III.

AD noſtram audiẽtiam. [Illiteratis.] Hoc non re-
darguitur.C.de offi.rec.proui.l.potiores.95.di.eſto.
[Inſipientibus.] Hoc non redarguitur.C.de iudi.cer
tiam Auct.de iudi.§.quia vero non.[Conſilio.] Nõ redarguitur
plurimorum cõſiliũ, 20.diſt.de quibus. C.de lucicnm. liber.l fi.
24.q.3.ſi habes.[Conſuetudo.] Talis.ſ.q eſt Ɔ bonos mores.hec
redarguitur, quia eorũ reſponſum hr̃ pro ſniã, vel quod alius q
iudex fert ſententiam.C.de ſen.ex peri.reci.l.i.& 2.[Suo iudi.]
Sicut hic fiebat. C.ſi à non compe. iudi.l.j.2.3. infra de iudi. at li.
2.quæſt.1.in primis.[Eccleſiaſticis.] Idem eſt & in ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 *In neceſſitate etiam laicis conceditur eucharistiam ſumere.*
2 *Baptiſmatis ſacramentum in neceſſitate ab heretico ſumi poteſt.*
3 *Character ſacri chriſmatis non confertur per ſimplices ſacerdotes.*
4 *An aũt ex delegatione vel auctoritate Papæ poſſent conferre, vide in nu.4.*
5 *An Papa poſſit prohibere epiſcopum chriſmare.*

CAP. IIII.

QVanto de benignitate. Et infra.[Cõ-
ſuetudinẽ.]
vt j.de eo, qui dux.in ma.quam pol.per adul.cum ha-
beret.infra de ſimo.non ſatis.32.q.7.flagitia. ff.de fur.
1 infamando.§.infamis.† [Neceſſitate.] Idem eſt in ſacro eucha-
riſtiæ ab his, qui ſunt extra eccleſiam, 24.q.1.cepit.hoc tamẽ non
fateor, niſi de excõicatis, & hæreticis, & ſic loquitur c. cepit. nã
ab alijs etiã laicis in neceſſitate Euchariſtia ſumetur. nã vt qui-
dam dicunt, ipſemet aſſumere ſibi poteſt. 32.diſt.§.verũ. tamen
ille.§ loquitur tantum de ſacerdotibus fornicatoribus, & ſimo
2 niacis; non de laicis.† Sacramentum vero baptiſmi & ab here-
tico in neceſſitate ſumi poteſt, 24.q.1.ſi quem forte. ſocio autem
confiteri quis poteſt in neceſſitate, de pen.di.1.quẽ pœnitet. ſed
non abſoluetur ab eo, & ẽt penitentes recõciliari poſſunt à ſo-
cio, quod quidã intelligunt et de excõicato, de conſe.diſt.4.ſan-
ctum.hoc tamen capitulũ quidam intelligunt de recõciliatio-
ne, q fit per confeſſionẽ, nõ de illa, quæ fit ab excõicatione, quã
non. niſi epſ, vel ſacerdos, facere poteſt. j.de ſen.excom. nuper,
in fi.& c.de cetero, vbi no. Et idem dicunt in qualibet abſolutio
ne, vel reconciliatione ſpirituali, cũ hoc pertineat ad poteſtatẽ
clauium, q non cadit in laicũ, arg. 20.diſt.§.1.96.diſt. cum ad ve-
rum.excipimus in his abſolutionem.quæ fit in baptiſmo ẽt per
laicum pp neceſſitatem ſacri, 23.q.1.ſi quẽ.idẽ in vnctione olei,
ſed de omnibus, q ſpectant ad officium presbyteri, illud ſolum
3 licet laicis.qđ de iure exprimitur.† [Subeat.] Hic habes, ꝙ ſim-
plices ſacerdotes non conferunt charactere ſacramenti chriſ-
4 matis, arg.80.diſt.quãuis.† Sed nunquid ex delegatione, vel au-
ctoritate domini Papæ poſſent conferre? & qđ poſſunt, eſt arg.
95.diſt. peruenit. & concordant oẽs Doctores, ꝙ ex delegatio-
ne epõrum non licet, nec vnquã licuit.de Papali auctoritate di-
xit Ala.quod non poteſt.Silueſter dixit, ꝙ ex delegatione domi
ni Papæ, & adminiculo ſacri habiti quilibet clericus põt, quic-
quid habet, ipſe conferre, quod vero non habet, minimè, arg.1.
q.7.Daibertum.& ſi dominus Papa primo conferret presbyte-
ro poteſtatem chriſmandi, & poſtea auferret, nihil cõferret ſic.
ſed ſi prohiberet epõ chriſmare, & contẽpta prohibitione con-
firmaret, imprimeretur character.vt 1.q.1.quod quidam, 9.q.1.or
5 dinationes.† Ratio diuerſitatis.quia epſ poteſt cõfirmare ex of-
ficio, & ordine.ſacerdos alius ex deleg.& adminiculo habiti ſa-
cramenti: mandato ergo ſublato nihil poteſt.alij dicunt, ꝙ ſi Pa
pa prohibet epm̃ chriſmare, ꝙ poſtea chriſmando non confert
characterẽ. licet.n. Papa non poſſit tollere ſacrm̃ confirmatio-
nis põt tamen Ɔ illud, vt in forma, & in perſonis, & in diebus, à
quibus & in quibus conferri debeat, ſuas conſtitutiones facere,
vt no.j.de bap.c.1.& ſi poteſt circa perſonas conferentes aliquid
ſtatuere, ergo certe perſonæ, vel ẽt epõ poteſt poteſtatem au-
ferre chriſmandi.Itẽ dicunt in baptiſmo. Tamen ſi Papa talia fa
ceret ſine cauſa magna & alijs nota. non debet ſuſtineri tanquã
a faciens Ɔ generale ſtatutum eccleſiæ.de epõ autem nõ credũt,
ꝙ ſi prohibet aliquẽ à baptizando, ꝙ propter hoc minus bapti-
zatus eſſet. non enim epſ poteſtatẽ habet ſuper hoc aliquid con
ſtituendi, ſicut Papa.hoc autẽ dicunt Papam poſſe per illud pri-
uilegiũ ei diuinitus datũ, Quodcunq; ligaueris ſuper terrã, &c.
quod ſic intelligitur, quodcunque ligaueris per conſtitutiones
vel præcepta.ei.n.in omnibus obediendũ eſt in ſpiritualibus, &
in his, q ad animam ſpectant, niſi Ɔ fidem, vel ei ſpecialiter pro-
hibita ſit. Et quidẽ ſatis bene videntur dicere in eo, ꝙ dicunt, ꝙ
poſſunt facere conſtitutiones ſummi Pontifices ſuper præmiſ-
ſis, & eis factis, ſi conſtituatur, ꝙ non valent ſacra à talibus col-
lata, non valebunt. Itẽ bene fatemur, ꝙ poſſunt epiſcopos pro-
hibere à chriſmando, vel ſacerdotes à baptizando. ſed in hoc
non valet prohibitio ſine conſtitutione, quod non teneat ſacra
menti collatio, etiam ſi fiat contra mandatum epiſcopi.

ADDITIO.

a ¶Generale. Et ſic Papa non poteſt ſtatuere contra generalem eccleſ. Adde Bal.
in l.2.ver.ſed dubitatur.C.de iu.aure.annul. Ab.in c.quæ in eccleſiarũ, col. 3.
ſupra de conſti.ver. ſecundo limitarem. & in c.ſi quando, ſupra de reſcrip.&
in c.cum parati, colũ.2. infra de appel.& per Feli.in d.c.ſi qñ, col.10. ſ.de re-
ſcri.& idem Feli.in d.c.quæ in eccleſiarum, col.17.in prin verſi. limita tertio.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum poteſt locum aliquem interdicto ſupponere.*
2 *Suſpenſo interdicto an interim poſſit appellari, vt releuetur interdictum.*
3 *In interdicto non licet per priuilegium cãtare diuina officia ianuis apertis.*
4 *Ad Papam pertinet extirpare vitia, & malas conſuetudines.*

CAP. V.

CVm inter vos. [Generale.] Quod interdi-
ctum generale, quod parti-
culare dr̃, no.j.de verb.ſig.cũ in partibus. [Ab epõ.]
& ideo admittuntur canonici, vt non ſolum agant
de interdicti ſui obſeruatione, ſed ẽt epi, vel potius vt accuſent
de violatione, quia hæc accuſatio publica eſt, vel actio popula-
ris: vel ideo admittuntur. quia aduerſarius vult reſpondere, ſed
1 ſi nollet, nõ cogeretur.† [Vobis.] Hic habes. ꝙ capitulũ locum
aliquẽ interdicto ſupponit. ſimiliter & decanus, infra de appel.
dilectis.Ɔ de his, quę fi.à ma.par.cap.c.q̃ſiuit.j.de exceſ. prælat.c.1.
vbi dr̃. ꝙ ſolus epſ hoc non poſſit ſine cõſenſu capituli. Sol.nec
epſ, nec inferior prælatus hoc poteſt ſine conſenſu capituli, niſi
aliud ex priuilegio, vel conſuetudine præſcripta habeat, arg.ad
hoc, 15.q.7.epſ nullus, & j.de his, quæ fiunt à præla.quanto, & ad
hoc no.j.de exceſ.præla.c.1.[In ciuitate.] Quando locus interdi
2 citur, clerici in alijs locis celebrare poſſunt.† [Licitum:] Quid
ſi ſuſpendatur interdictũ, nunquid interim poteſt appellari, vt
releuetur interdictũ? Reſpon. non. quia licet ſuſpenſo interdi-
cto de gratia poſſint ibi celebrari diuina. eccleſia tamẽ ſemper
manet interdicta.j. de priui.cũ & plantare. §.& ſi tẽplarij. nec.n.
nouum eſt poſterius interdictũ, licet interim eius executio ſu-
ſpendatur, arg.ff.de preca.ſed ſi manente, & ff. de pecu. peculiũ.
3 §.ſi ero, & ſic cũ maneat interdictum appellari non licet.† [Rũ-
peretur.] At.ꝙ per priuilegiũ non poſſunt cantare ianuis aper-
tis, j.de priuileg.ꝙ quibuſdam.dic, vt no.j.de priuile. vt priuilo-
giũ.& ideo non valet conſuetudo Ɔria, tanquã quæ inducit gra
uamen eccleſijs, ſupra eo.c.1.vel quæ eſt Ɔ bonos mores.12.diſt.
4 illa.† [Duximus.] Quomodo eſt hoc? ꝙ licet tantum ageretur
ad obſeruantiã interdicti, tamen Papa irritat conſuetudinẽ, ad
quod actum non erat, quod eſſe non debet, j.de ſimo. licet. Sol.
cũ cõſuetudo eſſet notoriè mala, vt hic docetur, & domini Pa-
pæ officiũ ſit extirpare vitia.j.de his, quæ fi.à præla. quanto. non
debuit expectare, ꝙ ageretur ad hoc, ſed quocunq; ei innotuo-
rit, debet illa eadẽ remouere.23.q.3.eccle. & ad hoc eſt. C. de ſa-
croſan.eccle.l.nouatione.j.eo.cũ venerabilis, eũ cõſuetudinis,
& c.pen.vbi.n.eſt cõtentio, an aliquid poſſit eſſe de iure, nec ne,
nõ eſt ordo iudiciarius requirendus, qualis eſt, cõſuetudo talis
valeat nec ne, vt in dictis decre.ar.j.de fi.presby. quoniã ſacris.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudines ſi ſunt diuerſæ, quæ attendi debeant.*

CAP. VI.

CVm olim. Londonenſis [Epſ conceſſimus.]
Quod tantũ cum capitulo ſuo face
re poſſet.j.de his.quæ fi.à præla.quanto, & no.ſ.de cõ
ſti.cũ acceſſiſſent. [In ſeſſionibus.] ff. de al. ſcri. l.1.ff.
de decu.ſpurij.25.diſt.perlectis, 17.diſt.c.fi. Eccleſijs. [Angelica.]
Hoc verum eſt, cum talis conſuetudo eſſet generalis in alijs ec-
1 cleſijs, eiuſdẽ prouinciæ, j.de elec.cũ eccleſia Vulterana.† Si vo-
ro diuerſæ ſunt conſuetudines, habebit illã dignitatẽ, quæ ſine
aliorũ præiudicio cõmodius ſeruari poteſt, vt hic ſequitur, &
12.diſt.nouit.& ſi eſſet ibi tanta diuerſitas, ꝙ bene perpendi nõ
poſſet, q eſſet vtiliter accipienda, recurrendum eſt ad Metropo
litanã eccle.12.diſt.de his.ſi vero in prouincia non eſſet talis di-
gnitas. recurrendũ eſt ad vicinas prouincias, j.de cẽſi. ſuper eo.
& hoc intelligimus, quando iã facto rectore non poſſunt cõcor
dare de dignitatibus eius.ante.n.vel poſt, ſi poſſint concordare,
tenebit

tradit quod ſtatuerint ſuper dignitatibus eius. 11. di. catholica.
ſcilicet concordare non poſſunt, precentor factus non pōt pete-
re. exemplo prædicto. ¶ [Præiudicio.] ff. de reg. iur. quoniam. infrà
eodem. ex parte. c. vel is eſt ſenſus. aſſignes ei quæcunq; dignitatē
voluerit de omnibus dignitatibus, quas præcentores habent in
Anglia. non habita diſtinctione maioris partis eccleſiarum, vel
minoris, dummodo ex aſſignatione tua nulli fiat pīudiciū, nec
& præiudicetur approbatis conſuetudinibus eiuſdem eccle.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus qui de vna ad aliam temerè migrauit eccleſiam, quamuis ſit ambabus priuandus, à prima tamen poteſt repeti.*

CAP. VII.

Cum Venerabilis frater nſ [temeritate] & iō male. 7. q. 1. non oportet, cū multis ſeq. c. 58. diſt. c. 1. &
2. C. de ſacroſan. eccle. quæ ſub prætextu, & debet hęc ca
rere habitu & ambitu. j. de conceſ. præben. lr̄as. 7. q. 1. ſi-
quis eps. j. de transla. epi. ca. quanto. tamen eccleſia prima pōt eū
repetere, ſi vult. 7. q. 1. ſi quis vero. & c. ſi quis presbyter. ¶ [Con-
2 ſuetudinem] quæ erat, vt tales abbates † ſine licentia papæ tranſi
rent. & ſine confirmatione miniſtrarent, quorū neutrum face-
re poterat. j. de ele. qualiter. j. de transla. epi. per totū. Hodie aūt
licet non ſit mutatum in Italia in adminiſtratione: tamen hodie
ex generali diſpenſatione Papę vltra Italiā cōſtituti & concor-
diter electi poſſunt in tēpalibus & ſpiritualibus miniſtrare j. de
ele. c. ſicut. & c. nihil. ſed hic cū in prouincia eſſent legati, à qui-
bus poterat confirmationē habere, non prodeſt conſuetudo.

S V M M A R I V M.

1 *Vacante monaſterio abbate, licitè poſſunt monachi etiam de ſtatu monaſterij litigare.*
2 *Non poteſt epiſcopus ſtatuere, quòd vna eccleſia eligat prælatum de alia, vel electioni eorum interſit.*
3 *In electione continentur plures partes, quas hic habes.*
4 *Suſpenſus neque eligere, neque eligi poteſt.*
5 *Si canonici excommunicati, vel ſuſpenſi eligant, licet tollerentur: poteſt tamen excipi contra eorum perſonas.*
6 *Conſuetudo ſi non eſt ſpecialiter contra aliquam eccleſiam, ſed generaliter contra omnes, ſufficit præſcrip. x. annorum tam contra eccleſia, quàm contra alios.*

CAP. VIII.

Cum Dilectus filius G. [iure eligēdi.] Tanq̄ procura
tor cōuentus. & ſic eſt ar. q̄ vacante monaſterio
pōt agi de electione, & de tali, quæ quodāmmodo per
cōſequēs tangit quaſi ſtatum monaſterij. ſ. q̄ de alio mo-
a naſterio eligere tencant: ſi aūt directè ſtatus monaſterij tange-
retur, vacante monaſterio agi poſſet. j. ne ſe. va. c. j. & vlt. vbi no.
1 † vel potes dicere, q̄ vacante monaſterio abbate, licitè poſſunt
monachi ēt de ſtatu monaſterij litigare: quia non caret monaſte
riū legitimo defenſore, cum conuetus poſſit facere ſ. ſindicum.
ff. qd̄ cuiuſq; vni. l. 1. ſecus aūt, ſi vacet eccleſia epo, cum capitulū
nō habeat defendere iura epi. ſup iure aūt ſuo Guil. proprio no-
mine agebat: & ideò ſup vtroq; fertur ſnīa; de hoc plene no. j. ne
ſe. va. c. 1. [De iure cōi.] 18. q. 2. abbate. & c. ij ſit. 16. q. vlt. c. vlt. [Cō-
2 ſtitutū.] Io. dicit, q̄ licet eps poſſit vnam eccleſiā alteri † ſubijce
re, j. de exceſ. præl. ſicut vnire. nō pōt ſtatuere, q̄ vna eccleſia eli
gat prælatū de alia, vel electioni eorū interſit, cū hoc ꝯ ius cōe
ſit. 16. q. vlt. c. ſi. j. de iure pa. nobis. Sed certe non videmus, quare
eps cum capitulo ſuo hoc non poſſit, ar. j. de his quæ a pla. quan
to. & 11. di. catholica, & eſt hoc ſatis expreſſum. j. de ver. ſig. abba
te. & eſt hic ar. ſecundū opi. Io. q̄ minus iuſtus titulus, ſ. cōſtitu
tio epi parit cām præſcribendi. ff. pro emp. qd̄ vulgo. ff. pro leg. l.
4. & vlt. j. de emp. peruenit. tu dic, q̄ hic non eſt iniuſtus titulus,
imo plus dicunt quidā, q̄ eps, quæcunq; ſtatuta vult, dūmō non
ſint ꝯ ius, pōt facere ſup eccleſia ædificata, vel ędificanda ante, q̄
ordinetur de clericis & alijs, non ſolū quæ reſpiciant tps. vel ēt
pximū ſed ēt remotū in futurū, vt hic. ſed poſt, q̄ factæ ſunt ec-
cleſiæ, & p conſequens habent iura cōia, non pōt ſtatuere in eis
eps aliquid in earū pīudiciū, j. de exceſ. præla. ad hæc. & eod. cum
olim. niſi iuſta cā ſubeat, vt not. j. eccle. benef. vt oſm. in fi. vel
dic, q̄ monaſterio Caroſen. hoc licitū fuit epo concedere, cū
ſicut ex interpretatione Papæ colligit, nihil aliud intelligit con
ceſſiſſe, niſi q̄ ad eum pertinebat, ſ. cōfirmationē, quæ de iure cōi
ad epm ptinet. & ideo ēt ſequit, q̄ ſic interpretatur, q̄ nec iuri
cōi, nec priuilegio derogatur, & ſic ēt non eſt ꝯ. quia non poteſt
imponere ſeruitutē rei quæ non eſt obligata, ſed confirmatio-
3 ni, q̄ ſua eſt donat, qd̄ licet [Morin.] loci diœce. ¶ † [Electio] no-
mine electionis intellige cōfirmationē, & hoc eſt, vt ſtatutum
iuri cōi concordet. hēt. n. electio plures partes. continet enim
ſcrutiniū, publicationē, cōſenſum plebis. & ipſam confirmatio-
4 nem. ar. 51. di. qui in aliquo. ¶ † [Suſpenſus] ſuſpenſus non pōt
eligere, nec eligi, vt hic. & infrà de æta. cum bonæ. j. de ele. inter.
R. de ele. exco. mini. poſtulaſti. nec poſtulari. j. de poſtu. ca. 1. in fi.
nec inueſtire, infrà de cōceſ. præb. & eccle. nō va. quia d' uerſita-
tem. nec excōicare. 24. q. 1. audiuimus. nec præbendā dare de iu
re, niſi rōne officij detur ei præbenda, & ſit ei annexa. 1. q. 3. ſiquis
obiecerit. ¶ Quidam tamē dicunt, ſed non placet, q̄ excōicare
poſſit & pręběndas dare, & alia facere quę ſunt ex iuriſdōne, nō
de ordine. arg. j. de elec. ex tranſmiſſa. & hæc intelligimus vera,
niſi ſuſpenſus ſit ab officio, & beneficio, vel officio tantū, cū ra-
tione officij cōpetat beneficium. 81. di. ſi quis ſacerdotum. & ca
eos. ¶ Quid ſi eſſet ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, vel à pontifi-
calibus, cū pro quolibet re poſſit interdici. prout viſum fuerit ſu
periori, vt j. de off. lang. & c. Paſtoralis. in prin. ar. ff. de pæ. Inoris.
dicimus, q̄ ab his ſolis prohibentur, quæ ſunt interdicta ſibi, &
quæ depēdent ab illis, & nō ab alijs, cū pęnę ſint mollīēdę &c.
de pœ. di. 1. pœnę. Itē dicunt quidā, q̄ licet non valeat in ſpiritua
libus, quod facit excōicatus, vel ſuſpenſus: valet tamen in tēpo-
ralibus, quando toleratur ex ignorātia: quia forte ſunt ſuſpēſi
à iure. non p ſnīam; & ideo oīa eius facta tenent, arg. 8. q. 3. nonne.
ſed hoc verū non credimus in his quæ ratione publici officij fa
5 ciunt, ar. ff. de off. præto. l. Barbarius. alias ſecus. ¶ † Vnde ſi cano-
b nici excoicati, vel ſuſpenſi eligant, [b]licet tolerentur; & ēt non
ſint nominatim excōicati, vel ſuſpenſi: tamē excipi pōt ꝯ pſo-
nas eorū. C. de ori. iur. l. j. & caſſatur qd̄ fit ab eis: quia nō dicitur
quilibet canonicorū hēre publicum officiū: ſed capitulum pōt
dici hēre publicum officium in electione, & alijs, quæ ad illud
ptinent. [per illud.] Infrà de præſcr. cām, vbi no. de hac materia.
infrà de dona. inter fraternitate. de teſti. cū tu. C. de inoff. dona.
l. 1. de pœ. diſt. 1. periculoſe. [Talis] ſ. rōnabilis. infra e. c. f. & præ
ſcripta infra de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia Sutrina, in f. &
eſt neceſſaria præſcriptio 40. annorū in eccleſia, vt in authē. hu-
ius conſti. inter pri. & con. & in authē. de eccle. ti. §. partē. in alijs
ſufficit 10. vel 20. annorū. ff. ſi ſer. ven. ſi quis di. ff. de aqua plu. arc.
l. 2. in fi. & hæc vera ſunt, ſi qd̄ præſcribitur, & aſſueſcit. hēt conti
6 nuam cām. ff. de ſerui. vrb. præd. foramiē. ¶ † Item credimus, q̄ ſi
c cōſuetudo nō eſt ſpāliter ꝯ aliā eccleſiam ſed generaliter [c] ꝯ oēs
tam contra eccleſiā, quàm contra alios. ſufficit præſcri. 10. ano.
ſicut ꝯ alios, ita contra eccleſias. Alij autē diſtinguunt inter ec-
cleſias & priuatos. Alioquin, ſi non hēt cōtinuam cām, neceſ-
ſe eſt præſcriptio, cuius non erat memoria. ff. de aqua. quot. hoc
iure. §. ductus aquę. & not. q̄ nō ſemper debet allegare titulum,
ſed probare tempus. ff. de vſur. cum de in rem. de hoc plene no.
infra de præſcr. ſi diligenti. [Præiudicet] Scilicet q̄ Caroſen. eli
gebant & confirmabant.

ADDITIONES.

a ¶Si autem directè. Exemplifica, vt eſt negociū electionis, ſiue iuris eligendi: quia tunc capitulum poteſt agere & conueniri indiſtinctè, ita ponderat Henr. Bohic in c. a. [illegible] col. 3. in prin. ſupra de reſcr. alle. c. abbāte ſanè infra de ele. c. Cumana. c. ij. de in integ. reſt. & c. dilecti, de exce. & cap. cum eccleſia, infra de cau. poſ. & proprie.

b ¶Eligant. Hoc dictum alle. Fel. in proœ. Greg. col. fin. in pri. & Fel. in ca. Rodul. col. ii. ſupra de reſcr. dicit hoc ſingulare, & ibi dat concordan.

c ¶Sed generaliter. Intelligo hoc verum de conſuetudine, quæ generaliter ſeruatur inter clericos & laycos: ita intelligit Henr. Bohic, in c. quæ in eccleſiarū, col. 2. circa fi. ſuprà de conſtitut.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi alicuius conſenſus requiritur, non refert, vtrum conſentiat, quando ſit id cui conſentire debet, an poſtea.*
2 *Conſenſus maioris partis reſidentium requiritur celebrationi contractus, aliàs alienatio rei eccleſiæ non tenet.*
3 *Authoritas vbi requiritur, conſenſus non ſufficit.*

CAP. IX.

Cum Conſuetudinis. [Vſus.] Quia ſpiritualiū per-
ſonarum [Nouitates.] ff. de conſti. Prin. in re
bus. 12. di. quis neſciat. infra de cā poſ. paſtoralis. infra
1 de reli. do. ne nimia. † ¶ [Conſenſu.] No. q̄ vbi requi
ritur conſenſus alicuius, nō eſt vis, vtrum conſentiat, quādo ſit
illud, cui conſentire debet, an poſteà. infrà de ele. c. q̄ ſicut. dum
modo à principio teneat id, cui conſenſus accedit: quia alias ei,
quod nihil eſt, conſenſus accedere non pōt, infra de ele. auditis.
ar. contra. ff. de ſeru. ru. præ. per fundū, ff. cōia præ. receptum. vbi
dr, q̄ ſi multi habent aliquem fundum & ſigillatim quilibet cō-
ceſſit alij ſeruitutē in eodē fundo, quando vltimus conſentit,
confirmantur conceſſiones omniū aliorū, qui prius conceſſe-
rant, & tamen precedentiū conceſſio vel ſaltē vnius ſolius, qui
à principio conceſſit. non valuit. So. dicimus, q̄ quilibet ꝓ par-
te ſua potuit concedere, & tenuit eius cōceſſio, ita q̄ vltimus ꝯ
te ſua potuit concedere, & tenuit eius cōceſſio, ita q̄ vltimus ꝯ
eam venire non pōt; ſecus tamen in alienationibus rerū eccle
ſiæ, vbi nō tenet, qd̄ a paucioribus fit, niſi maior pars ibidē reſi-
dentiū contractū inierit. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. ſi. e excipitis reſi-
dentiū contractū inierit. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. ſi. e excipitur ne
imò & tractatus præcedere debet alienationem, vt in prædicto
c. ſine exceptione. df. & hæc vera ſunt, vbi requiritur cōſenſus.
ſed vbi requiretur auctoritas, tunc non ſufficit eius conſenſus,
qui auctoritatē præſtare debet. ſed ſicut verbum ſonat, auc' ori-
tatem præſtans auctor & principalis eſſe debet in ipſa venditio-
ne, iſti

ne, Inſti. de auct. tu. §. tutor. 7. q. 4. in vēditionibus. de hoc plenius no. ȷ. de re. eccle. non alie. dudum. [Conſtitutiones.] Quæ tangunt epiſcopum, & iura eius, vel comunem ſtatum illius eccle. & idem eſt, ſi conſuetudo eſſet ſuper rebus magnis, vel negotiis eccleſiæ. infra de his, quæ fi. à præla. quanto, ſupra de conſtitutio. omnes. vbi de hac materia no. Inno.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo habet vim abrogandi legem, & interpretandi.*
2 *Conſuetudo quandoque parificatur pacto.*
3 *Laudabilis conſuetudo, etiam ſi non ſit præſcripta, eſt ſeruanda.*

CAP. X.

1 EX parte. [Cōſuetudinis.] Arg. cōtra, † quia magis auctoritas cōſuetudinis eſt. eſt. n. legis abrogatrix. ff. de legi. de quibus. eſt & interpretatrix. ff. de legi. nam ad ea. & hęc eſt etiam adiutrix, Inſti. de iu. na. §. ex non ſcripto. ſed quidā dicunt hanc prędictam auctoritatē olim conſuetudinem habuiſſe, quando populus cōdebat leges. Inſti. de iu. na. §. lex. at hodie conſuetudo populi nō eſt tantæ auctoritatis, cum tranſtulerit poteſtatē hanc in Principem, Inſti. de iu. natu. §. ſed quod. Nam cū legiſlatoris ſuffragio leges ſcribantur, eiuſdē tacito conſenſu abrogantur. ff. de legi. de quibus. intelligas C. quæ ſit lon. conſue. l. i. & infra eo. c. fi. vel leges primæ. ſ. quæ dicunt, ꝙ conſuetudo eſt abrogatrix, & interpretatrix, & conditrix, loquuntur de legibus municipalibus quas quiſq; ſibi populus ſtatuit, quas ēt ꝯria lege, vel conſuetudine tollere poteſt. lex autem generalis & imperialis tantū lege imperiali tollitur, & ſic loquitur hic, & lex Codicis. vel in legibus primis loquitur de generali conſuetudine, quę ex certa ſciētia legiſlatoris. ſ. Principis inducitur. lex autē Codicis & hic loquitur de ſpeciali conſuetudine, quæ ſi ex certa ſcientia Principis inducitur, tamen legē non abrogat, licet in eo loco ſeruetur. ff. cōia prædio. venditor. §. cōſtat. ſed ꝯ. ff. de ſepul. vio. l. emptor. §. diuus. Sed diſtingue, vtrum conſuetudo pceſſerit legē, & tunc lex derogat, an econuerſo, & tunc lex abrogatur, niſi lex conſuetudinē prohibeat admitti, vt in vſura, & in reuerentia. ȷ. de præſcri. cum non liceat, & in caſibus, quos no. ſ. in ſe. vel niſi ſit conſuetudo per errorē introducta, quia tunc in eo loco nō abrogaret. ff. de legi. quod non ratione. licet quidam hic, & illam legem aliter intelligant. & ad idē 12. diſt. omnia. Alij diſtinguūt, an ſit talis lex, cui derogari poſſit per pactū, qualia ſunt, q̄ in fauorem aliorū introducuntur, vt ſi cōuenerit, ꝙ amiſſo pignore non teneatur debitor. C. de pig. act. quæ fortuitis. tunc cōſuetudo abrogat legem in eo loco, vbi eſt conſuetudo. ſi vero talis ſit lex, cui non poſſit derogari per pactū, qualis eſt ȷ. de foro cōpe. ſi diligenti, & C. de pac. ſi quis in conſcribendo, & in caſib. ibi
2 notatis, tunc non poſſit per conſuetudinē abrogari. † & vr̄ merito conſuetudinē parificari pacto, quia ipſa conſuetudo tacitus conſenſus dr̄. ff. de leg. l. de quibus. ſed hoc non vr̄ verū, quia ſm̄ hoc furioſis & infantibus, qui cōſentire non poſſunt, non obeſſet. ff. loca. qui ad certū. Sed fortè dices, & malè ꝙ cū maior pars conſenſerit, oēs conſenſiſſe videntur. ff. de vi & vi ar. l. pen. ff. ad muni. quod maior. Sed illa regula vera eſt in obligationib. & vt vniuerſitas poſſit conueniri. talis aūt conſuetudo inducit non tantū ad hoc, ſed etiam detrahit ſingulorū patrimonio, & per eā etiam ſinguli conueniuntur, quod per pactū eſſe non poteſt. nam etſi milieſies paciſcerentur extranei, ꝙ ego conueniar, vel aliquid dem, non obeſt mihi. ff. de verb. oblig. ſtipulatio iſta. §. alteri, & §. ſi ſtipuler. alij diſtinguunt, an lex ſit ſola, & cōſuetudo ꝯria, & tunc legem abrogat. an lex lata per conſuetudinē ſit roborata, vel ſicut ꝯria conſuetudo poſtea inducta lege vincat. ar. probant, ꝙ de venditione dr̄, quæ ſolo diſſenſu diſſoluitur, ſi traditione non fuerit roborata, alioquin ꝯ. C. qn̄ lice. ab emp. di. l. j. vel dic, ꝙ hic loquitur, quando conſuetudo eſt laudabilis, tamen quia præſcripta non eſt, iuri præſcripto nō præiudicat. ſed
3 vbi non eſt ſcriptum ius ꝯrium. 18. q. 2. ſeruitium. † Seruāda eſt conſuetudo laudabilis, ēt ſi non ſit præſcripta 12. diſt. in his. ff. de leg. diuturna. §. ſed & ea. vel dic melius, ꝙ hæc decre. determinat ꝯrietatem. ſ. ꝙ tunc conſuetudo generalis legi præiudicat, ſi eſt præſcripta, alias non. Itē no. ꝙ non aliter conſuetudo derogat legi, niſi ſit inducta de cōſenſu illius, qui habet iuriſdictionem, & poteſtatem faciendi legē municipalem ſuper illa re, & ꝯ illā, de cuius conſuetudine agitur. nā qua ratione ſuper illa re, & ꝯ eam habet poteſtatē faciendi conſtitutionē, & eadē ratione inducendi conſuetudinē. ar. ff. de leg. de quibus. non eſt vis, ſiue ipſe dominus conſuetudinem inducat, vel ſubditi eius conſenſu. [Alienāt.] Malè. ff. de fundo do. l. i. & l. 3. hoc intelligas in dote. ſ. ꝙ ibi non tenet alienatio. In rebus paraſernalibus diſtinguitur, an ſit tranſlatum dominium in maritum, vt tunc teneat alienatio: an non, & tunc non teneat. ff. de iure do. ſi ego. §. dotis. [Bonis.] Imo dotem amittit, in auct. vt lice. ma. & aui. §. quia vero plurimas. vbi etiam continetur, ꝙ de rebus adultorum fieri debeat, & ad idem in auct. vt nulli iudi. §. ſi quando.

S V M M A R I V M.

1 *Rationabilis conſuetudo quæ nam ſit.*

CAP. XI.

CVm tanto. [Naturali.] 32. q. 7. flagitia [Derogare.] Pōt tamē addere, diminuere, & diſtinguere. ff. de iuſt. & in. l. ius ciuile. & l. ius autem. & eſt videre in teſtibus: nam & in euangelio legitur, In ore duorum vel trium, &c. ȷ. de teſti. in omni. tamē per canones & leges alicubi requiruntur plures, 2. q. 4. c. j. & 2. C. de teſta. l. fi. & qua ratione ius ciuile hoc faciat, conſuetudo facere poteſt. ff. de leg. de quib. ꝯ, 18. q. vlt. c. vlt. ſed pōt dici illud ex permiſſione, vel indulgentia fieri, non de iure. [Cōſuetudinis.] Bonæ & non prǫſcriptæ. [Præiudicium.] Quia præſcripta non eſt, arg. 11. diſt. in his. [Rationabilis.] Rationabilis dicitur omnis cōſuetudo, quæ non obuiat canonicis inſtitutis, vel etiam quā ius ſuſtinet etiam contra canonica inſtituta. Irrationabilis eſt, quæ à iure improbatur, ſupra eod. cū venerabilis. [Præſcripta] 40. annorum, vt not. ſupra eodem, cum dilectus.

S V M M A R I V M.

1 *Quæ ſit differentia inter poſtulationem, & electionem.*
2 *Cur ſubditus alterius eccleſiæ poteſt eligi, & tamen neceſſario requiritur conſenſus prælati ſui.*
3 *Ineligibiles qui dicantur.*
4 *Interrogatus non reſpondens habetur pro confeſſo,*
5 *Iudici de facto licet ſupplere.*
6 *Sufficit citationem ſolenniter edi, & publicè publicari.*
7 *Interdictum non ſeruans remouendus eſt ab officio.*

De poſtulatione prælatorum. Rubrica. 5.

CAP. I.

ADhæc. [In beato Petro.] Secundū antiqua iura non vr̄ multa differentia fuiſſe inter poſtulationem, & electionē. indifferenter antiqui vtebantur his vocabulis, 63. diſt. literas,
1 61. diſt. §. his omnibus. † Sed hodie cū proprius intellectus per iura & conſuetudinem cuilibet verbo ſit accomodatus, magna eſt dr̄a. nam quando dicit, ego eligo, nihil aliud eſt dicere, q̄ conſentio in te tanquā in ſponſum, vel prælatum, vel canonicū. ſed ſi perſona talis eſt, quæ ſpōſus, vel prælatus, vel canonicus eſſe non poſſit ſine diſpenſatione vt irregularis. & alij, de quibus no. ȷ. eo. c. vlt. peccauit, ſi dixit, eligo, & idcirco caſſatur, & punitur, infra de elec. innotuit. ſi autem dicat, poſtulo, non intelligitur in eum tanquā in ſponſum, vel prælatū, vel canonicum conſentire. & ideo poteſt variare. ȷ. eo. bonæ. niſi placuerit maioribus à quibus poſtulari debet, ſed tunc ſi placuerit, habebitur in ſponſum ipſo iure. ȷ. de condi. ap.
2 ſuper eo. † Sed quæres, quæ ratio eſt, ꝙ ſubditus alterius eccleſię poteſt eligi, & tamen neceſſario requiritur cōſenſus prælati ſui 64. diſt. literas, & non poteſt eligi alligatus, vel irregularis? Reſpon. ad hoc vt aliquis eligi poſſit, hoc ſolum requiritur, ꝙ eligibilis ſit, & ꝙ ſtatim, vt electus eſt, ſine alterius requiſitione, & ſine diſpenſatione ſtatim conſentire poteſt ad illam dignitatē, qualis eſt ſubdiaconus, qui eligibilis eſt, & ſine ꝯdictione in eccleſia poteſt, vbi eſt ſubdiaconus. ȷ. de æta. & quali. à multis. poſſum. n. conſentire, vbi talis ſponſus meus ſit. hoc non vr̄ verū, quia etiam monachus in Abbatē ſui monaſterij eligi debet, ȷ. de renun. poſt tranſlationem. Melior ratio vr̄, ꝙ quilibet eligi poteſt, qui ſine alterius requiſitione electioni de ſe factæ cōſentire poteſt, & hoc poteſt ſubdiaconus, licet non poſſit tranſire ſine licentia ſui epī. hoc autem non poteſt monachus, niſi quādo eligitur in Abbatē ſui monaſterij. & ideo tūc conſentire poteſt, ar. præalle decre. poſt tranſlationē. ſed alij obligati, & irregulares perſonæ inelligibiles ſunt, quia cōſentire non poſſunt. vnde ſine diſpenſatione non poteſt fieri matrimoniū inter has perſonas, & eccleſias, & eligentes. nec conſentire poteſt, niſi primo patronus, vel ille, cui primo obligatus eſt, aſſenſum preſtet 54. diſt. ex antiquis, & c. ſeq. vnde dicimus, ſi quis eligat poſtulandum, caſſanda eſt electio. ȷ. eo. c. vlti. ȷ. de elec. c. innotuit. ſi autē poſtulauerit eligendum, ſi minus ſolenniter, puta quia quæratur ab epō, vt daret ſuum ſubditum, nō eſt malum, ſed poſt neceſſe eſt interuenire ſolēnem electionem. ſi autē ſolēniter poſtulet, nihil agit, quia non conſentit in eū, vt in ſpōſum per poſtulationē. item epſ, qui conſentit, ꝙ tranſeat, nō poteſt per ſuū conſenſum matrimoniū ſpirituale inter eos facere. Sed dices, quare ſecus in poſtulatione eius, qui de iure poſtulandus eſt, vt irregularis? Reſpon. in vera & neceſſaria ſtipulatione facit poſtulans, quod pōt, quia conſentit in eū, ſi ſuperior approbauerit, & ſuperior qui poteſtatem habet diſpenſandi, oīa cōplet. ſ. approbando poſtulationē, vnde qui de cetero verus eſt ſpōſus, & verū matrimonium initiatū & cōſummatū, irritari vlterius non poteſt, vt dictū eſt. ſed quando poſtulant ſolenniter, quē eligere

poterant, & in quę tanq̃ in ſponſum conſentire, & non eli-
gentes ſibi imputent, & videntur hoc ipſum ſtudioſe feciſſe. item
quidam alterius epiſcopi, cuius ſubdiaconus eſt, non habet poteſtatem facere ſuum
comodare eccleſię ſponſum. licet de tranſeundo poſſit ad
ſe vtilitate conſenſum. Alii ſequuntur groſſiſſime canonicam, &
perſona eccleſiarũ, & dicunt, q ſi ſolenniter fiat poſtulatio de
ineligibilis perſona eligenda, q in omnib. eandẽ vim habet, ſicut ſi perſonã
poſtulata eligere. ſæpe.n.aliqui magis volũt poſtulare
q̃ eligere, quia dubitant de perſona, an ſit eligibilis, & quod ſecu
rius eſt faciunt, quia poſtulant. & ideo per huiuſ poſtulationem
intelligunt conſentire in eũ, dũmodo ſuperior concedat, & hoc ma-
gis cõſonat æquitati. niſi de corũ voluntate contrarium appareret, &
3 tunc dic, vt ſ. † Sed ſi vis ſecurè procedere, dic, eligimus & po-
ſtulamus tale, ſm q̃ de iure melius valere põt. ineligibiles autẽ
omnes illos & ſolos dicimus, qui ſine diſpenſatione eligi non poſ-
ſunt. criminoſus autẽ eligibilis eſt. & inde eſt, q ſi tpe electionis
erat criminoſus, ſed poſtea egit pœniam, non tenetur renũciare,
ſed ſine vlla diſpenſatione põt in epatu remanere, vt no. j. de ele.
dudum Rothomag. non mireris, q diximus de ſubdiacono, q
ſtatim vt electus eſt poteſt conſentire electioni de ſe factę. & in-
telligo antequam eps det ei licentiam, nec ſequitur, tranſire nõ
poteſt ſine licentia epi, ergo nec conſentire poteſt. nam ſi res eſt
cõis, vnus ſine alio non poteſt concedere ſeruitutẽ, & tamen con-
ſentiendo põt facere, vt alius eam debeat. ff. de ſerui. ruſt. pię. per
fundum. nam vterq; ſuũ conſenſum in ſua ptãte habet. at nõ eſt
idẽ in poſtulandis. vel dic, q regulares magis ligati ſunt, q̃ ſubdi
ti. nã ius ſtatuit illos poſtulandos, & hos eligendos, & non om-
niũ, quæ à iure tradita ſunt, ratio reddi poteſt. ff. de leg. non om-
nium. [Conuenientes.] Et appellationi renunciantes tacitè, vel
4 expreſsè. † [Non negauit.] Hæc taciturnitas pro cõfeſſione nõ
habetur. ſed contra, quia ſi quis interrogatus non reſpondet pro con-
feſſo habetur. ff. de interro. act. de ætate. § nihil. C. de iuſeiu. l. 2. j.
de præſump. nonne. at iſte fuit requiſitus, vt dicit litera. ergo ſi ta
5 cuiſſet, ſibi nocere debet. & pro confeſſo hẽ. † [Requiſitus.] Ar.
q licet ſupplere de facto iudici, & hoc dicunt quidam, arg. ff. de
pe. hæ. l. ſi. alii contradicunt, niſi ſit ei notum, vt iudi. ſicut eſt, vt dicunt
teſtes & in atteſtationibus ſcriptũ eſt. j. de cor. vitia. c. 2. C. de app.
l. 2. Inſti. de act. § ſi vnus. ff. de ędil. edic. bouem. § aliquando. de iu
re autem ſemper ſupplere licet. C. vt quæ deſunt adno. per totũ.
hoc autem ideo ſuppleuit de facto, quia in modũ inquiſitionis
agitur, quia cũ magna inquiſitione debet fieri conſumatio epo-
rum 47. diſt. de patro. j. de ele. poſtq̃, & c. cum nobis, 61. diſt. mira
mur. & maximè quando petitur admitti poſtulatio, quæ ritum
de gratia procedit. j. eo. poſtulationem. & eodem modo in or-
dinatione nõ tantum epi, ſed etiam cuiuslibet clerici, 24. diſtin.
ordinationes, item in conſecratione, 24. diſt. q eps. illud idem in
electione. j. de ele. dudum, in Geneſi, 8. q. 2. dilectiſſimi. nec ob-
ſtat. j. de ac. qualiter. vbi dr̃. q debet præcedere infamia, quia illa
loquitur, quando de crimine certo fit inquiſitio. hæc autem, quã-
do de perſona. nec debet nunc de aliquo crimine nominatim
moneri. niſi eſſet diffamatus; ſed in genere tantũ. ſi ſit malæ vi-
te, arg. ff. de quæſtio. l. 1. § qui qſtionẽ. de ætate tamẽ, & ſcientia,
& Irregularitate perſonæ & ſine infamia præcedente ſpecialiter
inquiret. j. de elect. cum nobis. & de his, quæ continentur in eo,
23. diſt. q eps. idem eſt in accuſationibus clericorum. 2. q. 7. ſi qui
ſunt, & c. ſeq. ſed in his prædictis ſufficit habere literas bonas te-
ſtimoniales, ex quo contradictorem nõ habet, niſi contraria fama laboret,
2. q. 7. criminationes, 7. q. 2. qualiter, 56. diſt. c. vlti. 8. q. 2. qualia, j.
de præben. in Lateran. nec ſunt quærendi teſtes in huiuſmodi in-
quiſitionibus, quæ fiunt contra non diffamatum. Item credi-
mus, quando fit viſitatio alicuius eccleſiæ, vel fit generalis inqui
ſitio in capite, & in mẽbris. j. de ordi. c. 1. 10. q. 1. decernimus, epm.
18. q. vlti. viſitandi non ſemel. j. de ſta. mo. in ſingulis, & c. cum ad
monaſterium, infra de re iudi. cũ l. & A. & hoc caſu iurant dice-
re veritatem de omnibus criminibus, exceptis occultis, infra de
acc. qualiter. quando autem fit inquiſitio de certo crimine, non
debent teſtes dicere veritatem de occultis, vel manifeſtis, niſi de
his, de quibus copia facta eſt infamato. j. de acc. qualiter. § debet.
[Notitiam.] ff. de proba. verius. ff. de decre ab ordi. facie. l. f. 8. diſt.
6 propoſuiſti. ſ. de conſti. cognoſcentes. [Conſtitutio.] † Idem di-
cunt quidam in citatione, quod ſufficit, q ſolenniter edatur, &
publice publicetur. nec eſt neceſſe, q ſingulorum auribus incul
cetur per nũcium, vel per literas, ſed ſufficit, quod citatus nouit
ſolenniter & publicè citationem emiſſam, arg. hic. nec poteſt di-
cere ſe neſcire, ſi in ſuis partibus facta eſt, 16. diſt. q dictus, 83. diſt.
propoſuiſtis, infra de ele. non reſi. ruæ. infra de præſump. quan-
to, ſecundum quoſdam. alii dicunt citationem non valere, niſi
fiat vel ad perſonam, vel ad domum vt no. infra de eo, qui mit.
in poſſ. ſi aduerſus. [Solenniter.] ff. de inſti. ac. ſed & ſi. § 1. 12. q. 2.
qui & humanis, in auct. vt factæ nouę conſti. circa prin. [Publi-
cè.] Sufficit ſolummodo, q publicè lata ſit, etiam ſi nõ ſit ibi ſo-
lemnitas, quæ habetur, 11. q. 3. debent. in promulgatione tamen
legis nõ eſt malum dicere, q neceſſe ſit ibi ſolemnitatem ſerua-
re. C. de legi. humanam. [Editur.] Idem dicit in excommunicatio-
ne, quod in conſtitutione quo ad publicationem. & ſicut in edi-
cto ſufficit, q publicè proponatur. j. qui fil. ſint legi. cauſam. ff. de
dam. infec. l. 4. § toties. C. de an. excep. vt perfectius. C. de iud. pro-
perandum. contra ff. quæ ſi n. ſi appella. re. l. 1. § item ex. ſed ibi non fuit
edictum ſolemniter propoſitum, vel in eo loco, in quo debuit.
ff. de inſti. ſed & ſi. § 1. [Concilium.] 16. diſt. quod dictis. [Regi.]
Infra de offi. delega. ſanè. § 1. quæ eius iuriſdictioni ſuberat. & de
iure fuit hæc interpretatio. ff. de verb. ſig. l. pupillus. § territoriũ.
vel poteſt exponere, id eſt quæ ſibi in crimine fauebant. & tunc
etiam benè fecit, quod eos excõmunicauit, & ipſo iure in cano-
nem incidebant, infra de ſen. excom. nuper. imo plus dicimus,
q & ſi ex vi poſitorum verborum in literis Apoſtolicis hoc fa-
cere non poſſet, quia tamen generalis legatus erat, ratum erit,
quod fecit auctoritate legationis, vt potius res valeat, quam pe-
reat. j. de præben. niſi eſſent. Item q legatus interpretatur reſcri-
ptum Papę, eſt propter cauſam, quam agebat legatus, & de hoc
no. j. de verb. ſignif. olim fuit. & ſicut quilibet iudex in cauſa in-
terpretatur legem. ff. de leg. nõ debent. & l. nam ſi legatus autem
ſuam conſtitutione interpretatur. j. de verb. ſig. ex parte veſtra.
7 [Sanctiones.] 26. diſt. quia. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. † [Perſo-
nam.] Qui enim interdictum non ſeruat remouendus eſt ab of-
ficio. j. de ele. ex. mi. poſtulaſtis. § vlti. & quidam dicunt talem ir-
regularẽ eſſe ſuſpẽſum. & ſatis vr̃ hoc dicere. j. de ele. cum inter
R. ſen. & arg. 12. q. 3. ſi quis eps dãnat. [Priuare.] Hic habes, q conſti
tutio Lateran. concil. q̃ loquitur de his, qui ſcienter indignũ eli-
gunt, q priuantur ea vice poteſtate eligendi. j. de ele. in cunctis
trahitur ad poſtulationem. j. de ele. bonæ me. j. c. proxi. ſecus tñ
ſi poſtulatur illegitimus, 56. diſt. Cenoman. j. de elect. innotuit.

SVMMARIVM.

1 *Vbi propter vitiũ perſonæ poſtulatio vel electio eſt caſſata, non eſt amplius aſſumendus ad eandem.*

2 *Priuati ſunt poteſtate eligendi, qui ſcienter indignum elegerint.*

3 *Electio vbicunque eſt nulla propter perſonam electi, tunc ipſo iure eligentes priuati erunt poteſtate eligendi.*

4 *Poſtulatio non eſt confirmanda, cum nihil iuris conferri poſſit.*

CAP. II.

GRatum. [Niterentur.] Et innouarunt ipſum po
ſtulando de facto. ſed quia de iure non
poterant, & ipſo iure non tenebat poſtulatio, & ideo
tus ſuos nõ dimittant.7.q.j.ſciſcitaris.ſic enim videmus in vete-
ri teſtamẽto ſępe factũ.imò etiã ꝙ ipſi clerici ſerui eſſent princi
pis infidelis,in pacto deduci põt, ſi aliter euadere nõ poſſunt. ſi
autẽ clerus quęritur vniuerſus,puta q illi,qui perſequuntur ci
uitatẽ,dicunt,ſi vultis repellere clericos, nos parcemus vobis,
nunquã ſine populo,cũ prelati.vel clerici poſſunt, recedere de-
bent,quia perdere clericos,eſt perdere ſacramẽta,& Doctores fi
dei.ſed ſi illi de populo nollent,vel non poſſent eos tenere, vel
defendere,licitè poſſent ab eis recedere, & expectare tẽporis trã
quillitatẽ.7.q.j. ſciſcitaris.& debẽt ſecũ ducere,quos poſſunt,ne ĩ
tanto diſcrimine remaneãt ſine ſacerdotibus & ſacramẽtis, & ſi
qui parati eſſent ad martyriũ,& Deus inſpiraret eis,benefacerẽt,
ſi ſuſtinerent.7.q.j.§.cũ vero prelatorũ. item licet idem dicendũ
ſit & in maioribus & in minoribus prælatis, iudea tamẽ prudẽs
diligenter attẽdat, ꝙ ſi remoueret vnũ ſacerdo.de eccleſia, quia
ab aliquo de populo quęritur ad mortẽ,vile eſſet ſtatim eius ceſ
ſionẽ admittere: ſed debet interdicere eccleſiã, vel claudere, vel
reliquias extrahere,arg.j.de iure patro.c.j.& 2.& 3.hic autẽ de fa
cili nõ fiet ab epiſcopatu. eſſet enim nimis difficile, ꝙ totũ epiſ-
copatũ ſine his,quæ ad epiſcopalẽ dignitatẽ pertinent, remane-
ret.ſed pp defectũ ſacerdotis,vel alterius prelati non ſit, cũ eius
populus de licẽtia ſuperioris, ſi iuſtã cãm videat, ab alio valeat
de facili obtinere.item inquiret, an ſit alius modus prouidendi
epiſcopo preter ceſſionẽ puta quia hẽt ſecũ armatos,quibus de-
fendatur,vel tutũ locũ,vbi moretur, ſic & de multis alijs circũ-
5 ſtãtijs quęret.† Itẽ credimus, ꝙ in murũ ſe debet opponere prela
tus,ſi quęrãtur poſſeſſiones,vel libertates eccleſię,quia ſine cor-
poralibus nõ cõſiſtit eccleſia. ſi. j.q.3. ſi quis ob.B.Thomas ꝓ bis
martyrizatus eſt. de intrinſeca aũt perſecutione ſeruandũ eſt, ꝙ
nunquã bonos pp malos dimittet, vt in §.hoc eũ.7.q.j. niſi alius
magis proficere poſſet,quia tũc ſuperior eũ transferre poſſet,&
ipſe nõ malè faceret,ſi deſideraret hoc: quia maius bonũ mino-
ri preferretur,ar.7.q.j.oẽs. 11.q.3. ſi quis dixerit. ſi autem oẽs ſint
mali,tũc cõſtat, ꝙ põt recedere.7.q.j. hic ergo. & appello extrin
ſecã perſecutionẽ eſſe,q̃ ſit alicui ſiue in publico,ſiue in priuato:
intrinſecam,q̃ cõtingit ex peccatis aliorũ,& tamẽ prelatus non
oditur.7.q.j.§.hoc etiã tunc. [adhęrere] vt nõ pręadices, vel non
fructificet tua predicatio [exaſperans] pp malos [culpa] ſubdi-
torũ [ſanguinẽ.]4.diſt.deuique.4.q.7.§.his ita.23.q.4. nõ poteſt.
6 †[Diſtinguendũ] Grego. diſtinxit ſuper Ezech. Debemus enim
vitare ſcandalũ,quãtũcunq; poſſumus ſine peccato, alioquin vti
lius ſcandalũ naſci permittitur,q̃ vt veritas relinquatur,j.de reg.
iu.qui ſcãdalizauerit.veritas ergo bonę vitę, vel iuſtitię pp ſcan-
dalũ nunquã deſerenda eſt. veritas autẽ diſciplinę deſeri põt pp
multitudinẽ peccantiũ.50. diſt.vt cõſtitueretur. & hoc intelligi-
mus,vbi nõ defendunt errorẽ.44.diſt. comeſſationes.ſi enim de
fenderent,vel excuſarẽt, tunc nullo mõ parcendũ eſſet multitu
7 dini,de pen.diſt.6.c.j.in fi.82.diſt.plurimos.† [Irregularitas] irre-
gularitas perſonę dr̃ pluribus modis.primo enim ſiue pro defe-
ctibus, q ſunt in aliquo ſine peccato, vt quia eſt bigamus, vel vi-
duę maritus, vt hic, vel de illegitimo matrimonio natus. alios
ẽt defectus habetis.50.diſt.nõ condat, & ſi.54.di. per totũ.itẽ ſe-
cundo mõ dr̃ irregularitas perſonę,vbi generaliter oĩs hõ pro-
hibetur ordinari ſine diſpẽſatione Papę,vel ẽt celebrare in ordi
ne iam ſuſcepto, ſiue patiatur defectũ ſine peccato, ſiue grande
peccatũ cõmiſerit.& q ſunt hi,no.j.de tem.ord.dilec.ſi.nõ ergo
hic dr̃ irregularis, quia ſm regulã Apoſtoli ordinari ꝓhibetur:
8 ſed qa eſt extra regulã aliorũ. † Nã cũ generaliter epi poſſint cũ
omnibus diſpenſare, niſi eis ſpecialiter prohibeatur, vt no. j.de
temp.ord.dile.cũ prędictis ſpãliter diſpẽſare prohibentur.Papa
autẽ in omnib.irregularitatib.diſpẽſat,qa ipſe.ſ.irregularitates,
& pęnę harũ de iure poſitiuo ſunt. alio ẽt mõ dicuntur irregula
res oẽs illi,q non poſſunt nec remanere in ſuſceptis ordinibus,
nec promoueri ad maiores ẽt poſt peractã pniam ſine diſpenſa-
tione Papę,vel inferiorũ prelatorũ,de quib.no. j.de temp. or.di
le.De defectibus ſacrorũ vr̃, ꝙ tñ ex conſtõne eccleſię inducãt
irregularitatẽ quo ad ordinationẽ in hoc, ꝙ cũ eis nõ poſſit di-
ſpenſari niſi per Papã.ſed ꝯriũ vr̃,quia vnũ capl̃m Apoſtolicę re
gulę eſt,oportet epm vnius vxoris eſſe virũ.26.di.c.j. & 2.ſed po
teſt reſpõderi, ꝙ hoc nõ eſt ex defectu ſacri, ꝙ prohibetur ordi-
nari, ſed quia nõ poſſet eſſe ordinator viduitatis, quia coniugia
frequẽtauit,& hoc ſatis vr̃ expreſsè dicere. 26.di.vna,in fi.Vr̃ po
teſt dicere, ꝙ licet per nouũ teſtm̃ inducatur huiuſmodi irregu-
laritas quo ad hoc, ꝙ promoueri nõ poſſit, non tñ quo ad hoc,
ꝙ p aliũ,q̃ p Papã non poſſit diſpenſari. capl̃a tñ. 26.di.acutius,
& j.de bigamis,debitũ. videntur dicere, ꝙ defectus ſacri eſt cã,
quare ꝓmoueri nõ poſſunt:ſed reſpõdeo eſt cã coadiuuans, vel
alias,vt diximus. in veteri aũt teſtamẽto erant irregularitates tẽ
porales & nõ perpetuę, qa eijciebant,extra caſtra. vt qñ quis tan
gebat morticiniũ.de vna tñ vr̃, ꝙ fuerit perpetua,ſ. ꝙ ſummus ſa
cerdos dẽt habere virginẽ & nõ repudiatam,ſed nec tũc erat ꝓ-
pter defectũ ſacri, ſed pp cauſas prędictas. Item etiã vr̃ in corpo
re vitiatis, & qui tñ de iure poſitiuo ſunt irregulares,& idem de
9 filijs illegitimis,& idem de obligatis ad ratiocinia.† Item no. ꝙ
ſuſpẽſi ab officio,ſi celebrant,ſunt irregulares,vt in pręall.c. 11.
q.3. ſi quis epſ.ſed ſuſpenſus a beneficio,ſi celebrat, nõ eſt irregu-
laris:quia in iure non inuenitur [irregulariter]& bene in tempo
ralibus,& ſpiritualib. ſm ꝙ canones iubent, & regulę eccleſiaſti
cę,infra de accuſ.qualiter [indulgeri.] ipſe.n.ſemper petere dẽt,
cũ ſine diſpenſatione nõ habeat executionẽ officij.ſuperior aũt,
penes quẽ eſt poteſtas diſpenſandi,diſpenſationẽ impendet,etiã
nõ vocans iſtis,ad quos pertinet electio,vel cõfirmatio,vel quic
quid aliud iuris.ſed cõtra hoc vr̃, quia iſte prelatus nõ intrauit ꝑ
oſtiũ : quia tẽpore quo fuit electus & cõfirmatus, & cõſecratus,
malũ habuit ingreſſum pp defectũ diſpẽſationis: & tẽpore, quo
diſpenſatũ fuit.ſimiliter nõ vr̃ habere bonũ ingreſſum,quia non
habuit cõſenſum nec electorũ,nec confirmatorũ, nec conſecra
torũ.ſed dic, ꝙ iſte per diſpenſationẽ obtinet canonicũ ingreſſũ
& prędicti,ſ.electores,& cõfirmatores,& cõſecratores non poſ-
ſunt reſilire,dũmodo ille,q põt,velit diſpenſare.arg. ſ.de elect.
cũ inter canonicos,in fi. ſ. de poſt. bonę.a. circa fi.[potuerit] de
iure.ſ.cũ examinãtur [culpa] taciturnitatis in examinatione [&
cã] defectus nataliũ [diſpenſari] per Papã in epis, & inferiori-
bus prelatis,& cũ alijs clericis per epos ſecundũ quoſdã. ſed cõ-
tra infra de fil.presb.c.pen. [zelote,] id eſt zelans, & vlciſcẽs pec
10 cata,vel exactor caſtitatis.j.q.4.§.ęque. 24.q.j.§.j.† [Nothos] ſicut
a legitur in hiſtorijs,Manzer eſt de ſcorto natus,ſpurius[a] de ꝯcubi
na,ſic dicta a ſpurcitia incõtinẽtię.nothus de adultera,q quaſi vr̃
filius, & nõ ẽ,ſicut notha febris,q̃ vr̃ aliqua, & nõ ẽ illa. eccl̃ia ãt
oẽs illegitĩos,ab ordinib.repellit. ſ. de elec.cũ ĩ cũctis[ocioſitas]d̃
ꝯ.di.5.nunq̃[qvero] 19.q.2.due.j.de reg.licet[Põtifex]Martinus
[illius] Pau Apoſ.[plus ceteris]24.q.4.q ſ nos[& meritorius]43.
di.Epheſ.ff.ad l.Aq.ſi ſeruus.§.ſi calice.47.di.c.vl.ff.de neg.ge.l.ſed
an vltro.[ſecura] & ĩõ eligẽda, de pę.di.7.c.vl.ff.de ri.nup..cõpri
mus [ĩfęcũditate.] Lia.n.habuit q̃tuor filios: Rachel tñ duos. [la
toris] Moyſi.36.di.ſi qs vult [ĩdulgeſ.]18.q.i.c.i.7.q.j.hoc nequaq̃.

ADDITIO.

a ¶Spurius. Ad dictum Inn.hic.Adde Bar. & ibi Alexan. de Imo. in apo.in l. ſi gener,col.2.circa prin.ff.de his, quibus vt indigni. & adde Franc. de Are.in c.at ſi clerici. §.de adulterijs,col. 5.infra de iudi. & ibi, quòd Spurius eſt nomen generis, & ideo natus ex ſoluto & ſoluta, non tamen vnica concubina in domo retenta,dicitur etiam Spurius. d.l. concubinam,cum gloſ. quam ibi approbat Dyn. & Bar. ff.de concu.refert Alexan.in conſ.174.col.2. in quinto vol.& in propoſito. vide Ludo.de Sardis in ſuo tracta.de ſpurijs,circa prin.

SVMMARIVM.

1 *Qui poteſt eligere,poteſt etiam poſtulare.*
2 *Solius prioris conſenſus non ſufficit in alienatione perſonæ.*
3 *An poſſit monachus abſq; abbatis & conuentus conſenſu conſentire poſtulationi de ſe factæ de aliqua dignitate.*
4 *In epiſcopo debet fieri ſubtilior inquiſitio, quàm in alijs dignitatibus.*
5 *An propter crimen cedere quis epiſcopatus poſſit.*
6 *Papa diſpẽſare põt cõtra quatuor cõcilia,et cõtra apl̃m,dũ tñ nihil cõtra ſ.* *(dẽ ſtatuat.*

CAP. XI.

1 POſt translationem. [Poſtulãdũ] † nihil enim aliud eſt eligere poſtulandu, quam poſtulare. ſi enim eligeret eu ad epiſcopatu, caſſaretur electio, quia regularis eſt,
qui non põt cõſentire, cũ non habeat propriu velle, vel nolle.
12. q. i. non dicatis. quia epiſcopus cõſentire non põt, qui ſimili
ter ſine ſuperioris licentia ſe non põt transferre. ſupra de tranſ-
latio. epiſ. c. inter, in fi. & ſupra de poſtula. per totu. arg. cõtra, in
fra de voto, per tuas. ſed expone ibi, electionẽ, id eſt poſtulatio-
nem. & no. de hoc ſupra de elect. in cauſis. vel nõ eſt eligẽdus ſim
pliciter, ſed cũ determinatione hac, ſcilicet in poſtulãdũ, vt hic,
& præalleg. c. alij dicunt, & forte melius, quod etiã monachus eligi-
2 tur ad epiſcopatũ, arg. j. de voto, per tuas. ¶ [Priore] & etiã alio
cõuentu. ſolius enim prioris cõſenſus nõ ſufficit. 19. q. 3. ſtatui-
mus, arg. 12. q. i. præcipimus, ſi tamẽ ſine cauſa nollet cõſentire,
cogeretur per ſuperiorẽ, infra de iure patro. nullus. ſed ſi iuſtã
cãm haberet, nõ deberet compelli, & ſic intelligo. 73. diſtinctio.
literas, & 71. diſtin. c. j. & 2. & no. regularẽ requirendũ ab abbate,
& conuentu ſi eſt exẽptus, vt hic. ſi vero nõ ſit exemptus, debe-
ret requiri ab eiſdem abbate, & conuentu. 19. qõ. 3. ſtatuimus, &
ab epiſcopo ſimiliter. 16. q. i. qui vere. Melius credo epiſcopi cõ-
ſenſum nõ eſſe neceſſariũ in poſtulatione, ſcilicet vt ab epiſco-
põ poſtuletur, quaſi a præſtante authoritatẽ poſtulanti. ſed hu-
ius epiſcopi requiſitio eſt neceſſaria ſiue ſit poſtulatio. ſiue ele-
ctio, quia eius clericus eſt. 75. diſtin. c. j. & 2. eadẽ ratione, ſi ſit cle-
ricus pluriũ epiſcoporũ, ab omnibus eſt requirendus, requiſitio
enim Papæ neceſſaria eſt propter diſpenſationẽ, arg. ſupra de ele
ctio. innotuit. 58. diſtin. Cenoman. vel melius hic requiritur, q a
fuit epiſcopus, & nõ quia fuit monachus, argu. ſupra de tranſla-
tio. c. j. licentiã autẽ ſui præpoſiti, vel archipresbyteri, vel conſi-
liũ prælatorũ ſeculariũ non exemptorũ non credimus requirẽ
dũ, ſed ſolius epiſcopi conſenſum ſufficit requirere, argu. infra
de cle. percuſ. c. vlti. 71. & 75. diſt. per totũ. epiſcopus tamẽ nõ de
bet eũ licentiare ſine cõſilio fratrũ electi, vt no. ſupra eo. quod in
3 dubijs. ¶ † Hic autẽ dicunt quidam, quod monachus nõ põt conſen
tire poſtulationi de ſe factæ, ſiue in epiſcopũ, ſiue ad quãcunque
aliã dignitatem eligatur, niſi prius habeat cõſenſum abbatis, &
cõuentus, quia non habet velle, vel nolle. 12. q. i. non dicatis. ſed
iſtorũ conſenſu obtento ante, quàm habeat cõſenſum epiſcopi,
pot conſentire poſtulationi ad quãcunq; dignitatem, & etiã ele
ctioni ad minores dignitates de ſe factæ, ſed nõ põt deſerere pri-
mã eccleſiã, niſi habita licentia ſui epiſcopi, ſicut nec alius cleri-
cus, vt ſupra eo. admonet. licet in monacho quidam dicunt ſe-
cus. 63. diſtin. literas, & 62. diſtin. c. j. ¶ Et dicimus, quod quo ad hoc,
quod teneat poſtulatio de monacho ad minores dignitates ordinis
non eſt neceſſaria authoritas Papæ: & etiã cũ poſtulari debet, ſi
malè contingat de eo fieri electionẽ, conſentientibus abbate &
cõuentu, credimus per epiſcopũ poſſe diſpenſari, ſicut in abbis di
gnitatibus. 55. diſtin. priſcis. cũ Papa ſibi nõ reſeruauerit. j. de ſen
ten. ex. nuper. abbates autẽ poſſent eligi in epiſcopos. ſ. de elect.
cũ in veteri. in abbatẽ autẽ proprij monaſterij credimus mona-
chũ eligendũ, non poſtulandũ, ar. ſupra de elect. cũ dilecta. ſupra
de conſue. cũ dilectus [capitulũ.] 7. qõ. j. hoc nequaquã [Pontifica-
tũ] multo fortius ad minores dignitates, arg. ſupra de transla. c.
vlti. 8. qõ. j. mutationes. officiũ tamẽ aliquod, in quo nõ ſit digni
tas, ſatis crederem, quod poſſet habere, quia plus eſt ad onus, quàm
ad emolumentũ. C. de ioſa. l. j. quãuis poſſet dici, quod ex hac cauſa
repellatur ab epiſcopatu, & difficile diſpenſetur contra conciliũ cum
eo: tamẽ ſi poſtuletur a Papa ad abbatiam, vel prioratũ, facilius
cũ eo diſpenſabitur, quia nõ eſt cõtra cõciliũ, & licet ſit indignus
maiori, nõ eſt indignus minori, arg. ff. de inter. & rele. l. relegato-
rũ. §. vlti. & l. ſequẽ. ¶ Item hoc nõ habet locũ, ſi aliã dignitatem
dimiſerit, & fuerit factus monachus. bene enim poterit ad epiſ-
copatũ poſtulari, niſi probatũ fuerit ei crimẽ. ſi autẽ fuerit pro-
batũ, tunc nõ propter conciliũ, quod de his mentionẽ facit, ſed
4 propter crimẽ repellitur. 15. diſtin. primũ. nec mireris, † quia dif-
ficilior inquiſitio ſit in epiſcopo, quàm in alijs dignitatibus, quia epi
ſcopatũ nõ licet dimittere propter monachatũ: ſed alias digni-
tates licet dimittere. vnde ibi non ſit tãta inquiſitio, quare illã
dignitatem dimiſerit, ar. j. de reg. licet [ex quatuor.] 15. diſt. ſicut.
¶ [Cõperto] ſtatim, ſiue infra modicũ tempus. j. q. j. cõſtat. infra
de reg. ca. i. alioquin ratũ habere vr, & ratihabitio retrotrahitur
in maleficio, infra de ſimo. ſicut eſt nobis. ff. de vi & vi arma. l. i. §.
quotiens. 34. qõ. 2. ſi virgo. C. de tranſac. quãuis. C. quomodo &
quãdo iu. ſi ab eo [dimittẽs] argu. quod etiã ſimoniacus non põt
cedere ſine lnĩa Papæ [redire] quãuis epũs põt diſpenſare cũ huiuſ. ſi
moniaco. hẽs. ſ. de ele. c. pe. ſecus eſt in alijs dign tatib. qua ad eoſ
dẽ inalla vocatione reaſſumi valet. ſupra de elect. c. pe. [quod in
5 eo] hæc eſt vera interpretatio illius cap. ¶ † [Dixerint] & bene.
ſed nõ ſufficit. ſiue enim fuerit cõuictus, & confeſſus, ſiue non:
ſed tamẽ quia cõmiſit crimẽ, licet occultè amplius ad epiſcopa
tum non reſurget, & hoc innuit fi. huius decret. vbi dicit, alio-
quin &c ſed potes meliorẽ rationẽ aſſignare, quia ſuperior non
daret ei licentiam cedendi propter crimẽ, niſi de eo cõuictus eſ
ſet, vel cõfeſſus, vel niſi crimẽ eſſet tale, quod executionẽ poſt per-
acta pœnitentia impediret ſine diſpenſatione, vt ſupra eo. c. pro-
xi. bene dicitur hos tamẽ caſus ſupponit, & tamẽ crederem, quod
ſi auctoritate ſuperioris pro occulto & leui crimine, in quo per
ſeuerabat, ceſſiſſet, vel etiã in quo nõ perſeuerabat, ſed de facto,
cũ de iure nõ debuerit, ceſſerit, iterũ ad epiſcopatũ poterit reaſ-
ſumi [alijs] non eſt reprobus intellectus, ſed ſuperior eſt vtilior
[& nõ ordinem] j. de ordin. ab epiſcopo qui re. epiſco. c. i. [ordi-
nem] id eſt ordinis executionẽ. characteri enim renunciare non
põt. j. q. j. quod quidã, 32. qõ. 7. licitè. hanc autẽ executionem re-
cuperabat de ſpeciali mandato Papæ. ¶ [Cõſtiterit] probãte ele
cto. præſumitur enim prima facie, quod nõ ſine cauſa reſignaue-
rit, ar. hic, & infra c. proxi. 7. qõ. j. hoc nequaquã. alij dicunt, quod nũ
quã debet aliquã ex prædictis cauſis probare, niſi eſſet præſum-
ptio contra eũ, quàm eſſet, ſi ordini renunciaſſet, & tunc poſſet probare. quod
ex aliqua prædictarũ cauſarũ reſignauit. vt ſic ceſſet præſumptio,
& dimittatur poſtulatio, primo dicto magis conſonat litera [tũc]
ſcilicet quãdo ceſſit dignitati [antea] nõ exiſtens prælatus aliquã põt
celebrare propter ſcandalũ, & tunc prælatus nõ prohibetur. 6. diſt. ex
ſtamentu [alioquin] id eſt ſi nõ reſignauit ex prædictis cauſis, quæ
ſunt ſine peccato, ſed ex alia. i. propter peccatũ non diſtinguo,
ſi ſit ex eo conuictus, vel nõ. vel diſtinguendũ eſt, vt dixi in illa
gl. & bene. vel alioquin, i. ſi epiſcopus nõ probauit prædicta, vel ſi
6 alias ei nõ cõſtiterit. † [Durũ] ſed nõ impoſſibile. diſpenſat • enim
a Papa cõtra quatuor cõcilia [conciliũ] . 55. qõ. i. ſunt quidam. 34.
diſt. lector. 82. diſt. presby. Et cõtra verba euangelij. licet non cõ
tra mentem: nã in euangelio dicitur, in ore duorũ, vel triũ cõ.
om. ver. infra de teſti. in omni. tõ poſtea eccleſia ſtatuit in cau-
ſis Cardinalis plures requirendos. 2. quæſtio. 4. c. j. & 2.

ADDITIO.

a ¶ Diſpenſat. Adde eundem in c. quæ in eccleſiarum, circa fi. ſupra de conſti. & in
c. ſuper eo. infra de biga. & adde Pet. de Ancha in conſi. 124. incip. circa biga-
mos, vbi quòd Papa diſpenſat etiam contra epiſtolas Pau. & vide, quæ late po
nit Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum, col. 6. verſi. ſecunda concluſio, & adde Henr.
Bohic in c. propoſuit, de conceſſ. præben. vbi. quòd Papa diſpenſat contra ius
diuinum dummodo non ſit contra fidem, nec nutriat peccatum mortale, nec
inducat ſubuerſionem fidei, nec periculum animarum. Et circa legem Euan
gelij dicit quòd diſpenſat circa ea, quæ ſunt conſilij, vel in parabolis dicta, nõ
tamen circa ea, quæ conſiſtunt in præceptis, vel prohibitionibus, vide tamen
circa prædicta Felin. in loco præalleg. in col. ſequen. & ſequen.

CAP. XII.

QVidam. [Siue epĩ] ſiue alij prælati, ſiue ſimplices.
[inſtantia.] quia enim ita perſeuerant,
præſumitur contra eos, vt hic, de pę. diſt. i. diuortiu. C. ad
Velle. ſi mulier, in f. ff. de quæſti. l. j. §. diuus. eſt etiam
hoc ioco, ne illudatur Papa. ſicut in poſtulatione poſt, quã eſt præ
ſentata Papę, ſupra de poſtu. bonæ. 2. ar. contra ff. de ceſſi. bo. is qui. ſta
tim antequã ſuperior ſciat, reuocet petitionẽ ſuã, ſiue mãdatũ,
vel etiã poſtquã ſciuit ante, quã licentiã concedat, vel literas ſu-
per ea, valet reuocatio. j. eo. electio. nec eſt ſimile in poſtulatione.
cũ hac reuocatio nullius interſit, ſicut illa: ſed & quia nõ ſit pu-
blicè, & ſolẽniter, intereſt poſtulati. ſi autẽ reuocaret ante, quã
ſuperior admittat ceſſionẽ, & ſuperiore hoc neſciente det licẽ-
tiã, vr quod teneat licentia, ar. ff. de procu. ſi procuratorẽ. quamuis
poſſit diſtingui, an per procuratorẽ, vel literas, vel per nuncium
petat ceſſionẽ. ¶ [Cõpellendos] hic vr intelligendũ, ſi poſt quã
Papa intellexerit voluntatẽ eorũ, velint reſilire ante quam Pa-
pa cõſentiat. nam ſi Papa cõſenſiſſet ante, quã reuocetur petitio
licentiæ, nõ eſt cogẽdus cedere, cũ ſatisfaciat petitio epĩ, & aſſen
ſus Papæ, & iã non ſit epiſcopus illius eccleſiæ. ſupra eo. quod in
dubijs. hoc placet, ſi ceſſionẽ obtuliſſet Papæ, ſed vbi nõ obtulit
ceſſionẽ Papę, ſed tñ lnĩam cedẽdi petit in futurũ in eius manib.
quẽ dñs Papa deputauerit, ſecus eſt, & tũc obtinet, quod hic dicit,

SVMMARIVM.

1 *Renunciari iuri ſuo, & ſe gratiæ ſubmittere, quomodo inter ſe differant,*

CAP. XIII.

VEniens. [Canonici] etiã ſi expreſſa eſſet renũcia-
tio literarũ, vel iuris, quod habebat, vel
habiturus erat iſte ſubdiaconus, tamẽ ex illa renun-
ciatiõe nõ poſſet excipere, niſi capitulũ, cui facta fuit
renunciatio: vnde vr, quod iſti canonici, de quibus dr hic, quod nomi-
ne capituli exciperent, nõ eſſent admittendi. So. verè non ſunt
admittendi ad excipiendũ de renũciatione, quę nõ eſt eis facta:
ſed excipiunt, vt quilibet de capitulo, quod nõ intrudant eũ per litę
ras, quibus renunciauit, ſicut poſſet excipere, quod alias non intru-
dent eũ, quia literę eius falſæ ſunt: ſed ſi capitulum vellet eũ recipere, vel
remittere renũciationẽ factã, bñ poſſet, & ex tũc nõ admitterent
canonici ad excipiendũ de ea. Sed ſi capitulum mãdaret his canoni
cis quod nõ opponerent de renũciatione, nõ obedirẽt ei: quia ipſi prin
cipaliter

ſpāret nō proponūt de renunciatione, ſed de intruſione, quā ſuo nomine proponunt, & non noīe capituli. plus placet, ꝙ ex quo quis aliquid rēnūciauit libera volūtate, & ex eo aīo, quod dominiū illius rei vlterius habere nō vult ēt abſente illo, cui ꝓ
a dicta renunciatio prodeſt, illa ᵃ renunciatio oīno valet, & ſibi præiudicat, & cuilibet parti exceptionē, ar. C. de ac. accuſatio. 7. q. 1. quam periculoſum, & j. de pſcri. c. pe. ff. de acq. her. ſi pōt, & l. ij. & ſit hæc renunciatio nō tm̄ expreſsè, ſed etiam tacitè quolibet iudicio. C. de reſti. in inte. l. j. ff. de acq. hæred. recuſari. & hoc ipſo, ꝙ renūciat aliquā rē cōceditur occupanti, multo fortius, quā ſi hēret pro derelicta. ff. p derelic. per to. inſti. de re. diui. in ſi. fatemur tn̄, ꝙ nō amittit dn̄ium rei p renunciationē dū tenet illam rē, licet amittat poſſeſſionē. ff. de acqui. poſ. ſi quis. §. j. ſi aūt renūciat iuri, vel ſeruituti, quam hēt in aliqua re, etiā abſente domino rei, ſtatim ſit res libera; & eodē mō ſi renunciat. C. de pac. l. poſt quam. ſed 𝔍. C. de repud. hære. ſicut. ſo. ibi dicit, ꝙ valet renunciatio in auxiliū renunciantis. nā non pōt alij per ſuā renunciationem facere præiudicium, ſed in ſuum damnū bene præiudicat renūciāti [videretur] ſed non erat. & ideo retractatur ſnīa [iudicis] hic potuit eſſe in una cauſa retractationis ſententiæ, cū tertio no cōmittēte, nec recuſante duo mala proceſſerint. infrà de offi. dele. prudentiā [ſe gratiæ] quod idē eſt, ac ſi literis renunciaſſet, cū idē ſit tacitè renunciare, quod expreſſè. j. de offi. dele-
1 ga. gratū. C. de iure do. l. s. j. de præbē. pro illorū. † Caſſauit] quicquid dicāt glo. hic poſitæ, credimus hāc ſnīam iuſtā, & ſnīam de le. iniuſtā. nā aliud eſt renunciare literis, ſiue iuri ſuo, quod periculoſum eſt. ff. de pac. l. 2. 7. q. j. quā periculoſum. aliud eſt ſubmittere ſe grē, quæ ſubmiſsio proteſtationē cōtinet, ꝙ gratiā expectet. & ideo ea nō ſecuta ius primū recuperat. C. de tranſac. ſiue. ff. de dona. hoc iure. §. vlt. & ff. & C. de cōdi. cā data, pēr to. Idē, ſi ſubmiſiſſet ſe miſericordiæ. 𝔍 c. ſanè. idē ſi ſubmiſiſſet ſe voluntati. nam tunc in aliis præcedentibus caſibus, ſm ꝙ bonus vir arbitretur, dēt ei prouidere. ff. de ope. libe. ſi libertus. ſi aūt talia nō expreſſiſſet, licet ad gratiā aſpiraret, ſecus dicerē. C. de cond. cauſa da. ſi nō repetēdi. ff. de condi. ob cau. l. dedi. §. ſi quis. ſed contra infrà de pac. cum pridem ſed dicimus ibi gratiam contineri.

ADDITIO.

a ¶ Illa renunciatio. Et ſic renunciatio facta abſenti tenet. adde Pet. de Ancha. in conſ. 34. inci. in hac cauſa, col. 3. poſt medi. qui ſequitur Inno. hic.

SVMMARIVM.

Reſignatio debet præcedere abſolutionem ac ſine authoritate eius, a quo recipit fieri non poteſt.

CAP. XIIII.

LEctæ. [Abſoluit] talis aūt abſolutio vim reſignationis nō obtinet. Item reſignatio debēt ꝓcedere abſolutionē. ff. de offi. præſi. pe. & reſignatio nō poteſt fieri ſine auctoritate illius, a quo recipit, vt no. ſupra. eo. quod in dubiis [ſaniori] de hoc no. 𝔍. eo. quidā [reſignare] ita, ꝙ teneat, & ꝙ monachi ſint abſoluti.

SVMMARIVM.

1 *An ſit neceſſarius cōſenſus cōuētus, ubi qs ad arctiorē religionē trāſire vult.*
2 *Non debet abbas licentiam dare monacho ſuo arctiorē religionem intrandi.*

CAP. XV.

DIlecti. [Inſufficientem] in iſto fuit defectus ſciētiæ [abbate.] monachos aūt de licentia ſolius abbatis poteſt dimittere monaſteriū, dūmodo ad aliud arctius tranſeat. 19. q. 3. ſtatuimus. j. de reg. li-
1 cet. ita & ei ſoli facit obedientiā, 12. q. 1. non dicatis † Sed quæres, nunquid poteſt fieri monachus alterius monaſterij ſine licentia epī? Rn̄. nō, ſi eſt paris, vel minoris religionis. ſed auctoritate epī pōt fieri diſpenſatio, ar. j. de regula. ſignificatum. ſed arctioris poteſt. alij tamen dicūt neceſſarium eſſe cōſenſum conuētus, ēt ſi ad arctiorē religionē tranſeat & hoc tutius, & 58. di. c. 2. & præal. c. ſtatuimus. alij ēt dicūt neceſſariū eſſe ꝯſenſū epī. ar. 16. q. 1. qui verè. quod credo verū eſſe quārū ad hoc, vt alius eps eum non ordinet ſine licētia eius, niſi primo fieret monachus alicuius mona-
2 ſterij arctioris ſecūdi epī. † Itē no. ꝙ vnus abbas non dēt dare licentiā monacho ſuo intrandi religionē arctiorē, niſi primò eā inueniat, & paratus ſit eā recipere; & ſi aliter recedit, fugitiuus eſt & apoſtata, cū non ſit in alicuius obediētia. hoc aūt fortè poſſet facere prior eius, ꝙ daret licentiā monacho volēti intrare religionē, ꝙ ſub ſua obediētia iret q̄rere locū religioſum, qui ſibi placeret; tn̄ non cōſulo priori, ꝙ hoc faciat, niſi fortè ut euitet maius malū, ſ. quia ſi nō daret hanc licētiam, ipſe ſua auctoritate recederet. [Abbas] presbyter autem inſtitutus per epm̄ & præſentatus per abbatem in manibus epī renunciare debet, quia ab eo inſtitutus eſt & non debet fieri niſi requiſito abbate: quia ſua intereſt. j. de præben. in Lat. ar. j. de of. arch. ad hoc. §. vlt. Item nō valet, ſi dicit, ego volo renunciare temporalia coram abbate, vel ſpiritualia tantum coram epo, quia iſta coniuncta ſunt, ꝙ unum ſine altero dimittere non poſſit. 1. q. 3. ſi quis obiecerit.

SVMMARIVM.

1 *Benedictio epiſcopi in abbate ſuccedit in locum confirmationis.*
2 *Non poteſt abbas ordinem conferre, niſi ſit benedictus.*

De ſupplenda negligentia prælatorum. Rub. 10.

CAP. I.

STatuimus. [ſubſtitutos] confirmatos, ſupra de ele. noſti. vel dic, ꝙ etiā ſine confirmatione expreſſa datur hæc benedi-
1 ctio. † Per hanc benedictionē intelligitur data cura monaſterij: quia ſuccedit in locū confirmationis, nec eſt faciēda aliqua examinatio, vel inquiſitio in hac benedictione, ſicut qn̄ confirmatur tutor datus a patre filio emancipato. ff. de teſt. tu. pater. & plus dicimus, ꝙ etiā ſine benedictione auctoritate huius canonis habet hic abbas plenā adminiſtratione, ex quo eps ſibi benedictionē denegat: ſed ſi eps diceret veriſimiliter, ego volo corā ſuperiore aliquid probare ꝯ eū, quare benedici nō dēt, tunc non crederē, ꝙ deberet adminiſtrare ſine ſuperioris auctoritate, non p̄miſſa cognitione. j. de reg. licet. tn̄ ſi malitioſè proponit, quod probari nō pōt, punietur ſm conſtōnē. ſupra de ele. ſtatuimus. & facit ad hoc, quod no. j. de reg. licet. Alij tn̄ dicunt, ꝙ ēt ſi iuſta cā ſubeſſet, quare epiſcopus eū benedicere nollet, & ēt ſi iuſta cā expreſſa appellaret, tn̄ tenet, qđ fit ab eo: quia Papa eius facta tuetur per iſtā cōſtitutionē, quā hic ponit hæc decr. & de hoc no. ſupra de ele. nihil. alij intelligunt hanc cōſtitutionē hīc locū qn̄ nullā verā cauſā ſuæ ꝯdictionis aſſignat [renuerit] ſine cauſa. alioquin ſi iuſta cā ſubſit, nō ei licebit, q̄ ſubſequuntur, vt no. j. de reg. licet [benedicere] ar. ꝙ aliquis dare pōt qđ nō habet, arg. C. de teſt. mil. cū cōſtō.
2 §. vlt. C. de iure emph. l. vlt. ar. ꝯ. 1. q. 7. Daybertū. † Et alia] ſ. conferre lectoratum. 69. di. c. j. forte melius dr̄, ꝙ eū conferret lectoratum, non ſit officij tn̄ ſed ordinis, j. de ætate, cum contingat. nō poterit ordinem conferre, niſi ſit benedictus, ut j. e. nec tamē. dicimus, ꝙ tn̄ ex ordine habeat hanc poteſtatē conferendi lectoratum, ſed ex ordine & benedictione, ut in prædictis c. dr̄, & idē intelligo de ordinibus minoribus lectoratu ſicut eſt hoſtiariatus, & pſalmiſtatus. infrà de ætate, cū cōtingat. exorciſtatus aūt, & acolytatus conferre nō poterit, niſi priuilegium habeat, ar. ꝯ. de eo, qui fur. or. re. c. j. Sed eps, qui renunciauit ēt executioni ordinis, maius habet priuilegium, quā abbas benedictus, & idē, qđ in abbatibus diximus, eſt in coepis. 68. diſt. c. j. in ſi. illi autem, qui dicūt, ꝙ abbas, ex quo p eū non ſtat, quin recipiat benedictionē, pōt conferre lectoratū, intelligunt, ꝙ benedictio nihil facit ad collationē ordinis, ſed priuilegium generale hoc facit, qđ conceſſum eſt abbatibus benedictis, ꝙ poſſint lectoratum conferre. quod priuilegium per decre. iſta extenſum eſt in abbatibus Ciſtercienſ. vt ēt ſi non receperint, poſſint illum conferre, & alia facere quæ ad officium pertinent. Pſalmiſtatū autem quilibet ſacerdos conferre poteſt.

SVMMARIVM.

Conceſſio ut quis in proprios uſus eccleſiam, uel eius fructus conuertat, non ualet, etiam facta ab epiſcopo ſine conſenſu capituli.

CAP. II.

SIcut nobis. [Perſonas] iſrā d̄ of. archiep. vt ſingulæ. 25. q. j. quę ad perpetuā. ff. pro ſocio, actiones. §. Labeo [epiſcoporum.] cōceſſio. n. ꝙ eccleſiā cōuertāt in ꝓprios uſus, vel fructus alicuius eccleſiæ facta ab epo ſine cōſenſu ca. non ualet, j. de dona. paſtoralis [inſtituunt] quòd non debēt facere epī etiā cū conſenſu capituli, niſi capellæ ad eos pertineant pleno iure. tūc. n. poſſent, ſi cauſa ſubeſſet. j. de præſc. n. cū olim. 16. q. 7. c. 3. alias tn̄ ad epiſcopum ſpectāt capellæ. j. de capel. mo. c. j. [in penſionibus] nouis, & malè. infrà de cenſi. prohibemus [in epiſcopalibus, ſ. in procuratione. 10. q. 3. cauendū. relatū. & in cathedratico. 10. q. 3. illud. & ſic in hoſpitalitate. 42. diſt. §. j. [exemptæ] infrā de priui. cum & plantare. §. in eccleſiis [in Lat.] j. de cōceſ. præb. c. 2. [generetur] q. d. hac uice tantum priuabuntur. 𝔍. de elec. cum in cunctis.

SVMMARIVM.

Tempus non currit nec primo, nec ſecundo, eligere negligenti, niſi à notitia.

CAP. III.

LIcet. Ad archiepiſcopum. [Ad quem primò de conſuetudine pertinet collatio præbendarū, ad capitulum pertinet ex negligentia epiſcopi. infrà de conceſ. præben. quia diuerſi. Et ita no. quòd nec ei, ad quem primo, nec ei, ad quem ex negligentia pertinet electio, non currit tempus, niſi a notitia [à notitia]. infra de conceſ. præben. quia, & cap. ex parte. ff. de peti. hære. item veniunt. § petitio, arg. contra C. quis or. in bo. po. ſer. l. vlt.

CAP. IIII.

Literas. [De patientia.] Nõ de iure communi ſupra c. pxi. vtrũ autẽ ipſi poſſint ſine peccato tenere, dic ꝙ non ſine noua collatione ut hic, & uo. ſupra de electio. ꝙ ſicut, & c. eccleſia, el a. & ſupra de renunciatio. li.

SVMMARIVM.

Electio quæ nullam eſt, aliam non impedit.

CAP. V.

Dilecto. [Impedire] no. electionẽ, q̃ nulla eſt aliam non impedire ſupra de ele. cum Vinton. de hoc not. ĩ. de ele. dudum [dicto G.] electo archiepõ in cantorem.

CAP. I. in VI.

Romana. [Edictum] archieps Rhemenſis excommunicauit ſuffraganeos ſuos, quia cũ uiſitantẽ nõ recipiebãt, & tunc archiepiſcopus fecit fieri edictum per totam prouinciam. ꝙ oẽs ſubditi ſuffraganeorum licitẽ etiã in principalibus cauſis irent ad curiã Rhemen. & hoc edictum hic reuocatur [culpis] ſi ĩ. de preben. ex parte Aſten. & ſuprà de elect. cum eccleſia Vlt. in fi. no. infrà de conceſ. præb. quia diuerſi.

SVMMARIVM.

1 *An poſſint reges regno priuari.*
2 *Ex quibus cauſis poſſit regibus curator dari.*
3 *A ſubditis peti debet curator regibus, & ſuperior proximus eum ipſis concedere debet.*

CAP. II. in VI.

1 Randi non in merito. † [Regni] ſpeciale eſt in re-
gno, ꝙ reges nõ poſſunt priuare nedũ filios, ſed nec
fratres, vel alios cõſanguineos ex ſtirpe paterna de-
ſcendẽtes a regno ſola volũtate. licet ex cauſa Papa, vel alius ſu-
perior rege poſſit eũ priuare, ĩ. de voto, licet & hoc eſt verũ, vbi
reges deferuntur per ſucceſſionẽ. ſed ſi per electionẽ deferẽ, ſe-
cus eſt ſupra de ele. venerabilẽ. [Generalẽ] per hanc ſolã genera-
lẽ & liberã adminiſtrationẽ non licet ei donare ff. de pac. ꝯ §. ni-
ſi in regibus. & eorũ curatoribus ſpeciale quis dicat, cũ ſpeciale
2 & propriũ ſi eis donare. † [Vtilitate] no. cauſas iuſtas dandi cura
torẽ regibus, ſ. ſi neſciunt ſuũ regnũ defendere, vel in eo iuſtitiã
& pacẽ ſeruare, & maximè religioſis perſonis, locis, & pauperi-
bus & etiã, quod plus eſt, ſi neſciunt perdita recuperare. & idem
quod diximus in regibus, ſeruandũ eſt in Ducibus, Comitibus,
& aliis, qui habent iuriſdictionẽ ſuper alios. aliis autẽ priuaẽ non
3 datur curator, niſi ſint furioſi, vel prodigi. C. de cur. fur. lul. † [Aſ-
ſumptus] bene dicit, ſit aſſumptus q. per alios eſt enim hoc ordi
nariũ, ꝙ curatorem regib. & ſimilibus perſonis petãt ſubditi &
ſuperior proximus debet ipſum cõcedere, & ſi nõ hẽt aliũ ſupe
riorẽ Papa hoc facere dẽt, arg. infra qui fi. ſint legi. per venerabi-
lem. ff. de tu. & cu. da. ab his. §. diuus, & hoc curator autẽ iſte ſatiſ
dare debet rem eius, & cui curator datur ſaluam fore, & debet
facere inuentariũ, nec debet dari, niſi cauſa cognita. ff. de cõſue.
obſeruare, & l. ſe. C. de cur. fur. l. fi. §. cũ antiquitas item ſciendũ
eſt, quod in furioſis ipſo iure agnati ſunt curatores, & prodigis
poſtquam interdictum eſt eis bonis. ff. de cura. fur. lul. ſcribit.

SVMMARIVM.

1 *Velum conſecrationis, a quo, cui, & quibus diebus dari debet: item veſtis religioſa a quo accipit vidua, in nu. 2.*

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. Rubr.

CAP. I.

Subdiaconos. [Deo dedicatis.] 20. q. j. de-
uotis ꝯ ſol. quod ibi mi-
1 nus dr̃, hic ſupplẽtur. † Velũ cõſecrationis a ſo-
lis epis & ſolis virginibus & ſolis ſolẽnibus feſti
uitatibus, & dieb. dñicis datur, niſi ingruat neceſ
ſitas, quia tunc, ſicut baptiſmus, omni die dari
ri põt. 20. q. j. deuotis, de cõſe. diſt. 4. venerabilis, & c. baptizãdus.
Velũ autẽ profeſſionis nullus Põtifex dat viduis, vt alle. c. deuo-
tis in f. ſed ipſemet ſibi aſſumãt de altari. 28. q. j. viduas, & capiti-
bus ſuis imponãt. 27. q. 1. viduæ nec eſt ꝯ. ĩ. qd me. cã. perlatũ, quia
2 ibi nõ impoſuit velũ ꝯſecrationis, ſed imponere ſimulauit. † Ve
ſtẽ autẽ religioſam accipit vidua a ſacerdote, vel miniſtro eius.
20. q. 1. vidua. ĩ. q clerici. vel vo. ꝯſuluit, qd n. ibi dr̃, q accepit velũ a
ſacerdote, intelligitur religionis. Velũ profeſſionis ſuſcipit a vir
gine & corrupta, cũ pfiteẽ. nec eſt vis, an p ſe ſumat de altari an
a ſacerdote, & ſi nõ recipit añ 12. an. & 20. q. j. c. j. & q. 2. puella, ve-
lũ ꝯſecrationis in 25. an. niſi ex diſpẽſatione aẽr fiat. 20. qõ. 2. pla-
cuit, & 67 di. placuit, velũ ordinationis, qd olim dabaẽ diaconiſ-
ſæ, & in 40. ann. 27. q. j. diaconiſſam. 20. q. 1. ſanctimonialis. velũ pręlationis olim dabatur abbatiſſis in 40. an. 20. quæſt. j. iuuenculas.

CAP. II.

Sane. [Multitudo] 50. di. ut ꝯſtitueretẽ. ĩ. q. 7. quot 44. di. cõmeſſationes, in oib. his pcẽ multitudini illis tñ, qui fuerit cã exceſſus, nõ parcitur de facili. ĩ. de ele. ex. mi. latores [conſuetudo] hic excuſat a pœna. ſ. 32. quæſt. 4. obiciuntur. 4. di. denique. infrà de li. non ſatis infrà de eo, qui dux. in matri. cũ haberet, a culpa autem, vel pena ęterna non excuſat.

SVMMARIVM.

Minores ordines ſimul conferri poſſunt uni, ſi conſuetudo non repugnat.

CAP. III.

De eo. [Duos & ẽt plures, dum tamẽ generalem ordinationem non faciat [ad minores] quos oẽs ſimul uni conferre põt, ar. infrà de eo, qui fur. or. re. cũ H. lator, & ar. 62. di. quicunque, niſi conſuetudo repugnaret. 75. diſt. ordinationes.

SVMMARIVM.

1 *Criminoſus poſt peractam pœnitentiam promoueri poteſt, & in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, niſi tale crimen commiſſerit, quod impediat executionem officii poſt pœnitentiam, ut nume. 2.*
3 *Diſcretus debet eſſe prælatus in diſpenſando, ut ſcandalum, & puritatem pœnitentiæ, & multa alia, quæ Deus, & diſcretio prælati ſibi adminiſtrauerit, attendat.*
4 *Electio ad hoc, ut ualeat, neceſſe eſt, ut poſſit celebrare.*

CAP. IIII.

Ex tenore. [Deliquit] Forte enormiter, ut quia
cõmiſit inceſtũ, in diſpenſatione nõ
1 regrit, vel uſurã, quã tñ reſtituit [nõ aſcẽdat] ar. † ꝙ cri
minoſus actus pñia põt pmoueri, & ĩ ſuſceptis ordini
bus miniſtrare. 34. di. fraternitatis. 50. di. põderet, ga tua, & c. dño
ſãcto, & ĩ multis aliis. c. ar. ꝯ. 25. di. primũ. j. q. 7. oẽm. 48. di. qm̃ So.
dicunt qdã. ꝙ ſi non eſt pmotus pmoueri non põt, qd graue vr̃,
cũ fere ſit ꝯ naturã, ut quis ſit ſine crimine. 25. di. §. criminis. nos
dicimus idẽ in pmouẽdis, quod in promotis, licet facilius impe
diatur promouendus, quã deiciatur iã promotus. 15. q. j. §. vl. Et
dicimus quattuor maximè cõſideranda circa hoc primũ quanti
tas criminis ſ. ſit modicũ, mediocre, vel enorme, vel tale, ꝙ etiã
poſt peractam pñiam impediat executionẽ officij. ſecundũ qua-
litatẽ criminis, an. ſ. ſit occultũ, uel manifeſtũ. tertiũ, modũ pu-
blicationis vel per euidentiam operis, vel per ſñiam, vel confeſ
ſionẽ ſpontaneã. quartũ, ſatiſfactionẽ, veram pñiam, non ſimu-
latã. & ſi quidẽ crimẽ enorme & manifeſtũ eſt, deponiẽ, nec pro-
moueẽ, niſi ex diſpẽſatione ordinarij epi. 50. di. miros, & c. de his
verò. ſi enorme & occultũ, parte pñiæ peracta poterit miniſtra-
re in ſuſceptis ordinibus, & monẽdus eſt, vt abſtineat à ſuſceptio
ne ordinũ, vt hic: tamẽ ſi voluerit, non eſt phibendus, ut hæc. &
credo, ꝙ pmoueri poſſit ſine peccato. ĩ. de apo. c. ij. in fi. ĩ. eo. quæ
ſitũ. & nõ credo neceſſariã diſpẽſationẽ ordinarij, ſed ſufficit ſa-
cerdotis abſolutio ex ptãte clauiũ, ar. 6. q. j. illi g, quãuis meritoria ſit humilitas, ſi abſtineat. Et hæc tunc uera, niſi tale crimẽ ſit,
qd impediat executionẽ officij prius pñiam: de quo plene no. ĩ.
de renun. niſi cũ pridẽ. §. j. talis. n. licet phiberi nõ poſſit miniſtra
re in ſuſceptis ordinibus, & ẽt pmoueri ad maiores: qa pctm̃ eſt
occultũ, ut. ĩ. de ſimo. ex tuæ, & ar. 6. q. 1. ſ. c. j. & ij. ſi tñ facit, peccat
vt. j. q. 1. erga ſi. ſi verò eſt modicũ, ſiue mediocre & occultũ, for-
tè non eſt monẽdus, vt abſtineat à ſuſceptione ordinũ. ſi verò eſt
mediocre, & manifeſtũ, ſi conuictus eſt in iudicio vel timore p
bationis confeſſus deponiẽ. 15. qõ. 7. ſi quis. 80. diſt. c. j. ſi verò ope-
ris publicatione, vel ſpontanea confeſſione acta pñia cum eo po
terit miſericorditer agi, qñq; plus, qñq; minus inſpecta pbitate
pſonæ, & aliis circũſtãtiis. 15. q. vj. qs pſbyter. 50. di. pſbyterũ. &
hæc oĩa intelligas, ſi verã pñiam egit. ſecus, ſi ſimulatã. 50. di. ut
cõſtitueretẽ. q̃ aũt ſint enormia, q̃ mediocria, collige. ĩ. de iu. at ſi
cle. ar. cõtra. 81. di. c. j. itẽ de hac materia tractaẽ. 50. di. ſacerdotes
hoc glo. bona eſt, ſed melior eſt illa. ĩ. in verbo, ſi vis. & plus ꝯti-
net, q hic. itẽ nõ hoc iõ pcipit, ꝙ peccat ordines recipiendo: ſed
qa monet eũ ad humilitatẽ, vt ſic magis mereaẽ. & idẽ dicimus,
ꝙ nõ peccat, ſtatim facta ꝯfeſſione, celebrãdo, ſed bonũ ẽ ꝯſiliũ,
ꝙ pro parte ſatiſfaciat. itẽ ſi ius naturale q̃rimus, qd ꝯtineẽ in l.
& euãgelio, nullus criminoſus in crimine mortali exiſtẽ dẽt ce
lebrare, vel Deo offerre: qa iudiciũ ſibi mãducat. & ſacrilegiũ in-
digne bibit, q indigne ſumit. ſi. 49. diſt. c. vlt. 1. q. 1. ſicut Papa, edit,
itẽ cũ his, qui diſpliceret. & c. ſi. 49. diſt. §. j. itẽ ſm idẽ ius naturale
oĩs, q eſt ſine peccato. & Deo placẽs, ſecurè & ſine vlla diſpenſa-
tione offert Deo ſacrificium, ſiue fuerit criminoſus, ſiue non:
quod probatur exemplo Ieſu ſummi ſacerdotis. & Dauid. ſi. 50.
diſt. ponderet, & idẽ ſi 50. di. quid eſt. & c. cũ ex ãtſdiero, & c. domi
no ſancto. itẽ in nouo teſtõ de exẽplo Petri. & Pauli, vt 50. di. põ-
deret, quia ad idẽ. §. ẽ conuerſio: ſed huic iuri naturali ſancti pa-
tres

tres ſuccedentibus tpibus ſubſequētes experti ſimulatas pnias multorū addiderūt ſua ſtatuta, p quę illud reſtrinxerunt, quod licet, i. reſtringere, infra de big. c. 2. videlicet, q nullus criminoſus, quantūcunq; de crimine conuictus de iure cōi, ſi no pœnituerit, non dēret pmoueri, & pmotus deberet deiici, & deiectus non deberet reſtitui. ſi. 50. di. pſbyterū, & c. peruenit ſi prius, vt cōſtitueret ſed p hæc ſtatuta non aufertur ptās platis diſpenſandi cum vere pœnitentibus, & maximè vbi non eſt ſcādalū. 50. di. ut cōſtituere
3 tur, & c. domino ſancto. † Diſcretus tñ ſit platus in diſpenſando, vt attēdat ſcādalū, & puritatem pœnitentię & multa alia, quę Deus, & diſcretio prælati ſibi adminiſtrauerit. cū cauſę aūt cognitione ſummaria danda eſt diſpenſatio. 1. q. 7. diſpenſationes, & c. exigunt, & in multis aliis c. ea. q. nā ſi capti, vel deprehenſi fuerint in aliquo mortali crimine pp ſcādalum, quod eſt i populo, de oblatione taliū ſtatutū eſt, ut nō celebrent. 50. di. de his uero, idē dicimus, ſi conuicti, uel cōfeſſi fuerint. ī. eo. ſi quis dia. ſi eps. & hoc idē eſt, & ſi aliter ſit notoriū. ꝫ. ī. eo. quæſitum, niſi diſpenſetur cū eo. 81. di. miniſtri, 82. diſ. presbyter. q fieri dēt cu vere penitentibus. ī. eo. ſi quis diaconus. à beneficio tñ nō credimus eū debere abſtinere, niſi ſibi pcipiatur, cū tñ in cōſtitutionibus prædictis de officio dicatur, & non de beneficio, ar. ſimile. 40. diſt. diſciplina. ſed in p niam priuabitur beneficio. 81. di. c. ſi qs à modo, & c. ſequen. & c. ſi quis eos. & concordant hic conſtitutiones iuri naturali, vbi dicunt nihil cum ſcandalo alterius faciendū eſt. ī. de no. op. nun. c. 2. ſcādalizātur. n. cū vidēt eos, qui dephenſi ſunt in crimine, vel confeſſi vel cōuicti celebrare. ī. c. proxi. 9. q. 3. abſit, 25. diſt. primū. ſed dices, nonne idem ſcandalū remanet, ſi diſpenſatur? rñ. non cū catholicis, qui credunt claues eccle. ſ. q platiha bent ptātē ligādi, & ſoluēdi, & diſpenſandi. 50. di. ponderet, ut cōſtitueretur. de hereticis aūt, ſi eis ſcandalū generet, non eſt curandū. 11. q. 3. inter uerba. Sed dices, ubi non cognoſcitur, vel vbi neſcitur dephenſio iſta, nō eſt hic ſcandalū. ergo licitè offeret? Rñ. nō poterit, maximè ille, q condemnatus eſt: quia iura ad ea, quæ frequētius accidunt, adaptari ſolent. ff. de leg. nā ad ea. & nō poſſent oēs articuli diſtiniri de iure. ff. de leg. non poſſunt. item pōt dici, & ſi ſcādalū ceſſet, quod ſemel ortum eſt. Et hęc vera ſunt in capitalibus criminibus, & in prædictis caſibus, cum vix, aut nunquam poſſit deprehendi, vel confiteri, vel cōdemnari, quin ſit in ſcandalū, & infamiā, ſed ſi aliter ſit notoriū, puta per rei euidentiā, & ſunt talia, quę facilè hēre poſſunt excuſationē, & inde oriri magnum ſcandalū nō conſueuit, ſicut tenere plures eccleſias habēies curam animarū, ſatis dici pōt, q poſt pniam licitè celebrabit, ar. ſuprà de ele. dudū Ro. vbi requiritur. q tñ tpe electionis nō habuerit plures curas ad hoc, ut electio ualeat. idem, ſi fecit tumultū in conſi. 5. q. 4. in loco. vel ſi fuit excōicatus. 4. q. 1. c. 1. vel contumax. hoc. n. multotiens excuſationem hēt. alii tñ dicunt, q qualitercunque manifeſtus ſit exceſſus, maximè ſi ſcandalū eſt, poſtea nō celebrabit ēt acta pęnitētia, arg. hic, ſubditis tamē eius officiū audient, quouſque ſentētialiter cōdemnetur. 8. q. vl. nonne. ſi. 28. diſt. conſulendū. & ſicut hic nō poteſt celebrare, ita nec
4 eligi: † quia ad hoc, ut ualeat electio, neceſſe eſt, ut poſſit celebrare. infrà de cleri. excōmu. mi. ſi celebrat. & hēs expreſſum de conuicto. ſupra de elect. ſup eo, & de confeſ. ī. de cōfeſ. cū ſuper. & eadē rōne, idē pōt dici de deprehenſo. & ſicut nō pōt eligi ad epatū, ita nec ad alias dignitates, ī. de elec. p inq ſitionē. ſi aūt crimen ſit occultū, quantūcunq; ſit graue, acta pœnitētia, uel par tecius celebrat, ut infrà c. proxi. ī. de apo. c. 2. & hoc ſine ulla diſpēſatione, niſi ſit crimen, quod poſt penitentiam impediat executionem ſine diſpenſatione, ut homicidium, & alia, de quo no. ſuprà de renū. niſi cū pridē. §. 1. irregularis aūt non obtenta diſpēſatione nō celebrauit. 50. diſt. ex pœnitentibus. tamē cū eo, ſi occultū eſt, diſpenſare dēt. ſuprà de renun. niſi cū pridē. §. perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *In ſnīa excōicationis & ſuſpēſionis à ſuo iudice lata ſemp eſt obediendum.*
2 *A ſententia mandati grauatus appellare debet infra x. dies.*
3 *Ad cautelam eorum, quæ fieri poſſunt, aliquid faciendum, uel omittendū eſt.*

CAP. V.

AD aures. [Debitā] ar. ꝫ. ī. eo. c. pxi. So. hic de regulari loquitur, q nō hēt uelle, nec nolle. ra. q. i. nolo, & c. nō dicatis. ibi de ſeculari, q nō eſt ita aſtrictus in obediētia. uel hoc factū eſt pp ſcandalum, qd ibi nō erat. uel is, de quo loquitur in decre. ſuperior habebat ius petēdi ordinē rōne tituli, vel dignitatis, q hēbat: unde non poterat ſine cauſa prohiberi at hic non erat intitulatus: unde abſque cāæ cognitione poterit prohiberi, argu. ī. de ſpō. pterea. 2. vel dic q ordinator & platus ſuus eū prohibere pōt, ut hic:
1 ſed alius nō, vt in ꝯtrio. ſ. pniarius, & ſic loqtur pxi. c. † Tuitus] ar. pro obediētia. c. di ꝯ morē. 8. q. 1. ſciendū. ff. de re mil. in bello. & l. 3. 11. q. 3. abſit. arg. ꝯ. 12. q. 2. non liceat. 15. q. 6. iuratores. 11. q. 3. nō ſemp C. de decu. oēs So. in ſnīa excōicationis, & ſuſpēſionis a ſuo iudice lata ſemper eſt obediendum. 11. q. 3. ſnīa paſtoris, & c. ſi epiſcopus forte, niſi in caſibus. ī. de ſnīa excō. per tuas, & c. inquiſitioni. in ſnīa diffinitiua & interlocutoria, dūmō ſeruetur in eis ordo, neceſſe eſt uel obedire, uel appellare. C. ut pe. cā. 1. vlti. Ipſe pro aūt, qd ſit extra iudiciū & ſine cāæ cognitione, ſi no ſpectat ad officiū ſuū, nō tenet ei parere. 7. q. 1. frater, & hic. ſi vero pcipit, qd eſt malū, nō parebit. 11. q. 3. qui reſiſtit, & c. ſi dñs, & c. Iul. ſed ſi dubitat, parebit, & excuſat a pcō pp bonū obediētiæ. 23. q. 1. quid
2 culpatur. † Ab hac ſnīa mandati, ſi quis ſenſerit ſe grauari, bonū eſt appellare. ī. 10. dies. ī. de appel. ad audiētiā, de priore, pfuit. C. de appel. ſi a ſnīa, & l. ſi, qui. ſed neceſſe eſt aſſignare iuſtā cām ap. arg. ī. de of. ordina. licet. ī. de ap. ad nřam. cāæ aūt cognitio nō eſt neceſſaria uani. n. capitis eſſet, qui diceret platū nō poſſe præcipere ſine cāæ cognitione, & maximè p his quæ ptinēt ad ſuū officiu. 7. q. 1. frater. Hic aūt dicūt quidā, q ſi platus aliqua deberet facere cū capitulo, ſicut ſūt magna negotia, licet ſecurius ſit appellare: tñ & ſi nō appellet, non tenetur illo præcepto, ſicut ſi pciperet eps, q aliquis aliquod offi ciū acciperet, puta œconomatum, vel uicedominatum, uel cōſimilia. 2. q. 6. ei qui, vel ſi nominationes. 74. di. geſta. vbi Honoratus nō obediēs epo ſuo in ſuſceptione ordinis ēt citra appellationē auditur, de hoc no. ī. de his, q fiūt à maiori par. cap. c. 1. [miniſterio] 23. q. 4. ſicut excel. [ſcandalo.] 54. diſt. generalis. 28. q. 1. uxor. 12. di. illa. arg. contrà. 10. q. 1. iā nūc. 11. q. 3. inter verba. ī. de reg. iur. qui ſcādalizauerit. Sol. pro vitando ſcandalo rigor iuſtitiæ omittitur, ſed peccatū non per-
3 petratur. 11. q. 3. quid ergo. † Eſſe poteſt] no. aliquid faciendū, uel omittendum ad cautelam eorum, quæ fieri poſſunt 32. q. 1. dixit dominus. ff. de nego. geſt. diuortii. ff. de his, qui deie. uel effu. l. ſi verò. §. prætor. ff. de damno. īfec. qui bona. §. qui ſtipulatus. infrà. de ſer. non ordi. inſtruendi.

CAP. VI.

SI archiepiſcopus. [Ordinandum]. i. conſecrandū [oībus]. ff. de aqua plu. ar. in concedendo. 8. q. 1. licet. 66. diſt. c. 1. C. de auto. præſ. l. vl. C. de oī agro deſerto. l. quicunq; li. 11. [ordinetur]. i. conſecretur [iuſſu] ſi archiepiſcopus uiuit: nā, ſi mortuus eſſet, ipſi ſua auctoritate poſſent. 64. di. quia [ordinari]. i. conſecrari: ſed melius. 2. q. 7. accuſatio. c. 1. [ſed ipſe] archieps. cum omnib. ſuffraganeis [eum] epiſcopū [elegerit] ſi ad eū pertinet electio [uel]. i. examinauerit, & examinatū approbauerit.

SVMMARIVM.

1 *Si in conſecratione archiepiſcopi obiiciatur ei aliquid, quis erit iudex.*
2 *Cuius interſit uocare ſuffraganeos ad conſecrationem archiepiſcopi, uel epiſcopi, mortuo archiepiſcopo.*

CAP. VII.

NEc epiſcopi [maiori] 65. diſt. c. 1. & 2. & 3. ff. de pac. maiorē. ff. ad munici. qd maior [numero] forte quia ſi proponatur aliud contra eū, & etiā probatum, maiori parti videtur contra eū tale crimen, q eū à promotione repellit, in ueritate ſtare debet archiepiſcopus ſnīæ maioris partis: ſed & ſi eā non ſequitur, ſed minorē, tenebit ſnīa archiepi. non. n. requiritur hic cōſenſus ſuffraganeorū tanquā eorū, qui ius ei tribuant in epatu, ſed tanquā cōſiliariorū. ſed quid ſi non uocentur oēs, ſed tres tñ? dicimus, q neceſſe eſt uocare duas partes. ff. de decre. ab or. fa. l. 3. & no. ſupra de elec. cū nobis, & c. eccleſia veſtra, licet alī aliter dicāt. nec mireris, quia ſunt conſiliarii neceſſitatis, ſicut illi, de quibus ha
1 bes. ī. de elec. cū in ueteri. † in conſecratione aūt archiepi ſi contingat ei aliquid obiici, non audient ſuffraganei, qui conuenerūt ad conſecrationem, cū ipſe ſuper eos ſit, & in eis iuriſdictionem habeat ex cōfirmatione. ī. de elec. ſuffraganeis, & c. tranſmiſſam. 21. di. inferior, & eſt quaſi expreſſum arg. ī. d pbē. graue. ſed ad Pa
2 pam, vel aliū ſuperiorē remittetur negociū. † Sed quis uocabit ſuffraganeos ad cōſecrationē archiepi, uel etiā epōrum mortuo archiepō? quidā dicunt capitulū archiepalis eccleſię, ar. ī. de here. ad abolēdā. ſed melius credimus cōſiliū ſuffraganeorū. 63. diſt. ſi forte. Itē credimus, q primatis aſſenſus requirendus eſt in conſecratione epōrū ſubditorū archiepō. ſed & ſi ſine aſſenſu eius fiat, recipit executionē, cū nullā iuriſdictionē ſuper eos habeat, nec plus iuris in eis habet, quàm in canonibus ꝯceditur 9. q. 3. ꝯqueſti. nec obſtat 65. di. placuit. ubi dr, q primas requiri dēt. ſed dicūt qdā illud c. loqui tñ in ſubditis primatis. alii tamē dicunt, & forte bene, q ēt cōſecratio aliorū non tenet ſine primate: qa cū hoc factū magnū ſit, & qd totā prouinciā tangit, & ipſe ſit caput prouinciæ, ſine eo executionē non recipit conſecratus: & ſic videtur loqui c. pręallegatum, placuit. Itē credimus, q ſi aliquis epōrum contemnatur in conſecratione archiepiſcopi, vel epiſcoporū, q poterit agere, vt priuetur executione officii, ſicut in electione agitur, ut caſſetur. ſupra de elec. quod ſicut, & c. cū in veteri. ī. de arb. cū olim. 63. di. non dēt, & ēt grauior pœnitētia poterit ſibi imponi. de hac materia ſatis habetur. 18. & 63. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinanda alios qui deliquit, non reſtituere, vel cum eis diſpenſare non poteſt.*

CAP. VIII.

Vm quidam, [Expertes] per ſententiã, non ipſo iure [apud nos] ipſe. n. q deliquit eos ordinando, eos reſtituere non põt, uel cũ eis diſpenſare ſed alius. l. ſucceſſor eius, bene poſſet cũ eis diſpenſare, vel archiepiſcopus intra eod. cõſultationi. cũ cõdẽnatis autẽ a ſe bene põt diſpenſare, arg. j. de cle. comu. diuertis. 1. q. 5. c. 2. vel dic melius, ꝙ auctoritate dele. proceſſit archiepiſcopus & dic ꝙ nec ordinator, nec ſucceſſor poſſet cũ eo diſpenſare, vt hic ar. cõtrà infrà eo. conſultationi. ſol. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Non debet epiſcopus Græcus contra ritus ſuos ordinare, neque Latinus contra ſuos.*

2 *Ordinatus a Græco, & vtens matrimonio contracto, ſecundum Græcos, an ſit tolerandus inter Latinos.*

CAP. IX.

Vum ſecundum &c. [Inſtitutionis] Græci enim epi extra quatuor tpa conferunt ſacros ordines Græcis clericis: ſed Latinis non cõferebãt niſi in quatuor tẽporibus. & eodẽ mõ faciebãt epi Latini & hoc prohibet. uult. n.

1 quod quiſque vnã ſolã & propriã conſuetudinẽ obſeruet.† [Nolumus] j. eo. c. tranſlationem, cõtra ſo. hic nõ prohibet ordinari Græcos a Latinis. vel e cõuerſo: ſed prohibet commixtiones, & conſuetudines rituũ obſeruari in ordinibus idest, ꝙ eps Græcus ſecundũ ritus ſuos, puta extra quatuor tẽpora, vel alios conſimiles ordinat clericũ Latinũ, & eodẽ modo nec Latinus dẽt ordinare Græcũ contra ritus ſuos approbatos. & ita quotieſcunq; ritus ſunt contrarij, nunquã dẽt ordines dare, quia ſi ordinat contra ſuũ ritum, peccat. ſi vero ſeruat ritũ ſuum, & facit cõtra ritũ ordinandorũ, nec hoc licet. Vel dic, ꝙ licet prohibeatur facere, vt hic, tñ factum tolleratur, vt in contrario, & no. ꝙ ordinatus à Græco, & utens matrimonio contracto ſecundũ Græcos in ſacris ordinibus, ſi breuem morã tracturus ſit apud Latinos, tolerandus eſt vtens contracto matrimonio: ſi vero longam morã traheret, non eſſet tollerandum pp ſcãdalum, & nunquã dẽt ſibi dari eccleſia Latinorũ, niſi primo cõtinentiã pmittat. Latinus aũt nec apud Græcos, nec apud Latinos matrimonio vtet ꝯcto.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtatare quis proprie dicatur.*

2 *Corona clericalis non eſt de ſubſtantia ordinis.*

CAP. X.

X parte [Dubitaſti] cã dubitationis fuit, q hic clericus videbatur apoſtata, & ideo non admittendus ad legitimos actus 3. q. 4. beatus, & ſic multo fortius vt a ſpiritualibus ſuſpenſus. j. q ñ. ſint le. per venerabilem. nec abbas põt diſpenſare cum ſuſpenſis, ar-

1 gu. j. de elec. cum inter R. j. de cle. excõ. mi. poſtulaſti: ſed dic, † ꝙ propriè nõ dñr apoſtatare, niſi qui legẽ Chriſtianã dimittunt. 3. q. 4. beatus 26. q. vlt. non obſeruetis: & qui relicta profeſſione quã dimmittere nõ licet, dimittunt ſine cã. 50. diſt. ca. vlt. ſed coronã

2 dimittere licet. j. de cleri. coniu. Ioannes† & ita apparet non eſſe de ſubſtãtia ordinis. [Exequi] ſi monaſterium, ad quod trãſiuit, erat arctius, quàm primũ, non peccauit, & ſine diſpenſatione põt promoueri. j. de reg. licet alioquin cum peccaret, non poſſet eſſe niſi manifeſtum peccatũ ſupra de tranſla. quanto, ſine diſpenſatione non poteſt promoueri nobis bene videtur, ꝙ potius eſſe occultum, ꝙ monachus albus fuerit, & ꝙ idẽ morã fecerit in monaſterium nigrorum. & non eſt ſimile de epo, q eũ multis tranſit ĩ turba, & ĩ monacho. q ſtat occultè, & habitu mutato ĩcedit.

SVMMARIVM.

1 *Mos eccleſiæ, ad quam quis ordinatur, ſeruari, debet, non ritus ordinãtis.*

CAP. XI.

Vod tranſlationem. [Ordinatꝰ] 9. q. 2. c. Lugdune. 71. di. c. 1. 2. & 3. [vel licentia] cum ex hoc loco appareat tollerari Latinũ ordinatũ a Græco, non attendatur quantum hoc vt poſſit matrimonio ꝯcto vti, ꝙ ordinator fuerit Græcus, vel Latinus, ſed eccleſia, ad quã ordinatur, cuius more ſeruare debet, 8. diſt. quæ contra, & eum, q ordines dari mãdas, vt hic. ſi. autẽ non ordinat ad certam eccleſiam: ritum ordinationis ſeruabit. j. de præben. cũ ſecundum [clericos] etiam Græcos [tolleratur] & hæc eſt tolleratio ratione ſcandali, vel multitudinis. 23. q. 4. non poteſt ſupra eo. lan. vel aliter, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Ordinum collatione quæritur iuriſdictio in ordinato.*

CAP. XII.

Vm in diſtribuẽdis. [Subdia.] priuilegia ſubdi. Papæ ſũt 2. q. 4. præſul. j. de maiori. & obe. per tuas. ſi de albo. ſcil. l. vlt. in alijs autẽ ordinatoribus non eſt neceſſe, ꝙ ordinatus ab uno obtineat ab eo licentiã, vt ordinetur ab alio, imo ſine licentia põt ab alio ordinari, dũmodo ſit clericus eius, & aliud non ſit impedimentũ, vt no. j. de cle. pere. c. j. & j. de præben. cum iã dudũ. Et benè fatemur, ꝙ in ordinũ collatione quæritur iuriſdictio in ordinato, vnde alius non poteſt eum ordinare ſine licẽtia eius. 73. di. c. vl. niſi primo fieret de iuriſdictione eius, puta quia ſub eo beneficiũ quæreret, quia tunc ratione beneficij poſſet cum ordine. Itẽ hic colligitur, ꝙ nõ põt deponi niſi per Papam, ſicut nec p aliũ ordinari, ar. 9. q. 3. nullus primas, & c. ſe. & ſecudũ quoſdã nec perpetuo ſuſpendi [mandaremus] hoc fit per excellentiam conferentis ordinem fallit hæc regula, quæ eſt. 9. quæſtione. 2. nullus primas, arg. de conſe. diſt. 1. c. vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Quo tempore ſint facienda ordinationes, & nunquid de nocte fieri poſſint, habes in num. 2.*

CAP. XIII.

Iteras recepimus. [Ieiunio] cõtinuato ieiunio ab ordinatore, & ordinato. unde ſi celebrat in die ſabbati, nihil ſumat niſi corpus & ſanguinẽ [continuato] ordinationes faciendæ ſunt in ſex tpibus, anni. 76. diſt. c. 3. & ſunt faciendæ in ſabbato, nõ alio die. ſupra eo. de eo. vel dominica ſequenti cõtinua-

1 to ieiunio 75. di. qđ à patribus.† Et poſſunt in nocte paſchali ordinationes fieri. in alijs autem noctibus non poſſunt, cũ nec miſſa ibi debeat celebrari, io prædicto. c. quod a patribus itẽ quæſitio die dominico, eſt ea ratione, quia mane diei dñicæ lectione canonica trahitur ad veſperã diei ſabbati. vel ad diem ſabbati. Huguccio ordinationes dixit faciendas die dñica, & quæ fiunt in ſabbato, fiunt in nocte fictione canonica, quia ueſpera diei ſabbati trahitur ad mane diei dominicæ: ſed prius dictum magis placet. ſi enim ordinationes die dominico faciendæ eſſent, quare continuaret ieiunium, cũ bene reputandus eſſet ieiunus, ſi die dominica nõ comediſſet et ſine aliqua continuatione diei ſabbati cõſecrationes autẽ tñ diebus dñicis fieri debent. 75. diſt. c. 1. & c. q die. hic dixerũt aliqui, ꝙ eadem dñica poſſet recipere ordinationem, & cõſecrationẽ epalem: ſed certè hoc de noſtro cõſilio nõ facit. Nec ualet rõ eorum, ſ. quia cũ dies dominicus, & dies ſabbati fingantur vnus dies, & die ſabbati poſſit ordinem ſacerdotis recipere, & die dominica conſecrationẽ, eadem rõne in die dñica vtrunque recipere põt ideo nõ ualet prædicta argumentatio, q nec ordinẽ nec ꝯſecrationẽ dẽt recipere ſine miſſa, ſed in die dñico non põt qs duas miſſas celebrare, vel dic & melius, ꝙ nõ fingit vnus dies pp cõſecrationẽ. vnde dicimus, ꝙ bene licet ordinato in die ſabbati in ſacerdotẽ aliquid comedere, & ꝑ in dñica conſecrationem recipere [neceſſitatis] q. d. non expedit ſic continuare ieiuniũ. & die dominica conferre ordinem, niſi neceſſitas adſit, fortè quia ſabbato eum inualit infirmitas, vel tarde venit. ita, quod ſabbato non potuit ordines conferre.

SVMMARIVM.

1 *Virginitas non eſt voti, ſed præcepti.*

2 *Ingreſſus monaſterium ante. 14. annos, non eſt monachus.*

CAP. XIIII.

El nõ eſt cõpos. [Sui] epiſcopus ꝯuentus. [ſacrorũ] 77. diſt. placuit. cps, inuenit. [Ad ætatem] ſi, ergo ætas nõ eſt de ſubſtãtia, ſed ſi ꝯdixit ſtatim poſt ſuſceptionẽ ordinis, & pſeuerauerit in ꝯdictione vſq; ad finẽ 14. ann. vel ſi ꝯdixit ſtatim poſt finẽ 14. anni, ꝯhere põt matrimoniũ, ar. 20. q. 1. illud j. de regula ad audientiã: q a virginitas eſt voti, & nõ pcepti. 32. q. 1. integritas. item hoc ex eo ſatis probatur, quia et ſi vellet ante legitimã ætatem, nõ poſſet ſe adſtringere voto expreſſo ad ꝯtinentiã 20. q. 1. c. 1. ergo multo fortius, nec voto non expreſſo, ſ. per ſuſceptionẽ ordinis. nec tamen vr alıquibus, ꝙ hoc neceſſariũ ſit interrogare ordinatũ, ſicut neceſſe eſt interrogare ingreſſum in monaſterium. vt no. j. de re. c. 1. & eſt ratio diuerſitatis, quia hic,

2 licet minor, tã ordinem habet, vt hic. † Et ideò de facili expreſſe & tacite votũ ordini ex conſtitutione annexũ introducitur. ſed ingreſſus monaſteriũ nõ eſt monachus ante 14. annos, & ideo non introducitur votum ſine expreſſa interrogatione, vel alia ratificatione. & idem eſt in matrimonio. j. de deſpon. impu. atteſtationes. [inluſtriam] 70. diſt. c. 1. 16. q. 7. decernimus.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulationes epiſcoporum admittit archiepiſcopus. item diſpenſare poteſt cum clerico electo, qui debuit poſtulari.*

2 *Non licet epiſcopo diſpenſare, niſi vbi conceſſum inueniatur, & vide in numero 5.*

3 *Epiſcopus diſpenſat cum accipientibus ordines extra quatuor tempora, & etiam in multis alijs caſibus, vt hic habes.*

4 *Diſpenſationis diffinitionem habes hic.*

Ilectus filius Guil. [Canonicus] hic põt colligi pęna, quã Papa imponit electo ſic ordinato, quia ipſum ſuſpẽdit an epatu illo perpetuo, quod ex eo apparet, q a hic eũ

ſimplicem

ſimplicē canonicū, & non ep̄m. vel etiā electū appellat. [Elege-
1 runt] & male, cū eſſet poſtulandus archieps̄. † No. ꝙ archieps̄ po
ſtulationes epiſcoporū admittit. item ꝙ archieps̄ pōt diſpenſa-
re tacitè & expreſſè cū clerico electo, q̄ debuit poſtulari. nā hic
cū Papa hoc ſciret, nō ex hac cauſa venit ꝯ electionē. ſed poſſet
reſpōderi, ꝙ in nullo uenitur ꝯ electionē, vel electū, ſed tm̄ ꝯ or
dinatorē, & ideo de eo mētionē nō fecit. [Trecen.] ſuo ſuffraga
neo [perfecit] nō dicebat Trecen. [cōſtiterit] partis aſſertione, ſ.
Trecen. ep̄i [ep̄m] Trecen. [cōfeſſus] lingonen. tamē dicebat co
2 trariū. † [Diſpenſatio] no. non licere diſpenſare ep̄o, niſi vbi in-
uenitur conceſſum. arg. ꝯ. j. de ſen. excō. nuper. ſed pōt dici, ep̄o
nō licere diſpenſare in his, quæ pertinēt ad generale ſtatū eccle
ſiæ, niſi vbi inuenitur expreſſum, vt hic, ar. ſupra e. ſanè. in crimi
nibus autē licet ſemper ep̄o diſpēſare, niſi prohibeatur, & ſic lo-
quitur ꝯ. vel dic nō licere ep̄o diſpenſare ſuper faciendo, ſ. vt ali-
quid fiat ꝯ canones, niſi vbi permittitur a iure, vt hic. ſupra de cō
ſti. c. j. niſi ꝯtra ꝯſuetudine & præſcripta eſſet eis derogatū. ſupra
de conſuet. c. vlt. ſuper eo autē, quod factū eſt, ſemp diſpenſare
pōt, vt tolleretur, niſi prohibeatur, vt in ꝯrio, arg. ad hoc. 21. q. 5.
vē. & dicit & ſorte melius, ꝙ vbi ius concedit diſpenſationē ſim
pliciter ep̄s diſpenſare pōt, & ſic loquitur. j. de ſentē. excō. nuper.
infra de cleri. ex. mi. poſtulaſti. ſi autē diſpenſatio nō conceditur
a canone, nunquā ep̄s pōt diſpenſare, vt hic, & ſi in canone non
inuenitur, ꝙ Papa diſpenſet, infra de cōſan. & affi. ꝙ dilecto. 35.
q. 6. quod ſcripſi. arg. ad hoc, quia cū ep̄i debeāt ſeruare canones,
non debēt cōtrafacere, niſi expreſſè concedatur. 25. q. j. ca. j. 2. &
3 3. & 4. & ſeq. † [Diſpenſatio] diſpenſatio permittitur ep̄o cū his,
q accipiunt ordines extra quatuor tēpora. j. eo. conſultationi. qđ
nō placet, vt no. in gl. ſupra prohibetur, &c. item ꝙ quis habeat
duas eccleſias intitulatas. 70. diſt. ſanctorū. aliqui tñ dicunt, ꝙ in
hoc nō eſt neceſſaria diſpēſatio, vt no. infra de præbē. cū iam du-
dū. quia de iure cōmuni poſſunt eas habere. nec p̄dictū c. dicit, ꝙ
neceſſaria ſit diſpēſatio, ſed diſpoſitio. itē cū ordinato ab alieno
ep̄o. 70. diſt. c. j. 2. & 3. & 9. q. 2. Lugdunē. item cū eo, q ſuſcepit or
dinem ignoráter ab eo, q renūciauit dignitati ep̄ali, infra de eo,
q re. or. ep̄i. c. j. item cū eo q ſuſcepit ignoranter ordinem ab ex-
cōmunicato, j. de eo qui re. or. c. 2. itē diſpenſat cū eo q eſt. 14. an
no. ad dignitates, infra de æta. iudiciorū. Item diſpenſat cū eo, q
eſt in minorib. ad dignitates, infra de æta. prætérea. Item cū adul
tero, & minoribus criminib. irretito poſt penitentiā, infra de iu-
di. at ſi clerici. §. de adulteriis. item cū eo, q facit duellū, infra de
cor. viti. c. j. item cū apoſtatis, infra de apo. c. 2. item cū eo, q plu-
res cōcubinas habuit, infra de biga. quia. itē cū eo, q inſtitutus in
eccleſia ab eo, qui inſtituere nō poterat, infra de clerici. pere. c. vl
ti. item cū his, q in ſacris ordinibus cōſtituti matrimoniū cōtra
hunt, infra de cleri. coniu. ſane ſacerdotes. Item cū regularibus,
vt poſſint in ſecularibus eccleſiis miniſtrare. infra de ſta. mo. ꝙ
Dei timorē. item cū diacono, qui verberauit clericū, & ſponſa-
lia cōtraxit. infra qui cle. vel vo. c. j. & cū pugnantib. in duello. in-
fra de cle. pug. in du. c. j. & ſi tamē inde nō proueniat homicidiū,
vel diminutio membrorū, ſed & tunc pōt diſpenſare in benefi-
cio, infra de cle. pug. in du. c. 2. item in beneficio cū clerico excō
municato miniſtrante in beneficio, infra de cleri. ex. mini. poſtu
laſtis, in prin. & ca. 2. item cū clerico per ſaltū promoto. infra de
cle. per ſal. pro. c. j. item cū clerico nō ordinato miniſtrante. j. de
cle. nō or. c. j. item cū clerico furtiuè ſuſcipiēte ordines, infra de
eo qui fur. or. ſuſ. c. j. & vlt. ſalua diſtinctione ibi poſita. itē ꝙ reli-
gioſus ad miriorem ordinē tranſeat, j. de regu. ſignificatū. Item
in cōmutatione præbendarū, de re. permu. quæſitū. item cū eo,
qui bigamū ordinauit, infra de biga. c. 2. & idem ītelligo, ſi alios
irregulares ordinent. Adde & aliū caſum, infra de presbytero,
vel diacono in caſu nō conceſſo librū, vel calicē eccleſiæ alienā
te, vt 58. diſt. ſiquis presbyter. vbi dicit, ꝙ talis ab adminiſtratio
ne eccleſiæ dēt remoueri, in iudicio tamē epiſcopi dimittitur, ſi
4 cū eo voluerit diſpenſare. † [Diſpenſatio] eſt iuris cōmunis rela
xatio facta cū cauſæ cognitione ab eo, qui poteſtatē habet diſpē
5 ſandi. † Et no. ꝙ epiſcopi nō poſſunt diſpenſare, niſi vbi eſt cōceſ-
ſa à iure diſpēſatio. nec ſolū nō poſſunt diſpēſare ꝯ iura cōdita a
Papa, nec aliis ſuperioribus, ſed nec ꝯ iura, quę ipſi idem fece-
runt. Adde nec ꝯ approbatas cōſuetudines, licet ipſi poſſint tol-
lere & interpretari. ex quo enim leges fecit epiſcopus, vel cōſue
tudinē, & ius alicui eſt quæſitū ex illo iure, nō pōt ei ius quæſitū
tollere, & quod quiſq; iuris in aliū &c. patere legē, quā tu ipſe tu
leris. ſupra de conſti. cū omnes. nec etiam ante, quā quæratur ius
ex ea, poteſt epiſcopus diſpenſare, quod quis in eam nō incidat,
cū non facta ſit ſpeciali cōmodo alicuius, ſed pro cōmuni. 4. diſt.
erit. In penis autē imponendis, licet in eis qualitas perſonarū &
honeſtas attendenda ſit. ff. de pę. aut facta, & illis inſpectis aliquan
do grauior, aliquando minor pęna imponenda ſit, non tamē di-
citur, ibi diſpenſare, quia de iure cōmuni inferuntur. ff. de his, q
no. infa. qd ergo. §. pęna. C. eo. ti. ſi poſt. ex hoc etiā inde apparet,
ꝙ poſt ſententiā nō pōt eā diminuere. j. q. 3. §. notandū, verſ pę-
næ. aliquādo p̄hibetur ep̄o diſpenſare, ꝙ aliquis vno die recipiat
plures ſacros ordines, ut hic. ſed poſt ſuſceptos cū ſuſcipiēte di-
ſpēſare poſſet, cū nō p̄hibeat. itē cū eo, q ordinauit, & q ordina-
tus eſt in die, quo nō debuit. ſ. eo. cū quidā, & ar. huius c. dilec. &
præall. c. cū quidā. vř melius dici, qđ dicit in p̄cedenti caſu, ſ. quā
do plures ſacros ordines eode die accepit, ꝙ ep̄s non poſſit diſpē
ſare. itē cū minore. 14. ann. ad dignitates. j. de æta. indecorū. itē
cū homicida. 50. diſt. miror. itē cū filiis illegitimis ad dignitates,
p̄ſonatus, & beneficia habētia curā aīarū. j. de fil. presb. c. ult. & pe
nul. itē cū corpore uitiatis. 50. diſt. nemo. 55. diſt. ſi qs. ar. cōtra j.
de cor. uiti. ſignif. cauit, itē cū bigamis, & uiduarum maritis. j. de
biga. c. 2. 24. diſt. lector. itē cū eo, q duas uxores duxit de facto, uel
ſcđas nuptias de facto ꝯxit. j. de biga. nup. itē cū his, q duellū fece
rūt, unde ſecutū eſt homicidiū, uel diminutio mēbrorū. j. d cle.
pug. in du. c. 2. & nō ſolū non diſpenſatur cū his, qui faciunt duel
lū, ſed nec cū his, qui faciūt fieri. j. de cle. pu. in du. c. a. 2. itē cū his,
qui ſcienter in excomunicatione poſiti ſe fecerūt ad ordinem
p̄mouert, ſiue ſciebāt ius, ꝙ tales denunciat excōmunicatos, ſi
ue ignorabāt ius. imo plus dicimus, ꝙ ſi ſuum factū ignorabant,
quādo ſe p̄mouert fecerūt. puta ſe uerberaſſe clericū, qa in cul-
pa nō fuit, nō pōt ep̄s cū eis diſpēſare. j. de ſen. exc. cū illorū. itē
cū eo, qui de iniuſta excōicatione conqueritur in iudicio ſecula
ri. 21. q. 6. c. pen. itē cū ſimoniacis in ordine. j. de ſimon. de ſimo-
niacis. itē cum infamibus. 2. q. 3. § huic colligitur, ut hoc ibi no-
ta. & in §. notandū. Item cum nouitio, vel cum homine alterius
profeſſionis, vt ſ. at abbas. ſ. de ele. off. c. ij. Item vt quis in vna ec-
cleſia habeat duas p̄bendas. j. de cōceſ. p̄ben. literas. Itē cum pe-
nitus illiteratis, vt ſunt clerici, & cū ſolēniter pœnitentibus. 50.
diſt. nō confidat. Item cum ſeruis & obligatis certis conditioni-
bus tantum, vt in eodē cap. non confidat. 54. diſt. per torū. tamen
ſeruata diſtinctione quæ eſt infra de ſer. no or. c. 2. itē nec cū obli
gatis ad ratiocinia, infra dę obliga. ad ratiocin. c. j. ſeruata tamē
diſtinctione ibi poſita. itē non pōt diſpenſare, vt ſine aliquo inter
uallo ep̄s quis maiores ordines aſſumat, ut in præallega. c. non
confidat, & hic. minores aūt ordines ſimul & ſine interuallo di-
ſpenſatiue conferre pōt. ſ. de tēpo. ord. de eo. [Suſpendimus] qa
non fuit actū contra epiſcopū. ideo tam modica pœnitentia im
ponitur ei, & no. de hoc. ſ. de elec. p inquiſitionē. vel miſericordi
ter egit cū eo dn̄s Papa: fuit n. ſpōtè ꝯfeſſus. 15. q. vlt. c. 1. & c. ſi qs.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus, an poſſit diſpenſare cum accipiente ordines extra quatuor tempora.*

CAP. XVI.

1 a COnſultationi. [Suſtinere.] Hic habes, † ꝙ archiepiſcopus[a] poteſt diſpenſare cum eo, qui accepit or. extra quatuor tempora: quidam tamen dicunt, ꝙ hoc fecit ex ſpeciali mandato Papæ, arg. ſupra eo. cum quidam.

ADDITIO.

a ¶Archiepiſcopus. Circa hoc adde, ꝙ Innoc. in c. dilectus ſupra e in glo. in verſ. prohibetur, videtur tenere, ꝙ ſolus Papa circa hoc diſpenſat, & idem Specu. in tit. de le. §. nunc oſtendendum. verſ. 58. & Ray. in ſua ſumma, in tit. de leg. §. in ſumma. & dictum Innocen. hic. & frater Ioan. in ſumma confeſſionum in titu. de ætate. ordi. q. 36. & Ray. in loco præalleg. intelligunt verum in ordinibus ſuſceptis, quia in eis poterit impoſita pœnitentia diſpenſare, ſecùs autem de ordinibus ſuſcipiendis, ita prædicta refert Henric. Bohic, col. 5. verſicu. tertio modo. Et de hac materia dicit tenendum, quod notat Hoſtien. hic in ſumma, in §. h. verſi. per prælatum, cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Scandalum facit ceſſare ſacerdotem a diuinis, & an poſt penitentiam.*

CAP. XVII.

1 QVæſitum. [eſt notoria] Not. pp † ſcandalum ſacerdotem ceſſari. 50. diſt. de his vero. [Impediri] licite. n. iſti miniſtrāt poſt pœnitentiam, ſed ante penitentiam non miniſtrāt ſine peccato. itē videtur ꝙ in quolibet peccato mortali ꝙ videtur notorium licet ſubditis abſtinere ab horum officiis, vbi nullum inde prouenit ſcandalum: ſed ob hoc facit, ut peccatorum confuſus penitentiam agat, ſed ſi ſcandalum inde proueniturum timeretur, vel ſi crederet ſacramenta minoris efficaciæ, hoc non licet. j. de coha. cle. & mulie. veſtra.

De ſcrutinio in ordine faciendo. Rubri. 13.

CAP. I.

EX parte tua. [diac.] 34. di. quādo [Et ſcit] ecce mirabilis reſpō. cū eū non nouerit. ex quo videt eum a bonis pretentari, & nihil mali ſcit de eo, rectè ſic teſtificatur. j. de præſump. dudū [Dignum] j. de præſump. dudū. 86. diſt. ſi qs vero. ff. de reg. iu. ſi infirmus. ff. de manu. teſt. ſeruus. ff. de leg. 2. cum pater. §. rogo. argu. contra. C. de his, qui ue. æta. impe. l. iij. C. de proba. ex piona. ff. de magiſtra.

coue.l.j.§. magiſtratus, infra de ſenten. excom. cum deſideres. §.2.30.q.5.aliter. de conſe.di.4.paruulos.57.di.c.j.J.deſpon. iuuenis.[Nũciare] ſed ſi Metropolitanus voluerit deſiſtere propter eius dictũ, dẽt obtinere a Metropo. ꝙ ſe abſente faciat prædictã ordinationẽ.ſed ſi nõ põt obtinere, dẽt prędicta verba dicere,ar. J.de offi.dele.paſtoralis.§.pe.vnde credimus, ꝙ ſi ſui abſentia obtinere nõ põt de facto, vel ſine ſcandalo, ꝙ prædicta verba dicere dẽt.agit.n.hic vt miniſter, nõ vt ipſe.25.q.5. miniſter. & eccleſia, quæ nihil dẽt ſcire de occultis, per eũ loquitur, & teſtificari dicitur,non ipſe. ſi autẽ præſens eſſet,nõ conſulerem ſibi, ꝙ aliquo modo poſtponeret ſupradicta verba dicere, cum ſic omittendo,licet tacitè, publicaret crimen fratris.

De ordinatis ab epiſcopo, qui reſignauit epiſcopatui. Rubri. 14.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſaria eſt diſpẽſatio,ubi quis ordinatus eſt ab eo,qui ordinare nõ potuit.*

CAP. I.

REquiſiuit. [Dignitati] idẽ,qđ hic appellat renũciare dignitati, J. de renũ. poſt tranſlationẽ,vĩ appellauit renũciare ordini,i. executioni ordinis,vel dignitatis. & ſub hoc cõtinetᷓ collatio ordinũ ſacrorũ, vbi ei renunciaſſe videatᷓ,quia nõ põt cõferre ſacros ordines,qui dignitati,vel ordini renũciauit[ẽpis.]59.di. quũ videmus. [Execu-
1 tionẽ] ſed characterẽ ſic[craſſa].ff.de iu.& fa.ign.regula.§.j.†[Diſpẽſare]eſt neceſſaria diſpẽſatio,licet nullo modo culpabilis fuerit ordinatus pp executionẽ,quã dare nõ potuit,qa nõ habebat.1.q.j.ſtatuimus.1.q.7.Daibertũ.hoc nõ placet. ſed ideo eſt neceſſaria diſpenſatio,qa nõ poterat eſſe ſine ſuſpitione ſnĩa.vel dic, ꝙ hic ordinatus ignorãter patitur pœnã ſine culpa.ſed nõ ſine cã,vt homines ſint cauti,a quib.recipiunt ordines,& in vituperiũ ordinãtiũ.& de hoc oo.J.de ſchiſma. c.j. plus placet, ꝙ in his neceſſaria eſt diſpẽſatio,qa ſemp ſuſpecti ſunt de ſciẽ, ſi certũ eſſet de igno-
a rãtia.nõ eſt neceſſaria a diſpẽſatio. 19.q.1.ordinationes.J. de cleri. excõi.miniſtrãte. vel dic, ꝙ hoc non ſtatuitur ſine cauſa, licet ſine culpa ordinati. cauſa eſt , vt cauti ſint clerici, a quibus ordinantur,& in vituperium ordinantium, & etiã diſpenſatio eſt facilis.

ADDITIO.

a ¶Nõ eſt neceſſaria. Adde de hoc,& dic vt per eũdẽ In. in c.j.infra de ſchiſmati.

CAP. II.

Cum clericis. [Diſpenſari] repete , quę dixi in fi. proxi. decret.

De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum. Rubri. 15.

CAP. I.

VT Abbates. Hoc eſt hodie rñare , qa benedicuntur.J de ſup.negli.pręla.c.j.& cõferunt a ordines.69 di. ca.j.olim ſĩ erat
a ſecus.93.diſt.c. a ſubdiaco. & hodie ẽt pp neceſſitatẽ pt in minorib.ordinib.aſſumi.J. c.tuã. [Iuſta] J.de ele.cũ in cunctis,ↄ̃.ibi ſo.[Iuſta] ↄ̃.de cle.ęgro, c.j.55.di.pcepta.ff.de ſta.ho.l.q furere.ff.de poſtu.l.j.§. cã. Sol.hic loquiᷓ, qñ culpa ſua puenit ad caſum, ꝙ promoueri non poteſt vel quando ante electionem habebat impedimentum. ſupra de renun. niſi.§.j.& §. perſonę. contraria loquuntur quando ſine culpa ſua,qñ cõſecutus, electionem poſt impedimenta.

ADDITIO.

a ¶Cõferunt. Adde ꝙ cõis opi. eſt, ꝙ vltra lectoratũ nõ poſſit alios ordines conferre,de quo per Doc. in c.abbates, verſ.quarto,infra de priui. in 6.Et vide aliquid per Abb. in c.quanto,col.1.de conſti.& in c. veniens,col.j.de præſcri.& in cle.attendentes , de ſta.mo.in apoſt.

SVMMARIVM.

1 *Generalis eccleſiarum adminiſtratio committenda eſt tantum clericis.*

2 *Non debet quis ſine titulo ordinari.*

CAP. II.

EX ratione. [Pueris.] Sed nunquid habebãt vocẽ in ele.ar.ꝙ nõ.ff. de decu. ſpurij. §.minores,ar.C.de fal.mo.in l.j.C.de re mili l. vlt.alij rõ dicũt cõſuetudinẽ ſeruandã.& ſi non appareat cõſuetudo, dicũt eos recipiendos, licet voces maiorũ credãtor ſaniores.J.de elec.dudũ.1.pueri aũt nutriti i monaſterio & obla-
a ti,& recepti nõ habẽt vocẽ a ante,ꝗ profiteanᷓ, & anteꝗ cõpleãt tp̃s,quo pfiteri poſſunt.J.de ſta.mo.ea,quę.§.fi.itẽ vĩ,ꝙ ep̃s teneatur de adminiſtratione puerorũ.ff.ad muni.l.Lucius.§.Imperatores.ff.de mag.cõ.l.j.in prin.& p totũ.[Conceſſit]arg.ꝙ archid.nõ inſtituũt.ſi.16.q.7.nullus ↄ̃.J.[Eccleſias].i. perſonatus eccleſiarũ.
1 [Tolerari].ff.de iure immuni.l.2.†[Clericis]no.tñ clericis committẽdam generalẽ adminiſtrationẽ eccleſiarũ , ſ. ita ꝙ ſupiores dominentur. ſpãlem aũt procurationẽ aliquarũ rerũ tẽporaliũ poſſunt recipere laici.89.diſt.iudicatũ.16.q.7. in noua.ita ꝙ alijs ſuperioribus & alijs generalibus procuratoribus reſpondeant. & iſti ſunt quaſi vicarij aliorũ,& agere poſſunt, & reſpõdere de his,quæ ſibi cõmittuntur.J. de procu.c. petitio. [Cõmittas] no. de officio archiep̃i,qui diſpẽſat cũ malè inſtitutis a ſuffraganeis. J.de tempo.or.cõſultationi. & ꝙ ſi inuenit ſuffraganeũ circa aliquã rem deliquiſſe,ꝙ id emẽdat, & circa illã rem ſuã facit ordinationẽ.9.q.3.cũ ſcimus.& hoc ideo,qa ep̃s, qui deliquerat tales inſtituẽdo, hoc facere nõ debebat.vel dic,ꝙ hoc facit ex legatione Papæ.[Aetatẽ] de diſpenſatione noſtra,vel potius archiep̃i to-
2 lerãdo eos.†[Eccleſias] beneficiũ autẽ habere poſſunt , & ordinari J ſepteniũ.77.diſt.in ſingulis. & ordinari nõ debent ſine titulo.70.di.c. j.& ratione tituli & ordinis habebunt beneficium, arg.ff.de decur.ſpurij.§.minores, infra de præben. relatum, & c. cum ſecundum . [Aetatem.] 25.ann.ſupra de ele.cum in cũctis.

ADDITIO.

a ¶Non habẽt vocẽ.Adde gl.in c.ex eo, infra de ele.in 6.in ver. ſuffragiũ, & gl.in c.cum M.ſupra de conſti.Bal.Pau.de Ca.& do.Alex.in l.fi.C.de teſt. milit.Bar. in l.Lucius.§.Imperator.ff.de iure fiſ. Et Car.in cle.j.hoc.eod.tit.in prima oppoſi.& in 17.q.qui dicit,ꝙ minor. 18.annorum non dat vocem, & Alex.in d. §.Lucius,in add.ad Bar.& vide eundem Alex.in l. ſpurij.§ ; ff.de decurio.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid ſacer ordo liberet a patria poteſtate,& vide etiam in nu. 2.*

CAP. III.

INdecorum. ff.de excu.tu.l.minores.C.de le.j.l.vlti.ff. de adulte. ſic euenet.
1 1[Nouerũt] vĩ ergo, ꝙ quilibet p̃latus, & clericus nõ debeat eſſe in poteſtate patris,arg. ff.ad Trebel.nã ꝙ ad ius.arg.ↄ̃ ff.de adop. ſi pater, & l.per adop.imo presbyter in poteſtate patris eſt.C.de epi.aud. presbyteros. j.q.j. pueri, & c.cęſtore.ff.de adul.ſic eue.Inſti.de adop.§.vlti. alijs vĩ, ꝙ quilibet ſacer ordo liberet a patria poteſtate.liberat.n.a dñio,quod eſt fortius.54.diſt.ſi ſeruus ſciente,& c.ex antiquis,& c.ſeq.Pręterea cũ principatus liberet,vt inſti.qui.mo.ius pa.po.§.filius, multo fortius ſacer ordo.96.diſt.duo.J.de maio.& obed. ſolitę.de ep̃ali, ꝙ
2 liberet, habes.54.diſt.ſi ſeruus ſciente.†Nobis vĩ, ꝙ pręlatura inferior ep̃atu , vel ſacer ordo nõ eximat a patria poteſtate in reb. paternis,& in omnib. ſecularibus, cũ in iure cautũ nõ inueniatᷓ. vnde ſi clericus iſte velit agere de patrimonio, ſeu cõueniri, vel ſi velit adire hęreditatẽ, vel ẽt ſi ſuper beneficio ſuo velit agere, vel cõueniri auctoritate patris,in cuius poteſtate eſt, aget, ſicut in caſtrenſib.C.de bo.quę liber.nõ ſolũ,vſq ad mediũ.Nos tamẽ diximus ↄ̃riũ in beneficio,& in omnib. ſpiritualibus, arg. de reſti.ſpolia.ex parte.90.diſt.bene quidẽ.J.de iudi.c.cãm.in his enim quę rõne ordinis,vel dignitatis agiᷓ, nihil ad patrem.ff.ad Treb. l.ille,a quo.§.vlt.& l.ſeq.in primo auctoritate pręlati pupillo dabitur curator liti.J.c.'.12.q.1.c.1.C.de curat.fu.l.fi.in prin. C.de bo.quę li.l.fi.§.ſi a patre.ſi autẽ maior eſt, aget vt alius.ff. ad Mace.l.2.ſi autẽ nomine eccleſię aget,certũ eſt, ꝙ nõ requiretur auctoritas patris,ſed pręlati.J.c.proxi.J.de procu.c.j.de epi.l.oẽs. §. hic nihilominus . & per pręlatũ ſui auctoritatẽ adminiſtrabit . & eius defectũ ſupplebit, vt ſuc.& licet auth.C.de epi.preſbyteros, dicat, ꝙ legitimã habebit pater in bonis,hoc fateor in bonis pphanis,in eccleſiaſticis autẽ nec per ſucceſſionẽ, nec alio mõ cõmerciũ habebit,cũ non poſſit de eis teſtari.ſed oĩa debent eccleſię remanere.J.de teſta.in officijs,& c.ad hoc,infra de pecu. cleri. c.j.& 3.12.q.3.& 4. & 5. per totũ , nec alio mõ dẽt diſpenſare res eccleſię, niſi in ſuas neceſſitates , & eorũ, qui ſeruiunt ſibi, cuilibet tamẽ inter viuos donare licet pro remuneratione ſeruitij, infra de teſt.relatũ.& licet etiam in pauperes diſpenſare.1. qõ. 2. paſtor,& c.clericos.16.queſtio.j.quoniam [14.] ſupra de electio. cum in cunctis,contra.ſo.ibi ius commune, hic de diſpenſatione.nam infra 14. ann. prohibetur diſpenſatio. quod eſt hic notabile. ſupra autem diſpenſare poteſt, cum non ſit prohibitum.infra de ſen.excommunica.nuper. ſed adhuc eſt contra.J. c. proxi. vbi archiepiſcopus diſpenſat in decimo, ſed corrigitur per iſtã.

SVMMARIVM.

1 *An poſſit aliquis præeſſe diuerſis eccleſiis.*

2 *Recipiens ſecundam eccleſiam caret prima , neque poteſt eligere , quam velit.*

CAP. IIII.

EAm te. [Literarum.] Non enim ſemper literis Papę obediendum eſt , quia decipi poteſt Papa, ſupra de reſcript. ſi quando,& c.cum adeo. ſunt enim literę aliquando contra ius, vel publicam vtilitatem . vnde non valent . C. ſi contra ius, reſcripta . niſi ex certa ſcientia facta inde mentione , quod pro minus literato , vel minore ſcriberet. 17. queſtio.quarta. §. qui verò. [Scientia]
1 ſupra de electio. cum in cunctis. †[Ex vna] quod ſit per vnionem.

item j. de reli. do. quia monaſteriũ. ff. ar. fur. ce. l. ſi geminia. Item ſi vna parochialis eccleſia alij ſubſit. licite. n. plat9 eſt ambarũ, & tamen in ſubiecta erit alius presbyter. itẽ ſi aliqua eccleſia in fundo ſuo conſtruat aliã eccleſiã, vtriuſq; platus erit, vicarius tamẽ ſub plato erit in noua. & ſic pôt intelligi, ꝙ epi diſpenſatione ali
1 quis præeſt diuerſis eccleſijs 80. diſt. ſanctorũ. † [Ad vnã.] Olim itaq; non erat ſtatutũ, ꝙ careat prima recipiendo ſecunda. ſic j. de pben. referente. ff. de col. & cor. l. j. C. qui mi. po. eis. hodie aũt prima vacat, nec pôt eligere, quã velit. j. d pb. d multa. [Tenues.] 10. q. 3. vnio, 21. q. j. per totũ. tertiã cauſam habes. ſ. raritatem clericorum, 21. q. j. c. j. poteſt etiã habere vnam titularã, & plures commendatas, 21. q. j. qui plures. ſed hoc ex diſpenſatione epi, 70. diſt. ſanctorum. de hoc no. ſ. de elec. dudum, & j. de aceuſ. ſi cõſtiterit.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ honores habere non debent, niſi in ſacris ordinibus conſtituti.*
2 *Per Epiſcopi diſpenſationem poteſt quis in minoribus conſtitutus ordinibus eligibilis reddi.*

CAP. V.

PRæterea. [Licet.] Ad perſonatus autẽ non habentes curã animarũ bene eligi poſſunt in minorib. ordinibus conſtituti, arg. hic à ↄtrio ſenſu. ſ. de elec. cũ in cunctis. §. inferiora, & j. eo. tuã. hic perſonatus nullã habet curã, quare cõpellatur ad ordines? ſed ↄ. ſ. de elec. dudũ Ro. vbi dr, ꝙ idẽ iudiciũ habendũ eſt de beneficijs habentibus curã animarũ, & de perſonatibus. ſed ibi loquitur allegando. vel ibi ſpecialiter ſtatutũ eſt æquale iudiciũ in diſpenſatione. illa de pluralitate beneficiorũ, quæ eſt omnino reſtringenda. non aũt ſic eſt in electione, q̃ fit ad hmõi honores, q curã nõ habent, & eſſet inutile habere ſacros ordines. ſed adhuc
1 vr ↄtrium, 60. diſt. innouamus. † vbi dr, ꝙ honores eccleſiæ non debent habere niſi in ſacris ordinib. cõſtituti. ſed ibi loquitur tãtũ de honorib. qui habent curam, ſicut ex textu eiuſdẽ c. & alijs eiuſdẽ quæſtionis hr. de ætate autẽ non inuenitur cautũ quantæ ætatis debet eſſe, qui eligitur ad dignitatẽ curã animarũ non habentẽ. & ideo vr, ꝙ quilibet, qui ſcit & pôt regere dignitatẽ illã,
a rectè eligitur, ẽt ſi requiratur ætas, ſufficit maior 14. anno.* cum exinde poſſit ẽt ſuas facultates miniſtrare, & ceſſet tutor. itẽ poſt 14. ann. pôt eſſe ordinarius iudex. ff. de iudi. cũ ptor. imo ẽt pupillus pôt eſſe in dignitate. C. de re mili. l. ſi. itẽ ẽt in patiente defectũ in ætate, & ſcientia vr ſufficere, quia non eſt ſtatutũ ↄtriũ.
2 ff. de proba. ab ea. † [Aſſumi.] Per epm, à quo poſtulari debet, & non eſt eligibilis. ſ. de elec. dudũ. 2. aliqui dicunt arg. ꝙ hic dr, ꝙ eps per diſpenſationẽ ſuam pôt aliquẽ in minoribus ordinibus conſtitutũ facere eligibilẽ. alij ↄ. [Breue.] ſ. annum. nã intra annum, & dimidiũ ex neceſſitate diſpẽſatiue quis poſſit promoueri ad ſacerdotiũ, 77. diſt. monachus. dimidiũ enim ſubtrahimus propter ordines minores. vel dic intra annum, & dimidium.

ADDITIO.

a ¶Maior 14. ann. Adde Arch. in c. ſi eo tempore, de reſcri. in 6. & adde, ꝙ Ioan. And. in c. ex eo. j. de elect. in 6. & in d. c. ſi eo tẽpore, in gl. ſi. tenet ꝙ pupillus poteſt eſſe canonicus, quæ opi ſeruatur de facto ſecundũ Henri Boh. in c. ſuper inordinata, infra de prabẽ. Et etiam adde, ꝙ in dignitatibus ſine cura ſufficiunt 10. anni, nec minus, & cum diſpenſatione ordinarij, ita Henri. in d. c. ſuper inordinata, alleg. tex. in c. vnico, infra iſto eo. tit. in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinati an ex aliquo peccato poſſint deponi.*
2 *Si quis promoueri nolit, non poteſt excommunicari.*

CAP. VI.

QVæris à nobis. [Beneficijs.] Quæ tamen ordines certos non requirunt: quia ſi requirerent, tunc eis pciſè auferuntur beneficia, & alijs conferuntur, ſ. eo. c. j. [Salua.] 34. diſt. ha-
1 buiſſe, j. q. j. ſacerdotes. † [Ordinari.] Et tamen deponi nõ debẽt, vt ſi eſt peccatũ occultũ, qd diſpenſationẽ non requirit, ſed nec tunc deponẽdi ſunt, ſed ſub interminatione diuini iudicij obteſtandi, vt nõ miniſtrent. ſ. de tẽp. ord. quæſitũ. [Minimè.] 24. diſt. ſi qui clerici. placuit, & c. geſta. j. & c. Honoratus. & c. conſuluit. [Contrariũ.] j. q. 6. ſicut, 23. q. 4. diſplicet, 8. q. j. in ſcripturis. [Præferantur.] In ſtallo, & honore. [Vtiles.] 74. diſt. conſuluit. fortè, quia ſunt prudẽtes in tẽporalibus, 50. diſt. accedẽs. [Auferãtur.] Qualiter cogendi ſunt. ſi neceſſitas, vel vtilitas ſit eos promoue-
2 ri ad ordines, vel dignitates, no. 74. diſt. in prin. † [Auferantur.] Si noluerint promoueri, quia ſi voluerint pmoueri, cũ crimen ſit occultũ, nõ poterunt eis auferri beneficia. Si q̃ras, an poſſint prohiberi ab ordinib. Reſpon. vt dixi ſ. de tẽp. ordi. ex tenore. ſuperior aũt, licet dicat ſubditus ꝙ læſam habeat cõſcientiã, non debet ei credere, & pôt ordinare eũ, vel alij cõmittere ordinandũ. j. de offi. deleg. paſtoralis. §. pen. j. de ſimo. per tuas, 3. non autẽ credimus, ꝙ nolẽs promoueri poſſit excõicari, cũ nemo præciſè cogendus ſit creſcere, 74. di. geſta. & c. vbi. itẽ ſequitur hoc incõueniens. excõicatus in ſe nouit impedimentũ irregularitatis, vel aliud, quare promoueri non pôt: & ex alia parte eũ per offenſam manifeſtã inobedientiæ ſit excõicatus, non eſt abſoluẽdus, niſi ſatiſfaciat. ſic nunquã abſoluit. j. de ver. ſign. ex parte. ui. hac dec. j. & c. vr dicere, ꝙ tantũ p ſubtractionẽ beneficiorũ cogẽdus ſit. 73. di. c. j. 2. & vlti. ſed ↄ, 100. di. c. j. ſolue vt ibi. [Cõpellas.] Hic colligitur dria inter hunc caſum, ſiue hanc pœnam, & ſuperiorẽ: quia hic cogitur per ſubtractionẽ promoueri, cũ non dixerit ſe criminoſum. ſuperior non cogit promoueri, licet auferat ei beneficiũ. [Per amiſſionẽ.] Ad tps. in hoc. n. caſu non ex toto auferunt ſibi locus, & beneficiũ, & alijs ↄferũt: ſed tñ ad tps, quouſque ordines recipiat, & hoc innuit verbũ, ↄpellas. ſi. n. auferãtur ſibi ex toto, nõ ↄpellerent vlterius pmoueri. in ſuperiore aũt caſu ſibi perpetuo aufertur beneficiũ, ſtatim eũ pmoueri recuſat.

S V M M A R I V M.

1 *Medico quando non imputetur mortalitatis euentus.*

CAP. VII.

AD aures noſtras. [Putabas.] Nam ſi in veritate eſſes pitus, ita munitus eſſes prudentũ regulis, ꝙ in ſingulis ægritudinibus pterita, pſentia, & futura cognoſceres, vt dixit Hippo. [Remordet.] Quod imperitè egeris, alias euẽtus mortalitatis non imputatur medico. ff. de offi. præſi. illicitas. §. ſicut. ff. ad l. Aquil. qua actione, §. vlti. ff. de var. & extraor. cog. ſi medic. vel etiam ſi remordet conſcientia, ꝙ egeris negligenter. ff. mãd. ſi fideiuſſor. de hoc no. infra de homi. tua.

S V M M A R I V M.

1 *An ſemel ſuſpenſus intelligatur perpetuo ſuſpenſus.*
2 *Si per annum quis in excommunicatione, vel interdicto permanſerit, ſpoliari debet omnibus beneficijs.*

CAP. VIII.

1 CVm bonæ. [Suſpenſionis.] † Ab officio & beneficio ſi quis ſuſpenditur ſimpliciter, non addito, perpetuo, tamẽ perpetuo intelligitur ſuſpenſus, ſi fit cũ cauſæ cognitione. ſ. ſentẽtiãdo & diffinitiuè. ſi proceſſum eſt criminaliter agẽdo, vel inquirendo, vel alias criminaliter agendo de crimine. arg. j. de act. inquiſitionis, & tunc ſtatim poſſunt eius beneficia cõferri alijs, cum ſit dãnatus per ſñiam, vt no. j. de conceſſ. pb. literas. ſi non ſentẽtiãdo diffinitiuè, ſed interloquẽdo, vt cũ ad hoc nõ ageretur, ſuſpẽſus ſit aliquis ſimpliciter, nõ intelligo eũ ſuſpenſum perpetuo, ſ. de ↄſti. ex literis. ſed ſi eſſet tẽporalis iudex, & nõ expreſſit cauſam ſuſpenſionis, qui ſuſpẽdit, intelligaſ ſuſpẽdiſſe toto tpe ſuæ adminiſtrationis. ff. de pe. l. vlti. hoc no credo, imo ſemp erit ſuſpenſus, quouſq; abſoluaſ, ne rũpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, 23. q. 6. excõicatorũ, ſ. de conſuetu. cũ inter vos. ſi vero expreſſit offenſam, vel euidẽter apparet, vel pp contumaciã ſuſpẽdit, q̃ ſæpè pendente lite cõtingit, intelligitur ſuſpendiſſe, quouſq; ſatiſfaciat de cõtumacia, vel offenſa, pro qua ſuſpenſus eſt, 2. q. 5. presbyter, 81. di. ſi qui ſunt. & idẽ intelligimus in ſtatutis factis. ſic ſ. vt ſi aliquis in aliquo negocio fuerit inobediẽs, ꝙ ſit ſuſpenſus, ſ. de conſtitu. ex literis, vbi no. & horũ beneficia nõ debent alijs cõferri, niſi primo ab eis ſentẽtialiter remoueãtur. & idẽ ẽt intelligimus, ſi ſint excõicati. nã per ſuſpenſiones tẽporales, vel excõicationes nõ intelliguntur priuari eccleſijs, niſi ſuper eis feratur ſñia, vt no. gl. omnibus. vbi aũt. ſ. ad tps ſuſpenditur, ſtatim finito tpe redit ad eccleſiã, & ceſſat ſuſpẽſio. ff. de poſtu. pri-
a to. ſecus eſt, * ſi ſit ſuſpenſus, quouſq; ſatiſfaciat, quia tũc neceſſaria eſt ſpecialis abſolutio ẽt poſt ſatiſfactionẽ, 2. q. 5. pſbyter. Ratio autẽ diuerſitatis ea eſſe pôt, quia cũ certũ tps habet ſuſpẽſio, nec aliud exigiſ, nulla pôt eẽ dubitatio de eius abſolutione. ſed quando dr, quouſq; ſatiſfaciat, multæ poſſent eſſe dubitationes: quia vnus diceret plenè ſatiſfactũ, & alter negaret, alij ↄdicunt.
2 † [Habuerant.] Omnibus. n. beneficijs tã habitis ante excõicationẽ, q̃ poſtea acquiſitis, debet ſpoliari per ſñiam, ſi per annũ in excõicatione, vel interdicto permãſerit. & ſic intelligimus hoc, & 11. q. 3. rurſus. per qd' c. mitigatus eſt rigor capituli, ꝙ præcedit in ea. q. ſi quis presbyter. vbi dr, ꝙ ſtatim poſt excõicationem locũ amittit, niſi ſtatim docuerit de iniuſtitia ſñiæ, & poſt talẽ ſñiam latam poſt annũ ſuper amiſſione beneficiorũ non audieſ vlterius ſuper eis, vt in d. c. rurſus. ſed tãtũ ſuper crimine, pro quo hi fuerint excõicari audientur. C. de requi. re. l. 2. & poſſet etiã dici, ꝙ ſolus lapſus anni ſine ſñia amotionis à beneficijs ſufficit, vt vlterius non audiatur ſuper beneficijs. & ita vr loqui c. rurſus. quæ aũt dicuntur in excõicatione, eadẽ intelligo in ſuſpenſione, arg. hic. & licet hic dicaſ de triẽnio, idẽ eſt in anno. j. de cleri. nõ reſi. ex tua, ↄ. ſ. vbi nõ expectaſ niſi p ſex mẽſes. ſed ibi in alio caſu loquiſ. ſ. qn latinãs poſſit ſpoliari eccleſia ẽt ſine delicto. hic autẽ loquitur in præſente excõicato. [Poſtmodũ.] Hic habes, ꝙ ſuſpenſi eligi non poſſunt, de hoc no. ſ. de conſuetu. cum dilectus.

ADDITIO.

a ¶Secus eſt. Inno. in c. ex literis, prout ibi, in 8. col. refert Feli. ſupra de conſti. ſequitur hoc dictum Inno. hic.

CAP.

CAP. IX.

A Multis. [Decreuit.] 60.diſt. nullus in epm. [Habuiſſe.] Supple ſacros. nã primitiua eccleſia ſubdiac. habuit, 21.di.c.1.& 35.diſt.in c.1. [In quibus.] Verba Innoc. ſunt. [Vrbanus.] 32.di. erubeſcãt. [Et uerum.] 32.diſt. nemo. [Synodo.] 32.diſt. ſi quis eorũ. [Statuiſſe.] 31.diſt. ante 28.diſt. nullum.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid precibus ordinatus dici poſſit ſimoniacus.*
2 *Munus interuenire debet ad hoc, vt dicatur quis ſimoniacus.*
3 *An adulationem faciens dicatur ſimoniam committere.*
4 *Abbatis nomen magis eſt ſolicitudinis, quam ordinis, vel honoris.*

CAP. X.

T Vam in domino. [Reſpectu.] j.q.j. quibuſdã laici forte habebãt.
1 [Laici.] † Dicunt quidã indiſtincte, quod ſi quis precibus ordinetur, quod ſimoniã committit, & inducut pro ſe ar.
j.q.j. ordinationes 7.q.1.in ſcripturis. j.de iureiu. per tuas. ſed certe non ſunt illa violẽta arg. quidã tamen hoc cõcedunt, ſi eſt indignus: ſed ſi eſt dignus, licitè porrigit preces ſuperiori pro ſe, j.q.1.§. nunc itaq. & tr canonicis, vt expreſsè habes, j.de ſimo. tua. nõne licitũ eſt cuiquam deſiderare pro Deo rogare, vt ſorti dominicæ aſcribatur, vt ſacra ſibi liceat in ſacerdotali ordine miniſtrare. præterea Papa ad multorũ petitiones petentibus cõfert beneficia, ſ.de reſcri. cap.1m, & ſeq. ſi quis aũt rogat electores, vt eligatur ad curã animarũ, vel in prælatum tanquã ambitioſus honoris, illicitè ſunt preces, j.q.1. nullus itaq. & q.6. ſicut. C.de epiſ. & cle. ſi quẽquã. ſi autẽ precibus alienis ordinetur, vel promoueatur quis, & ſunt preces carnales, & pro indigno, ſimoniã committit, j.q.1.de ordinationib. & c. ſunt nonnulli. ſi vero ſunt pro digno, licet ſint carnales, dũmodo non habeãt reſpectũ ad preces, ſed ad meritum eligendi, vel promouendi, vel ordinãdi, nõ committitur ſimonia, vt hic, j.q.1. quibuſdã. ſi aũt ſunt ſpirituales, iuſtę ſunt preces, & non cõmittitur ſimonia, j.q.1. latorẽ. Fortè melius dici poſſet, quod licet quis, ſiue pro ſe, ſiue pro alio roget ſiue electores, ſiue quoſcunque alios ẽt pro indigno, ſiue pro dignitate, ſiue pro beneficio, non dicitur habere beneficiũ ſimoniacũ, licet peccet multas preces fundendo, niſi faceret intẽdens obligari collatori beneficii ex precibus, vel exonerare illũ, quẽ rogat ab aliquo ſeruitio, quod ei fecerat, per exauditionẽ precũ. Idem. n. reputo remittere, quod dãte, & bene eſt remittere, cũ remittit obligationẽ naturalẽ, quæ eſt
a ad antidora, * arg. ff. de calum. l.2. in prin. & l.3. in prin. ff. de peti.
2 hære. ſed ſi. §. conſuluit. j.q.1. ſi quis neq. † Et põt ea eſſe ratio, quia ad hoc, quod ſit ſimonia, oportet munus interuenire, j.q.1. ſunt nonnulli. hæ autẽ preces nõ pro munere dant, vt diximus: quia ſi pro munere darent, & offerrent, tunc ſecus eſſet. ſed pro cõſilio, licet ſæpe inhoneſto, quãdo a ſe porrigunt, & ẽt ab alijs aliquãdo, ſed tamen non ſemper, puta ſi ſolũ Deũ in ſua promotione attẽdit, & nõ potentiã, vel diuitias ſeculares, arg. 8.q.1.c. qui epatum. ſed tamen licet ipſe ſimoniacus ſit, qui ita malè rogat. j.de ſimo. tua. non tamẽ ille, qui rogatur, eſt ſimoniacus, niſi dans beneficiũ, vel dignitatẽ preces ſecutus propter preces dederit, vt hoc colligitur à contrario ſenſu imo & ſi preces pro indigno ſecutus eſſet, non tamen renũciare tenetur, niſi forte expreſſiſſet, quod propter preces facit. j.de ſimo.c. vlti. Et idẽ eſt, ẽt ſi pecuniã daret, arg. c. iuſtũ decr. ſed quid ſi dedit alij, vel preces porrexit alij ex pacto. ſ. quod propter datã pecuniã, vel preces porrectas det operã, quod habeat beneficiũ? Reſpon. idẽ, ac ſi dediſſet collatori beneficij, j.q.5. pſentiũ. nec diſtinguo,
3 vtrũ fiant preces pro digno, vel pro indigno. † Itẽ carnaliter, an ſpiritualiter fiant, cũ hoc ipſo ſit indignus, & hoc ipſo ſint preces carnales, quod ex pacto propter preces vult habere beneficiũ. ſi autẽ faciat adulationẽ, vt beneficiũ habeat, põt dici munus ab obſequio, & reputãdus eſt ſimoniacus ſecundum prædictã diſtinctionẽ, j.q.1. ordinationes, & 4.c. ſeq. tamẽ non tenetur illud beneficiũ reſignare, ar.
4 j.de ſimo.c.ſ. † [Non aſcendat.] Fortè erat irregularis, qui tamẽ põt eſſe Abbas, arg. 50.diſt. accedens, & non ſacerdos, vt ibidẽ, ar. C.de his qui impleſ. ſtu. l.1. li.11. Abbas enim potius eſt nomen ſolicitudinis, quam ordinis, vel honoris, 18.q.2. hoc tantum.

ADDITIO.

a ¶ Ad antidora. Et ſic habes hic, quod ſimonia eſt deducere in pactum obligationẽ ad antidora. Adde Hoſt. in ſum. de vſu. §. qua pœna ver. ſi t.bi, & B. Tho. ſecũda ſecundæ. q.1 5. art. 2. in reſponſione ad ſecundum arg. Et plures concordantes ad hoc allegat Feli. in c. ad audientiã, 2. col. 7. ver. fallit ſecundo. ſ. de reſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid pſalmiſtatus ſit ordo, & ad quem ſpectet hunc conferre.*

CAP. XI.

C Vm contingat. [Statutum.] 66. diſt. quoniã. [Impoſitio.] Quæ idẽ eſt, quod benedictio, j.q.1. manus. de hoc no. ſ. de ſup.
1 neg. præla. c.1. † [Ordo.] Qui appellatur pſalmiſtatus, & ſic apparet pſalmiſtatũ eſſe ordinẽ. 23.di. pſalmiſta, ar. contra 93. di. ſubdia 77. di. illud. & hũc ordinẽ cõfert quilibet ſacerdos, 34. di. pſalmiſta. arg. contra quia non debet ordinari ſine titulo 70. diſt. c.1. & titulũ conferre non põt, 16.q.7. nullus omnino. Sed reſpondeo illud capitulũ dicere, quod nõ põt ſacerdos dare præbendas de nouo in locis, vbi dare non cõſueuerũt. ſ. quod vbicunq. ſit, habeat eas et non reſidens in eccleſia ſine licẽtia epi., ſed in beneficiũ, quaſi vnde viuat dare põt. vel dic, quod illud c. eſt locale, vel loquitur de præbendis habentibus curã animarũ. vel dic, quod licet ſacerdos nõ haberet beneficia, quæ conferat ordinato, habet tamen poteſtatem cõferendi pſalmiſtatũ, vel ad ſuũ patrimoniũ. j. de preb. tuis. vel ſi ab alio ſibi conferatur beneficiũ. de hoc tamẽ ordine credimus, quod ſi omittatur, & conferatur vel lectoratus, vel hoſtiariatus, quod nõ eſt repetendũ. ſed ſi aliquis aliorũ ordinũ omittatur, recipiẽdus eſt. Ratio diuerſitatis eſt: quia in hoc ordine nullũ officiũ ſpale cõceditur. ſed in alijs ſic, & recipiẽdo quẽlibet aliorũ ordinũ vr recepiſſe poteſtatem faciẽdi oĩa, quæ ad hunc ordinẽ pertinent, imo aliqui dixerũt, quod iſte ordo abiit in deſuetudinẽ: ſed nos hoc nõ credimus.

SVMMARIVM.

1 *Monachus, qui non petita licentia ad aliud tranſiuit monaſteriũ, debet ad id reuerti, ſi monaſteriũ eũ petierit. quando autẽ nõ teneatur reuerti, habes nu. 2.*

CAP. XII.

I Ntelleximus. [Ad monaſterium.] Ordinis S. Benedicti. [Canone.] 19.q.3.
1 mandamus. † [Reuertatur.] Si monaſteriũ eũ petierit, 7.q.1. nõ oportet. ipſe tamẽ repetere nõ põt: vel de nouo ſpoliandus eſt, arg. ſ. de reſtitu. quod in dubi. s. non. n. melioris cõditionis debet eſſe delinquens, quã nõ delinquens. [Cucullã.] Si tamen erat monachus arg. 93. diſt. præcipimus, 33.q.5. quod Deo.
2 † [Exercere.] j. de regula. licet. contra. Sol. illud intelligit, cũ licẽtia petita trãſiuit, & ideo redire nõ põt ad canonicã priorẽ. hic cũ licẽtia nõ petita. ſed contra j. de regu. ſanè. vbi dr, quod ſi locus, ad quẽ tranſiuit, eſt arctior, quod ibi manere põt. ſed ibi fuit promiſſio, ſiue diſpẽſatio. vel hic ſtrictioris vitæ erãt canonici regulares, quã monaſteriũ monachorũ, arg. j. de reg. ſanè. Sed oppones, ſi licẽtia non petita hic trãſiuit, ergo fuit apoſtata, & ſic nõ debet promoueri, 3.q.4. beatus. Reſpon. licet fuerit apoſtata, nõ tamẽ impedit eius promotio poſt ſinon ſ. de tẽp. ord.c. vlt. & no. eo. tit. ex tenore. niſi ordinẽ in apoſtaſia ſuſcepiſſet. j. de apo.c. vlt. dic, quod licitè trãſiuit, & licitè redit, quia non inuenit religionem, quæ ibi credebatur. vel dic, quod ſi tranſiſſet etiam ad minorem religionem, nõ eſt tamen apoſtata, quia in nullo venit contra ea, quæ ſunt de ſubſtantia ordinis, cum ſemper in alicuius obedientia fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Qui ordinauit aliquem, non poteſt poſtea ei irregularitatem aliquam, vel crimen aliquod obijcere, niſi ex cauſa ſuperuenienti.*
2 *Epiſcopus licet de crimine excipere non poſſit, iudex tamen de ſuo officio inquirere poterit.*
3 *Succeſſor non tenetur de delicto, ſed de facto defuncti.*

CAP. XIII.

A Ccepimus te. [Infeſtanter.] Supple & proquerente de nobis, quod ſuper eorũ prouiſione tibi ſcribimus. cũ ſint indigni. & his Papa reſpõdet. [Ac ideo.] Sed ſi hãc diligentiã omiſiſtis, ſed quia hanc diligentiã habere noluiſti, & ideo tibi eſt imputandũ,
1 vt de cætero contra eũ non audiaris. † [Contra illos.] Retentes beneficiũ. nã cũ ſint connexa & ordo, & titulus, vt 70. diſt. c.1. vno dato, reliquũ dare tenetur. j. de præb. cũ ſecundum. & ideo de mero iure nõ debet contra eũ admitti exceptio ordinatoris de crimine. ad idẽ, 4.q.3. ſi quis teſtibus. niſi deliquerit, vt hic: vel niſi de nouo ad eius notitiã perueniret, & ſuper hoc fidẽ faciat, j. de exce. paſtoralis. ſed certè nec de eo, quod poſt ad eius notitiã peruenit, põt excipere, tunc. ſ. cũ teneretur examinare, examinationẽ nõ fecit, quia tunc nõ prodeſt ei ignorãtia, arg. op. de clandeſti. deſpõ. cũ inhibitio. §. ſi quis. nec litera iſta dicit, quod audiatur ordinator de crimine ordinati, licet dicat Papa, quod faciat eũ examinari, & quia alios præter ordinatorẽ audit. põt tamẽ verius dici de æquitate, quod exceptio criminis ſiue præcedentis, ſiue cõſequẽtis ordinationẽ ſemp habet locũ, quia beneficia nõ debent cõferri niſi dignis. ſ. de reſcrip. cum adeo. j. de prium. dudũ. ipſe tamẽ, qui talẽ ordinauit, puniẽdus eſt. j.c. proxi. ſed ſi obijceretur illiteratura, vel irregularitas, ſiue præcedens ordinẽ, dũ tamen nõ eſſet in culpa, ſiue ſequẽs, nõ audit, quin teneat ſibi dare neceſſaria ſ. de tẽp. ord. vel nõ eſt compos. 24. diſt. ſi quis. & facilè talis diſpẽſationẽ habet. j. de fil. presbr. veniẽs, propoſuit. ſi autẽ à prædeceſſore eius eſſet ordinatus, nõ idoneitatis de mero iure admittit exceptio. Sed hæc litera contradicit. ſed expone. nõ poteris præter ſuæ exceptionis, quando tu ordinaſti. vel dic ſpeciale in hoc caſu, vt ſucceſſor teneat, niſi alius pſentauerit, quia tũc habet exceptionẽ, quod pſentator primo cogat in neceſſariis prouidere. j. de præb. cum ſecundum. & ſi pſentator nõ poſſet prouidere, nec in menſa habere ordinatum, tenebit eps, cum in culpa fuerit aliquẽ ordinando ſine titulo 70. diſt. c.1. vel niſi alius ſit. ſicut Arch. ad quẽ ſpectat de officio. j. de offi. Arch. ad hoc ipſum examinauerit & ordinãdũ pſentauerit: tũc aũt, quia iuſtè potuit ignorare,

ignorare, pōt excipere de idoneitate. & in his caſib. intelligitur finis huius decre.& j.de præbē. cū ſm.vbi dr, q pōt excipere de idoneitate, & Arch.examinator punit, & forte in prouiſione or dinati, 24.diſt.quādo de examinatione tamē dic,vt no.j.c.proxi.
2 de quātitate aūt & qualitate beneficij ſemper pōt excipere. † Eſt tamē dignū no.q licet eps nō poſſit de crimine excipere, iudex tamen de ſuo officio inquiret.vnde habes, q hic Papa mādat tales examinari,vt hic,& j.de præb.cū ſm,arg.2.q.7.q̄rendū.ff.de postul.quos prohibet,de app.cōſtitutis.ff.de adul.l.1.§.ſi publico. de peti.hære.l.vlt.ſi aūt alius eps mandet alij,q ordinet, tunc & ſi mandans non eſſet ſufficiens, tamē ordinator ad prouidendū
3 ordinato nō tenetur.9.q.3.epm.†[Prædeceſſoribus.]No.ſucceſ-
4 ſorē teneri nō dico de delicto, ᵃ ſed de facto defuncti.de hoc no. j.de preb.cū ſm.[Reputare.]23.diſt.diaco.8.q.2.dilectiſſimi.j.de cle.cōiu.diuerſis,j.de accu.nulli. j.de ſen.exc. in pſentia. ff.de lib. cau.l.ſi qs ſciēs.74.di.c.geſta.[Prouidere.]Vbi tñ,puiſio ad epm ptinet,ar.j.de off.ord.licet in corrigēdis,& s.de reſcri. Abbatem.

ADDITIO.

a ¶De delicto.Intellige proprio ipſius prælati.ſecus, ſi ad eccleſiā lucrum perueniſſet,ita Bar.in l.3 col.2.ver.quarto,verum detur.ff. de priui. deli. & in l. qui opus,& ibi Doct.ff.de no.ope.nun.& Anto.de But.in c.j.§.quibus.j.de priui.

SVMMARIVM.

1 *Non excuſatur Epiſcopus propter examinationem Archidiaconi,cum prælatus non debeat ignorare victum ſubditi ſui.*

2 *Eo ipſo quod ordinatus apparet indignus,& ordinans ſimiliter.*

CAP. XIIII.

CVm ſit ars artium. [Inſtruāt.] † No. q nō loquitur de examinatione, q̄ quandoq; ſpectat ad Arch. j.de offi. Arch. ad hoc.ſed de quadā Inſtructione ſacerdotū tantū,quam neceſſe habeat eps facere.& ex hoc ſatis colligit, q pp examinationē Arch.non excuſatur eps,cū & ipſi inſtruendo cognoſcere poſſunt,an ſint digni.quāuis poſſet dici hoc locū habere,quādo non eſt Arch.qui examinet,& eſt no.q vbi non ex officio,ſed de ſpeciali mādato aliquis examinat,nō tenetur prouidere examinator.ſed mandans.ſecus,ſi ex officio examinaret, vt no. s.proxi.c.Reſpon.melius dr, q hæc diſtinctio nō habet locū quo ad puiſionē eccleſiæ,qūia à neutro debet ei prouideri.niſi ſit dignus s.c.proxi.ſed habet locū quo ad penā ordinantis & examinātis,
2 & prouiſionē neceſſariorū,vt hic. † [Ordinatos.] Ex mala ordinatione indignus apparet ordinator,81.diſt.tantis, ar.j.de re.iur. quāuis.C.de reſcin.vend.quiſquis.& intellige hoc, quando p ſeipſum exāminauit.ſi enim per alios,ipſi tantū puniuntur,24.diſt. quando.niſi ſit ei imputandū, q malos ad hoc officium deſtinauit.ff.nau.cau.ſta.l.vlt §.hac.& §.ſeq. quod melius dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotij ſubſtantia ſaltem in epiſcopis,quæ ſit.*

CAP. XV.

QVamuis multa. [Tolerare.] Subſtantia.i. ſacerdotij & ſaltē in epis, eſt diuinitus tradita eloquia, & diuinarum ſcripturarum doctrina,28.diſt.omnes pſallentes.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio ſacra quam habeat ſignificationem.*

2 *Per baculum,quo vtuntur Epiſcopi,quæ deſignantur.*

De ſacra vnctione. Rubrica. 16.

CAP. I.

CVm veniſſet. [Apud vos.] Græcos.ſcribentis Patriarchæ Conſtantinopoli.Latino, ſed proximus ante eū fuerat ibi Patriarcha Grecus, à quo iſte eps erat cōſecratus.[Suppleri.] j.q.i.§.ecce. [Cor.] Ideſt animā, q̄ hic ideo dr cor.quia in anima nō fructificat vnctio,vbi de corde & voluntate nō procedat.[Infirmatur.] 1 15.diſt.§.ſed iſtud. [Fidei.] Ideſt fideles pſbyteri.vel.i.ſm fidem ſanctā. [Infirmū.] Ideſt infirmo proderit ꝯ infirmitatē corporis, vt vel eā minuat,vel vt patientius tolleret.& ēt proficiet ad ſalutē æternā. [Vnctionē.] Ideſt vnctio.i.gratia Spiritusſancti indiuiſibilis,q̄ fiet in anima.corpore exterius vncto. † [Signū.] Vt præter id,quod ingerit ſenſibus hominū.ſ.ipſam vnctionē,& characterē animæ infixū, & aliud faciat venite in notitiā hominum.ſ. gratiā animæ infuſam.ſed ipſe character ante, quā ſit impreſſus, ſacrm eſt,dū efficit,quod deſignat, quia infuſionis gratia in anima cauſa eſt,& idipſum deſignat, vt poſt id quod ingerit ſenſib. hominū.ſ.ipſam vnctionē & characterē ante infixū aliud faciat venire ad notitiā hominū.ſ.gratiā animæ infuſam. hic ēt character animæ impreſſus eſt ſacrm,quia facit, quod ſignificauit: q ppter id,quod deſignat.ſ.gratiæ infuſionē, & ēt ipſius gratiæ infuſionis cauſa eſt.vnde ſequitur,q ſi di.[Quod deſignat.] ſ.ſalutem. [Quod deſignat.] Quid deſignat vnctio, qd oleū, quid balſamū, inferius dr. [Cathecumenorū.] Ideſt quo vnguntur cathecumeni & infirmi. [Et cōficitur.] Supple ad exhibendū extremā vnctionē. [Cōficitur.] & c.nā & de chriſmate fiunt exteriores vnctiones,vt ſequit. [Myſtica.] Ideſt ſignificatiua.i.pp ſignificationē. [Abintus.] Procedit.i.de cōſcientia. [Mortis.] Supple ducētis. [Cortina.] i.infidelis vnius aliū ad fidē per bona opera trahat. [Vnguento.] i.chriſmate. [Vnge.] Ideſt mentē humilia.vel.i.mētē miſericordiæ habe. [Et fac.] Ideſt munda opera fac. [Diſtillauerūt.] Ideſt opera mea dederūt bonū odorē alijs. [Oleo.] Ideſt chriſmate,in cuius cōfectione eſt oleū.[Balſamo.] ideſt chriſmate,in cuius confectione eſt balſamū. [Sicut.] Ad id, quod ſeipſum.ſ.ad ſalutē. [Illius.] i.Chriſti. [Cap.] 33.q.5.cū cap. [Vnxerit.] Ideſt mihi gratiam infundit. [Euangelizare.] Ideſt pdicare. [Annū.] 11.q.i.iudices. [Delibutio.] Ideſt vnctio. [Capitis.] Ideſt Chriſti. [Diſcretuia.] 96.diſt.duo. [Nos.] Ideſt omnes Chriſtianos. [Vos.] Chriſtiani. [Genus.] Ideſt electi generis hominum. [Regali.] Ideſt eſtis reges.i.bene vos regētes.& eſtis ſacerdotes, ideſt ſancta exēpla exhibētes. [In pectore.] 96.diſt.puenit.de cōſec.diſt.6.de his. [Manus.] De cōſe.diſt.4.de hinc.c.presbyteri, & c.nouiſſimè,vbi iſtarū vnctionū ſignificatio hr. [Per cap.] Quod hic intelligitur idē,qđ vertex. [Oculi.] Ideſt intellectus. [In capite.] Ideſt mente. [Cuius.] Mentis. [Odorē.] Ideſt ad eius famoſiſſimā miſericordiā. [Nomen.] Ideſt cuius fama de infinita miſericordia. [Simplex.] De conſe.diſt.4.presbyteri. [Idē.] 95.diſt. peruenit.ꝯ.So.illud ad tps pro ſcandalo fuit toleratū.licet hodie ſi ſacerdos ſimplex chriſmat,nihil ageret. s.de conſecr. quanto. 2.q.7.accuſatio. [Vicarij.] 68.diſt.quorū. [Venerat.] Ad robur, ſed per baptiſmū bene,erāt abſoluti à peccatis. [Cathachiſmo.] Ideſt diluuio. [Iudaizat.] Hic colligit aperte aliū ordinē in ſubſtantia habuiſſe diaco.in veter.teſtō,aliū in no.alias Iudaizare vr eccleſia in identitate. [Baculo.] De conſe.diſt.1.nullus.45.diſt.diſciplina.
2 † [Per hiſtoriā.] No.q cū Petrus miſiſſet Martialē,& collegā in Germaniā,mortuus eſt Martialis, & collega rediit ad Petrū,& Petrus dedit ei baculū,& pcepit ei, q tāgeret mortuū, & diceret ei,ſurge in noīe Domini,& q iret ad pdicandū,qui cum 40.die à tpe mortis rediſſet ad eū,tetigit mortuū,& ſurrexit. & quia poſt nō recuperauit baculū, non vtitur eo. hæc eſt hiſtoria myſtica ratio eſt: quia baculus in ſummitate habet recuruationem quaſi ad trahendū,quod Papæ hic non eſt neceſſe: quia nullus ab eo diuertere pōt.item per baculū deſignatur coertio. accipiunt ergo reliqui plati baculū à ſuperioribus in ſignū . q accipiunt coertionem. ſed cū Papa à ſolo Deo habet poteſtatem, non debet habere baculum,22.diſt. in nouo,& c.quamuis.

SVMMARIVM.

1 *An manuum impoſitio ſit neceſſaria in ordinatione.*

De ſacramentis iterandis, vel non. Rub. 17.

CAP. I.

PAſtoralis. Et j.[Conſulere.] Licet nō reſpondeat,tu dic, q nō debet miniſtrare ante, q̄ ſuppleatur. 51. diſt. ſolicitudo.j. eo.c.vlt.alij dicunt, q manus impoſitio non eſt de ſubſtantia ordinis,& ideo celebrare pōt.[Manuū.] Ideſt benedictione.i. q.i.manus.& hec manus impoſitio fit non ſolū ſubdiacono,ſed in minorib. ordinib.
1 conſtitutis.69.diſt.c.i. † Conſecratoria manus impoſitio autem non fit,niſi diacono & ſuperioribus.j.eo.c.vlt.23.diſt. ſubdiaconus.tu dic, q hæ impoſitiones non ſunt neceſſariæ, quia vera litera eſt diaconatus. [Delinitus.] Ideſt vnctus. ſm verā literā, q̄ eſt diaconatus non eſt neceſſaria iſta gl. quia diaconus bene recipit manus impoſitionē. [Supplendum.] s.tit.proxi.cum veniſſet, in
2 prin.1.q.i.§.ecce.j.eo. c.vlt. † [Supplendū.] Quia ſibi fiet manus impoſitio,& dicetur oratio,quæ dr, quando fit manus impoſitio.j.c.vlt.ſed in ſecundo caſu . vbi oleo vnctus eſt. nō credimus balſamo vngendum, de quo oleo & balſamo fit chriſma.ſ.& de chriſmate vngēdum eſt.s.tit.proxi.c.i.circa prin.erat ergo chriſmate vngendus,& oratio dicenda.quæ dici conſueuit,cū chriſmate vngitur, licet dicta fuerit.nec habet in hoc ſacramēto, vbi non ſunt diuerſi actus,locum,quod omiſſum eſt, cautè ſupplendum,ſed quaſi totum eſt iterādum, niſi fortè propter aliquas ſolennitates,quæ non reiterabuntur,ſi primo factæ fuerunt.

CAP. II.

ANobis humiliter. [Exhumandos.] Qui nō ſunt in culpa. quicquid de corporibus eorum fit poſt mortē. ſed ſi elegiſſent ſcienter,ab eis ſepeliri, crederem exhumandos,cum grauiter deliquerint,88.diſt.c.ſ.

SVMMARIVM.

3 *Cuiuſmodi fuit ritus ordinationis in primitiua eccleſia.*

4 *Omiſſa in ordinatione nō ſunt iterāda,ſed ſupplēdū eſt,et vide in nu 3.et 4.*

CAP.

CAP. III.

PResbyter,& diaconus. [Ritu.] De ritu Apoſtoli-
1 co inuenitur in ep̄la ad Titū, alias Timoth. † q̄ manus imponebat ordinandis,& orationes fundebat ſu
per eos. aliā aūt formā non inuenimus ab eis ſeruatā. vnde credimus, q̄ niſi eſſent formæ poſtea inuentę, ſufficeret ordinatori
dicere, ſis ſacerdos, vel alia æquipollentia verba. ſed ſubſequentib. tēporibus formas, q̄ ſeruantur, eccleſia ordinauit, & ſunt tātæ neceſſitatis dictæ formæ, q̄ ſi eis nō ſeruatis aliquis fuerit ordinatus. ſupplendū eſt, qđ omiſſum eſt. & ſi formæ ſeruant̄, character inſigitur animæ. i. figura intellectualis & indeficibilis oſtē
dens ordinē collatū ipſi cōſecrato. nec mireris, ſi per inſtitutionē eccleſiæ inſigit̄ character in anima, cū aīæ ſint de iuriſdictione Papæ, & ſpiritualiū patrū. vnde ſuper eis cōſtitutiones ſuas facere pōt, dūmodo non ſint ꝯriæ cōſtitutionibus Dei, arg. 50. di. ſuſcipitis, 95. diſt. cū ad verū. j. de ma. & obe. ſolitæ, & arg. ad hoc, j. q. j. quod Deo. vbi dr̄, q̄ Imperator facit per ſuas cōſtitutiones, quod character militaris indiuiſibiliter affigit̄ militi. & poſſet ēt dici, q̄ ille character, qui inſigitur ex cōſtitutione Imperatoris, non inſigitur intuitu aīæ principaliter, ſed corporis. quod ex eo apparet: quia mortuo milite aīa nihil ex illo charactere cōſequitur. in monachatu aūt non vr̄, q̄ inſigatur character: quia Papa facere poſſet, q̄ nō eſſet monachus, qui ordinē conſtituit monachorū, arg. j. de ſta. mo. cū ad mo. [Omiſſum.] Manus impoſitio. [Iterandum.] Ordo. [Statuto.] No. iiſdē tēporibus ſupplēdū, q̄bus cōferendū. ſ. in quatuor tēporibus, ſ. de temp. ord. c. j. 2. & 3.
2 & ſeq. † [Supplendū.] In ſabbatho. n. quatuor tēporū vocabitur hic ſacerdos, & manus impoſitio, q̄ defuit in ordinatione, modo ſupplebit̄, & dicentur orationes, q̄ præcipiuntur dici, quando fit manus impoſitio: quia ipſę manus impoſitioni adhærent, & de manus impoſitione fit mētio in orationib. fortè & idē dicimus, ſi omiſſa fuerit vnctio. ſ. tit. j. c. j. & eſt verū, q̄ non eſt iterandum: ſed ſupplendū, vbi diuiſi & diuerſi ſunt actus, ſicut eſt in ordinatione ſacerdotis, vbi alius actus ē tenere manus ſup caput, aliud dare ei calicē, aliud patenā, aliud inūgere, quorū ſi aliquod fuerit legitimè factū, nō erit poſtea reiterandū, vt hic. Quidā tamē dicunt, q̄ hæc duo. ſ. de patena, & calice non ſunt ſupplenda: quia nō ſunt de ſubſtantia, tamen ſecurius eſt ſupplere. ſed ſi partē dixiſſet orationis, & non totā, nunquid eſſet tātū medietas orationis dicenda? & dicimus, q̄ à capite dicēda eſt, tamē in ordinibus multæ orationes poſſunt eſſe, q̄ non ſunt de ſubſtantia ordinis. vnde ſi alter ordo legitimè collatus erit, pp hoc nō iteraret̄, ſed aliqua deeſſent de his, q̄ ſunt de ſubſtantia ordinis, vel de quibus dubitat̄, an ſint de ſubſtantia, vel ēt de ſolēnibus, cū poſtmodum illa, q̄ ſunt de ſubſtantia, ſupplent̄, & alia oīa omiſſa ſuppleri de-
3 bent. † Sed quid, ſi vnxiſſet tantū vnā manū, nunquid poſtea tantū altera manus vnget̄? & eſt dicēdū q̄ ſic, arg. hic: quia iterari nō debet: quia iā conſtat manū vnctā. & vbi in orationibus dr̄, manus, in plurali, diceret̄, manū in ſingulari, &c. in orationib. ſi neſciatur quid ſit de ſubſtantia, ſi facta eſſet vnctio in aliquo, & non dicta ofo, dicenda erit oīno, & non faciēda vnctio, ſed nō econuerſo, quia ofo adhærere dr̄ vnctioni, & nō ecōuerſo, quod ex ipſis orationib. apparet, q̄ de vnctione faciunt mentionē. ſed nos ꝯ credimus: quia, ex quo actus non ſunt diuiſi, q̄ ēt ſi ofones dimiſerit, iterū facienda eſt vnctio. qūo. n. diceret ſacerdos, ſacrificare dignare per hanc vnctionē. ſ. tit. prox. c. 1. & in baptiſmo expreſſius apparet. qūo. n. diceret, ego bapt. niſi immergeret, licet prius ēt immerſus eſſet? arg. de bap. c. j. ſed ſi nō poſſet ſuppleri p eundē, q̄ ordinauit, pōt per aliū ſuppleri, & nunquā debet p aliū ſuppleri, ſi p primū perfici pōt, 7. q. 1. nihil. qđ ēt obtinet in officiis veſpertinis, & aliis 7. q. 1. illud. ſed ſi cōſperſiſſet oleū ſup manus ordinādi, & inuaſiſſet eū infirmitas ante q̄ vnxiſſet, alius ſupplens, vel ipſe alia vice oleū fundet, & à capite incipiet: q̄ licet actus diuiſi non ſint iterandi, ſi tamē vnus actus non perficiat̄, à
4 capite incipiet̄. † Vnde ſi quis inter ꝯficiēdū ſacr̄m Euchariſtię, dū eſt in verbis illis, Hoc eſt corpus meū, deficiat, alius nō incipiet à capite. ſ. ibi qui pridie. idē dicimus in baptiſmo. ſed ſi celebrato ſacro Euchar. vel corporis, deficiat, alius nō incipiet à ſacro corporis, ſed ſang. [Impoſitio.] Falſa lr̄a eſt. impoſitio. & vera ē, ſuſpēſio, extracta de regiſtro. [Effundit̄.] i. dr̄ cū deuotione.

SVMMARIVM.

1 *Nūquid ad minores ordines Sacerdotis filius ſine diſpēſatione poſſit pmoueri.*

De filijs presb. ordinandis, vel non. Rub. 18.

CAP. I.

VT filij presbyterorum. Vt ſtatuimus ſupra. [Ex fornicatione.] Propter honorē ſacrorum, & pp deteſtationē paterni criminis prohibentur tales ab ordinib. ſecus in ſecularibus dignitatib. ff. de decuri. ſpurij. l. 2. § nullū. [Ex for-
1 nicatione.] ſ. de elec. cū in cunctis. 35. q. 3. de inceſtis. † [Ad ſacros.] Hic vr̄, q̄ ad minores ordines, & per cōſequens ad beneficiū ſine diſpenſatione valeat promoueri, arg. 55. diſt. c. j. ꝯ credimus per id, quod legitur. j. c. literas. quāuis id poſſit intelligi ſpeciale in filijs ſacerdotū, cū pœnæ ſint molliendæ, de pę. di. 1. pęnę. [Monachus.] Tūc in monaſterio vel canonia regulari pōt pmoueri, ēt ſine diſpēſatione, alibi nō. ſed nec in monaſterio, nec alibi plationē habebit. j. eo. c. fi. nec eccleſiam ſecularē, 16. q. j. legi.

CAP. II.

AD præſentiam noſtram. [In eccl'ia.] Sic veritas erat, ſed non expreſſit. [Genitus.] Maximè. idem n. eſſet, etiam ſi non eſſet in ſacerdotio genitus: vel etiā ſi in eadē eccleſia non adminiſtraſſet. ſufficit enim ad eius abiectionem, q̄ ſit filius ſacerdotis. [Amoueas.] Quia per obreptionem, habetur de hoc no. ſupra de præſcrip. cum dilecta.

CAP. III.

Præſentium. [In paternis.] Maximè.

CAP. IIII.

COnquerente nobis. [Notoriū.] Et ſi ēnō pōt eſſe niſi notoriū. j. de tranſla. pla. quāto, & no. de coha. cle. & mulie. tua.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus reſtitui debet ante, quam cognoſcatur de canonico ingreſſu.*
2 *Epiſcopus vbicunque ſcienter facit contra ius commune, eſtq; tale factum, in quo poteſt diſpenſare, habebitur pro diſpenſatione.*
3 *An epiſcopus miſſam illegitimè nati audiens, vel ſi ab eo procurationem viſitationis recipit, vel alias vtitur eius miniſterio, diſpenſare intelligatur.*
4 *Nunquid ſufficiat patientia ad hoc, vt videatur diſpenſare?*
5 *Non debet quis amoueri, non ſeruato ordine iuris.*
6 *Non diſpenſat epiſcopus cum aliquo, niſi id expreſſè dicat.*

CAP. V.

VEniens. [Spoliaſti.] Primo iniquū vr̄, quod dicit hæc decre. quia ſi ſciuit eū filiū ſacerdotis illius eccleſię non pōt eū remouere, ſed debet eū reſtituere. ſed ꝯ. nam licitū eſt ei ꝯ factū ſuum venire, 55. diſt. pęnitentes, 12. q. 2. non liceat. j. de pb. cū nō ignoret. ſ. de ele. noſti, vbi de hoc no. & multū fuit iniquius, ſi ignorauit eū filium ſacerdotis, quod ei eccleſiā reſtituat & tamen hoc ſtatim ſequit̄ in eadē decre. tertio vr̄ iniquū, q̄ inſtitutus poſt amotionē legitimā iſtius debeat reuocari. ſed primā & ſecundā ini-
1 quitatē ſoluit verbū poſitū in decre. ſ. ſpoliaſti. † quia. n. ſpoliatus fuit, reſtitui debet ante, q̄ cognoſcat̄ de canonico ingreſſu, 2. q. j. notū. j. de reſti. ſpol. in literis, & c. itē cum quis. ſed dices, ex quo notū erat, q̄ eſſet filius ſacerdotis, non debet ſeruari ordo, nec ēt reſtitui. j. de diuor. ſignif. caſti. j. eo. quoniā. ſed reſpondeo, imo ſeruandū erat: quia fortè de diſpenſatione cōtendebat, arg. ſ. de elec. dudū, el 2. vel pōt dicere. ſ. q̄ ſi ſciuit, creditur ſecū di-
2 ſpenſaſſe. † Poteſt. n. eſſe regula generalis, q̄ vbicunq; ep̄s facit ſcienter, quod eſt ꝯ ius cōe. & eſt tale factū, in quo pōt diſpenſare, q̄ pro diſpenſatione habebit̄, maximè ſi nullus ex diſpēſatione læditur. j. de biga. ſuper eo. ad idē. j. de cleri. cōiug. diuerſis. cū ep̄s prohibeatur diſpenſare cū illegitimè natis, niſi in perſonatibus & benefi ciis curā animarū habentib. j. eo. c. vlti. ergo licitū eſt diſpenſare in aliis. j. de ſen. excō. nuper. quāuis ſit arg. ꝯ. j. eod. c. pen. & ſ. c. proxi. alii dicunt & ſecurius, & ſic libēter cōſulo. q̄ ad
a hoc, q̄ intelligatur diſpenſare, ᵃ oportet q̄ pcedant ea, q̄ hunc pceſſū faciāt. ſ. q̄ pceſſit cognitio ſummaria ſup cauſis diſpēſationis, puta an ſit neceſſitas, vel vtilitas, vel alia iuſta cā. ff. de in ius voc. libertus. 1. q. 6. § niſi rigor. cū mul. c. ſe. imò plus dicūt qdā, q̄ neceſſaria eſt ſnīa diſpēſationis, vel potius decr. eſt neceſſariū ſuper diſpēſatione ꝯceſſa. ſ. dicēdo, decernimus eū idoneū ad ordinē, &c. & fortè vocabūt̄ hi, quorū intereſt, j. q. 7. c. ſi quis, qđ n̄ credo. aliter pſumit̄ temerariū factū ep̄i, nec diſpēſatio hr̄, imo eſt puniet̄, qđ nō fieret, ſi diſpēſaſſet. ſicut deberet in caſu ſibi diſpēſabili. 5 r. di. q in aliquo. & ſ. dr̄. quodcūq; de hoc no. j. de ele. ꝯuenit diuerſis. aliqui tñ dicūt hanc decr. p totū gratiā ꝯtinere. tertia aūt
3 iniquitas ſoluit̄ in gl. q̄ incipit. ordine. † Nūquid ſi audit ep̄s miſſam illegitime nati, vel ſi recipit ab eo pcurationē viſitationis, vel ſi alias vtit̄ eius miniſterio, intelligit̄ diſpēſare? Reſpō. nō, q̄a pdicta rr̄a intelligit̄, q̄ illud factū, qđ facit ſuperior, tale eſt, vbi requirit̄ cauſę cognitio. vel diligēs examinatio, ſicut ordinatio, & ꝯfirmatio. ſ. de ele. nihil, & no. ſ. de poſtu. c. j. ſed nō ē tale audire miſſā alicuius. nā ex quo dēt ī qrere ī ordinādo, vel ꝯfirmādo ſi ep̄s talē ordinat, vel ꝯfirmat, vr̄ hoc inquiſiuiſſe, & ex certa ſciāᵇ diſpenſare.

ADDITIONES.

a ¶Intelligatur diſpenſare. Adde Inno. in c. diuerſis fallacijs, infra de cleri. coniug. Et quæ ibi poſui.
b ¶Et ex certa ſcientia. Et ſic narratio facti facta per Principem operatur, quantum clauſula ex certa ſcientia. ita allegat Inno. hic Pe. de Ancha. in conſ. 193. col. j. circa fi. incip. viſa allegata.

diſpenſare. ſed non idē vr, ſi dicit ei, ꝙ celebret miſſam: quia &
hic licet aliquis debeat attēdere, à quo audiat, 14. diſt. confeſſio-
nes. tamē nō eſt talis cognitio, vel examinatio, ꝙ videatur di-
4 ſpenſatio. † Itē non ſufficit patientia, vt videaſ diſpēſare: ſed exi-
gitur factū ſolēne, vt eſt in ordinatione, & cōfirmatione, qđ nō
eſt, quando recipit procurationē ratione viſitationis, quia reci-
pere procurationē non eſt ſolēnis actus. & pati eū remanere in
eccleſia poſt viſitationē, nō eſt agere, ſed pati. Itē non eſt idem in
excōicatione: quia ordinando excōicatū a ſe ſcienter non vr ip-
ſum abſoluere. & hoc eſt ideo, quia in abſolutione de excōica-
tione neceſſaria eſt certa forma. j. de ſen. exc ō. cū deſideres. 1. re-
ſpon. [Innotuerit.] Maximè. nā & ſi non innotuiſſet, tamē ſpo-
liatus reſtitui debet per eius ordinādi cōfeſſionē, 22. q. 5. hoc vr.
alij dicunt, ꝙ ſufficit innotuiſſe quocunq;. ff. de admi. tu. ſi pater.
§. vlti. ſed quis probabit innotuiſſe? Reſpon. qui dicit ſciam. ff. de
proba. verius, 84. diſt. propoſuiſti. quidā tamen dicunt pſumēdū
ↄ epm ex eo, ꝙ examinauit, vel examinare debuit. 24. diſt. quādo
eps. & pſumitur nihil de cōtingentibus omiſiſſe, 11. q. 4. abſit. ſ.
de æta. accepimus. ſed poteſt eps bene reſpōdere, licet examina-
5 uerit, tamen per examinationē nō potuit. † [Amoto.] Ordine
iuris ſeruato, puta vocabitur inſtitutus, vt ↄdicat petitioni reſti-
tutionis, 3. q. 6. hoc quippe. vel dic cū factū eſſet notoriū. ſ. ſpo-
liatio & inſtitutio huius ſpolia. idcirco non erat neceſſarius or-
do iuris, vt no. j. de coha. cle. & muli. tua. hoc non placet. vel dic
ꝙ peteretur ab epo reſtitutio eccleſiæ, cū inſtitutus ab eo ſcit eā
peti, ſibi pıudicat, niſi defendat ius ſuū. ff. de re iud. ſæpe, & no. ſ.
de reſcri. ex parte decani, j. de re iudi. cū ſuper, & c. quāuis, & idē
ſi ageret ad caſſationē ↄ ſe latam, occaſione cuius alius inſtitutus
6 eſt, j. de procu. de inſinuatione, de his alias no. plenius. † [Reſti-
tuas.] Secundū eos, qui dīt, ꝙ nō intelligitur diſpenſare ordinā-
do, niſi expreſsè dicat, non vr ꝙ hoc vltimū poſſit ſuſtineri. ſ. ꝙ
eccleſia auferτur inſtituto ſacerdoti, cū cōſtet eū canonicè inſti-
tutū. ſ. in locū eius, qui eſt filius ſacerdotis: ſed pōt reſpōderi hoc
ideo eſſe: quia ſine ordine fuit ſpoliatus. vel dic, ꝙ in hoc caſu nō
dicit detentorē amouendū: imo ſi alius detineret, nō eſſet ille re-
ſtituendus. Nec obſt. qđ pcepit in litera, amoto. alias dic, ibi ſub-
audiatur, ſi quē inſtituiſti. & ita non ponit pro cōſtanti aliquē in-
ſtitutū. & illa clā. ſ. amoto, &c. non refertur ad illū caſum. ſ. quā-
do ignorans fecit: quia tunc nunquā eſt ſibi reſtitutio facienda,
cū alius canonicè eā haberet: ſed ad primū tantū. ſ. quando ſciēs
fecit. Itē pōt intelligi, ꝙ eps amoueret eū, ſi pōt, ſua propria vo-
luntate: quia iſte clericus expoliatus ex tunc non habebit cauſā
agendi ↄ eū: ſed ſi hoc nō fecerit, multipliciter ↄ eū agi pōt. nec
mireris, ꝙ iſte filius ſacerdotis reſtituiſ: quia hoc ex diſpenſatio-
ne: vel dic, ꝙ filius ſacerdotis pōt iuſtè tenere eccleſiā, quouſq;
eā legitimè dimittat. ſ. de renun. niſi cū pridē. §. perſonæ. & eadē
ratione iſte, qui malè erat deſtitutus, erat reſtituēdus. [Donec.]
In hoc eſt gratia, ſiue diſpēſatio, ꝙ non pōt eū remouere, donec
alibi ſibi puideat, cū alias ſtatim remoueri debet, ſ. eo. c. 2. & 3.
cauſa aūt diſpēſationis eſt: quia indignū eſt, &c. vt j. c. proxi. [Do-
nec.] Nūquid p literas ad vnū epm impetratas cū hac clā intelli-
gitur ſecum diſpēſari, vt quilibet poſſit ei in eccleſia prouidere.

S V M M A R I V M.

Laico patrono in aliqua eccleſia licet variare in præſentando, clericis autem non.

CAP. VI.

PRopoſuit nobis. [Cōmittere.] ſ. & bene. de gratia eſt, quod ſequi-
tur pp cauſam hic poſitā, quia indignū eſt, &c. [Aſſen-
ſu.] Sed q̄ritur nunc de aſſenſu patroni? arg. 64. diſtin.
principatu, 18. q. vlti. Eleutherius. Quidā dicunt ſolū patronū de-
bere eligere, & ipſe hunc ſubdia. eliget, qui erit platus, ar. j. de iu-
repat. poſtulaſti. Alij dicunt nō negari hic, quin & patroni cōſen-
ſus requiratur. Melius dicas, ꝙ ſacerdos aſſumendus nō erit cle-
ricus eccleſiæ, ſed tantū ſeruitor, vt hic dicit expreſsè, vel vica-
rius tēporalis, qui ſupplebit, quod ille nō pōt, 7. q. 1. Pōtifices. Sed
dices, quare non pſentando indignū deuoluitur ptās ad epm, arg.
ſ. de elec. cū in cunctis? Reſpō. quidā aliud in clericis, aliud in lai-
cis, vbi nō eſt tāta diſcretio in negocijs eccleſiaſticis. vnde laico
ↄceditur variare, nō clericis, j. de iurepa. cū autē, & c. paſtoralis.
nos credimus ad ſuperiorē deuolui prouiſionē, patrono pſentā-
te indignū, in Auct. de ſan. epi. ſi quis oratoriū, licet eps bene fa-
ciat, ſi reddat prouiſionē patrono: quia nō ſunt ita inſtructi in ec-
cleſiaſticis negocijs. [Eidē.] eccleſię. [Solus.] 8. q. 1. nulli, &c. illud.

CAP. VII.

EX tranſmiſſa. [Diſtuliſti.] Et bene, diſpenſa-
tionē habebat. & quod ſequi-
tur diſpenſatio fuit. [Admittere.] Ex diſpēſatione ve-
ſtra: alias eſt ↄ. ſ. eo. ↄquerente. [Decreto.] 8. q. 1. Apo-
ſtolica. nā cum media fuerit perſona inter patrē & filiū, non pōt
dici habere locū hereditaria ſucceſſio, qui ēt ſi ſuccederet patri,
nō propriè dī hæreditaria ſucceſſio, cū nō tanquā hæres habeat
eccleſiam, cum alius fuerit medius: ſed ex electione, etiam no-
ua inſtitutione: ſ. d & ſic propter perniciem exēpli prohibetur.

S V M M A R I V M.

Spoliatus quando in primis non ſit reſtituendus.

CAP. VIII.

COnſtitutus. [Spoliauit.] Quod de iure non po-
tuit, 15. q. 7. laici, arg. 23. q. 8. ſcire.
[Querelam.] Agendo petitorio. ſ. n. actū eſſet poſſeſſo-
rio, non requirerentur probationes ſuper perſonatu, vel vica-
ria patris. j. de reſti. ſpol. in literis, & c. itē cū quis, 3. q. 1. per totū.
ſed ſi agebatur petitorio, non tamē debet ei adiudicari eccleſia,
ſicut hic mandaſ, cū nouſit de legitimo matrimonio, nec pro-
baſſet canonicā inſtitutionē. ſed dicimus hanc decre. loqui de di-
ſpenſatione. vel nō mouebatur q̄ſtio de canonica inſtitutione:
fuerunt tamē, qui dixerūt nō eſſe faciendā reſtitutionē, ēt ſi aga-
tur poſſeſſorio, cū notoria eſt cauſa, quare eccleſiā habere nō po-
teſt, niſi alleget aliquid ↄ notoriū, arg. ff. quo. le. l. j. §. rediguntur.
ff. de dolo, ex dolo. ff. de Car. edic. l. 3. §. cauſæ. quāuis poſſit dici il-
lā loqui in petitorio. ſecundū autē omnes hoc eſt verū, quia ſi iā
cōſtaret vel per confeſſionē eius, vel probationes admiſſas, ꝙ eſ-
ſet talis, ꝙ ei de iure non eſſet faciēda reſtitutio, puta quia eſſet
illegitimus, vel quod eandē poſſeſſionē occupaſſet, nec diſpēſa-
tionē haberet, denegareſ ſibi reſtitutio. j. de diuor. ſignif. caſu, cū
eā ſine peccato retinere nō poſſet. ſed ſi non ↄſtet de hoc, ſed ſit
res dubia, pōt dicere ſpoliatus, nō reſpōdebo, niſi de poſſeſſione
mea, vel ſ iure meo. & tu nō es audiēdus, niſi primo facta reſtō-
ne. j. de reſti. ſpol. in literis ↄ. j. eo. de ordi. cog. cū dilec. & c. vlti.

CAP. IX.

EX tua nobis. [Suſtinere.] Diſpenſatiuè tātum.
[Vel.] Pro &. alias. n. malè dicere-
tur. ſ. ꝙ ēt ſi ſint malè vitæ, dūmodo lōgo tpe tenuerint,
ꝙ cū eis debet diſpēſare. [Quidā.] Aduerſarij quorundā ex ipſis.
[Eos.] ſ. quoſdā aduerſarios ſuos, cū quibus litigabant, & cū qui-
bus Archieps iam diſpenſauerat auctoritate literarum Papæ.
[Eis.] Aduerſarijs ſuis filijs ſacerdotum. [Ipſius.] Impetratorib.
literarum. [Oſtendere.] Hoc de ſpeciali gratia. [Irritari.] Auct.
conſti. quæ de digni. §. illum, de pœn. diſtin. 1. quantumlibet, 23.
queſt. 4. ſi ille. [Inſtitui.] Supra de elect. quiſquis, vbi no.

S V M M A R I V M.

Teſtes non requiruntur ad notorium, quod inficiari non poſſit.

CAP. X.

QVoniam ſacris. [Manifeſtum.] q. d. ſi ibi ſtetit
pro plato, eū hoc vix eſſe poſ-
ſit, quin ſit notoriū, & ad tale notoriū, qđ inficiari non
poſſit, non eſt neceſſe teſtes requiri. [Deducatur.] 2. q. 1. de ma-
nifeſta, & c. q̄ Lotharius, niſi probabiliter dubites de eius platio-
ne, de qua tñ non vr poſſe dubitari, cū factū ſit ſui natura tale, qđ
de facili non poteſt eſſe niſi notorium, ſ. de transla. epi. quanto.

CAP. XI.

AD extirpandas. [Filij.] Idem in nepotibus,
& alijs deſcendentibus, In-
ſti. de hære. qua. §. ſui. & idem in collateralibus, ſi iure
ſucceſſionis petant, 8. q. 1. Apoſtolica. [Filij.] Siuè legitimi, ſiue
illegitimi, arg. ſ. eo. ex tranſmiſſa, vel ſupra eo. conſtitutus. [Vi-
carij.] Perpetui ſupra eo. conſtitutus. [Media.] ſ. maximè.

CAP. XII.

AD hoc. [Ex tua.] Infra eo. abolendam, contra. ibi
ſol. [Beneficium.] Et prælatur æ patris ali-
quo mediante. ſupra proxi. & c. ex tranſmiſſa.

S V M M A R I V M.

1 *Filius legitimus, quis dicatur.*
2 *Filius quis eſſe, quibus modis probetur.*

CAP. XIII.

MIchael preſbyter. [Qui.] ſ. Anto. [Vica-
riam.] Perpetua ſ. eo.
1 conſtitutus. [Conſtiterit Filiū.] † ille eſt filius, quē le-
gitimæ nuptiæ demōſtrant. ff. de in ius vo. quia ſemper, vel legiti-
mus cōcubinatus, in Auct. qui. mo. na. effi. leg. §. ſi vero effuſam,
aliàs ſm leges talis non reputaſ filius. ſ. quātū ad ſucceſſionē, vel
paternam ptātem, vel quo ad alia priuilegia, vel iura ſecularia.
2 † Sed ſm canones quantū ad hoc, vt repellatur à promotione,
ēt ex indicijs alijs probatur filius, j. qui fil. ſint legi. trāſmiſſæ, ut ſ.
quid. n. ſi certū eſt ſacerdotē peccaſſe cū muliere, & poſt filiū, q̄
ex ea natus eſt, ab ea nutritū, vel filiū nominabat, vel alias ſicut
filiū tractabat? verè pſumam eū filiū. j. de pſum. c. 2. C. de proba.
non nudis. C. de teſta. neq; profeſſ. ff. de inof. teſta. ſi inſtitutus. §. 1.
tamen probatio in ↄtrariū admittiſ, vt in pdictis ll. dr. ad idē. ff. de
leg. 1. ſi ſeruus plurium. §. vlti. & multo fortius, ſi pater & mater
hos filios confiteanſ, vt in decre. tranſmiſſæ, imo plus dico, ſi alij
quando habuerūt eū, vt filiū, licet poſt dicant non filiū, tamen fi-
lius reputatur in tantū, ꝙ prohibeaſ ↄhere cū cū ſanguineis pa-
ternis.

ternis.j.de proba.per tuas. imo ſola affectione pſumitur filius.j. de pſum.afferte.ſed nō eſt ſufficiēs probatio.[Habuit.]Maxime.

SVMMARIVM.

5 *Permiſſio in genere mediocritatem reſpicit.*

CAP. XIIII.

LIteras. [Natus.] Tamen poſtquā fuit ſacerdos, quod non licuit.32.diſt.ante.[Permittimus.] Diſpē ſatione.alij ꝯ. [In clericum.] Hic promouebitur ad ſacros ordines: quia permiſſio in genere mediocritatem reſpicit. ff.de ope.ſer.tria. & l.viti.j. reſpon. C.de do.ſi quis arg.ſic etiam diſpenſatio.ff.de leg.3.nummis,ſupra de tranſlatio.c.vlti.

CAP. XV.

CVm decorem. [Filius.] Illegitimis [Victima tur.] Ideſt pro victima offerē.

CAP. XVI.

AD abolendam. [Filii.] Illegnimi. vñ bene ſequit, maximē ſpurii. idē eſt.n.in omnibus illegitimis. in legitimis autē ſecus, ī.eo.ad hoc,quæ ſignatur ꝯria. [Suſpendatur.] Si autem ad epiſcopatus, vel dignitatem tales aſſumeret, ipſo iure ſuſpenſus eſſet à beneficijs,ſupra de electionibus,cum in cunctis.

SVMMARIVM.

1 *Sede ab Apoſtolica emanare non dicitur,quod ab eius legato emanauit.*

CAP. XVII.

DIl.fi.G. [Ap.ſe.le.] Nō intelligiē emanare à ſe ap. qđ à legato eius emanat, niſi a Papa emanet. [Canonicum.] Eſt autē canonicum, ꝙ amoueatur ab eccleſia.ſupra eo.Michael,15.diſt.per totum.

SVMMARIVM.

1 *An liceat ſimplici epiſcopo diſpenſare,vel ſoli Papa, vide in nu.2.*

CAP. XVIII.

1 **N**Imis in tua. [Se.ap.] † Alias autē ſimplex eps diſpenſare pōt,cū ſibi non ſit prohibitū.j.de ſen.exc.nuper.vt in eccleſia paterna ſit ibi clericus poſt mortē patris aliquo medio,arg.ī.eo.veniens.viuo aut patre nō poſſet diſpēſare,ī.eo.ad abolendā,nec ēt poſt mor-
2 tē in pbendam patris nullo medio.ī.eo.ad extirpan.† Alij tamē dicunt,ꝙ ſolus Papa cū filijs illegitimis diſpenſare pōt:nā nō inuenitur,ꝙ diſpenſet eps.de hoc no.ī.de tēp.ord. dilectus. de ordinibus autē non inuenitur expreſſum,ꝙ in maiorib. vel in minorib.liceat epo diſpēſare. & ꝙ hic innuiē, ꝙ epis liceat diſpēſare in alijs eccleſijs,q̄ in dignitatib.vel perſonatib.vel habētib.curā,nō ꝯdicit: quia loquiē, ꝙ epis licet eccleſias ſine cura cōferre his,cū quib.diſpenſatū eſt ſolūmodo, ꝙ promoueri poſſunt ad ordines:ſed eccleſias cū cura non licet cōferre talibus,niſi in diſpēſatione cōtineaē expreſsè,ꝙ eis liceat habere curā animarū, & ſic de conſuetudine obtinere vř. [Amotis.] Sine ordine iudiciario,ī.eo.quoniam ſacris,i.eſt notoriū,ī.de tēp.ord. ad aures.

SVMMARIVM.

1 *Ingenuus quis.*

De ſeruis non ordinandis, & eorum manumiſſione. Rubrica. 18.

CAP. I.

INſtruendi. [Ingenuitatis.] Ideſt libertatis. nam ingenuus eſt, qui liber naſcitur.Inſti.de inge.in prin. [Ingenuitatis.] 54.diſt.quicquam. [Precaueri.] Supra de temp.ordi. ad aures.

SVMMARIVM.

1 *Quo caſu ſeruus præſumatur dolo eſſe in poſſeſſione libertatis, vel non eſſe.*
2 *In actione petitoria libertatis, vel ſeruitutis, inquirendum eſt primo, quis ſit bona fide in poſſeſſione.*
3 *Non acquirit aliquis ſeruitutis poſſeſſionem, ſi dolo malo incepit poſſidere, vel tenere.*
4 *Dominus quando dicatur amittere poſſeſſ.ſeruitutis.*
5 *Seruus non ordinari debet domino contradicente.*
6 *Seruus effectus ſacerdos an ſit liber.*

CAP. II.

1 **D**E ſeruorum or. [Fugiens.] † Seruus fugitiuus, de cuius fuga ꝯſtat, ſi de ſtatu ſuo voluerit litigare, dicens ſe liberū, excipiens,remittēdus eſt ad iudicē domini, vnde fugit. C.vbi de ſta. l.1.hoc.n.ipſo ꝙ fugit. pſumitur dolo eſſe in poſſeſſione libertatis,& reducitur in poſſeſſionē ſeruitutis.C.de proba.l.vis.quod ſic per terminos diſtinguo. aliquis pvim cepit aliquē vt ſeruū, & tenet.ſ.vt ſeruū, nō tamē de iure eſt in poſſeſſione ſeruitutis: ff.de proba.ſi qs.l.j.ff.de acq.poſ.cū hæredes.§.vlti.ff.de libe. cauſa.ſi tamē fugiat, in poſſeſſionē ſeruitutis reduciē, vt C. de pba. vis eius.quāuis illa lex poſſit intelligi,vt primo, quā reſtituatur, inquiraē an ſit in poſſeſſione libertatis, & in illa inquiſitione veniet.an dolo vel violenter detineaē.ꝙ ſi tunc fugit, cū violēter, vel fraude detinebatur, nō vř dolo eſſe in poſſeſſione libertatis,
2 arg.ll.ꝯtrarū † Et hoc vera eſt inter actores de libertate & ſeruitute petitorio:quia non pōt conſtare, cui onus probationis incūbat,& quis ſit actor,& quis reus,primo inquirēdū eſt, quis ſit bona fide in poſſeſſione.ff.de libe.cau.l.libertis.§.vlti. ſecus autē ſi agatur poſſeſſorio: quia tunc non admiſſa exceptione violētiæ reſtituiē res,vt no.ī.de poſtu.bo.me.in gl.& ideo ī.de ele.quere-
3 lam.† Vel dic hanc diuerſitatē non tantū contingere, quia agaē poſſeſſorio,vel petitorio,ſed qa eſt ſpeciale, ꝙ nō acquiret quis poſſeſſionē ſeruitutis, vel alicuius iuris in aliquo homine, ſi dolo malo incępit poſſidere,vel tenere. ff.de proba.ſi quis liber. & eodē modo nō acquirit poſſeſſionē libertatis, ſi dolo malo cępit.ff.de libe.cau.agitur.§.2.ſecus.n.eſt, ſi agaē de poſſeſſione alicuius rei corporalis,vel de iure aliquo,quod poſſidere cępit. nā ibi bene ꝗritur poſſeſſio, licet dolo cęperit poſſidere, vel tenere, vt no.ī.de poſtu.bo. & hæc vera ſunt, ſi dolo hominē liberū tenet: ſecus,ſi ſeruū alterius: quia tunc acquiret poſſeſſionē iuris alterius,ſiue vi ſiue dolo faciat, ſicut & alterius res acquiret: ſed ſi ſit in poſſeſſione libertatis bona fide, corā iudice eius agē.
3 C. vbi cau. ſtat.l.3. † Vt autē ſcias,quando dominus amittit poſſeſſ.ſerui. eo, quod mitteretur in poſſeſſionē libertatis. diſtingue.nā ſi bona fide omnino ſe gerit pro libero,ſtatim amittitur poſſeſſio eius.onus probandi incūbit domino eū ſeruū, & corā iudice ſerui.intelligo eū eſſe in poſſeſſione libertatis,ſi iuſtis rationibus,vel ēt iniuſtis, dūmodo ſine fraude & calliditate ſe gerat pro libero.ff.de lib.cau.libertis,in fi.& in l.agitur. §.pōt. quia probatio domino non incūbet,ſi poſſideret, Inſti. de inter. §.re-
4 tinendæ. † Quidam tamē leges allegatas de lib.ca.intelligunt,ſi p decenniū fuerit in poſſeſſione libertatis, arg.ff.de acq.poſſ.poſſideri. §.ſi ſeruus. ſed certe ſni hoc in pſcriptione libertatis eſſet neceſſariū vicenniū. cū tamē conſtet aliquando ſufficere decenniū.ff.qui & à qui.§.Aniſio.& ideo nō placet. ſiue vero mala fide ſit in poſſeſſione libertatis. & deſiit dominus habere animū poſſidendi,ſtatim amittiē poſſeſſio,ſicut & aliarū rerū.ff.de acq.poſ. ſi quis.§.dña. & domino petēti nō reſtituiē poſſeſſio ſeruitutis. & licet mala fide ſit in poſſeſſione libertatis, puta quia ſcit ſe ſeruū,tamen onus probationis, ꝙ ſit ſeruus ſuus, incubit domino debet.n.ſibi imputare,qui poſſeſſionē adiecit.Sed melius credo, ꝙ in hoc caſu debet ei reſtitui poſſeſſio. quia generaliter loquitur leges ſuperius aſſignatæ.ff.de l.ca. & ipſi ſeruo onus probādi incūbit,vt ibidē dr.ſi vero mala fide eſt in poſſeſſione libertatis. & certū eſt, ꝙ dominus non debuit habere animū poſſidendi,diſtingue. aut dominus non amiſit cuſtodiā ſerui,aut amiſit. ſi nō amiſit,ēt ſi centū annis fuerit in poſſeſſione libertatis, tamen eū poſſidet.quia nec ab alio poſſidetur, nec ipſe ſuā poſſeſſionē interuertere pōt.ff.de acq.poſ.& cui,in fi.nā hoc idē eſt in poſſeſſione cuiuſlibet rei mobilis.nā quādiu ab alio non poſſidetur, nec amitto cuſtodiā, & animū poſſidendi habeo, & poſſeſſionē retineo.alias.n.ſequeretur abſurditas,quia ſi ſeruus meus 10.vel 20. ann.ſe defenderet marce, ꝙ amitterē poſſeſſionem eius.ſi vero amiſerit cuſtodiā eius,quia neſciebat dominus quo fugiſſet, vel vbi eſſet,ſi ſeruus habebat animū reuertendi,retinet poſſeſ.alias non.ff.de acq.poſſ.l.ſi rē mobilē.ſed licet in eo caſu, vbi nō habuit animū reuertendi,amittatur poſſeſſio, quando tamē mala fide eſt in poſſeſſione libertatis.reſtituitur domino poſ.ſerui & ſeruo incūbit onus probandi.ff.de lib.cau.ſi liberis.§.vlti.& l.agitur.§.pōt.& ad iudicē domini remittiē. prius tamē corā iudice ſerui conſtabit,ꝙ ſit in poſſeſſione malę fidei.Si vero dubitatur,an deſierit habere animū poſſidendi, necne,tunc diſtinguo, an ſeruus fuerit in poſſeſſione libertatis decēnio,an minori tpe. ſi minori,non pſumitur deſiiſſe habere animū poſ.ſecus.ſi decēnio,& ſic loquiē lex.ff.de acq.poſſ.poſſideri.§.ſi ſeruus.hoc autē, vtrū ſit ſeruus in poſ.libe.vel non,an ſit fugitiuus, vel non & an bona fide,vel mala,& alia,q̄ diximus. ī.quæri, examinari & terminari debent ante, q̄ agatur de proprietate ſerui, vt ff. de libe. cau.libertatis.§.vlti.& l.agitur.§.pōt.& ꝗretur hoc ſub iudice ſerui ratione dubietatis. ſi. j.de ap.ſi duobus.ff.de iu.ſi quis ex.ī.de reſcri.ſuper literis.& multū iſta valent,quia ſimilia ferè requiruntur,quando plātus dicit aliquē ſuū clericū,vel monachū, vel dominus dicit aliquē ſuū libertū vel aſcriptitiū,vel originariū.vel officialē.de ſimilibus.n.ad ſimilia eſt procedendū,vt ff.de leg.nō
5 poſſunt. † [Recipiat.] Et nō ordinatur ſeruus ſcienter, domino ꝯdicente. & tunc dicſit quidā.ꝙ remanet ſeruus. & reſtituiē domino.et ſi ſit factus ſacerdos arg.54.diſt.ſi ſciente.alij ꝯdicunt. & melius fortè.ſ.ꝙ non eſt reddēdus domino, 54.diſt.ex antiquis, & c.frequens.ſi vero ſciente & nō ꝯdicente, ſtatim efficiē liber. 54.diſt.ſi ſeruus ſci.ſi autē ignorante domino.ſed epo vel pſentatore ſciente,ꝙ ſit ſeruus,tūc efficitur liber,ſed eps,vel pſentator dabit duos equè bonos,54.di.ſi ſeruus ab.ſi vero non habeat,vnde ſoluat,& domino ignorāte eſt ordinatus ſeruus,reſtituiē domino,ſed cū diſtinctione hac ſ.ſi.n.dño ignorāte, & epo, & præ-

ſentatore

ſeruore ſit ordinatus, ſi eſt in minoribus ordinib. deponitur, & reſtituitur domino, 54. diſt. nulli. frequẽs, & c. ex antiquis. diaconus vero, & ſubdia. dant pro ſe vicarios, vel pretiũ, & remanent liberi, 54. diſt. ex antiquis. j. eo. miramur. ſi autẽ non habẽt vicarios, vel pretia, deponunf, & reſtituunf dominis, 54. diſt. ex
6 antiquis. † Si vero factus eſt ſacerdos, liber eſt: ſed aufertur ei peculiũ, & datur domino, vel ſeruit ei in officiis, 54. diſt. frequens, & c. ex antiquis. ſi efficiaf monachus, vſq; ad triennium põt repeti, & non vltra, 54. diſt. ſeruus ſci. & ẽt ſi ignorãte domino factus ſit clericus, vltra ann. repetere non põt, vt in eo. c. ſi ſeruus ſci. Et eſt ratio diuerſitatis in clerico, & monacho: quia clericus publicè manet, monachus ſecreto. nõ tamen licebit domino manus in hunc clericũ inijcere, 17. q. 4. ſi quis ſua. nec põt ꝯhere matrimoniũ pp votũ, quod votũ fingitur feciſſe in ſuſceptione ordinis, quod potuit. j. de cle. cõiu. quidã, 84. diſt. cũ m pterio. & cogendus erit per epm, arg. 97. diſt. Imperator. in aliis aũt priuilegiis nõ gaudebit, j. de cle. cõiu. Ioannes, & c. ſeq. idẽ dicimus in originariis, aſcriptitiis, & in oĩb. q ꝯditione ſeruili, vel rõcinio, ſunt obligati, 54. di. frequẽs, qs aut, generalis, ſi q libet. & in libertis, & aliis, ſi aliqđ obſequiũ patronus ſibi retinuit, 54. diſt. qcũq;, vel in obligatis functionibus, 51. diſt. ꝑterea, j. de obli. ad ra. ca. j.

SVMMARIVM.

1 *Acquiſita ab eccleſiarum libertis debent eſſe eccleſiæ.*
2 *Non poteſt libertus in ius patronum abſque venia vocare.*
3 *Dominus ſponte ſeruũ manumittẽs atiã ob leuẽ iniuriã in ſeruitutẽ reuocat.*

CAP. III.

DE famulis eccleſiæ. [Parochias.] Subditas illi eccleſiæ, cuius ſerui ſunt. [Tranſmittere.] In teſtõ. aliꝗ idẽ etiam
1 inter viuos, quod nõ credimus. † [Pertinere.] Hoc eſt ſpeciale in libertis eccleſiarũ, ꝙ oĩa ab eis quocunq; modo acquiſita debent eſſe eccleſiæ, nã in nõ libertis ſecus, 12. q. 3. c. i. & in multis c. eiuſdẽ q. & ſequentis. in libertis aũt priuatorũ ſecus eſt: nã ibi, ſi liberti ſunt minores cẽtenariis, nihil tenenf relinquere patronis laicis, ſed ab inteſtato, ſi non habeant liberos, in totũ ſuccedit patronus. ſed ſi liberos habent, in nihilũ ſemper ſuccedit. ſi autẽ ſunt maiores cẽtenariis, ſi habeant liberos, niſi eos exhæredent, nihil tenenf relinquere patronis. ſi vero nõ habeant liberos, tenenf eis relinquere tertiã partẽ. & ſi nõ relinquẽt, ad totam terrã, vel eius ſupplemẽtũ agent patroni bonorũ poſſeſſione ꝯtrab. ſi vero ſine liberis & inteſtati decedant, in totũ ſuccederẽt patroni, Inſti. de ſuc. li. ſed noſtra, & §. ſeq. & hoc intelligimus tã in libertis eccleſiarũ, qui manumiſſi ſunt, vt ſunt ꝑsbyteri, quã in aliis, dumodo liberti legitimos liberos non habeant, nã ſi haberent, crederẽ ꝙ non tenerenf relinquere eccleſiæ, vt §. ſed cũ noſtra, & quia parentes theſaurizant, & c. 16. q. i. ꝑdicator. laici autẽ nec hoc ius, nec aliquid habere poterunt in libertis eccleſiæ
2 alias clericis. † [Accuſandi.] Ideſt agendi. nã nullus libertus abſque venia põt in ius vocare patronum, ff. de in ius vo. quiq;. §. i. 2. 2. q. 2. §. qui ma. nã cum ſit vniuerſitas, non põt accuſari. ff. de dolo, ſi ex dolo, 14. q. 3. ſi hæc. vel dic, ꝙ excipiendo, vel inquirendo nõ poterit agere de crimine, ẽt ſi cõſenſu capituli deliquiſſe dr, j. de ſimo. veniẽs, 16. q. 6. placuit. ff. quod me. cau. l. metu. §. i. [Accuſari] 12. q. 2. eps, qui mancipiũ. [Teſtificandi.] C. de teſti. l. li-
3 bertorũ. ff. de teſti. l. 3. §. lege. † [Libertatis.] Propter iniuriã etiã leuẽ dominus ſponte manumittens ſeruũ reuocat in ſeruitutẽ, vt hic, 12. q. 2. octaua. C. de lib. & eo. lib. ſi manumiſſus, niſi remiſiſſet patronatũ. pp obſequiũ autẽ impoſitũ & non ꝑſtitum non redigetur libertus in ſeruitutẽ. C. de li. cau. ſolo. niſi nimis eſſet neceſſariũ obſequiũ, puta ꝙ negauit alimenta. ff. de lib. agno. alimenta. tunc. n. reuocabif in ſeruitutẽ ex eiſdẽ cauſis, quibus reuocantur donationes. Auct. vt liberi de cetero. §. illud. ſi vero ex neceſſitate ſit factus liber, eadẽ eſt diſtinctio, ſed diuerſæ pœnæ, ff. de iure pa. l. i. & his modis reuocantur in ſeruitutẽ laicorũ patronorũ liberti laici. Sed liberti clerici non reuocanf in ſeruitutẽ laicorũ. nã non debent promoueri, niſi directè & ſine obſequio ſint manumiſſi, 54. diſt. quicunq;, & ſi aliter promoti ſunt reuocanf ſcdm diſtinctionẽ, quã no. ſ. proxi. c. ſpeciale igif eſt in libertis eccleſiæ, qui pp obſequiũ impoſitũ non ꝑſtitũ rediguntur in ſeruitutẽ, & ſic intelligo, 12. q. 2. diaco, nã ſi nõ eſſet impoſitũ, non tenetur, j. c. eo. & eſt aliud ſpeciale in libertis eccleſiæ, quia filij eorũ aſtricti sũt eccleſiæ, vt ſemp ſint liberti, 12. q. 2. de libertis. ſecus in libertis priuatorũ. C. de li. & eo. li. l. i. & 2, niſi quãtũ ad hoc, ꝙ pp ſuã igratitudinẽ filij libertorũ viuẽtib. parẽtib. redigũtur ĩ ſeruitutẽ. alias. n. in ti. C. fruſtra adderef, & eorũ liberis. & fit ꝑdicta reuocatio ꝓpoſita hac accuſa. & iudicis officio ĩplorato,

SVMMARIVM.

Patronus quando poſſit imponere operas ſpirituales manumiſſo.

CAP. IIII.

NVllus. [Donauerit.] Sub ea cõditione, vt ſibi ſeruiret in horis canonicis: alias tamẽ põt ad aliã eccleſiã tranſire. j. c. eo. & no. hic patronũ operas ſpirituales imponere, ſed debet imponere incõtinenti poſt manumiſſionem. ff. de ope. li. vt inuitis. ff. de lib. cau. l. vlti. §. ideo. vel incontinenti, quia q̃ fiunt incontinenti, ineſſe videtur. C. de pac. petens. ff. ſi cer. pet. lecta. alias quæ aguntur cũ ſeruo in ſeruitute, cum non obligant. C. an ſer. ex ſuo fac. per totũ. Item alias operas ꝑter has ſpirituales, in liberto clerico non poterit retinere.

CAP. V.

COnſuluit, & infra. [Conditionis.] Exiſtentem ſeruum.

SVMMARIVM.

Conditio in ſpiritualibus, quando licita.

CAP. VI.

EO libentius, & infra. [Dominorũ.] Scilicet clericorũ. [Eccleſiæ.] Cuius ſerui fuerũt. [Tenore.] Ideſt intuitu, vel modo, arg. ff. de iu. iuito. §. ſub cõditione. conditio. n. in ſpiritualibus eſſet illicita, i. q. 2. quã pio. Vel dic, ꝙ ſicut in matrimonio põt apponi conditio, vt fidẽ accipiat, 28. q. i. iã nunc. & ita in ordine apponif conditio libertatis, vt hic. j. de cõd. appo. c. 2. nã cum libertas ſit res ſpiritualis, põt venire in conditionẽ & cõmutationem. j. de re. permu. ad q̃ſtiones. de hoc no. ſ. de cle. ſignificaſti. melius dicas, ꝙ non fuit appoſita in ordinatione cõditio: ſed in manumiſſione retinuit ſibi operas ſpirituales, qđ potuit, vt no. ſ. eo. nullus. [Ad aliam.] De licentia tamen epi, alias non licet, 72. diſt. per totũ, 70. diſt. ſanctorũ, 21. q. i. c. j. & 2. ſed tunc non liceret, ſi patrona eccleſia ꝯdiceret, cũ quicquid ſibi acquirit, ei acquirit, ſupra eo. de famu. hoc non placet. imo credimus hanc diſtinctionem locũ habere, ſicut iacet & in clericis, & in laicis.

CAP. VII.

MIramur non modicũ, & infra. [Gaudet.] Supra de æta. & qua à multis. [Primitiua.] 60. diſt. nullus in epiſcopum. [Grego.] 31. diſt. ante. 28. diſt. nullũ. [Vrbani.] 32. diſt. erubeſcant, & c. nemo.

CAP. VIII.

DIlectus F. G. [Libera.] Quod ſufficit, Inſti. de inge. §. ſufficit. niſi in caſu. C. de inutili. ſtipu. qui autem.

SVMMARIVM.

Obligatus quando poſſit ingredi religionem, & quomodo ſatisfit creditorib.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

Rubrica. 19.

CAP. I.

OBligatis. Pone aliquẽ obligatũ ẽt luſo alicui curiæ, vel aliꝗ ad ſeruiendũ, vel in propria perſona, vel ad ſcribẽdũ librũ, vel ad regimen ciuitatis, nunquid poterit ingredi religionẽ? Reſpon. ſi nulla fraude ducitur. ſ. vt fugiat laborẽ, vel expenſas, ſed ſola charitate Dei, ſecure ingrediaf: quia q lege ducitur, & c. 19. q. 2. duæ, j. de reg. & trãſ. licet. tamẽ de bonis eius, q̃ habet, vel ẽt quæ obuenient poſt ingreſſum monaſterij. ſatisfiet illis, quib. obligatus erat, 19. q. vlti. ſi qua. C. de epiſ. & cle. Deo nobis. §. i. vel ẽt ſi ſcribere ſcit, vel aliqđ opus facere, quod poſſit exercere ſalua regula, & officio nõ neglecto, de illo ſatisfaciet, arg. 91. diſt. clericis. primo tamẽ deducet expẽſas, ne ſit monaſterio oneroſus, arg. 16. q. 6. de lapſis. ſed illud loquitur de miſſis in monaſteriũ ad agendã pœnitentiam: in aliis autẽ dicunt non deducendas expenſas, quia qui altari ſeruit, & c. 12. q. i. ad ratiocinia. [Debitores.] ex cauſa mutui, vel alia hmõi promoueri poſſunt, ff. de mu. & ho. reos. itẽ curiales, qui ſen. exercent, vt tabelliones in ciuilibus cauſis, 56. diſt. Oſius.

SVMMARIVM.

1 *Laici exiſtentes generales adminiſtratores fieri non debent clerici, niſi prius reddiderint rationem ſuæ adminiſtrationis.*
2 *Laicus ſi in canonicum aſſumi debet, debet poſtulari, præſertim qui ratiociniis obligatus fuit.*
3 *Quæ genera perſonarum non debeant promoueri.*
4 *Clerici non poſſunt publica vectigalia conducere.*

CAP. II.

MAgnus Epiſcopus. [Dixit.] Ideſt quæſiuit. [Procuratores] actores, executores, ſeu curatores. Generales, tam procu. q̃ act. execu. & cura. [Pupillorũ.] Contra adminiſtratores pupillorũ, & maiorũ abſentiũ, ſi eligantur, vel poſtulanf in clericos, quilibet de eccleſia excipiẽs ꝯ eos admittif: ſed ſi eſſent adminiſtratores maiorũ præſentiũ, non admitterentur aliꝗ ꝯ eos ꝑter ipſos, quorũ adminiſtratores fuerũt, nec ipſi,
1 niſi j. eps ſtatutum, ſ. de elec. ſtatuimus. † [Ordinari.] Hæc decr. dicit, ꝙ laici, qui ſunt generales adminiſtratores, nõ debent fieri clerici,

clerici, niſi prios reddiderint rationẽ ſuæ adminiſtrationis: ſed
hoc non dicit, ꝙ clerici, qui gerũt generales adminiſtrationes ẽt
laicorũ, prohibeãtur eligi ad dignitates. & eſt ratio diuerſitatis:
quia in primo caſu illi, quorũ negocia gerunt, grauant: quia ſui
adminiſtratores forũ mutant. in ſecundo autẽ caſu non mutãt.
ſed ꝯ. 21. q. 3. c. j. & 2. vbi dr̃, ꝙ clerici nõ debent tales adminiſtra-
tiones ſuſcipere, & ſi acciperẽt, aut dimittãt, aut deponant: ſed
certè, ſi rectè inſpicias, non ꝯdicunt: quia ibi non prohibet, quin
poſſint eligi, dũ tolerantur. [Dixit.] Ideſt reſpondit. [Honore.]
3 Prædictorũ officiorũ. † [Poſtulaſti.] No. ꝙ laicus, ſi debet aſſu-
mi in canonicũ, debet poſtulari, & maximè qui fuit ratiocinijs
obligatus. & dicimus eũ poſtulandũ à iudice, ſub quo debet red
dere ratiocinia. C. de epi. officiales. vocatis his, quorum negocia
acta ſunt, & qui lędi poſſunt ex tali cõceſſione. ff. de adop. nã di-
cimus ẽt ſolũ cõſenſum ad liberationẽ illius ſufficere, cui obli-
4 gatus eſt, 54. diſt. ſi quis, quicunque. † [Imitari.] Obligati ratio-
cinijs non eccleſiaſticæ, ſed ſecularis pſonæ: vel quia ſint & per-
ſeuerent procuratores generales vel domorũ, vel actores cau-
ſarũ, vel executores negociorũ, ſeu curatores pupillorũ, & mul
to fortius alioꝝ. alij ẽt officiales generales non debent promo-
ueri, vt hic: imo ſi promoti fuerint, aut dimittent officiũ, aut re-
mouebuntur, 21. q. 3. c. j. & 2. j. ne cleri. vel mona. c. j. & no. ꝙ non
nominat tutores. nã ſi tutelã, vel curã egerit, vel quę neceſſaria
ſunt à legibus impoſita, aliquis gerat, nõ credo, ꝙ impediaƭ eius
promotio, cũ ẽt promotus poſſit eã ſuſcipere, 86. diſt. peruenit.
ſed & ſi aliarũ perſonarũ miſerabiliũ procurationes, & admini
ſtrationes ſuſceperint: tñ auctoritate epi eius, promotio nõ im-
pediƭ: quia ẽt promotus ſuſcipit, 86. diſt. peruenit. ſiſr & eccleſia-
rũ, 89. diſt. indicatũ, 16. q. 7. noua. & ſunt hæc vera co in officio p-
manente. ſi antẽ depoſuit adminiſtrationẽ, adhuc tamẽ obliga-
tus eſt ex ea: & ſi quidem ſunt publica ratiocinia, nõ debet pro-
moueri ante ea reddita. imo reuocari debet ſi promoueaƭ. C. de
epi. of. 51. diſt. pterea. Si vero ſunt priuata rõcinia, ſi in ipſa pmo-
tione mouetur ſibi q̃ſtio, aut primo mora eſt, diſtinguo. aut cõ-
uenitur de dolo, & perfidia, aut de culpa. ſi cõuenitur de dolo, &
perfidia, ante finitã litẽ promoueri nõ debet. arg. 81. diſt. tantis,
23. diſt. illud. & ſic ẽt põt intelligi hoc c. ſi de culpa tantũ conue-
nitur, promoueri indiſtinctè põt. ſi aũt non ſit cõuentus eodem
modo, promoueri põt, niſi infamia ſit cũ de dolo teneri. tunc. n.
ex officio iudicis inquireƭ, 6. q. j. infamis. alij non diſtinguunt in-
ter publica ratiocinia, & priuata, nec an cõueniatur de dolo, an
de culpa, cũ hæc diſtinctio nullo iure nitaƭ: imo omnia iura ĩ ꝯ-
trariũ ſonãt. ſ. quod pro quibuſcunq; ratiocinijs ſiue publicis, ſi-
ue priuatis aſtringaƭ, pmoueri nõ põt niſi prius rõcinia ſint red
dita, vt hic. ꝙ autẽ dixi, non poſſunt eſſe procuratores cauſarũ. ſ.
vel actionũ, intelligo corã iudice ſeculari, niſi p eccleſia, vel mi-
ſerabilibus perſonis, & ꝯſanguineis, & his, quorũ negocia de iu-
re gerit. ff. de poſtu. l. j. §. j. & l. ſeq. & idẽ vr̃ dicendũ in procurato-
re. quod in aduocato, no. j. de poſtu. c. j. coram eccleſiaſtico enim
poſſunt & pro laicis, arg. eius, quod dr̃ de aduocato à ꝯtrio ſenſu.
4 j. de poſtu. c. j. 2. & 3. † Itẽ clerici non poſſunt eſſe conductores,
21. q. 3. c. 2. & intelligo publicorũ vectigaliũ, vel vbi cõducãt vi-
llas, vt locent carius. quod nõ licet. C. loca. militеs. alias vnã poſ
ſeſſionẽ pro opere manuũ ſuarũ licitũ eſt conducere miſerabi-
libus perſonis & cõſanguineis, quorũ negocia de iure geruntur,
Auct. de ſan. epi. §. ſi autẽ, 91. diſt. clericus victum. ſed non credo,
ꝙ poſſit conducere villarũ redditus, ſed ſolũmodo quod p ſuis
manibus operetur: aliter autem cadit in vitiũ quæſtus, & cupidi-
tatis. j. ne cle. c. j arg. ꝯ. j. ne pla. vi. ſu. c. vlt. ſed ibi loquiƭ de eccle-
ſia, à qua non eſt prohibitũ conducere. vel dic, ꝙ vbicunq; inue-
nitur, ꝙ clerici non poſſunt eſſe procuratores, vel hæc officia
exercere, intelligendũ eſt generaliter. nã vnũ negocium clerico-
rum, vel laicorum procurare, vel adminiſtrare non prohibenƭ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in multum enormi crimine, & notorio diſpenſat, non autem in corpore vitiatis.*

De corpore vitiatis ordinandis, vel non.

Rubrica. 20.

CAP. I.

DE presbytero. [Cãpanię.] Si dubitaƭ,
an ſcãdalum generet,
recurritur ad arbitriũ epi. j. eo. c. proxi. Item an
poſſit ei permittere celebrare in priuato, nõ pu-
blico, vt arg. j. c. ſignificauit. j. de ele. perc. tuæ.
[Permittere.] Contra. j. de ele. pu. in du. c. j. con-
tra. 51. diſt. ſi quis poſt. Sol. hic diſpenſatio, ibi ius cõmune. Et ha-
bes hic arg. ꝙ in multum enormi crimine & notorio diſpenſat
epiſcopus. ad idem j. de apoſta. c. 2. ſi autem eſſet corpore vitia-
tus, non poſſet diſpenſare cum eo. 50. diſt. venio.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſolus poteſt diſpenſare cum electo in epiſcopum ſuper macula.*

CAP. II.

CVm de tua. [In oculo.] ff. de ędil. edic. ꝙ cla-
uum. §. ſed & polypoſus. [Cano-
nici.] Et concubinæ. [Conſilio.] Puta ſi generat ſcã-
dalum, non cõfirmat electionẽ. ſi autem non gene-
rat, cõfirmat. ſ. c. proxi. [In quo.] Ideſt in qua cõfirmatione. [Cu
rauimus.] Solus. n. Papa diſpẽſare põt in hoc. ſ. de fil. presby. c. vl.
50. di. nemo. vel dic, ꝙ cũ electo ĩ epm̃ nõ põt diſpẽſare, niſi Papa
in pdictis. vel dic, ꝙ Archieps poteſt diſpenſare, & hoc non nega
tur hic, ſed potius contrarium eſt verum, ſ. de elec. innotuit.

SVMMARIVM.

1 *Corpore vitiatus ſponte ab ordinibus repellitur, ſecus ex neceſſitate, & q̃.*

CAP. III.

EX parte B. [In cunabulis.] Corpore vitiatus
ſponte, nulla cauſa interueniẽte,
repellitur ab ordinibus: quia repellitur iam promo-
tus, 33. diſt. maritum, 55. diſt. qui partem, ſi quis à me.
ſi autem iuſta cauſa ſubeſſet, puta timor lepræ, non prohibetur
incidi. j. eo. ex parte, niſi generet deformitatẽ. tunc enim in om-
ni caſu repelletur, 55. diſt. lator, ſi euan. j. eo. c. vlt. & idem eſt, ſi
caſu, vt eiſdem c. [Nice. cõcili.] 55. diſt. ſi quis à me, & c. ſi quis
peregrè. [In canonibus.] 55. diſt. eunuchus.

SVMMARIVM.

1 *An & quando virilia ſectus poſſit promoueri.*
2 *Et quid requiratur ad hoc, vt ſit irregularis, qui ex indignatione ſe ſecat.*
3 *In caſu abſciſſionis membri poteſt eps ẽt ſine auctoritate Papa diſpenſare.*

CAP. IIII.

SIgnificauit nobis. † [Virilia.] Quocũq; ſi-
bi ſecauerit quis, vel ſe
cari mãdauit ſpõte, ſiue vt obſequiũ pſtet Deo, vt hic
ſiue ex indignatione, ſiue nimio dolore morbi. pro-
moueri non põt, 33. diſt. maritũ, ſ. eo. c. proxi. ſecus aũt, ſi à me-
dicis, vel à ſeipſo, cõſilio tñ medicorũ, vel à dominis, vel à bar-
baris, vel caſu fortuito ſectus ſit in mẽbris, q̃ nõ generãt defor-
mitatẽ, 55. diſt. ſi quis, eunuchus, pcepta. ſic. n. ſeruandũ eſt, ſm ꝙ
2 diſtinximus ſ. c. proxi. † Et intellige, ꝙ ad hoc, vt ſit irregularis
ẽt qui ex indignatione ſe ſecat, oportet ꝙ amiſerit aliquod mẽ-
brũ, licet ſufficiat quãtũlibet vile, 33. diſt. maritũ. Idẽ eſt & ſi non
amiſit mẽbrũ totũ, ſed partẽ: ſed tamẽ eſt talis pars q̃ deformita
tẽ generet, vnde generet ſcãdalũ, ſ. eo. c. 1. vel ẽt inhabilẽ reddat
ad officiũ exequendũ. j. eo. Thomas. vnde licet indignans extra-
xerit ſibi dentẽ, vel quantũcunq; grauiter ſe ſecauerit, niſi mem
brũ amiſerit, non eſt irregularis, vel ẽt potius corpore vitiatus.
alij dicunt ſufficere ad irregularitatẽ, ſi nondũ mẽbrũ, ſed ẽt ſi
partẽ mẽbri, ẽt q̃ non generat deformitatẽ, abſcindat ex indigna
tione, 55. diſt. ſi partẽ. hic. n. licet nõ poſſit repelli, quia corpore
vitiatus: põt tamẽ repelli, quia ſponte ſe abſcidit: ſed nec retine-
re põt ſine diſpenſatione, ſi infamia inde ſit, vel notoriũ. ſ. de te-
po. ordi. c. ſi. alij aũt non credunt, ꝙ illi, qui ſibi manus iniciunt,
nõ poſſunt promoueri ſine diſpẽſatione. ar. ꝯ. 55. diſt. qui partẽ.
ſed illud intelligo, ꝙ ex quo notoriũ eſt, ꝙ ex indignatione par
tẽ digiti ſibi amputauit, non debet pmoueri ſine diſpenſatione
ſed alias ſecus, ſi amiſiſſet caſu, vel ẽt ſi verè eſſet notoriũ, ꝙ ex
indignatione feciſſet: quia tũc ex quo nõ generaret deformita-
tẽ, nõ impediret promotio. ſi autẽ ita ſecuerit, ꝙ claudicaret, re
3 pellitur tantũ: quia corpore vitiatus. † [Et tua.] Auctoritas Ar-
chiepi in hoc valet, ꝙ auctoritate Papæ poterit plus minuſve ſal
tẽ in minoribus criminibus diſpenſare: vel ſpeciale eſt, ꝙ quan-
do abſcidit virilia pp Deũ licet ſtultè, poſſit eps diſpenſare. ſine
diſpenſatione aũt nõ poterit pmoueri, vel in ſuſceptis remane-
re. vel dic, ꝙ ideo ſuã auctoritatẽ Papa addidit, vt ſecurius face-
ret, cũ tantũ neceſſe non eſſet: hoc tamẽ non credo. itẽ nõ diſtin
guo, vtrũ inſtabat operi licito, necne, q̃n vitiatus eſt, quantũ ad
hoc, vt irregularis fiat. ſed ad hoc prodeſt, ꝙ facilius diſpẽſabiƭ.
[Cõcedas.] Ex diſpenſatione, alias ꝯ, 55. diſt. ſi quis à me. Inno.

CAP. V.

EX parte. [M.] 33. quæſt. 2. hoc ipſum, infra de cle-
ri. ægro. tua nos.

SVMMARIVM.

1 *Crimina quæ tacendo irregularitatem pariant.*

CAP. VI.

EXpoſuiſti nobis. [Ordines.] Bñ dicit or-
dines. ipſos. n. ſuſcipiẽ-
do, & tacendo irregularitatẽ peccauit, 55. diſt. ex pe-
nitentibus. & ſ. de renun. niſi cũ pridẽ. §. pſonæ, 56. di.
quia, 54. diſt. ſi ſeruus ſciens. nã ab Abbatia nõ remouetur pp ir-
regularitatẽ, 50. diſt. accedẽs, 16. q. j. legi. ſ. de æta. & quali. tua. ſed
pp peccata taciturnitatis, 55. diſt. ex pœnitẽtibus. & pp hanc ta-
citurnitatem non facit executionẽ ſic ſuſcepti ordinis, ſ. de re-
nun. niſi cũ pridem. §. perſonæ. tenetur etiã cõfiteri crimina, de
quibus eſt conuictus, cõfeſſus, vel deprehẽſus, vel aliàs notoria.
50. diſt. ſi ille. alia autem crimina cõfiteri non tenetur: ſed ſi con-
fiteatur.

ſteatur, & diſpenſetur, ſecunis eſt, vt vlterius non accuſetur: ali
ter autem ſecus, 34. di. c. vlti. vel dic, quod hic Abbatia talis erat,
quæ quærebat ſacerdotem Abbatem.

Thomas. CAP. VII.
[Pollicem.] Supra eodem, c. j.

De bigamis. Rubrica 21.

CAP. I.

V T bigami pœnitentes.

SVMMARIVM.

1 *An liceat epiſcopo, vel Papa diſpenſare cum bigamo.*
2 *Quo caſu Papa diſpenſat contra Apoſtolum.*
3 *Papa poteſt interpretari, & etiam addere euangelio, & eſt in adminiſtratione maior Paulo.*

CAP. II.

S Vper eo. [Quæ tua fra.] Hic habes arg. ꝙ hoc ipſo, ꝙ aliquis ep̃s promouerit aliquē, cū quo diſpenſare põt, diſpenſare ini elligitur, & no. ĩ. de fil. presby. veniens. ſed tu dic, ꝙ hic apparebat, ꝙ
1 volebat diſpenſare ep̃s. † [Diſpenſare.] No. ꝙ non licet diſpēſare cū bigamo, quod fatcor in ep̃o. Papa autē põt vſq; ad ſubdia. 33. diſt. lector. ſi aūt promoueat, characterē recipit. quidā tamen dicunt, ꝙ characterē non recipit. Sed ꝯ vr, ꝙ nec et Papæ liceat:
2 quia eſt ꝯ Ap̃lm, 25. q. j. ſunt quidā. † Sed dicendū eſt, ª ꝙ nō di-
a ſpenſat Papa ꝯ Ap̃lm in his, q̃ pertinent ad articulos fidei, & forte in his, q̃ pertinēt ad generalē ſtatū eccleſiæ. ſed in aliis diſpenſat: quia licet Ap̃ls dicat, vouete, & reddite domino iuſa veſtra: tamen in iuſo, ſeu voto diſpenſat, 15. q. 6. iuratos, ĩ. de voto, pro tū. quāuis poſſet dici, ꝙ non vr diſpenſare in voto, quod in me-
3 lius cōmutat. ĩ. de iureiu. peruenit. † Item interpretari, & addere poteſt euangelio, vt colligitur. ĩ. de teſti. in omni, 2. q. 4. præſul. Item maior eſt Papa quam Paulus in adminiſtratione.

ADDITIO.

a ¶ Sed dicendum eſt. Adde hic, quæ notan in c. poſt translationem, in fi. ſupra de renun. & vltra ibi addita adde, ꝙ Inn. hic allegat Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcr. & refert Feli. in c. quæ in eccleſiarum, col. 9. in fi.

CAP. III.

D E bigamis. Quidā laici mortuis vxoribus ſuis promoti fuerunt in ſacerdotes, & poſtmodū ꝯhebant cū aliis. de facto quidā ſacerdotes, qui nunquam habuerunt vxores, cū viduis ꝯxerunt.

SVMMARIVM.

1 *Opinio nonnunquam præiudicat veritati.*
2 *Voluntas, non exitus, ſpectatur in maleficijs.*

CAP. IIII.

N Vper à nobis, & infra. [Iuris.] Sic ff. de his, qui no. infa. quid ergo. §. 2. quādoq; attendit magis affectus, q̃ effectus, vel quā factū ipſum, de pœ. diſt. 4. §. hoc autē. ĩ. de cle. non reſi. relatū. ĩ. de cõceſ. pr. & eccle. non va. literas. ff. de ꝯd. inſti. mulier. §. j. ĩ. de ſpon. iuuenis. [Iuris.] Vnde exigit, qđ de iure valeat matrimoniū. [Deſtinatio.] i. tantū āīe, an aīo habendi cā p vxore accepit. [Duas.] C. de adul. eū q. [Partium.] Quia vnā tārū põt hēre d̃ iure, aliā de facto. [In canone.] 28. di. pſbyterorū. nā pſbyter de iure nullā hēre põt: alias cū nulla ꝯhere põt. neceſ-
1 ſe eſt ergo, ꝙ de facto intelligatur. † [Reputandi.] Hic habes, ꝙ opinio pīudicat veritati. ĩ. de ſpon. iuuenis, 3. q. 7. tria. ff. de offi. pto. Barbarius. C. de teſta. l. j. 22. q. 2. hoīes. ff. ad Mace. l. 3. ꝯ. ĩ. qui fil. ſint legi. per tuas, 7. diſt. veritate, 81. diſt. quicunq;, & C. plus va. quod ag. l. j. & 2. & 3. & eſt verū, ꝙ veritas præualet opinioni, ꝯria caſualia ſunt. præfertur. n. opinio in fauorē ꝯhentium, & odium decipientiū. ff. ad Mace. l. 3. vel in fauorē prolis, & teſtamentorū ĩ. qui fil. ſint legi. cū inter. C. de teſta. l. j. vel aliqua cõis opinio præfertur veritati. ff. de offi. preto. Barbarius. [Reputādus.] Quod fatemur. hic. n. pp intentionē, quo ad diſpenſationē bigamus dr̃. [Quæſtione.] Quæſtio talis fuit, an ep̃s poſſit diſpēſare cū aliquo in ſacris ordinib. ꝯſtituto, qui ante ſacros ordines aliquā habuit vxorē, & poſt ſacros ordines aliquā ſibi copulauit pro vxore. Et erat cauſa dubitationis: q2 tm̃ matrimoniū non tenebat. & ideo
2 non videbat̃ bigamus reputādus. [Clericis.] † In maleficiis ſpectat̃ volūtas nō exitus 48. di. c. vlt. ff. ad l. Cor. de ſic. diuus. C. c. ſeruo. [Clericis.] Idē dicerē i monacho, 27. q. j. quodcūq;. idē in eo, qui duas vxores habuit de facto. [Clericis.] In ſacris ordinib. ꝯſti.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſignificat illud Pauli, oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum.*
2 *Matrimonium inter duos ſignificat vnam eccleſiā vni viro Chriſto ſubditā.*
3 *Quare exigitur maior caſtitas in vxore, quam in viro.*

CAP. V.

D Ebitū Paſtoralis officij, & ĩfra. [Coniugio.] Confirmato. [Vnus.] Ideſt idē volens,
1 vel i. eū amans. c. † [Iuxta q.] i. ad oſtēdēdū, ꝙ carnalis copula ſignificat ſacr̃m incarnationis Chriſti, & ꝙ tātum inter duos coniuges eſt ſacr̃ illud, quod in matrimonio ſignatur. i. vna eccleſia, vni viro Chriſto ſubdita: non eſt autē ſacr̃ in hic, vbi alter coniugū carnē ſuam in plures diuidit. [Protoplaſtus.] Ideſt Adā primo plaſmatus. [Sacr̃m.] Sed nūc, & qui nullā habuit hoc ſignare non põt, ergo nec promoueri? Reſpon. nō requiri ſacr̃m, ſed prohiberi defectū, qui defectus nō eſt in eo, q nō ꝯxit, cū ea auctoritas, oportet ep̃m eſſe vnius vxo. exponi negatiuè. i. non pluriū. hoc aūt eſt ſacr̃m. ep̃s. n. vnius vxoris vir ſignificat eccleſiā ex omnibus gētibus collectā vni viro Chriſto ſubditā, 26. diſt. c. acutius. qui autē plures vxores habuit, vel qui maritus eſt viduæ, hoc ſignificare non põt. Sed quæres, q̃ſtio ex hoc auctoritatē ſumit hoc ſacr̃m? Reſpon. ex eo, ꝙ in ſingulari numero poſuit os, caro, carne, vxori, & ex verbo vltimo, erunt
2 duo in carne vna, quaſi non diuident carnes ſuas in plures. † [Sacramenti.] Illius. i. quia matrimoniū inter duos tantū ſignat vnā eccleſiā vni viro Chriſto ſubditā. in ſecundo autē coniugio nō eſt hoc ſacr̃m. nec eſſe põt. imo potius poſſet ſignificare plures eccleſias vni viro ſubditas. miniſteriū aūt incarnationis bene põt ſignare in ſecūdo m̃rimonio. [Promoueri.] 33. diſt. maritum, &
3 c. ſi quis. † [Carnē.] Sed quare magis exigitur in vxore, q̃ in viro? nā maritus corruptæ promoueri non põt, 34. diſt. curandū, præcipimus, ſicut ſi vir. ille autē, qui poſt vxorē habuit cõcubinam, promoueri poteſt, 34. diſt. fraternitatis. Vg. dicit, ꝙ vir ſignificat eccleſiā, quę ſæpe adulterat̃ exorbitando a fide, & ita non deeſt ſignificatio ſacramenti, licet vir adulteretur. vxor autē ſignificat Chriſtum, qui nunquā eccleſiā dimiſit. ipſe. n. eſt ſons vnius, cui nō cõicat alienus. ego credo, ꝙ vir ſignificat Chriſtū, qui ſibi copulauit ſynagogā, & poſt eccleſiā, & ideo non nocet ſi vir diuidit carnē ſuam in plures. vxor autē eccleſiā, quę ſemper virgo permanſit taliter mente: vnde, deſpōdi enim vos vni viro. &c. 27. q. j. nuptiarum. vnde ſi vxor in plures carnem ſuam diuidat, deficit in ea ſacramentum. [Ad ſacerdotium.] 33. diſt. Valentino.

CAP. VI.

Q Via circa minima, & infra. [Habentes.] Nō affectu matrimoniali. alias e contra. ĩ. eo. nuper.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit differentia inter commendatitias & dimiſſorias literas.*
2 *Quis nam poſſit concedere commendatitias literas.*
3 *An poſſint Abbates literas dimiſſorias dare.*

De clericis peregrinis. Rubrica 22.

1 N Ota, † ꝙ aliæ ſunt literæ cõmēdatitię, & alię dimiſſoriæ: cõmendatitię dicuntur, per quas quis cõmendatur de vita & moribus. exprimuntur etiā ordines ſibi, quos habet, arg. 71. diſt. c. pen. & vlti. Literę aūt dimiſſoriæ dicutur, per quas dimittitur a iuriſdictione plati 71. di. c. vlti. has autem non põt cõcedere platus minor ep̃o, ĩ. de eo. c. ſi. Arch. ſi-
2 gnificaſti. † Cõmendatitias credo poſſe cõcedere quoſlibet bonos platos, arg. ĩ. eo. inter. nam ibi innuitur, ꝙ nō ſolū per literas ep̃i, ſed etiam per alia arg. poteſt cõſtare de ipſis ordinibus, vt licite poſſit promoueri & celebrare. & hic etiā non inſ. ꝙ nullus iſtorum 5. eū ordinauit. Quidā tamen dicūt, ꝙ quo ad ordines. ſ. vt recipiatur in ordine ſuo ad celebrādū, ſolus ep̃s, qui ordinat, poteſt cõcedere cõmendatitias, arg. 71. diſt. c. vlti. ſed tunc tantū poteſt ab alio ep̃o ordinari, quando per literas ſui ep̃i ſit dimiſſus, vel alius caſus cõcurrat, in quo licitē de iure ab alio ep̃o or-
3 dinetur. & ideo no. † ꝙ nullus ep̃s debet ordinare clericū alterius ep̃i, & ſi fecerit, irrita eſt eius ordinatio, quo ad executionē. ſimile 9. q. 3. ep̃m. niſi alius ep̃s daret ei beneficium. nā tunc ea ratione beneficij fiat de iuriſdictione ſecundi ep̃i, bene poteſt ordinare eum, cū etiā poſſit eū iudicare, 9. q. 3. c. j. & 2. ĩ. de paroch. c. nullus. ſed remanet de iuriſdictione primi ep̃i propter beneficium, quod ab eo habet, nec amittit. ſed ꝯ. 71. diſt. c. j. & 72. diſt. per totum. So. illa c. loquuntur, quando clericus a iuriſdictione ep̃i ſecundi ex toto eximebatur à primo, puta ꝙ habeat tale beneficiū à primo ep̃o, vel quod de iure, vel conſuetudine cū alio beneficio poſſidere nō poterat. & idē eſt, ſi beneficium, quod ſecundo ſibi datur, eo modo tale ſit, quod cū primo poſſidere nō poſſit. nā & hæc fuit intentio canonū illorum, ꝙ clericū alterius ep̃i ſine eius voluntate ſibi ex toto auferre non poſſit. ſed ſi detur ei prębenda in ſua iuriſdictione. eſt hoc liceat, non tolerādo eū primo ep̃o, vt no. ĩ. de præben. cū iam. & per cõſequens ex quo dat ei prębendā, poterit eū ordinare, licet ſit curialius nō ordinare ſine licētia primi ordinatoris. De Abbatibus autem, an poſſint literas dimiſſorias dare, dic, vt ĩ. de renun. c. ſi. ſed quid dices de Abbatibus exēptis & aliis? Reſpō. ꝙ & ipſi literas dimiſſorias p̃nt ꝯcedere, ſi ita ſunt exēpti, ꝙ diœceſani nō habēt in clericis eorū ordinationē, quod rariſsimè ꝯceditur alicui. nā & tunc

cum in omnibus quo ad ordines, & quo ad iuriſdictionem pertinent ad exẽptos, & per ↄſequens literas dimiſſorias ↄcederẽt.

SVMMARIVM.

1 *Qua de cauſa quinque ſigilla requirantur in literis teſtimonialibus clericorum tranſmarinorum.*

2 *Nunquid clerici incogniti permittendi ſint celebrare.*

3 *An ſufficiat oſtendere literas de ſacerdotio ad hoc, vt credatur, quod quis ſit ſacerdos.*

CAP. I.

1 TVa nos duxit. [Statuta.] 98. diſt. per totum. †[Quinque.] Ideo plura requiruntur, quia ſunt ignota. nã ſi eſſet vnũ notũ, ipſi ſoli crederetur. j. de proba. poſt ceſſ. 89. diſt. quãuis, 71. di. extraneo, 92. diſt. per totũ. & idẽ ẽt ſi per teſtes. & crederem duos ſufficere, j. eo. tuæ. & credimus ſufficere 5. ſigilla epõrũ ignota. oportet tamẽ aliquã notitiã haberi de ſigillis, vel de clericis ſaltẽ per famã. itẽ hoc habet locũ in his, vbi nullum aut modicũ ꝑiudiciũ alij generatur. ſi autẽ aliquantulũ ꝑiudiciũ magnũ generatur, nõ creditur eis niſi per collationẽ ſigillorũ: vel alias legitimẽ probetur, ar. in Auct. de inſtru. cau. j. de fi. inſtru. c. 2. [Epõru.] Non aliorũ inferiorũ prelatorũ. [Alns.] Etiã citra marinis clericis. [Obſeruandæ.] Hoc e. loquitur in his, qui poſtulant recipi, vt clerici in ordine ſuo. nã ſi tanquã viatores petant recipi, non ſunt ita ſubtiliter examinãdi. 42. diſt. quieſcamus. & permittẽdi ſunt ſecretò celebrare j. eo. tuæ, de conſe. diſt. 2. nõ prohibeant,

2 7. q. 1. c. pi. † [In ſuſpenſione.] Id eſt probatione. non. n. ſuſpẽſi ſunt neq; ab homine, neq; à iure, imo ſine peccato poſſent celebrare, dũmõ in loco eſſent, vbi celebrare poſſent. ſed plebes ſuſpenſæ. i. prohibitæ ſunt audire eorũ officia, ſi autẽ diceretur ipſe ſuſpẽſus vel à iudice, vel à iure, & celebret, eſſet irregularis, & ſolus Papa poſſet diſpẽſare cũ eo, 11. q. 3. ſi qs eps dam. in hoc. n. caſu põt diſpẽſare eps, j. eo. c. fi. dicimus ergo, ꝙ cũ eo hoc caſu poterit diſpẽſare eps, & ſi celebrauerit populo, licet non debuerit celebrare ſine diſpẽſatione, ſimile dicimus, licet qs deprehenſus in publico crimine non debeat celebrare, niſi cũ eo diſpenſet: tamen ſi celebrauerit non ꝑcedente diſpenſatione, & eps poterit ſuper hoc diſpenſare, cũ ei prohibitũ non inueniatur. poſſet ẽt dici, ꝙ ſi hic ſuſpenſus eſſet à iure quod eps diſpẽſare poſſet, &c. ſi quis eps dam. loquitur tantum de ſuſpẽſis ab homine, nõ à iure. de hoc tamen alibi plenius notabimus. j. de cle. ex. mi. ſi cele.

3 [De actibus.] ff. nau. ca. ſta. l. vlti. §. ac. † [Inferioribus.] No. non ſufficit oſtẽdere literas, ꝙ ordinatus ſit in ſacerdote, niſi habeat literas de quolibet ordine. niſi fortè qui ordinauit in ſacerdotẽ, ſit tantæ diſcretionis, ꝙ ꝑlu mẽdũ ſit de eo, ꝙ non ordinaſſet eũ, niſi habuiſſet literas ab eo, q ordinauit in diaconũ, & ad alios ordines. & tunc non querã literas ſuper diaconatu, arg. j. c. proxi. nec in aliis ordinib. [Diſpenſari.] i. prouideri, vt celebret in ordine ſuo. & ſit hoc ſine diſpenſatione ſolenni, de qua dixi ſ. de fil. presby. veniens. vel dic, ꝙ diſpẽſatio neceſſaria eſt ꝑ hoc, ꝙ clericus eſt ignotus, teſtimoniales literæ ignotę. & hanc diſpenſationem non põt facere, niſi eps. j. eo. c. vlti. & hoc magis placet.

CAP. II.

INter quatuor, & infra. [Argumẽta.] Sigilla no. ordinatorũ. vel per teſtes, j. eo. proxi. vel per alia probabilia Indicia, vti quidã dicunt, arg. 2. q. 6. §. diffinitiua. §. nulli homini, j. de ꝑſum. literas, 32. q. 1. dixit, 27. q. 2. non aliqua, & C. de rei ven. iudicia. nã cum hic querat alterius patrimoniũ, & in ſpiritualib. ſufficiat credere, & alias ſit bonæ vitæ, & habeat 5. ſigilla epõrum, licet ignota ſint ſigilla, ſi aliqua notitia habetur per famam, vel alio modo vel de epis, vel terris eorũ, licet alias non ſit ſufficiens probatio, tamen ꝑſenti caſu tales crederẽ poſſe admitti. [Conuerſatio.] Imo vtrunque eſt neceſſarium teſtimonium ordinum ſuſceptorum & probatio vitæ, ſupra c. proxi.

CAP. III.

Tuæ frater. & infra. [Canonica.] De ↄſe. di. 2. trib. [ad oẽs ordines] d hoc ſ. e. c. j.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt aſſumendus de aliena eccleſia ſacerdos, vel prælatus, cum reperiatur idoneus in eadem.*

2 *Nunquid liceat exemptis aliquos in ſuis eccleſiis recipere ſine licentia epi.*

3 *Inſtituti abſque ſcientia epi remouentur, niſi cum eis voluerit diſpenſare.*

CAP. IIII.

TE nobis propo. [Clericos.] Et malè ignotos, & ẽt per notos, ſed ad celebrandũ bene poſſet eos admittere ẽt ſine licẽtia epi, ſi eos plenè noſceret, nõ per literas, qa ſolis epis

1 eſt ſeruata hæc cognitio. † [Inſtituere.] Hoc eis non licet, imo nec epo, niſi habeat licentiã eius epi. cuius clericus eſt. 70. diſt. ꝑ totũ. inferiorib. autẽ prælatis etiã cum licẽtia prioris prælati nõ eſt licitum aliquẽ inſtituere in eccleſia ſua, niſi primo eps dioeceſanus approbet, & diſpenſet, vt hic expreſsè habes, 72. di. hortamur. & hoc eſt ea ratione, quia aliquando crederent aliquas literas ſufficientes, q̃ nõ eſſent. vel poſſet ille clericus habere alia impedimenta, ſed nec admittere poſſunt ad celebrãdũ populo, 71. diſt. extraneo. ſicut nec eis licet dimiſſorias dare lr̃as, ſed epo

2 tantum, 72. diſt. extraneo, j. de offi. ordi. ſignificaſti. † Quid dicēs de exẽptis, an poſſint in ſuis eccleſijs aliquos recipere? Reſpon. eps in perſonã ſacerdotis recepti ab exẽptis põt animaduertere cu in ſua diœce. delinquat celebrãdo, 6. q. 3. placuit. C. vbi de cri. agi. auct. quã in ꝓuincia. niſi fortè & familiares exẽptorũ ſint exẽpti, quia tenor priuilegij diligenter eſt obſeruandus, j. de priuil. porro. Non erit ergo, exẽptis licitũ aliquẽ clericũ recipere ſine licẽtia epi diœce. ſed ſi ipſe eps malitioſè differret ſuũ dare aſſenſum, ageretur ad hoc corã ſuperiore, arg. j. de iure pa. paſtoralis. & potes dicere, ꝙ nõ eſt neceſſe epm ſuũ ꝑſtare aſſenſum, ſed tãtũ cognoſcere de literis dimiſſorijs, poſtquã aũt pronũciauerit eũ plenè dimiſſum, licitũ eſt exẽptis eũ accipere. & hoc eſt verũ vbi loca exẽptorũ populũ habent. alias. n. pro ſe & ſuis locis exẽptis ſine licentia epi, licet eis accipere clericos, dũmodo habeãt literas dimiſſorias. nec ob. quod dr̃, ꝙ ratione delicti poſsint in eos animaduertere, intermittitr̃ ei pęna, quia nõ deliquit. vel dic

3 ꝙ illud intelligit̃ de non exẽptis ſpeciali priuilegio. † [Ex diſpẽſatione.] Nõ pot eps diſpẽſare in hoc, ꝙ ſi nõ habet lr̃as dimiſſorias, remaneat in eccleſia, ſed in hoc diſpẽſat, qa ex quo malè inſtitutus eſt in eccl̃ia, debet eijci, ſed diſpẽſat cũ eo, ꝙ remaneat. ſed nũquid eſt ẽt neceſſaria diſpẽſatio in his, q aliquo ↄtẽpto ſũt electi, vel poſt app. Rñ. nõ, qa ibi electio eſt canonica, licet poſſet caſſari: ſed hic ſecus, ar. ſ. de ele. ꝙ ſicut, vbi de hoc no. vel dic ꝙ hic non recipit executionẽ inſtitutionis ſuæ, niſi fuerit cũ eo diſpenſatũ, 9. q. 2. Lugdun. & hoc ferè cũ primo idem eſt. vel melius ꝙ neceſſaria eſt diſpenſatio, quia ignotus eſt, vt no. ſ. eo. c. j.

SVMMARIVM.

1 *Ineſt vicario cognitio & iuriſdictio ordinaria.*

2 *Epiſcopus ſemel in anno viſitare debet eccleſias ſibi ſubiectas: vrgente vero neceſſitate etiam pluries in anno viſitare poteſt, vt in nu. 3.*

De officio Archidiaconi. Rubrica 23.

CAP. I.

1 VT Archid. [Vicarium.] Decre. huius tit. conceduni multa Arch. q̃ alibi cõceduntur alijs dignitatib. & econuerſo. quare dicendu eſt, e. iſtorũ tit. idcirco aliquãdo concedere aliqua officia vni dignitati, q̃ melius ↄpeterent alij: quia illa dignitas ibi non eſt, cui melius cõpeteret. vel loquit̃ ſm̃ diuerſas conſtitutiones & conſuetudines, & diuerſa loca, q̃ multũ valent, imo ꝑualent in officijs. ſ. de conſue. cũ olim. j. de excel. ꝑla. ad hoc. hæc glo. valet ad præſentẽ tit. & ſe. de officijs. vbi autẽ ↄtria non probaret̃ conſtitutio, vel

3 conſuetudo ꝑſcripta, ſtaretur his c. j. eo. vt noſtrum. † [Vicariu.] Quia vicarius eſt. & cognitionẽ & iuriſdictionẽ ordinariam habet. C. de offi. iud. l. 1. j. de offi. vica. quia, 25. di. perlectis. itẽ quia eſt vicarius, per ſimplicẽ querimonia audit eps cauſas ſubditorum Arch. & abſoluit excõicatos ab eo, vt no. j. de offi. Arch. cũ ab. qd non põt facere Archieps in ſubditis ſuorũ ſuffraganeorũ, 2. q. 3. nullus prius. [Honore.] i. ſi grauãtur ab alijs indebitè, & ẽt fortè nõ ab epis, quia nõ ſunt tantũ vicarij, ſed certa dignitate potiũt̃, vt per totũ tit. hec apparet: nec remoueri poſſunt ad libitũ epi, nec pro velle eorũ officiũ exercere. & de hoc no. j. de offi. ordi. cũ ab. ſed ideo dicuntur Arch. & ẽt alij in dignitatibus cõſtituti vicarij: quia omnia q̃ exercẽt, ad epos pertinent, ſed ↄſtituẽdo dignitates, hęc tranſeunt, niſi aliqua excipiant tũc, quod credimus eos poſſe. vnde apparet, ꝙ cuſtodiam vacantiũ dignitatũ tãtum habent epi, quo ad hæc ſura, & ꝙ epi habent eorum electionẽ, arg. j. de inſti. c. cũ veniſſent. j. vt eccle. benef. vt noſtrum. j. eo. ad hoc. §. vlt. vel potius electio harũ dignitatũ, vel preſentatio pertinet ad eũ. qui dotauit dignitatẽ. [Eccleſiaſticorũ] Virorũ, vel officiorũ. [Delinquentiũ.] Ar. ꝙ Arch. habet curã animarũ. ar.

2 ↄ. j. eo. cũ ſatis. † [Circumeat.] Eps, ſi ſanus eſt, ſemel in anno viſitet eccleſias, 10. q. 1. eps, decernimus ſed ſi fuerit infirmus, mutet pro ſe Arch. vel aliũ, vt ſ. eiſdem c. & hoc eſt verũ, vbi eps habet de cõſuetudine mittere, quẽ velit, vel vbi nõ eſt Archid. vel Arch. habet de officio, vt pro epo viſitet, vt hic. ꝙ autẽ dicit hic de tertio in tertiũ viſitationẽ faciendã, intelligo vbi non eſt neceſſitas. nã ſi neceſsitas eſſet, licet in ↄtrium conſuetudo ſe haberet, nõ obſtaret ꝑſcriptio. vel ↄſuetudo, j. de ꝑſcrip. cũ ex officij.

3 † Et ſi neceſsitas eſſet pluries in anno viſitare, põt illã eccleſiam, q̃ viſitatione indiget, non aliã. j. eo. mandamus, 18. q. vlt. viſitandi, non ſemel. vel dic, ꝙ de iure Arch. non habet viſitationẽ, niſi quandò eps eſt impotens, vt prędictũ eſt, & tunc non niſi de tertio in tertiũ annũ, vt hic. nec eſt ↄ. j. eo. mandamus. quia ibi erat cõſuetudo ſpecialis illius Arch. ꝙ oĩ anno viſitaret. monaſteria autem duplicẽ viſitationẽ habent quolibet anno: vnam ab epo, 18. q. vlti.

17.q.vlti.non ſemel.& aliam viſitationẽ generaliſſ. j.de ſta. mo.
in ſingulis,& c.ſeq.Itẽ dicunt quidã, & in aliis eccleſiis vnam viſi
tationem habeat ordinariam Archid. aliam dioece. [Corrigat.]
Minora, maiora autẽ refert ad epm. j.eo.ad hæc. & eſt arg. q ex
quo habet coërcitionem, q poſſit excommunicare, vel ad minus
interdicere. j.de offi.deleg.ex literis,arg.contra.j.eo.cum ſatis.

SVMMARIVM.

Archidiaconus de quibus rationem reddere teneatur, & an in eo leuis & leuiſſima culpa noietur.

CAP. III.

A, quæ contra, & infra. [Quæ collecta.] Fortè ad cuſtodiendũ.nã quia eccleſia vnde erat Arch.ſecuriorẽ Sacriſtiã hẽbat alia eccleſia ibi ſua cimiliia,
vel theſauros depoſuere, & de cuſtodia eorũ omniũ Arch. det
reddere rõne.vel ad officiũ Arch.ptinet,vt diligẽtẽ curã habeat
ſup oẽs p̃latos eccleſiarũ,qualiter hęc cuſtodiat.& ſi Arch. in hoc
inueniat negligẽs, in hoc ipſe tenet. [Negligẽtia.] Prælatus.n.q
ſuper hoc habet officiũ.ſ.ſuper cuſtodia depoſitorũ, p̃ſtat dolũ,
latã culpã,& leuẽ.C.de peric.tu.ſi res.C.ar.tu.quicquid.ſed ẽt de leuiſſima vr̃,q teneatur.ſed 9̃,quia depoſitarius non tenet,niſi de
dolo & lata.ff.depo.l.i.§.j.& l.quod Nerua, niſi in certis caſibus,
qui nominant.j.depo.c.vlti.ſed dic,q ſicut ille, qui accepit pretiũ pro depoſito ſeruando,vt in eadẽ decre.dr̃,tenetur de culpa,
ita & qui dignitatẽ habet,cui hoc officiũ eſt annexũ, vt hic, cum
plus ſit habere dignitatẽ,quã pretiũ. vel potes dicere, q hæc cimilia non erant depoſita,ſed in cautiam pignoris:vel alio modo erant accepta ab eccleſia,vel ẽpo, & apud Arch.gubernata.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus de iure communi non habet curam animarum, niſi ſibi ſpecialiter ab epiſcopo demandetur.*

2 *Cura animarum,quæ eſt poteſtas ligandi & ſoluendi, in nullo prælato eſt, niſi ſit ſacerdos.*

CAP. IIII.

Vm ſatis ſit. [Cõſuetudinis.] Non p̃ſcriptæ, cũ ẽps habet in priuilegio,q nullus p̃latus ſuę dioec.inſtituere debet p̃ter ipſum. vel
hoc ẽps habebat de 9̃ſuetudine p̃ſcripta. hæc expoſitio neceſſaria eſt ſm B.qui dicit,q Arch. de ſuo iure habet inſtitutionẽ clericorũ,& curã animarũ. ſed Hug. hoc negat, & tunc
non eſt neceſſariũ hoc exponi.ſ.nõ p̃ſcriptæ, quia plana eſt lite-
1 ra,vt iacet.†[Curã.] Quia nec habet,niſi demãdet ab ẽpo,16.q.2.
nullus.arg.9̃.ĩ.eo.c.j.ſed B.dixit, q Arch. habet curã aĩarũ: j. de
offi.dele.ſup.in fi.de p̃b. referente. & reſpõdit huic e. q hic erat
2 9̃ria ſpãlis 9̃ſuetudo, q̃ maximẽ in iurib.Arch ſeruãda eſt.†[Curã.] Melius diſtinguit ſic. cura animarũ dr̃ ſtrictẽ ptãs ligandi &
ſoluẽdi.ſ.in foro pniali.& hęc in nullo p̃lato eſt,niſi ſit ſacerdos,
vt probaſ,21.di.in nouo,j.de pę.& re. oĩs. quã curã alius dare nõ
põt,q ſacerdos,vel ſacerdotis auctoritate gñali, & ſpãli, vt hic,
16.q.7.nullus.de auctoritate generali intelligo.j.de offi.dele.ſup
eo.25.di.perlectis. & tunc nõ dicunt ipſi dare: ſed illi, quorũ auctoritate datur.ff.de admi.tu.ita.§.geſtiſſe.quamuis dici poſſet,q
Arch.& electi confirmati,& alii huiõi, q quãuis non ſint ſacerdotes,tamen poſſunt dare eccleſias ſacerdotibus. nec dant curã
animarũ,ſed hi eis danr,quãdo ſunt facti ſacerdos,licet cũ ordine hanc ptãtem ligandi & ſoluendi acceperint. licet nõ in hos
ſubditos.quos modo dat Arch.vel alius p̃latus, ptãtem haberet
ante,q̃ per ipſum inſtitueretur in eccleſia, q̃ curã habet: ſed officium huius ptãtis,quã non habebat,cõcedit, 11.q.j. eccleſiæ ſimiliter,& ſuperiori, 1.q.j. §.ex his verbis,arg.largẽ dr̃ cura poteſtas
eijciendi.& recipiendi in eccleſiã,corrigendi, & puniendi exceſſus,21.diſt.§.j.ſub hac cura eſt excõicare, interdicere, viſitare, &
cętera talia,quæ ſunt ad correctionẽ morum.ĩ.de ele.dudũ. eccleſia Romana.ĩ.eo. c.j. hanc curã poſſunt habere Arch. & inferiores prelati, vt ibi dr̃. de vtraq; iſtarum curarũ intelligitur. j.
de præben.de multa. eccleſiam autẽ vel præbendã conferre Archid.non põt,vel alius prælatus præter ẽpm. 16.q.7.nullus. niſi
hoc ex conſuetudine,vel priuilegio habeat. tunc facit tanquam
vicarius.j.de offi.deleg.ſuper eo.j.de inſti.cũ veniſſent. ĩ. eo.c.j.

SVMMARIVM.

Archidiaconi & alij prælati habentes iuriſdõnẽ ab epiſcopo, an excõicẽtur.

CAP. V.

Rchid. [Sñiam.] Excõicationis.hoc eſt ius cõe in omnib. Arch.& oib. p̃latis, ar. 16.q.2.
viſis,24.q.3.corripiantur.9̃,2.q.j.nemo.j.de offi.ordi.
cũ ab eccleſiarũ.j.de ap.reprehenſibilis.ſed iſta & oĩa
alia 9̃ria intellige, vbi 9̃ria obtinet cõſuetudo p̃ſcripta. Melius
credo ius cõe, q oẽs hi p̃lati habentes iuriſdictionẽ ab ẽpis ſint
ordinarij.j.de exceſ.præla.ad hæc.& poſſunt excõicare ſubditos.
j.de offi. ordi cũ ab.niſi ſint mulieres.j.de pœ. & remiſ. noua. &
c. quæ dicunt p̃latos non poſſe excõicare, intellige, vbi 9̃ria eſt
cõſuetudo,quæ iuriſdictionẽ tollit, & tribuit. ff.de exceſ. præla.
adhoc.C.de emen.pro.l.i.vel dic,q non debet excõicare cũ ſolẽnitate,quæ eſt,11.q.3.debet, cũ c. ſeq. de hoc autẽ non dubitat
ab aliquo quin minori excõicatione poſſit excõicare, vel interdicere.ſicut intelligunt prima c.quæ dicunt inferiores prælatos
poſſe excõicare.ſic dicimus,q prælati,qui habent tãtũ iuriſdictionẽ a collegiis vel aliis,q ẽpis non poſſunt excõicare: q̃a hãc
ptãtem non põt concedere.niſi ẽps.24.q.3.corripiant.licet alias
iuriſdictionẽ habeant, vt no.j.de offi.ordi. cum ab. nã quod non
habent,dare nõ poſſunt,1.q.7 Daibertum.niſi forte collegium
eligeret auctoritate ẽpi, & de iuribus ẽpalibus aliqua haberet,
vel ab eo confirmaretur.de hoc no. j.de offi.ordi. quanto.

CAP. VI.

MAndamus aliquantũ. [Sæpius.] No. ſ. proxime.

SVMMARIVM.

1 *An Archid. poſſit ſine epiſcopo imponere pœnam pro delicto.*

2 *Epiſcopi accuſationes omnes criminales audiunt, non autem Archid.*

3 *Epiſcopus tenetur de facto Archidiaconi.*

4 *Rurales decani de conſenſu Archid.inſtitui, & deſtitui debent.*

CAP. VII.

AD hæc nos dicimus. [Statuta.] 25. diſt. perlectis. [Inſperat.] Qualiter ſua officia explcãt. [Parochianu.] i.eorũ,qui parochias morant.ĩ.eo.c. [Audire.] Dicunt
quidã tamẽ diffinire, cũ ei 9̃ceſſum nõ ſit.alij 9̃dicũt.ſ.& q
diffinire debet,& hoc magis placet,arg.ff.de iud. de qua. itẽ quidã hoc intelligunt tantũ de parochialib. clericis:alij de ciuitatẽſibus,arg.ĩ.eo.c.j. [Iurgia.] Ciuilia. & ſic de crimine agit ciu.ſr.
[Cõſtitutionẽ.] ĩ.e.c.i. [Vicarius.] j.de offi.vica.c 2 [Clemẽtis.]
93.diſt.diaco. [Perſpicies.] i.inquirens non tñ viſitando, ſed tãtũ
1 loca,vel pſonas,de qb.eſt infamia.de hoc no.ĩ.eo.c.j. †[Corrigat.] Verbis,monitionib. & p̃ceptis. pęnã aũt pro delicto non
põt imponere ſine ẽpo.j.de offi.cuſto.c.1. arg.j.de offi. Arch.c.2.
& vlt.ſi quis tamẽ diceret,q modicã pęnã ſibi imponere poſſet,
vel ſuſpenſionẽ ad modicũ tẽps forte non peccaret. [Ardua.] Vt
ſi exigant depoſitionẽ clerici,vel ẽt ſuſpenſionẽ perpetuã, vel ẽt
multũ diuturnã.cũ.n. hoc ſine capl̃o facere nõ poſſit ẽps. j.de exceſ.p̃la.c.j.abſurdũ eſt dicere,quod Arch.poſſit.idẽ eſt, & ſi expediret facere vnionẽ eccleſiarũ, vel diuiſionẽ.i.quia nõ fieret ſine
2 ẽpo.j.de exceſ.p̃la.ſicut. 2. † uno oẽs accuſationes criales nõ ſolũ clericorũ in ſacris poſitorũ ſed in minorib.ordinib. audiret
ẽpi, non Arch.15.q.7.Fel.ſi autem ẽps nullus. & ẽt laicorũ. j.de
offi.ordi.c.j.itẽ cauſas mrĩmoniales. j.de cõſan.& affi.ex literis,
§.vlti.itẽ omnia negocia,vbi exigit diſpẽſatio vt no.j.de eo, qui
fur.or.c.1.itẽ ea, quæ non licet ẽpo facere ſine cõſenſu capituli,
vel capl̃o ſine cõſenſu ẽpi,vt eſt collatio p̃bedarũ & multa alia,
q̃ continent.j.ſub tit.de his,quę ſiunt ab ẽpo ſine cõſenſu. c.ea.&
de his.q̃ ſiũt a ma.par.cap. c. 2. & vbi ſpecialis auctoritas ẽpi requiritur.ſicut in alienationib. 12.q.2.ſine exceptione. 10.q.2.hoc ius.
17. q.4.in venditionib itẽ in monaſteriis nõ habent iuriſdictionẽ,correctionẽ, vel reformationẽ: niſi conſuetudo hoc eis tribuat.j.eo.dilecto.vel poſſet ẽt dici, q cõparãdus ſit defenſori ciuitatis,& vſq; ad 300.aureos audiat cauſas ciuiles, ẽt de minoribus & in maioribus criminib. poſſit clericũ reum capere. & cũ
ad ẽpm mittere,& modica mulctã indicere. & ẽt clericis q ſunt
de ſua iuriſdictione,põt p̃ſtare auctoritatẽ in adop.emanci. & teſtamẽtorũ.& donationũ inſinuationib.& manumiſſionib. quas
faciũt nõ noie eccleſię,ſed p̃prio.in Auct.de e. ſen.c.ſt.§.iudicare,vſq; in fi.in eo tamẽ nõ 9̃paraſ ei.vt q̃dã dicũt,q tene de iactũ.
vel 9̃ctus ſub eo aliqs 9̃ueniat cũ nõ habeat territoriũ,vt no. j.de
fo.9̃pe. cu cõtingat. eadẽ q̃ hic dico in Arch. intelligo & in aliis
minorib. p̃latis ordinariis qui vel de iure ſuo,vel de 9̃ſuetudine
habẽt iuriſdõnẽ.hoc nõ placet, nec ſunt 9̃parandi defenſorib. ciuitatũ; quia nõ ſunt ordinatæ dignitates eccleſiaſticæ ſm iura ciuilia,ſed ſm 9̃ſtitutiones eccleſiaſticas.& ſm illas debẽt exercere iuriſdõnẽ.& non ſm ciuiles. [Alia.] Vt no. j.eo. vt noſtrum.
[Beneficiis.] Collatis ab ẽpo,vel 9̃firmatis.ſi.n.ad aliũ ptinet col
3 latio,vel 9̃firmatio.tũc nõ pertinet ad Arch.inſtitutio.†[Arch.]
non ergo vr̃ puniendus ẽps.ſi promotus ſit indignus, arg. 54.di.
ſi ſeruus.ſed hoc ideo eſt,quia ẽps tenetur de facto Archid.ſicut
exercitor de facto Magiſtri.ff.de exer.l.1.§.Magiſtrũ.niſi cõis opinio eſſet pro bonitate Arch.j.de pig.ſignificãte. [Cibos.] 75.diſt.
4 ẽps.C.de auct.præ.l.vlti. † Itẽ hic habes,q de 9̃ſenſu Arch. debẽt
inſtitui & deſtitui decani rurales.& hoc eſt ea rõne, q̃a cũ Arch.
debeat habere curã parochiæ.ĩ.c.j.& decanus.q hic ſuppleat vices eius,j.de offi. Archipreſ. c.vlti. non debet abſq; eius cõſenſu
inſtitui,vel deſtitui.& idẽ in ẽpo, & loquitur hoc c. ſm cõſuetudinẽ quia vbi nõ eſſet cõſuetudo,ſecus eſſet. [Ab oibus.] Melius
intelligitur hęc decre.de quibuſdã decimis, q̃ in aliquib. partib.
Franciæ 9̃ſtituuntur ad faciendũ quædã officia, quæ cõmr pertinent ad ẽpm,& Arch. nec inſtituunt in aliqua eccleſia, nec cõfirmantur. ſed quaſi miniſtrales & officiales ſunt vtriuſq;. & pro

magna parte nõ ꝯſtituũtur perpetuo. & ideo dicit hic pro tpe.i. ad tps. [Eligendus.] Omnia, q̃ circa electione huiuſmodi perſonaris vel confirmatioõẽ aget eps, faciet communiter cũ Archid. ſed ſi diſcrepant, cũ maior & principalior ſit auctoritas epi, quã Arch. tñ vicariã dignitate habet, credimus valere, qđ facit eps. ſi tñ Arch. videret indignũ ſtatui poſſet pro iure ſuo appellare, vel alias cõtendere. alii tamẽ ꝯdicunt, l. e. no valeret, quod facit eps ſine Archid. vel econuerſo, niſi conſuetudo ſe in ꝯtrium habeat.

C A P. VIII.

SIgnificaſti, & infra. [Archid.] 68. diſt. quãuis, 6 2. di. extra. de ꝯle. di. 5. no [illegible] oportet. [Lrãs.] ſ. ꝗ ab alio epo ordinẽt. [Eis.] Clericis.

C A P. IX.

VT noſtrum. Ex officio.] i. cõſtitutione. [Officium.] Supra eo. ad hæc.

S V M M A R I V M.

1 *Mentione facta de procuratione, comprehendantur iuriſdictio, correctio, & reformatio tanquam paria ſub generali clauſula adiecta.*

2 *Condemnari non debet quis, niſi actor probet ex ea cauſa ſibi deberi, ex qua petit.*

3 *Poteſt epiſcopus etiam inuito ſubdito quandoque cognoſcere de cauſis ad eius iuriſdictionem ſpectantibus.*

4 *Licitum eſt inter partes conuenire, vt ſub non ſuo iudice litigetur.*

5 *Archidiaconus, plebanus, vel alius minor epiſcopo in monaſterio non habet correctionem, vel viſitationem, vel iuriſdictionem.*

6 *Conſuetudo vbi eſt contra ius, ſeu oneroſa eſt, extendi non debet.*

7 *Conſuetudo non eſt extendenda in his, quæ conſiſtunt in præſtationibus, & conſimilibus.*

8 *Nunquid Archid. qui iuriſdictionem in omnibus exercuit monaſteriis, intelligatur etiam exercere poſſe in monaſterio de nouo ædificatis.*

9 *Cum quis ſpecialiter de aliquibus con[illegible], de aliis prohibere videtur.*

10 *Nunquid de iuribus ad iura fiat extenſio?*

C A P. X.

1 DIlecto filio, & infra. [Quẽdã alia.] † No. q̃ facta mentione de procuratione ſub clauſula generali adiecta cõprehenduntur iuriſdictio, correctio, & reformatio tanquã paria quia cũ vnum debetur, & aliud. vel dic, non cõprehendi tanquã paria: quia paria non ſunt, ſed maiora. ſed cõprehenduntur tãquã expreſſa per illã adiectionẽ. & quedam alia ad ipſum ratione Arch. ſpectantia. p[illegible] enim clauſulã, de omnib. ſiue de minorib. ſiue maioribus agere põt, dũmodo de iure ad Arch. ſpectẽnt. Et ide dicerem, ſi diceret. & reb. aliis ad cũ ratione hæreditatis ſpectãtibus, quia de maioribus, q̃ expreſſa ſunt, agere põt, dũmodo ad [illegible] tatẽ ſpectent. poſſet tamẽ reſponderi huic decre. ſi q̃s vellet dicere ꝯtrũ. [illegible] ideo fuit admiſſa hæc petitio: quia non fuit ꝯ eũ exceptum, [illegible] ſecus. ſ. de reſcri. ſedes. [Ex ratione.] Secundum petitionem [illegible] vt q̃ etiam ſi de conſuetudine hæc iura habere debe[illegible] in p̃dicto monaſterio, nihilominus abſoluendũ erat mon[illegible] quia non ratione Arch. ſed ꝯſuetudine debebãtur,
2 † & non debet quis con[illegible]nari. niſi actor probet ex ea cã ſibi deberi, ex qua petit. vt no. j. de offi. ord. conquerente. Sed reſpondeo ſub his verbis. ratione Arch. vel ad eius Arch. ſpectantib. cõprehendunt non ſolũ iura, q̃ debentur ex iure, vel priuilegio, ſed ẽt q̃ debenẽ ex conſuetudine. j. de preſcrip. audiuis. [Petijt.] Cõfeſſo [illegible] intentãdo. [Si ſint.] Per hoc videbatur ſibi, licet erraret, q̃ ſuã intentionẽ fundaſſet. j. de relig. domi. cũ venerabilis, j. de capel. mo. dilectus. 16. q. 7. oẽs. n. licet monaſteria quo ad legẽ iuris ſubſint epo. q̃ ꝯſiſtit in inſtitutione perſonarũ in coerctione criminoſorũ, in collatione ſacrorũ, 17. q. 2. hoc iure, cognouimus, 17. q. 1. monaſteria. non tamẽ Arch. ſed ſicut ex hoc capitulo apparet, qđ eſt no. dignũ, hoc non extendiẽ ad Arch. quia niſi pbauerit cõſuetudinẽ Arch. non exercebit lege iuriſdictionis in monaſteriis. ſoli. n. epi hoc habent in monaſteriis. [Videlicet.] Ecce iuriſdõ. [Et eius.] Ecce correctio. [Solcot.] Na cõſuetudo in iuriſdõne valet. C. de mand. l. 3. j. de exceſ. [illegible] la ad hoc. [Salua.] Licet epo tenẽantur obedire in multis ꝯ regi[illegible], tamen per ſedem Apoſtolicã nunquã confirmatã, vt hic, 16. q. 1. qui pure & verè, alia, nemo. &c. cũ pro vtilitate. ſecus, ſi Apoſtolica cã nõ approbaſſet.
3 † [Conuenitri.] Iniuſta vẽ petitio: quia eps poteſt ẽt inuito ſubdito aliquando cognoſcere de cauſis ad eius iuriſdonẽ ſpectãtibus. vt no. j. de offi. ordi. cũ ab. imo qui[illegible] dicunt, q̃ põt ab eis aduocare iuriſdictionẽ, arg. ff. de in[illegible] iudicii. hoc non credo, vt expreſſè vẽ dicere Auct. de defen. ciui. §. interim in fi. col. 3. [illegible] iudiciũ. loquitur, quando in ea iuriſdõne, quã exercet minor iudex, ſuperior iudex habet maius Imperiũ: quia tamẽ in defectũ ſuperioris iudicis deuoluitur iuriſ[illegible]o ad inferiorẽ. C. de iudi. l. in ſpeciale. C. de fabri. l. ſi quis. qu[illegible]a tunc, ſi inferior vellet cognoſcere, ſuperior poſſet prohibere. vel põt intelligi p̃allegata l. iudicium, q̃ ſuperior qui habet maius Imperiũ in ipſa iuriſdõne, põt prohibere inferioribus ne procedant, ſi ſunt ſui officiales, vel vicarii. & ſm hoc cũ Archidiaconi, & Archipſbyteri dicãtur vicarij eporum. & epi dicantur in eos ſua onera partiri. ſ. eo. c. j. & j. de offi. Archipresby. c. fi. eis poterit prohiberi per epos. Archiepi aũt, & ẽt præſides prouinciarũ, vel legati nõ poterunt prohibere inferioribus epis, vel aliis, quin habeant ita plena iuriſdictione in ſuos ſubditos, ſicut ipſi legati, licet ipſi legati maiori dignitate p̃eminẽant, quin ſuã iuriſdictione exerceant. illud bene fatemur, q̃ poſſunt audire querimonias omnium, qui ad eos vadunt. j. de offi. leg. c. j.
4 † [Conuenitri.] Ad hanc q̃ſtionẽ non reſpõdet, hoc ideo quia petitio fuit iniuſta, cũ licitũ ſit inter partes conuenire, vt ſub non ſuo iudice litigetur. ff. de iur. om. iud. ſi cõuenerit. imo etiã ſufficit, ſi non excipiãt, & hoc ipſo cõſentire vr. & tenet, quod facit alius iudex. ff. de iu. l. 1. & 2. in prin. Quidã tamen reſpõdet hic non eſſe admittendã petitionẽ pp fraudem. tiebat. n. vt ſic ſubtraheretur iuriſdõ eius. l. Archidiaconi, arg. ff. de dolo. cũ quis. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. & l. deniq;. vel pp conſuetudinẽ. alii dicunt, q̃ pp hoc non reſpondet huic q̃ſtioni: quia in hoc monaſterium non peccabat. alii tamen dicunt, q̃ ſub illo verbo, quod ſequiẽ in reſponſione Papæ. i. iuriſdictione aliqua. &c. omnia cõprehendunt. viſitationẽ, correctionẽ. & iuriſdictionẽ. & etiã q̃ prius debeant ſub Archid. cõuenire, q̃ ſub Archiepo, & ideo non reſpon. [Specialibus.] Quaſi dicat cauſas, q̃ tangunt Archiepm, & homines eius, & familiã. non peto, vt coram me primo agant. [Canonicos.] ff. de leg. 3. ſi corpus. §. 1. 4. q. 3. ſi teſtes & j. de teſt. veniens. C. de repu. conſenſu. §. ſeruis. C. de queſt. interrogaſti. [Conſtiterit.] Per probationes Arch. [Pacifica.] Ad hoc enim vt curtat p̃ſcriptio,
5 neceſſe eſt, q̃ ſit pacifica. j. de p̃ſcri. ſanctorũ. † [Iuriſdictionem.] No. Archidiaconũ, vel plebanũ, vel aliũ minorẽ epo, in monaſterio non habere correctionẽ, vel viſitationẽ, vel iuriſdictionẽ. & ita per cõſequẽs nec procurationẽ, q̃ ratione viſitationis debeẽ, j. de p̃ſcrip. ex officii. 18. q. 2. dudum peruenit, j. de capel. mo. c. 2. Sed nunquid in prioratib. qui ſunt per villas, habebit prædicta reſpon. ſi ſint monaſteria, vbi ſit conuentus mona. vel etiã ad hoc inſtituta per epm. vt ibi ſit cõuent[illegible] tunc nec Arch. ibi habebit iura Arch. ſed ſi ad hoc non fuerint inſtituta. tunc Arch. ibi ſua iura habebit. nec priuilegio monaſteriorũ gaudebit, 16. q. 1. c. 1. nã & in capellis monachorũ cõſtat, q̃ Archidiaconus habet ius: quia exẽpta ab hoc iure non inueniuntur. itẽ dicunt quidã, q̃ ſi monaſteria habẽt priuilegiũ, q̃ Arch. habet ibi iura arg. q̃ eps etiã in exẽptis Abbatib. pp ſubditos habet ius. j. de priuil. ex ore, in ſi. itẽ dicunt, quod tunc teneẽ Abbas procurationẽ ratione viſitationis facere Arch. quia & ſi monachos viſitare nõ debet, populũ ei tamen ſubiectũ viſitare debet, 10. q. 1. placuit [illegible] pis. tamen poſſet dici, q̃ Arch. vel alii p̃lati præter epos nihil iuriſdictionis habẽt in monaſteria, neq; populos eorũ: ſed parochialia iura habebunt, puta decimas, & hmõi intra totã ſuam parochiã, 16. q. 1. decimas quicunq;. niſi ipſis monaſteriis datus ſit populus cũ iuribus parochialib. ſed prius dictũ magis placet. quidã tamẽ dicũt, ſed non placet, q̃ Arch. in monaſteriis habet correctionẽ, & viſitationẽ, qđ hic non negaẽ, ſed iuriſdictionẽ non. nec ob. 16. q. 1. alia. quia illud intelligitur, quod poſſit ſacerdos, vel inferior prælatus nõ cogere: ſed facere per ſuperiorẽ cogi monachos ad ſoluendas decimas. [In hmõi.] i. ꝯſimilib. puta eiuſdẽ ordinis, & intra eaſdẽ metas cõſtitutis, & nõ magis priuilegiatis: ſed ſecus. ſi ſunt eiuſdẽ ꝯditionis. [In hmõi.] ſ. de ꝯſue. c. olim. [De p̃miſſis.] i. q̃ Arch. pacifice cõſueuit exercere iuriſdõẽ in dicto mo-
6 naſterio, vel in aliis eiuſdẽ ordinis, & cõditionis. † [Supradicto.] No. q̃ vbi cõſuetudo eſt ꝯ ius, vel oneroſa, nõ eſt extedenda, vt j. de deci. c. tua. cũ contingit. neq; ad alia iura. j. de capel. mo. c. 2. j. de præſcrip. audiuis. nec ad alias eccleſias, vel perſonas, 12. diſt. omnia, 11. diſt. catholica. Si vero ſit laudabilis cõſuetudo, & q̃ iuuetur rõne, & q̃ ſit ſuper re ꝯceſſibili, quale eſt in Arch. in monaſteriis, q̃ de facili debet Arch. cõcedere, vt in alios ſua onera partiatur, j. tit. proxi. c. fi. & de qua, vel ꝯ quã nihil ſit ſtatutũ, illa ſeruanda eſt. & extendenda ad alias eccleſias, nõ ad alia iura, vt hic, & ſ. de elec. cũ eccleſia Vulterana, 11. diſt. in his, 12. diſt. cõſuetudo, 8. di. quę ꝯ. j. de cenſi. ſopitę. & dicimus ſufficere, ſi maior pars eccleſiarũ, vel perſonarum eiuſdẽ conditionis ſeruet illã. ff. de iuſti. & iu. l. penul. j. de cenſi. ſopitæ. & hoc non ſolũ intelligimus de eccleſiis eiuſdẽ diœce. ſed etiã eiuſdẽ prouinciæ. & intantum hoc eſt verũ: quia ſi certũ ſit caſo non ſeruare conſuetudinẽ, tamẽ cogi debẽt eã ſeruare, q̃ ex eo apparet: q̃a eccleſię de nouo ędificatæ ad illud tenentur. j. de cenſi. ſuper eo. ſ. de conſue. cũ olim. & talia ſunt, q̃ habeant vnum modũ in officiis, 12. diſt. c. pen. & & vlti. & qđ ſeruetur menſura cõis. j. de cenſi. ex parte. & qđ certas dignitates habeat aliqs p̃latus, ſ. de ꝯſue. cũ olim. & hoc verũ qđ ali[illegible] cogunẽ ſeruare, niſi habeãt ꝯriã ꝯſuetudinẽ & p̃ſcriptã. ſ. de ꝯſue. c. vlti. j. de p̃ſcrip. audiuis, vel niſi pro illa aliã habeãt. i. q̃a alius h[illegible]c iura in hoc monaſterio exercet, & tale eſt, puta, quia vna eccleſia ieiunat die ſabbathi. alia Mercurii, 12. di. illa. hic. n. minor pars nõ cogit ſequi maiorẽ. Alii dicũt in his, q̃ ſunt iuriſdictionis vel iuriſ dõni [illegible] annexa, fieri prorogationẽ de perſonis ad p̃ſonas, dũmõ pars maior vtatẽ. ff. de iuſt. & iu. l. pen. ſ. ad munic. l.

quod

ctoꝫ maior.ff.de reſti.ad teſtium.niſi eſſet conſuetudo introdu
7 cta ꝯ rationē.ff.de legibus, q̄d non ratione. † In alijs autē, q̄ cōſiſtunt in ꝑſtationibus, & cōſimilibus non eſt extendenda cōſuetudo, vt hic.arg.ꝯ.ff.cōia præd.venditor.§.ſi conſtat. Sed ibi non dr̄ extenſio, q̄ eſt circa vnam rē tantū.j.de cenſi.ſopitæ,cuius cōcor.non obſt.quia ea ꝑter cōſuetudiōē debita erant de iure,nūquam tamē eſt reſtringēda,ita cōſuetudo,vel priuilegiū, vt vna res diuerſo iure cēſeatur.j.de deci.cū in tua diœce.12.q.2.cognouimus.Itē ſimiliter ſit extenſio in his,q̄ pertinent ad aliū de iure cōi.j.de reb.do.c.i.ſed mirū vr̄, q̄ negligentia vnius obeſt diligēti,qui nō permiſit ꝯ ſe cōſuetudinē induci vel ꝑſcribi ꝯ illud:nā res inter alios.&c.vbi in C.per totū tit. Reſpō.hoc,quod hic dr̄, non obeſt,vel modicū obeſſet monaſterio ſancti P.quia iura, q̄ hic petebantur,vel ep̄s exercebit in dicto monaſterio,vel Arch. vel alius loco ep̄i,& ſic nihil monaſterio ꝑiudicat, vel modicu: ſed ep̄o dignū eſt vt ꝑiudicet: quia tacitè cōſentire vr̄, q̄ Arch. iuriſdictionē Archidiaconalē habeat in monaſterijs cū videt & nō ꝯdicit,arg.ī.de cōſuetu.c.2.ff.de legi. de quibus. nā expreſsè ſi vellet, poſſet cōcedere ipſi Archid. vt perpetuo illā iuriſdictionē in monaſterijs exerceret.nā cū ipſe ep̄s iuriſdictionē Archidiaconi habeat permiſſam,vel melius.ſ.quā Archid.petebat tanquā Archidiaconalē,eā alij concedere poſſet ſalua ſolennitate debita,cū eam cōferre non prohibeat.& cū omnia monaſteria, q̄ ſunt eiuſdē conditionis debeant eodē iure cenſeri,vel potius iuriſdictio,q̄ eſt in monaſterijs eiuſdē conditionis. j. de deci. cū in tua,12.q.2.cognouimus.ſatis per cōſequens vr̄. q̄ ex quo ep̄s cōcedit tacitè,q̄ habeat ꝑdictā iuriſdictionē in alijs Abbatijs. & ēt habeat & in iſta ſancti P.arg.prędictorū c.Sed hæc intelligo vera,ſi ipſe Ep̄s, vel Abbas, vel quis alius in hoc monaſterio nullū de ꝑdictis iuribus ibi exercuit: quia ſic interrupta eſt ꝑſcriptio, vt no.alias. Itē q̄a ſi exercuit,tunc vr̄ & ꝑſumitur, q̄ nolit ep̄s in hoc monaſterio ſancti P. prędictā iuriſdictionē.ſ.eorū, quę interdum exercuit,cōcedere Archid. & pp hāc rationem dicerē, q̄ ſi ep̄o neſciente ꝑdictā iuriſdictionē exerceret,q̄ non induceretur cōſuetudo,arg.ī.de conſue.c.j.Sed oppones.nonne & ſi ſuſtinuit, q̄ in vno monaſterio tantū exercet prędictā iuriſdictionem,vr̄ tacitè cōſentire,q̄ eā habeat ēt in alijs monaſterijs? Reſpon.non.quia tunc ratione ꝑſcriptionis pōt in illo monaſt.prędictā iuriſdictionē vendicare, etiā ſi ep̄s conſentit tacitè, & etiā ſi neſciuit,& non ratione cōſuetudinis ꝑſcriptæ, nec impoſitæ, nec in ipſo.nec in alijs. ſed quando in pluribus tacite conſentit, tunc etiā vr̄ conſentire in alijs, vbi non exercuit,quæ tamē eodē iure cenſent̄, arg.prædi.c.& hac ratione: quia non tantū ratione ꝑſcriptionis,ſed cōſuetudinis preſcriptę hoc innititur.poſſet autē dici, q̄ hæc cōſuetudo extenditur ad noua monaſteria.ſ.q̄ Archid.in eis habeat iuriſdictionē,arg.j.de cenſi.ſuper eo. ī. de cōſuetu.cū olim. Si autē ſola ꝑſcriptione niteretur, tunc ad noua
8 monaſteria non extenderet̄. † Quidam tamē nullā drīam facientes inter conſuetudinē preſcriptā,& preſcriptionē, dicunt q̄ ēt ſi in omnibus monaſterijs exercuit prędicta: non tamē exercebit in nouis monaſterijs.i.de nouo ædificatis, arg.ꝑdic. decre. j. de deci.cū contingat.nec obſt. q̄ elicitur, 12.q.2.cognouimus. vbi dr̄. q̄ etiā noui redditus iure veteri cenſent̄: quia nō ſtatuitur ibi. q̄ ep̄s de nouis redditibus partē iiiā ſoluat clericis, quia de veteribus ſic ſoluit: ſed quia de cōi iure ſolui debet. Item non eſt ꝯ, j.de cenſi.ſuper eo,& ī.de conſue. cū olim. quia ibi loquitur de his iurib.de quibus nihil eſt certū in iure ſtatutū. vnde dignū eſt, q̄ in eis ſeruetur cōſuetudo antiquarū eccleſiarū eius prouinciæ,vel etiā viciniæ,arg. 11.diſt.diuturni. omnia,& c.ſeq. q̄ Arch.ꝑdicta in monaſterio exerceat,ꝯ ius eſt: ſed eadē,quæ diximus de Arch.intelligimus etiā de decano,vel quolibet,qui ꝑdicta iura exercet,cū neuter iure cōi vtatur. Itē prædictis rationibus dicimus, q̄ ſi in hoc monaſterio ſancti Pauli decanus ex priuilegio. vel conſuetudine ꝑſcripta prędicta iura exercuerat, in alijs autē Archid. licet in omnibus alijs exercuerit Arch. cōſentiente ep̄o tamen nō exercebit in hoc monaſterio ſancti Pauli,ēt ſi toto tpe quo Archidia.præſcripſit ꝑdicta iura in alijs monaſterijs,decanus in monaſterio ſancti P.non exercuit.& hoc ſatis probatur ex hac litera,vbi dr̄, in huiuſmodi Abbatijs,cū non ſint ſimiles,ſi ad diuerſos ibi iuriſdictio pertinebat. itē dicimus, q̄ ſi ageretur de alijs iuribus, videlicet q̄ ab omnibus alijs monaſterijs conſueuit habere 10.ſol.annuatim.vel certā partē oblationum,nō tamen pp hoc habebit in monaſterio ſancti P. quia diligens fuit,& eſt cōſuetudo oneroſa, & ꝑter ius.Sed obijciet, ſi de iuribus tantū Archiep̄i agebatur,quare abſoluitur, vel cōdemnat̄ monaſteriū? vel quare non vocatur, & agit ꝯ Archie-
9 piſcopū? Reſpon.vt no.j.de maio.& obe.inter. † Item quæritur, vnde eſt hoc,quia ſi ep̄s Arch.in omnibus alijs hoc expreſsè cōceſſiſſet, non tamen ꝓpter hoc haberet in monaſterio ſancti P. tamen pp conſuetudinē hoc obtinet? Reſpon.quia quando cōceſſit de aliquibus ſpecialiter, de alijs prohibuiſſe vr̄, 45. diſt. diſciplina,j.de deci.ad audientiā, ex parte, ſed in conſuetudine de omnibus tacitè cōſentire vr̄.Sed numquid debet ſufficere,ſi ipſe Abbas ſācti Pauli hæc iura in ipſo monaſterio exercuit. Reſpō, ſi exercuiſſet tanq̄ alia perſona & Vicarius ep̄i, credere iuſt.cēre,nec extenderet̄ tunc cōſuetudo ad hoc monaſteriū, ſed ſi tāquā Abbas fecit, cum hæc ſit alia iuriſdō.ſ.Archidiaconalis.alia Abbatialis, bene fiet extenſio, de qua hic dr̄.ſ.vt in monaſterio
50 ſancti P. exerceat iuriſdictionem, vt in alijs. † Sed nunquid de iuribus ad iura ſit extenſio? & dicunt quidā,q̄ vbi quis vtitur iure cōi,vtendo vno iure alia omnia iura,q̄ eodē iure debent̄, puta ep̄ali,vel Archidiaconali,retinere vr̄,niſi aliud ꝯ eum preſcriberent. imo plus dicimus fieri hanc extenſionē de iuribus ad iura,niſi ea exerceat aliquis ep̄s,vel Arch.in loco, quē non cōſtet eſſe de alterius iuriſdictione. nā tunc hoc ipſo, q̄ aliqua iura ibi exercet,vr̄ acquirere locū,vt ſit eius iuriſdictionis, & vt ibi omnia iura exerceat de cætero. j.de religio.do. c.j. & hoc maximè obtinent in his iuribus,vbi cōſuetudo ꝑualet,ſicut eſt in iuribus Archidiaconalibus & cōſimilib. [Quā.] Poteſt.n.eſſe,q̄ in vno iure obtinebit,non in alio.j.de cap.mo.c.5.[Eiſdē.] i.cōſimilib.

S V M M A R I V M.

1 *Archipresbyter ſubeſt Archidiacono, quo ad adminiſtrationem, non quo ad ordinem.*

De officio Archipresbyteri. Rubrica 24.

CAP. I.

ET Archipresbyter, & infra. [Volumus ſubeſſe.] Vt eſt de cōſuetudine.& intellige q̄ ad adminiſtrationē. nō quo ad ordinē ſubeſt Arch. 2.q.7.puta.C.de off. iud.l.j.§ his, q̄ ſpectāt ad officiū Arch.vel de iure, vel ꝯſuetudine.[11 q̄ od.] Volumus q̄ Archipꝛbyter ſciat.q̄ ſpāliter, &c. [Collectā.] ideſt miſſam,69.diſt. [Iniunxerit] 25. diſt. perlectis.

S V M M A R I V M.

5 *Archipresbyter non ſua auctoritate,ſed ex epiſcopi mandato in malè viuentes animaduertit.*

CAP. II.

MInisterium Archipresby. [Cardinalis.] Ideſt principalium. 7.q.j.paſtoralis. [In cōicatione.] Ideſt miſſarū celebratione, & per totā ſeptimanā faciendā,q̄ incipit die dominico. [Obtēpetando.] q̄d nō eos puniat ſua auctoritate.ſed ep̄o referatur, ſi in aliquo malè viuunt, & ꝯ eos mandatū ſui ep̄i faciat. [Cedant.] Quando debēt officiis intereſſe. [Prohibita.] Si qua ad ordinationē pertinent ep̄alem 18.diſt.quāuis coep̄i. [Conſulto.] Et ꝑſente.ſed & ſi eſt abſens & neceſſitas viget. ēt eo inconſulto pōt abſoluere.26.q.6.c.vlti. intelligitur hoc de ſolēniter penitente. ſed in hoc caſu ēt ſimplex ſacerdos eum abſoluere poteſt, arg. 17.q.4.ſi quis ſua. & etiam laicus,vt quidam dicunt de conſe.diſt.4. ſanctum eſt baptiſma.

S V M M A R I V M.

Foranei,ideſt qui extra ciuitatem habitant,ſacramēta,& ſepulturas in eccleſia maiori recipere poſſunt.

CAP. III.

OFficiū Archipresbyteri. [Foris.] i. extra ciuitatē.& ita habes,q̄ oēs foranei ſacra,& ſepulturas in maiori eccleſia recipiēt, niſi forte eligerent alibi ſepeliri.ſed certè hoc iūs vr̄ loqui de grauiter peccantib. ar. 50.di. in ea.26.q.5.c.ſi.[Cū oīb.] ſ.omniū ſacerdotū: quia ibi Archipꝛbytero cōfiteri debent. [Exinde.] i.poſtquā audiuit confeſſionē. [Illis.] Peregrinis, & ſacerdotib. [Curā.] Vt oīa ſacra recipiant peregrini plus cęteris indigent:quia ibi notos non habēt, de ſacerdotibus autem ꝯfunderetur eccleſia,ſi ſine ſacris decederet.

CAP. IIII.

VT ſingulæ. Hoc capitulū loquitur de Archipresbytero rurali,& ſuperius de ciuitaten. [Titulos.] Ideſt eccleſias, 70.diſt. c.2. [Qua.] Ar.q̄ ſolus ep̄s eſt ordinarius, 11.quæſt.j. de perſonis, 80.diſt.non debere.[Partiatur.] j.de pręſump. mandata. [Decretū.] i.ꝯ ordinationes ep̄orū, ſm eorum autē ſtatuta poſſunt minora negocia diffinire,cū ſint ordinarij,vt no.j.de offi. or. cū ab.

De officio Primicerij. Rubrica 25.

CAP. I.

VT Primicerius. [Rationē.] Si non benè monuerit, & coercuerit, vel etiam punierit delinquentes: vel ſaltem epiſcopo nūciaret. habet enim ordinariam iuriſdictionem in his, quæ ſibi commiſſa ſunt, infra de offi.ordi.cum ab.

De officio cuſtodis. Rubrica 27.

CAP. I.

CVſtos eccleſiæ. [Indomitus.] Ex quo enim icorrigibilis eſt ſine accuſatione remoueri pōt: quia notoriū eſt eius crimen, 17. diſt. non licuit, 11. q. 1. ſi quis ſa. 2. q. 7. qua propter, 81. diſt. Maximianus, 23. diſt. c. vlt. j. qui ſi. ſint legi. per venerabilē, j. de iureiu. querciam. bene dicit indomitus, quia priuſquam deponatur, & alius ſubſtituatur debet ſuſpendi ab officio, ſupra de æta. & qual. quætis. & idem eſt in ſimilibus, vt ſi non portet coronam.

SVMMARIVM.

1 *Ineptitudo libelli facit rumpi libellum.*

De officio vicarij. Rubrica 28.

CAP. I.

AD audientiam noſtram. [Adeptus.] Et ſic amiſit ius, quod habebat in vicaria, j. de cō ceſ. ptæb. vel eccle. non va. literas, 21. q. 2. ſi quis iā. † [A petitione.] No. ꝙ vbi apparet ineptitudo libelli, rūpetur libellus. arg. ff. ſi men. fal. mo. dix. l. 1. & quod notabilius eſt, non ſolū ſi in libello contineatur

a ineptitudo, ſed etiam ſi alias * ſit notum. nam hic non dicebat ſe habere perſonatus, ſed tantum petebat vicariam, & tamen ſufficit, ꝙ notorium eſt, ꝙ habebat alios perſonatus, quod non poteſt eſſe occultū. 3. de tranſac. quanto. lacerandus eſt libellus.

ADDITIO.

a ¶Sed etiam ſi alias Hoc dicit ſingulare Pe. de Anch. in conſi. 207. col. 2. incip. iudex de iure iudicaturus, in ver. de nullitate aūt, & all. ēt ipſe Pe. in cōſ. 232. incip. diſcurrendū eſt, col. j. poſt med. in cōſ. 233. incip. primo inquirendū, in prin. & Alex. de Imo. in conſ. 105. col. 2. ver. cū ergo, in 2. vol. & Pe. de Ancha. in conſ. 73. incip. viſis omnibus, col. 2. ver. venio ad fin, & in conſ. 110. incip. ſm ordinē, in fi. & in cōſ. 189. incip. de virib. ſnix, ante med. 5. col. & in conſil. 191. incip. ſuper plurib. col. 2. ver. tales aūt exceptiones. & in cōſ. 197. incip. efficacib. col. 3. in prin. & col. 4. poſt prin. & ibi ꝙ Papa ēt repellit reū, qui ex allegatione iuris tertij vř ſe dicere improbū poſſeſſorē. & ad hoc dictū Inno. hic adde eundem, j. de diuor. in c. porro, & Cardi. in conſi. 18. incip. iudex de re iudicaturus, col. 3. ver. de nullitate. vbi dicit hoc notabile, quod conſilium eſt inter conſi. Pe. de Ancha conſi. 208. ſupra allegato, in prin.

SVMMARIVM.

1 *Vicaria quando habeat locum.*

CAP. II.

PRouideas. [Attentius.] Vicaria non habet locum, niſi vbi quis plures habeat eccleſias ex diſpenſatione, vel abſens ex diſpenſatione, vel in caſibus, in quib. licitū eſt habere plures eccl'ias cu perſona continuã reſidentiã ibi facere teneatur. 3. de æta. & quã cãte. 3. de elec. cū inter. j. de p̄reb. extirpādę. habent ēt locū vicariæ illorum, qui non habent curam animarum. j. eo. c. vlti.

CAP. III.

AD hæc ſi perſona. [Epiſcopi.] Et patroni, 63. di. in prin. 16. q. 7. dedimus. C. de aucto. præ. l. vlti. Si conſenſus eius nō affuit, poſt mortem perſonæ non durat prouiſio, vt no. ſupra de fil. presby. propoſuit.

CAP. IIII.

CLericos in presbyteratu. [Quas.] C. de iud. 4. iudice. §. vicarias.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius an habeat iuriſdictionem, & qua poſſit.*

CAP. V.

IVa nobis. [Literas.] Impetratæ erant fortè ſuper ꝯmiſſione aliqua de iuſtitia, vel beneficio hmōi. [Iuriſdictio.] Vicarius autē iuriſdictionem ordinariā habet, quod ſic probo. pōt decretum alienationibus minorū dare, & emancipationibus, & omnia alia quæ ad iuriſdictionē pertinent, facere. C. de offi. eius, qui vi. alt. l. 2. Sed p̄dicta cū cauſæ cognitionē requirāt, delegari non poſſunt. ff. de offi. procon. nec quicquā. §. j. ergo apparet, ꝙ p̄dicta facit vicarius iuriſdictione ordinaria, non delegata. de iuriſdictione aūt delegati, non ordinaria, vel vicaria loquitur. ff. de offi. eius. cui man. eſt iuriſdi. per totum. [Reuocatis.] Tanquā à nō ſuo iudice factum, 11. q. 1. c. vlti. C. ſi à non compe. iud. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis ordinarij officialis iuriſdictionem ſuam exercere non poteſt poſt excommunicationem eius, cuius officialis eſt.*

CAP. VI.

ROmana Eccleſia, & infra. Cū Rhemē. Archiepš. [Rationabili.] Fortè criminoſus

1 eſt, vel alia cū ſimili. [Vices.] ſ. officialitatis. † [Ipſius.] Ideſt officialis, qui officiū ſuū conſueuit exercere: q̄ tamen huic vicario cōmiſſa ſunt ab ep̄o, non vicario, qui cū ſit excōicatus, cōmittere non pōt. Sed & ſi ante excōicationē cōmiſiſſet, idem dicēdū vř. nā ēt iudicis ordinarij officialis nō pōt exercere iuriſdictionē ſuā poſt excōicationē eius, cuius officialis eſt, ſicut nec poſt mortē, arg. ff. de offi. vica. diem. vel dic, ꝙ hæc decre. loquitur, quando officialis non ep̄s cōmiſerat vices, quo caſu & ſi non valeat, quod facit hmōi vicarius, tamen nō eſt excōicatus, quia officialis. [Officium.] Ideſt officialitatē. nam & ſi ob hoc eſſet excōicatus officialis. quia officialitatē exercet ille, qui in eodē officio ſibi deſeruit ſiue ſtando iuri corā eo, ſiue ſuſcipiēdo cōmiſſionē cauſarū ab eo, excōmunicatus eſt. Sed ſi ſuſcipiat cōmiſſionē cauſarū, vel vicariā officialis, vel ēt eādem officialitatē ab ep̄o, non eſt excōmunicatus. [Ipſi.] Vicarij officialiū. [Aliter.] Ideſt p̄ aliam cauſam, & non p̄ officialitatem, quam exercet. [Eodem.] De facto, quia de iure hic officiales etiam non excōmunicati alios vicarios facere non poſſunt, arg. 3. eo. clericos. Sed bene credo, ꝙ cauſas aliquas aliquibus cōmittere poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus quotuplex ſit.*

2 *Excommunicationis ſententia fertur in impedientem iuriſdictionem, etiam ſi non ſit eius iuriſdictioni ſubiectus & conſimiles caſus, vide in nu. ſeq.*

De officio & poteſtate iudicis delegati. Rubrica 29.

CAP. I.

QVia quæſitum. [Minis.] Idē eſt, ſi violentia. Item idem, ſi dolo quocunq; modo illato, cū & his modis iuriſdictio turbetur. ſi. C. ne li. pen. l. j. j. de immu. eccle. non minus, 11. q. 3. quatuor, arg. ſ̄. 2. q. 1. legſi. 23. diſt. quorūdā. C. de arbi. in auct. decernimus.

1 ff. de poſtula. quorundam. † [Pœna.] Quadruplex eſt conſenſus. Primus eſt conſenſus negligentiæ, vbi minus peccat cōſentiens, q̄ faciens, niſi fortè nimis craſſa eſſet ignorātia in prælato, j. q. 1. quicquid, 83. diſt. conſentire, nihil. Secūdus eſt cōſenſus cōſilij, vbi ſimiliter minus peccat cōſentiens, q̄ faciens, ſed magis, q̄ primus, 85. diſt. tanta. Tertius eſt cōſenſus cooperationis, vbi æqualiter punitur conſentiens, & faciēs, vt hic, 2. q. 1. notū. Quartus eſt cōſenſus auctoritatis, ſiue defenſionis, vbi plus peccat cōſentiens, q̄ faciens, & magis punitur, 24. q. 3. qui aliorū, 11. q. 3. q.

2 conſentit. [Eccleſiaſtica.] j. eo. ſignificaſti. † [Eccleſiaſtica.] Speciale eſt in ſniā excōicationis, vt feratur in eos, qui impediunt iuriſdōnem eius, ēt ſi non ſit eius iuriſdōni ſubiectus: ſed alia pęna non imponit extraneis: ſed & mulctā pōt partib. indicere. ff. ſi qs ius di. nō obtē. l. 1. ff. de mo. mul per totū. C. de ſpor. l. 2. nā & ſi delinquant partes etiam in alijs, q̄ q̄ cōmiſſa ſunt iudici, dūmodo impediat iuriſdictio eius, puta impetrando literas, vel alias, puniet eos ēt delegatus in expenſis, & ēt aliā eis pęnā imponit. j. eo. paſtoralis, in fi. ā. de reſcri. ceteru. Plus ēt placet nobis, ꝙ delegatus Papæ, & ſubdelegatus oēs turbantes ēt extraneos iuriſdictionē eius excōicabit, & pena pecuniaria mulctabit, ſi alias non pōt ſuā iuriſdictionē defendere. j. eo. p̄terea, ex literis, & c. de cauſis, j. de pę. nā cū Papa dedit eis iuriſdōnem, dedit oīa ſine quib. iuriſdictio explicari non pōt. ff. de iu. om. iu. l. 2. j. eo. ſanè quia. cū aūt oēs ſint de iuriſdōne Papæ, oēs puniet delegatus: ſecus autē dicerē in alio delegato alterius iudicis: quia nō puniet alios, niſi eos, qui ſunt de iuriſdōne delegantis ep̄i, niſi fortè aliqui extranei in loco, vbi eſt iuriſdō ep̄i delegantis turbaret hūc iudicē delegatū ab eo. nā tunc ratione delicti ibi cōmiſſi punire poſſet eos, ſicut ipſe delegās, 6. q. 3. placuit. C. vbi de cri. agi opor. auct. qua in prouincia.

3 † Sed quid ſi qs veniens corā iudice delegato, non in derogatione iuriſdōnis delegati, ſed quia eius inimicus eſt, illū verberauit, occidit, vel incarcerauit, vel alias læſit eū, nūquid Iudex delegatus talē iudicabit? Reſpon. quidā ꝙ non, arg. ex qui. cau. ma. in poſ. ea. Fulcinius. §. j. & 2. & ff. de his, q̄ in frau. cre. prætor. §. 2. vbi innuitur, ꝙ nō aliter punitur, niſi in dolū & iniuriā eius fecit. Alij autē dicunt illas ll. loqui, vbi ſolūmodo alicui cōceſ-

4 ſum eſt dolū punire. † Sed hic cū gerat generaliter vices ſuperioris in omnes eius ſubditos turbātes eū iudicabit. Sed tūc tantū, ſi dolo malo, vel cōtumaciter aliquid faciat. puta q a ſciebat eū venire ad vocationē. & delegatus puniet ex captione, vel ſpoliatione in via facta, ar. 24. q. 3. ſi quis Ro. paternarū, illi qui. Si aūt ignorans eū venire ad iudicē, expoliabit ſine cauſa, primo pōt delegatus mādare & cogere, ꝙ hominē reſtituat, & ſpolia reſtituat. Nā aliter nō bene defendit iuriſdōnē in penali iudicio, niſi p̄dicta reſtitui faciat. Itē eſt ad hoc. j. eo. ſanè. 3. Sed iniuriā, cū nō fuerit facta iniuria delegato, nō puniet. Alij dicunt, ꝙ ſemp p̄cedet ꝯ tales, ēt ſi ignorabāt, ꝙ ad iudicē venirēt, ar. c. p̄dictorū, & ar. ff. ſi qs ius di. non ob. l. j. ſed ēt dicūt illa loqui non tantū de partib. non

5 obtemperantibus ſed ēt in alijs, vt j. de teſt. cum cauſam. † Item

multum

iniurium facit ad pdicta, ꝙ conſtat iudici ex prædictis fieri iniuriā, cū eis diminuatur dignitas iudicis, ergo tenetur iniuriarū. ff. de iniur. l. 1. §. 1. & l. iniuriarū. §. quidā, & l. itē. §. ſi quis virgines, & §. cōmittere. iniuriā autē ſuā ab extraneo irrogatā bene pōt vindicare, 2. q. 7. ſi quis ab epō, 11. q. 4. ſi illic. j. eo. ſanè. quia excōicabit iniuriatorē, nec abſoluetur, niſi primo ſatisfaciat de iniuria. j. eo. ex literis. & ꝙ ēt iniuriatorē partiū eodē modo poſſit punire vr̃ cōſimili ratione, de hoc no. j. de pe. dilectus. & ſunt hæc vera. ſ. ꝙ ſic puniat extraneos, & alios pter litigatores, quādo notoria ſuerit: quia ſi ſint occulta, cū ſuper eos non habeat iuriſdōnem vel cognitionē, reſpondere non tenenť corā eo, nec ipſe iudex pōt eos ad hoc cogere: ſed corā iudicib. ordinariis cōuenienť, vt no. ſ. eo. paſtoralis, in fi. Idem ēt dicimus de litigatoribus: qa de occultis iniuriis nō cognoſcet, nec puniet eos, cū ſuper his nō ſit datus iudex. Quidā tamen dicunt, & fortè nō malè, ꝙ ſi occultè ſint iniuriæ, ſummatim inquiret iudex, vt mulctā infligat, nō pœnā legalē, vel ordinariā: quia nec certa actio, vel accuſatio intentabiť corā eo, arg. C. de reſti. nullū.

6 † Itē credimus, ꝙ ſi alius pter litigatores ſuſpectus ſit, ꝙ eos, q vocanť ad cām, velit offendere, ꝙ iudex coget eū pſtare cautionē ſuper eorū ſecuritate, arg. j. de reſti. ſpol. literas. in fi. Item ad hoc facit, quia iudex partibus locū tutū prouidere debet. Sed pone, ꝙ non dolo malo prohibeat eū ſtare iuri, ſed quia credit eum ꝯ ius vocari. puta, quia non credit eū delegatū. In hoc caſu dicunt quidā, ꝙ non pōt eſſe ſine dolo, ex quo non cōtendit reus, vel actor de iuriſdictione, quod idē in vtroq; vel ēt ſi contēderetur, ſed lata eſt ſnīa, à qua non eſt appellatū. arg. j. eo. ſi quando, vbi ēt no. vel ſi non eſt ſnīa lata, eā expectare debet. ff. de iudi. ſi quis ex. Si autē poſt appellationē legitimā vellet alienā partem ad aliquid iniuſtè cogere, ſecus dicendum eſt, vt no. j. de app. dilectus. [Coercere.] ff. ſi quis ius. d. l. j.

CAP. II.

SAne. [Opponuntur.] Ad eoſdem iudices impetratæ. & ſub eadem data, ſed in diuerſis formis, & ita non eſt contra. ſupra de reſcri. cæterum. [Innotuerit.] Expone, vt diximus ſ. de reſcri. cū contingat.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid tenet ſententia lata à iudice, qui non ſecutus eſt conſiliū requiſitū.*

2 *An in commiſſione cauſæ poſſit apponi hæc conditio, committo tibi cauſam, quamdiu reuocauero? Item quid ſi dicatur, cōmitto tibi cauſam, vt ſententiam feras, niſi reuocauero habes in nu. 3.*

4 *An delegatus Papæ vtens hac clauſula, procedas omnibus inſpectis, dicatur tranſtuliſſe omnem poteſtatem à ſe in alium.*

5 *Quibus caſibus poſſit delegatus reuocare iuriſdictionem.*

CAP. III.

SI pro debilitate. [Cōmittere.] Vel partib. ꝯdicentibus, cū hic appareat hanc ptātem ſibi ꝯceſſam. j. eo. quāuis, & C. de iu. à iudice. & qa ptāte ſua vtiť, nemini iniuriā facit, ſ. de cle. a u ecclesia. ff. de iniur. iniuriarū. §. 1. malitioſè tamen ſe exonerare non pōt. j. eo. paſtoralis. §. 1. arg. ꝯ. j. eo. ſuper q̄ſtionū.

1 † [Cōſulere.] Tanquā virū diſcretū, non tanq iudicem. nos dicimus, ꝙ poſſit & teneť ſibi requirere cōſiliū, & ſi nō requiſierit, nō tenet ſnīa. ff. mā. diligenter. Cuis ſit requiſitū cōſiliū & nō ſequať, tenet ſnīa. j. de arbi. cū olim. ſ. de elec. cū in veteri. ff. de admi. tu. decreto. alii tamē dicūt, ꝙ teneť ſequi ꝯſiliū, ar. j. de offi. leg. licet, 2. q. 1. nomē, 3. q. 6. multū. ff. de iudi. cū quæ. §. 1. de hoc ēt no. j. eo. ſuper, in gl. nūquid ſi iudex. & ſicut potuit in literis ꝯmiſſionis de ſuo cōſilio requirēdo, ita potuit ponere, ꝙ requireret ꝯſiliū alterius: quia quando cōmittit, ptātem habet certā legē & ꝯditionē ſuæ cōmiſſioni dare, ſicut primus delegās eū non prohibeať, arg. j. eo. c. 1. hanc autē cōditionē apponere nō pōt, vt ſnīam ferat, ſm ꝙ ipſe mādat. ff. de arbi. itē ſi vnus. §. itē Pompo. & habet locum hæc decre. vbi totā cauſam cōmittit. nā ſi partē tantū ꝯmiſiſſet, tūc nō requireret cōſiliū primi delegati: ſed idē ipſe diffiniet. j. c. ſuper q̄ſtionū. §. porro.

2 † Sed nūquid hāc ꝯdōnē pōt apponere, cōmitto tibi cām, quādiu reuocauero? Reſpō. ſic, qa per hāc cōmiſſionē nō intendit cōmittere ſnīam. hæc. n. cl'a q̄diu reuocauero, reſtringit cōmiſſionē ad alia pter ſnīam. nā ſi ſnīam cōmiſiſſet, iuriſdōnem reuocare nō poſſet, arg. j. e. ſuper q̄ſtionū.

3 † Sed qd ſi dixerit, cōmitto tibi cām, vt ſnīam feras, niſi reuocauero? Reſpō. hic ſnīam ferre nō poterit, & quādo voluerit, poterit reuocare: quia eū cl'a ſit ꝯ ſubſtantiā ꝯmiſſionis, nō tenet ꝯmiſſio quo ad ſnīam. j. de ꝯdi. app. c. vlti. 32. q. 2. aliqn̄ ſolet. ſed nec quo ad alia dicūt quidā tenere ꝯmiſſionē. vel pōt dici, ꝙ hæc cōditio non eſt ꝯ ſubſtantiā cōmiſſionis. ſed eſt tantū ꝯ ius. & ideo ꝯmiſſio tenet, & ſnīam ferre poterit, & condō eſt reiicienda. j. de ꝯdi. ap. c. 1. & pōt has ꝯdōnes in principio ponere, ſed quādo facit cōmiſſionē, executionē aūt poſt ſnīam ſibi retinere non pōt, cū ex tūc tantū primus delegatus appellare poſſit, & alia exercere. j. c. ſuper q̄ſtionū.

4 † Omnib. inſpectis, nobis vr̃, ꝙ ille delegatus Papæ, qui dixit hæc verba, nō tranſtulit omnē iuriſdictionē à ſe in aliū, quia ſub condōne cōmiſiſſe vr̃. vnde ante condōnem extātem non cedit eius dies. ff. de ver. ſig. cedere diē. vnde vr̃ nobis, ꝙ ſi appelletur ab hmōi ſubdelegato, nō Papa, ſed delegatus Papæ eſt appellandus. Itē à ſubdelegato pōt, ſi vult, reuocare iuriſdōnem, & ꝙ non tenet ſnīa ſubdelegati, niſi requirat conſiliū delegati, & tunc requiſito conſilio, ſi placuerit delegato, ꝙ ſubdelegatus ferat ſnīam, ferret, & ſi phibuerit, nō ferret.

5 † Et idē vr̃, ſi delegatus cōmittat vices ſuas, quādiu reuocauerit, vel ſi non reuocauerit, vel ferat ſnīam ſi placuerit partibus, & ſi nō placuerit, ꝙ cām remittat ad delegatū. Nā in omnib. pdictis caſibus vr̃, quod delegatus anteq̄ feratur ſnīa per ſubdelegatū, ꝙ poſſit reuocare iuriſdōnem, & ꝙ ad eū pōt appellari, & arg. huius decre. & pp rationē ſupradictam: quia nō tranſtulit totam iuriſdictionē in aliū. j. eo. ſuper q̄ſtionū. §. porro. & tamen ſi ſubdelegatus ferat ſnīam in caſibus, in quibus pōt, tenebit ſnīa, & non appellatur delegatus. ſed Papa, quia res venit ad eū caſum, ꝙ totam iuriſdictionē vr̃ in ſe tranſtuliſſe. Alii tamen ꝯdicunt. [Graues.] Puta inquiſitio, vel ꝓuiſio alicuius eccleſiæ de epō, vel alio miniſtro, & hoc tunc tantūmodo, cū ei dictum eſt, ꝙ perſonaliter inquirat. j. eo. c. vlti. §. 1. alias autē, & ſi hoc dictum non ſit poteſt alii cōmittere de conſenſu partium. j. eo. quoniam. §. 1. vel aliter, vt ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio prorogari poteſt de tempore ad tempus: & an fiat prorogatio de caſum in caſum, habes in nu. 2. Itē nunquid poſſit diminui, vide in nu. 5.*

3 *An prorogatio locum habeat in cauſis criminalibus, & ſpiritualibus.*

4 *In foro pœnitentiali nullus habet poteſtatem prorogandi poteſtatem abſoluendi, niſi de conſenſu proprii prælati.*

6 *Solennitates iuris de partium conſenſu remitti poſſunt.*

7 *Si duo in eodem delicto inueniantur, pœna minor eligi debet.*

CAP. IIII.

DE cauſis. [Certū qd.] Si. j. 20. diē cauſa decidēda mandať, nunquid 20. dierū gaudebit induciis? arg. ꝙ ſic. 3. q. 3. §. ſpatium, in Auct. de exhi. & intro. §. illud. j. de reſti. ſpol. ex cōqueſtione. ff. de re iu. l. 3. §. vehemens. arg. C. de temp. in inte. g. reſt. petendū. Sed ꝯ vr̃, ꝙ hic dr̃, ꝙ expirat iuriſdictio, niſi prorogetur. Sol. credimus dilationes in q̄ſtione pſenti nō ſublatas, ſed arctandas, arg. nā licet alias cauſæ criminales, j. bienniū ſint terminandæ, quādoq; tamen 30. dies ſtatuuntur. C. vt obſeau. tā ciui. quā crimi. l. 1. & tunc ſ. ſr minui oportet dilationes.

1 † [Conſenſu.] Prorogatur iuriſdictio de tpe ad tps, vt hic. j. eo. conſul. ff. de iudi. l. 2. §. ſi iudex. & eodē modo pōt ēt diminui, vt ſi alicui mādeť, ꝙ j. ſex mēſes mittat cauſam inſtructā, de conſenſu partiu hoc tps poteſt diminui de re ad rē. ff. de iudi. de qua re. §. 1. ita tamen q non prorogēt ad cauſas, q̄ pp ſui excellentiā eis delegari nō poſſunt. C. vbi cau. f. l. 1. C. de pe. iudi. placet. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. & in his prorogatur iuriſdictio tam ordinarii, q̄ delegati. ſit etiā prorogatio de perſonis ad perſonas. videlicet quādo aliqui, qui non ſunt de iuriſdōne alicuius eligunt eū in ſuū iudicē, ſiue pſit tribunali, ſiue nō. i. ſiue habeat merū Imperiū, ſiue non. C. de iu. om. iu. l. ff. de iu. om. iu. ſi ꝯuenerit. de pſonis ad pſonas non pōt prorogari delegata iuriſdictio. j. eo. P. & G. maximè cū delegati iuriſdictio non debeat fines excedere mandati. j. eo. cū olim. clerici ēt non poſſunt prorogare iuriſdictionē iudicis laici, ēt ꝯſentiente epō, ſed nec iudicis eccleſiaſtici nō ſui ordinarii ſine licētia ſui epi. j. de foro cope. ſi diligenti, & c. ſignificaſti. Fit & alia prorogatio de iure, vbi nō requiritur cōſenſus partiu. j. eo. quoniā Abbas, & j. de ali. iudi. mu. cau. fa. c. j. de iudi. quia V. procurator ēt ſine ſpeciali mandato prorogare nō pōt. j. eo. cū olim Abbas. niſi eſſet procurator habens liberā adminiſtrationē. ff. de pcu. procurator cui. ff. de pac. reſcriptū. § vlti. & l. ſeq. quia tunc ſatis concederē. ꝙ de tpe ad tps, & de re ad rē prorogaretur.

2 † Quidā ēt dicunt fieri prorogationē de caſu in caſum. arg. j. de app. cordi. Sed certè, ſi bene attendas, ibi potius eſt omiſſio legitimæ exceptionis, quā prorogatio iuriſdictionis, vt no. j. eo. pruden tiā, in gl. q̄ incipit, ſuperuenientis. Idem nobis vr̃ verū, tamē ſi bene attendas, potius dr̃ omiſſio legitimæ exceptionis, q̄ prorogatio iuriſdictionis. ſ. cōmittere cauſam appl'onis, & procedere in principali.

3 † Itē dicunt quidā prorogationē locū habere in cauſis criminalib. & ſpiritualib. & quo ad pœnā ſanguinis, & quo ad pœnā depoſitionis & excōicationis, dūmodo iudices tales ſint, q merum Imperiū habeant, & ēt habeant ptātem talia iudicādi & puniendi, licet nō hos, qui prorogāt, ar. p eis qa per recōuentionē licet ꝓrogare, & per ꝯſenſum, vt no. j. de mu. peti. c. 1. Alii tamen dicunt in pdictis omnib. ꝯtriū, & maximè in ſnīa excōicationis, & in aliis pœnis ſpiritualib. quarū ptās & iuriſdictio ad nullū peruenit, niſi à ſolo Deo, vel eius vicario. alia aūt ptās & iuriſdictio

4 peruenit ad Principes à populo, Inſti. de iu. na. §. ſed & qd'.

† Illud ēt certū eſt, ꝙ in foro pnīali nullus habet ptātem ꝓrogandi ptātem abſoluēdi, niſi de cōſenſu proprii plati. j. de pe. & re. oīs. Itē nō eſt ſimile de recōuentione, vbi à lege iuriſdō prorogať ad ꝓrogationē. q̄ fit ſolo conſenſu. Alii dicunt & fortè melius ꝙ iuriſdō tam criminaliū cauſarum. q̄ ſpiritualiū pōt prorogari per

ſolũ conſenſum partiũ, dũmodo iudices ſint tales, ꝙ de his poſ-
ſunt cognoſcere: ſed ptãs excõicandi, vel abſoluẽdi, nõ põt per
partes prorogari, cũ ſup ea nullã habeant ptatem. Sed bene poſ-
ſunt partes dare alicui iuriſdõnẽ cognoſcẽdi, & diffiniẽdi, an ex
cõicatio ſit iuſta, vel iniuſta, & iõ puniẽdus ſit excõicator. Itẽ nõ
eſt ſic: quia de ꝑdictis non põt iri ad arbitros, ergo nec proro-
gari iuriſdictio: q̃a hoc eſt ꝓp vtilitatẽ arbitrorũ, qđ non eſt in iu
5 dicibus prorogatis. † Itẽ vr̃, ꝙ ſicut iuriſdictio põt prorogari de
tpe ad tps, ita põt & diminui, vt ſi mandet, ꝙ intra ſex mẽſes mit
tat cauſam inſtructã de ꝯſenſu partiũ, põt intra minus tps remit
tere. quidã tamen cõem conſenſum dicũt neceſſariũ in proro-
gatione hac, vbi literę impetrantur de cõi ꝯſenſu, vel ẽt ſine cõi,
ſed eſt cõis negligẽtia, ꝙ nõ procedit intra terminũ ꝑfixum: vel
ẽt cõis ſtultitia: quia nimis breuẽ terminũ ꝑfixere. alias.n.ſi per
malitiã partis, ꝯ quam impetratæ ſunt literæ, protelaretur cau-
ſa vltra terminũ, non finiret terminus, arg. C. de reſti. in integ. pe
ten. Nos ꝯ dicimus.ſ. ꝙ ſi per malitiã alterius partiũ prorogetur
cauſa, tamen terminus nõ prorogabit, niſi de cõſenſu partium.
legi autẽ, petendæ, reſpõdemus ꝙ illa habet locũ, vbi terminus
ꝑfigit parti, vt ꝓbet aliquid intra certũ tps, quia tũc eſſet graue,
ꝙ pars, q̃ non fuit in mora, puniretur: hic autẽ loquit, quãdo termi-
nus ꝑfigit iudici, vbi nullũ pararet ꝑiudiciũ partib. ſi ab eo ad ſu-
periorẽ deuoluit iuriſdõ, arg. C. vt intra cer. tem. cri. q̃. ter. per to
6 tũ, & de hoc no. ĩ. de ſen. exc. o. ſolet. † [Conſenſu.] Arg. iuris ſolẽ
nitates remitti de ꝯſenſu partiũ. ĩ. de reſt. ſpol. licet. ĩ. eo. cõſulta.
ff. de ter. l. j. & intelligo hoc de ſolẽnitatib. in fauorẽ partiũ intro
ductis: ſecus vero in his, q̃ pro publica vtilitate introductæ ſunt,
3. q. 5. accuſatores, 23. diſt. quorundã. C. de li. cau. nec ſi volens. C.
de arbi. in Auct. decernimus. C. de li. cau. l. vlti. §. ſancimus. [Iudi-
7 cio.] Ideſt ſnĩæ. † [Pœna.] Sicut eſt in vſuratis. ĩ. de vſu. q̃a in om
nib. & hoc intelligas à principio. ſi.n. ꝑſeueret in ꝯtumacia, cre-
ſcere põt pęna. ĩ. vt li. non ꝯteſt. q̃m frequenter. ĩ. de iureiu. debi-
tores, ad noſtrã. ĩ. de vſu. præterea. ꝙ ſi duæ inueniantur pœnæ in
eodẽ delicto, minorẽ eliget, de pœni. diſt. j. pęnę, 50. diſt. ſi qs ſpõ-
te, ſi qua fœ. vel ex hoc vr̃ arbitraria. vbi vero non imponit cer-
ta pœna, infligi debet, q̃ magis timetur. ĩ. vt li. non conteſt. quo-
niã frequenter. In citatis autem & cõtumacibus nulla certa pę-
na inuenitur, ſed tantum in condẽnatis, & cõtumacibus. [Puni-
re.] Hic habes, ꝙ Iudex delegatus põt mulctare. ff. C. de ſpor. l. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Principali conceſſo, & acceſſorium conceditur,*

CAP. V.

PRęterea ſuper hoc. [Ordinario.] Infra de ſpon. ex lřis. [Nõ
1 habeant.] à Delegante. † [Plenariã.] Nam ꝯceſſo prin
cipali conceditur acceſſoriũ, 8. diſt. quo iure, 16. q. j.
ſi monachus. ff. de iur. om. iu. l. 2. ff. de re iu. quidã. C. vbi, & apud
quos. l. vlti. ꝯ. 21. q. 3. conſtituit. ff. depo. l. j. §. qui depoſitos. ff. de
vſu. idẽ ſi fundus. 2. q. 7. quiſquis. [Plenariam.] Itẽ prohibito ali-
quo prohibetur omne id, per quod venitur ad id. ff. de ſpon. ora-
tio. arg. ꝯ. ff. de libe. & poſthu. ſi ita. §. penulti. Item quod iuris eſt
in vno ꝯnexorũ, idẽ in altero. ſ. de cõſtitu. trãſlato. j. q. 3. ſi qs ob-
ie. 8. diſt. quo iure. ff. de app. ſi quis. ꝯ. ĩ. de eo, qui dux. in ma. quam
pol. per adul. propoſitum. C. de fideiuſ. l. 2. de deſpon. de illis.

S V M M A R I V M.

1 *Delegati executio ad ordinarium ſpectat, quid autem ſi nolit mandare execu
tioni ordinarius, nunquid delegatus poteſt eum cogere, in nu. 2.*
3 *Principis, non autem delegati, intereſt indicere bellum.*
4 *Delegatus Papæ non poteſt in rebus non ſuæ iuriſdictionis corporalem poſ-
ſeſſionem dare.*

CAP. VII.

1 SIgnificaſti nobis. [Ordinarius.] † Hic vr̃,
ꝙ executio delegati pri
mo pertinet ad ordinariũ, 2. q. 6. quiſquis. ff. de re iud.
à diuo. nos credimus delegatũ poſſe per ſe, vel ꝑ aliũ
ſicut maiuult, executioni mandare. ĩ. eo. q̃renti, & c. paſtoralis. §.
quia vero ordinarius. ẽt ſi ſciat iniuſtã ſnĩam, neceſſe habet exe-
2 cutioni mandare. ĩ. eo. paſtoralis. §. quia vero. † [Non vult.] Sed
quid ſi nolit mandare executioni ordinarius, nũquid delegatus
põt eũ ad hoc cogere? arg. ꝙ non, vt hic. Item quia ſuper eũ nul-
lã habet iuriſdictionẽ, cũ de ipſo in literis nulla mentio habeat.
arg. ꝯ. quia põt alios cogere, vt denegationẽ eius ſuſcipiant. ĩ. eo.
paſtoralis, & c. vlti. & põt excõicare illos, qui impediũt execu-
tionẽ eius. ĩ. eo. ex literis. & oẽs turbatores iuriſdõnis ſuæ. ſ. eo.
c. j. imo, qđ plus eſt, põt cogere ſeculares ptãtes, vt exequant, 23.
q. 5. adminiſtratores, & c. Principes. ĩ. de offi. ordi. c. j. & hoc vr̃ vę
rius, quia delegatus delegantis vicẽ obtinet in cauſa ſibi cõmiſ-
ſa, & in omnib. pertinentib. ad eã, inter q̃ eſt executio, 93. di. c. vl.
arg. ſ. de reſcri. ſuper literis, cũ cõtingat, & expreſſe habes. ĩ. eo.
3 paſtoralis. §. quia vero. † [Executioni.] Non autẽ indicere poteſt
bellũ ꝯ eũ. hoc.n. eſt Principis, 23. q. 3. c. j. & 2. cũ autem ſibi liceat
exequi ſnĩam, vt ĩ. eo. in lřis, poterit dare corporalẽ poſſeſſionẽ
non ſolũ cauſa cuſtodię, ſed ẽt veram, arg. ĩ. de re iu. cũ aliquib.
C. de iud. properandũ. ff. ad munici. ea. ſed eſt hoc verũ ſi ſine ar-
mis, & ſine ꝯtentione defenſionis dare põt. nã ſi ipſe per ſe vel à
ſe vocatos milites ipſam rẽ non poterit aduocare, ſed ordinario
Iudici mãdabit, vt manu militari faciat, 23. q. 5. adminiſtratores.
ff. de rei ven. qui re. ff. de re iu. admo. §. j. ff. de iur. om. iu. iubere. Itẽ
ſecus in dele. ab aliis, qui in poſſeſſionẽ corporalem mittere nõ
poſſunt, ſed decernere tñ, & ordinarius mittet. ff. de dã. infe. l. 4.
4 §. j. † Itẽ nõ credimus, ꝙ delegatus Papæ in reb. q̃ non ſunt eius
iuriſdõnis, puta in poſſeſſionib. laicalib. poſſit dare poſſeſſionẽ
corporalẽ, puta ſi cognoſcat de dote, vt ĩ. de do. inter vi. & vxo.
vel de aliis conſimilib. ſed laico iudici dandã mandabit. ff. de re
iu. admo. §. j. 95. diſt. cũ ad veſtrũ, 11. q. j. de perſona, in fi. ſecus aũt
in poſſeſſionibus eccleſiarũ, quia nulli dabit corporalẽ poſſeſſio
nẽ, vt eſt dictũ. Alii tñ dicũt, ꝙ ex quo cauſa eſt de iuriſdõne ec-
cłiæ, licet poſſeſſiones ſint laicales, tñ Iudex ecclię ſiue ordina-
rius, ſiue delegatus etiam in poſſeſſione laicali ſnĩam exequet.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ordinarius delegatu reſiſtere non debet,*
2 *Iudicibus malè procedentibus reſiſtere licet.*

CAP. VIII.

SI quando. [Prælatos.] Minorum eccleſiarũ,
vt plebanos, præpoſitos, & hmõi.
[Traxerint.] Quia per literas Papæ alias canonicẽ di
cant ſe ibi canonicos, vel canonicandos. [Tranſactio
ne.] ideſt amicabili cõpoſitione. ĩ. de tranſac. ſtatuimus. ĩ. de pręben. niſi eſſet, non intelligas per hoc, quod dicit hic de tranſactio
ne, ꝙ Iudex delegatus ad iuſtitiã faciendã debeat tranſactionem
executioni mandare. hoc.n. dicere eſſet abſurdũ, cũ non ſit ei cõ-
1 miſſum. ſed hoc ideo dicit, † quia cũ hic iudex delegatus eſſet ſu
per beneficio, & perſonis, de quib. agit hic, & dicat ꝑdicta facta
eſſe auctoritate delegati, inferiores iudices ei reſiſtere non de-
bent niſi appellãdo. Si autẽ non cõtendent ſe auctoritate delega
ti facere, tūc credo, ꝙ eis reſiſtere poſſet ſine appellatione. Item
credimus, ſi in dicto ſnĩo exprimeret errorem. ſ. ꝙ diceret, ad me
pertinet executioni mãdare tranſactionẽ partiũ, licet ſola inſti-
tutio ſit mihi cõmiſſa, arg. ĩ. de ſen. excõ. per tuas. non obſt. ĩ. de
præben. niſi eſſet. quia iudex ibi nihilominus mãdauit executio-
ni: ſed Papa cõfirmauit ibi, quod factũ fuit ratione delegationis,
2 & quod factũ fuit rõne cõpromiſſi. † iudicib.n. malè proceden-
tib. ſ. ad ea, q̃ non ſunt ibi cõmiſſa, reſiſtere poſſumus, & ꝯ eos cõ
petit interdictũ, vnde vi, arg. ff. de iniſi. prohiberi. Sed ſi aliter etet
ca ea, q̃ ſibi cõmiſſa ſunt, malè agant. licet hoc certũ ſit, tamẽ ca
reſiſtendi nõ eſt, niſi per appłonẽ, vt hic. [Canonicã.] Quæ ſola
ꝑſtet cauſam poſſidendi, & iuſtũ titulũ. ĩ. de inſti. ex frequentib.
C. de mãci. l. 3. arg. ꝯ. ĩ. de iurepa. cura paſtoralis. [Reſiſtere.] Sed
appellare debet. ĩ. eo. ſup eo. ff. de app. à ſnĩa, & ex quo per appło-
ne delegati fuit iuriſdõ reuocata, nõ debet mandare ſnĩam exe-
cutioni, ſed ſuperſedere. ĩ. eo. paſtoralis. §. ꝑterea, vbi no. & ſic ex
tunc põt reſiſtere violenter, cũ non ſit eius iudex, arg. ĩ. de appel.
bonæ, & c. dilectus. Hoc autẽ ſic intelligo verũ. ſ. ꝙ non poſſit re-
ſiſtere, ſi poſſidebat rẽ, vel ius illud in cuius poſſeſſione mittitur
is, de quo agit, vel in quo fit executio ſnĩæ. Sed ſi nõ poſſidet, li-
cet cũ aliter res tangat, nõ reſiſteret violenter, & ſic loquit decr.
preſens. Sed obiicies, nõne hic ordinarius quaſi poſſidebat ius in
ſtituẽdi, ergo reſiſtere põt? Reſpõ. ſi peteret ius inſtituendi, locũ
haberet. quod dr̃. ſ. ꝙ de iure reſiſtere poſſet, & non appellaſſet,
cũ ſecũ actũ nõ eſſet, ar. ꝑdictarũ decre. ff. de re iu. admo. niſi ſibi
aliud imputare poſſet: ſed hic nõ negabat ius inſtituẽdi ad ep̃m
pertinere, nec ſibi eius poſſeſſio auferretur, licet clericus mittat
in poſſeſſionẽ canonicatus & ꝑbendæ. capitulũ autẽ, ſi appella-
ret, ꝑdictam reſiſtentiam facere poſſet, quia eius iuri detrahitur,

S V M M A R I V M.

1 *Iudicis ordinarij & delegati differentia circa ſententiam latam, quæ eſt ip-
ſo iure nulla.*
2 *Si mandatur cuipiam, vt prouideat alicui, quod in vna eccleſia recipiatur, po
teſt ante, quam ibi recipiatur, mandare, quod in alia recipiatur.*

CAP. IX.

IN literis. [Præcepit.] Supple, ẽt mãdata eſt. ver
ba.n. cum effectu recipienda ſunt. ĩ. de
cleri. non reſi. relatũ, de pœ. diſt. j. hæc autẽ expreſſe.
ſ. eo. ſignificaſti, & hoc poteſt vſq; annum à die latæ
ſnĩæ. ĩ. eo. quærenti. In iudi. ordi. & delega. obtinet, ꝙ ſi tulit ſen-
tentiã, quæ teneat, ꝙ eã vlterius reuocare nõ põt, & hoc ſatis pa-
tet, ꝙ non appellatũ tranſit ad rẽ iudicatã. & ſi eſt appellatũ, ad iu
dicẽ appellationis pertinet ꝯfirmare, vel infirmare primã ſnĩam
& non ad iudicẽ, à quo appellatũ eſt. Itẽ ſi appellans renũciat ap-
pellationi, hoc ipſo firma manet ſnĩa, nec iudex poſt renuncia-
tionẽ appłonis poteſt mutare ſnĩam. ĩ. de re iudi. quod ad con-
3 ſultationẽ. ff. de re iudi. quod iuſſit. † Si autem ſententia lata nul-
la ſit ipſo iure, tunc diſtinguendũ eſt inter iudicẽ ordinarium,
& delegatum. Nam Iudex ordinarius iterũ cognoſcit, non ob-
ſtante

ſtāte ſnīa, q̄ tūc nulla eſt. ītē cauſam incipiet a capite. C. q̄ņo & q̄ñ
2 ind. ſi præſes. † Si autē ſit delegatus, ª nō incipiet cām a capite, qa
a functus eſt officio ſuo, & nō remanet iudex. C. q̄ño & q̄ñ. li. vt pro
ponis. qa iam deſijt eſſe iudex. ff. de arb. qualē. in fi. ſecus autē eſt,
in factis, & in omnibus alijs præter ſnīas, ſiue ſit ordinarius, ſiue
delegatus, ſi nō tenet, quod fecerit: vel ſi tenet, & nō eſt bene fa-
ctū, vel alias effectū nō habet de iure, tunc illud pōt rectè facere.
& de ordinario quidē cōſtat. ī. de electio. cū terra. de delegato āt
cōſtat ſupra eo. ſignificaſti, & vr̄ hæc diſtinctio probari. ff. de arb.
3 qualē. §. ñ. j. de præben. relatū. † Ex prædictis colligitur, q̄ ſi alicui
mandatū eſt, q̄ faciat alicui ꝓuideri, & ſcripſit in vna eccleſia ꝓ
prouiſione, q̄ ante quā ibi recipiatur, pōt mādare, q̄ in alia reci-
piatur. nec ob. ſupra de reſcrip. in noſtra. qa loquitur, q̄ñ plures li
teræ ſup vnius ꝓuiſione impetrātur in fraudē. Si autē p primas li
teras ſit receptus, tūc vlterius nō licet prouiſor, quid faciat, qa ple
nè executus eſt mandatū apoſtolicū & ideo nō tenet ſecūda pro
uiſio, ar. hic. j. eo. venerabili. ītē vr̄, ſi mandatū eſt alicui, vt proui-
deat alicui. nā ſi prouidit ita, q̄ prouiſio teneat de iure, licet de ſa
cto nō habeat poſſeſſionē, vlterius nō tenet ſecūda prouiſio, qa
ſi ɔ̄triū dr̄ ſequitur abſurdū, ſ. q̄ per vnū mandatū conſequatur nō
ſolū duas, ſed multas prouiſiones, & oēs valebūt. Aliqui tñ ɔ̄di-
cunt. Idem ēt in cōpromiſſarius, quia ſi prouideāt ignoranter de
aliquo, cui ꝓuideri nō pōt pp defectū nataliū, vel pp aliū defectū
vel ſi electus nolit ſuæ electioni cōſentire, iterū aliū eligent, niſi
reuocetur prās ei data, quod facere poſſunt, vt no. ſupra de ele. in
cauſis. In delegatis ēt idem dicimus, quia ſi totā cām cōmittāt,
tunc ſi ſubdelega. nō recipiant, vel ēt ſi recipiant ante tñ, q̄ inci-
piant vti iuriſdictione, poſſunt reuocare iuriſdictionem alij de-
legatam, & alij committere, vt no. infra eo. venerabili. in fi.

A D D I T I O.

a ¶Si autem ſit delegatus. Adde, quòd hoc dicunt Alle. & ſequitur Pet. de Anch. in ſuo conſi. 208. inci. iudex de iure iudicaturus. Et de materia vide per Felin. in cap. qualiter & quando, el primo, col. 21. verſi. 8. fallit, cum duabus col. ſequen. quem vide per te.

S V M M A R I V M.

Spoliatus & poſſeſſionem & deiectionem probare tenetur, alter in contumacia ſit miſſio, aut proceditur ad ſententiam.

C A P. X.

CONſultationibus. [Spoliatū.] oportet. n. eū probare, & poſſeſ-
ſionē, & deiectionē. Infra de reſtl. ſpo. olim cām. ff. q̄d
me. cau. ſi cum exceptione. [Contumaciam] ſi aūt eſ
ſet contumax, fieret miſſio in poſſeſſionem. vel ſi eſſet lis conte.
procederetur ad ſnīam. C. de iud. properandū. j. vt li. non conte.
q̄ñ frequēter, & no. de hoc, infra de eo. qui mit. ī poſſ. ſi aduerſus.

S V M M A R I V M.

1 *Nunquid iudex vindicare poſſit impedientes executionem ſententiæ.*
2 *An contra prohibentem competat actio ad hoc, vt remittat prohibitionem.*

C A P. XI.

SAne. [Rebellis] qualiter iudex pōt iudicare turbā-
1 tes iuriſdictionē ſuā. no. ī. eo. ca. 1. † Sed hic q̄-
ro, an poſſit vindicare impedientes executionē ſentē-
tiæ? Reſpō. ſic, ſi minis, vel dolo impediant eū. Si ve-
ro de iure ſe opponāt executioni, tunc ordine iudiciario ſemo-
ro iudex ɔ̄ impedientes pōt procedere. ſ. ſummaria cognitione.
ff. de re iu. a diuo. § ſi ſuper. Sed ſi præter executionē extra iudiciū
quis prohibeat aliquem ſoluere alij, qa dicat ſibi nomen legatū,
arg. eius, quod eſt. C. de le. l. 3. non pōt ab hac prohibitione prohi
beri, quia iure ſuo vtitur. ī. de elec. cū eccleſia. ar. C. de rei ven. l.
2 ſi fundū. C. debi. ven. pig. l. 1. † Sed nunquid cōpetit actio ɔ̄ prohi-
bentē, vt remittat prohibitionē? ar. q̄ ſic. ff. de no. ope. nunc. l. 1. in
prin. & l. de pupillo. §. ſi is. quidā tñ dicunt, q̄ ɔ̄ eū pōt debitor a-
gere, vt remittatur p iudicē, i. vt ei detur prās ſoluēdi, cui vult. ff.
de no. op. nū. de pupil. §. q rē is. & §. ſi is, & l. ꝑtor. §. s. vſq; in fi. ar. ff.
de inge. manu. diffamari. vr̄ tñ aliud. ſ. qa debitor non poſſit age-
re ad remiſſionē prohibitionis, cū habeat alia remedia, ſ. q̄ pōt
a cautionē ª petere ab eo, cui ſoluit, q̄ ſeruabit eū indemnē cōtra
aliū. C. de pe. hære. l. vlti. §. ſi autē. ff. de rei vendic. l. is, a quo, & l. ſeq.
ſed in noui operis nūc. ſecus, quia nō pōt procedere ad ædifican
dū, quin demoliatur, niſi facta remiſſione per iudicē, vt ff. de no-
ui oper. nun. l. 1. in prin. per hanc tñ remiſſionē nō fit ei præiudi-
ciū, quin ēt iterū poſſit petere demoliri opus alia rōne, non ta-
mē pp hoc, quod ædificatū ſit poſt renunciationē: alius autē cre-
ditor ɔ̄ creditorem prohibentē debitori agere nō pōt, cū ex me
ra prohibitione nullū ſibi præiudiciū fiat, qui ꝗ eo prohibēte pe-
rere pōt, arg. ff. de re iudi. ſæpè. nec eſt prohibitio modus aufe-
rendi actionem, vel impediendi. C. de rei vend. ſi fundus. [Vices]
93. di. c. vlti. ff. de of. eius, cui man. l. 4. [Epiſcopus] cuius cauſa de-
legato eſt commiſſa, vel non eſt cauſa huius epiſcopi delegato
commiſſa, ſed aliter impediunt executionem delegati.

A D D I T I O.

a ¶Cautionem. Ad hæc dicta vide Felin. in c. cum M. Ferrarienſis, col. 17. ante medium, ſupra de conſtitu.

C A P. XII.

EX parte. [Vacare] talis cōceſſio beneficij facta
a Papa valet. infra de cōceſ. præbē. pro
poſuit. ab alio nō. infra de cōceſ. præb. nulla [Archi.]
vel quē tenebat auunculus. R. [Omnino] ideſt pure & ſi-
ne omni cōdōne, alias eſſet ſimonia. 1. q. 3. talia. infra de teſti. ve-
niens. [Poſterioribus] q̄ exceptiones eludunt, qa in eis tacita fuit
ea veritas, quæ ſi expreſſa fuiſſet literas nō habuiſſet. ſ. de prionb.
literis. ſupra de reſcrip. ſuper literis. & ita non procedit oppoſi-
tio, quod generale deroget. de quo no. ſupra de reſcrip. c. 1.

C A P. XIII.

EX parte tua, & infra. [Procedere] ī. de
reſcrip. cām. Sed ɔ̄
arg. eo. ti. cū dilectus. [Nullæ] & ſpecialiter enumera-
tæ. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitū. alias generale ver-
bū nō ſufficeret. infra de reſti. ſpolia. audita. [Anteceſſor]. 2. q. 8.
lator. 21. q. 2. placuit. 27. q. 1. ſi homo. Sed expone eos nō ſic expſſiſ
ſe, vt in factis ſibi notis, qualia erant, quæ dicuntur in contrarijs.

S V M M A R I V M.

Delegatio facta dignitati ad ſucceſſores tranſit, & quare.

C A P. XIIII.

QVoniam. [Præfixit.] Cū altero ſocio, qui adhuc
viuebat. nos dicimus, & ſi ſine altero
terminū præfixiſſet. imò plus, & ſi neuter citaſſet, &
ambo eſſent mortui, tñ ſucceſſores procederēt in cā,
cū ſit iuriſdictio penes loca, & dignitates, & nō penes perſonas.
& ex hoc apparet, q̄ ſi taliter delegatus ad aliquā tranſeat digni-
tatē, tales delegationes dimitteret ſuo ſucceſſori. imo, qđ plus
eſt, etiā ſi incepiſſet procedere. C. de iudi. properandū. §. ſi autem
in medio. infra eo. paſtoralis. §. vlt. aut. vt nulli iud. §. & hęc vera.
ff. de iud. mortuo. quāuis illa in ordinario loquantur: ſed in dele-
gato expreſſè loquitur infra, de of. ord. paſtoralis. [Illi]. ſ. abbati
Leiceſt. ſubſtituto loco mortui. [Socium] argumen. ſucceſſo-
rem teneri ad id, quod prædeceſſor, infra de ſol. cap. j. de offi. de
lega. paſtoralis, circa fi. 11. quæſt. 3. ſi epiſcopus. 12. q. 2. licet huiuſ
modi. 18. q. 2. dudum. ff. de iudi. mortuo. C. de ſer. cor. l. furti.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus non inſtituit, ſed pronunciat ordinandam eccleſiam ad præſentationem illius, qui obtinet ius patronatus ad ſe pertinere.*
2 *Nunquid ordinarius examinet præſentatum, ex quo eū approbat delegatus.*
3 *Sola electio habetur pro confirmatione, vbi Papa mandat, vel ſimpliciter rogat aliquod capitulum, vt aliquem canonicum faciat.*

C A P. XV.

SVper eo vero. [Aliquos] q ſe dicunt patro-
nos, vel q ſunt [Ius]. ſ. præſen
tationē. [Ordinet] quæritur in quo ꝓſit adiectio iſta
ſcilicet q̄ ordinet eccleſiā, cū ad eū nō pertineat in-
ſtitutio. nec ſibi fieri debeat præſentatio, vt hic? Reſpō. quidā, ni-
hil aliud pertinet ad hunc delegatū, niſi ferre ſentētiam, ad quē
1 pertinet præſentatio & exponūt, † Ordinet, i. ordinandas decer-
nat, & ordinari faciat, ſ. vt epſ eligat, vel capitulū, vel quis alius,
ad quē pertinet archi. inſtal. ſupra de offi. archi. vt noſtrū. Alij tñ
dixerūt, q̄ hic plus habet, qa ſi ordinatio deuoluta eſſet ad Papā,
q̄ authoritate harū literarū ordinare poſſet. hic autē cōſtat, q̄ p
tales literas nunquā fit præiudiciū alijs, vt hic. & hæc vera ſunt, v-
bi cām inter partes comittat, quia tūc nō intendit facere alicui
gratiā, vel præiudiciū. Si autē de plenitudine ptātis, vel intendēs
alicui gratiā facere, vel pęnā irrogare, cōmitteret ordinationē
alicui alicuius eccleſiæ, vel perſonæ, poſſet ſuſtineri, q̄ poſſet ca
nonicos facere, & eius canonicatus dare, arg. ī. de reſcript. abba-
tē. j. de prębē. pro illorū. & ſtallū aſſignare. & oīa alia facere, quę
ſunt facienda, ſiue factū reſpiciat, ſiue ius. Alij tamē dicunt, quod
nobis nō placet, q̄ dēt mandare ei, ad quem de iure pertinet. vt
ſtallū aſſignet, & alia faciat, q̄ de iure, vel de facto maximè facien
da ſunt, infra de priuil. paſtoralis. C. pro quibus cau. ſer. ali. l. 1. Si
autē ipſa facere renuat ſine cauſa, tunc ipſe poſſet inſtituere, & a-
lia ſingula facere, ar. pro eis, quod dr̄ ſupra de reſcrip. abbatē, &
ſupra eo. ſignificaſti. hic. n. eſt ordinata ordinatio. & qdā ſic gene
raliter intelligunt, ēt ſi inter partes cōmittatur cauſa cū hac ea-
2 dē clauſula. † Sed quęres ſecundū iſtos nunquid examinabit prę-
ſentatū, ex quo approbatus eſt per delegatū? ar. q̄ ſic. ī. de ele. ve-
nerabilē. Reſpō. non dēt approbari per delegatū, ſed per ordina-
riū, qui examinabit eū. ſed ſi quid dubij fuerit, decidetur per dele
gatū. intelligitur. n. fieri ordinatio tūc demū, q̄ñ fit cū effectu. nec
intelligitur ſuo officio ſi nctus, quouſq; ordinata ſit eccleſia, in-
fra de cle. nō reſi. relatū. Sed quid ſi nō appellat ordinarius, tene-
ret q̄ ſit a delegato? imputetur. n. ſibi, q̄ ſcierit, & nō ɔ̄dixit, cū
diſtinctione tñ, vt no. j. de re iudi. cū ſuper. ɔ̄. ī. de reſcri. ex parte.
3 ſecundū nos nō habent locū iſtę obiectiones. † Itē vr̄, q̄ ſi Papa
mādat, vel ſimpliciter rogat aliquod capitulū, q̄ aliquem faciat
canonicū, ſola electio hr̄ pro cōfirmatione, qa authoritate Pa-
pę hoc faciūt, arg. j. de prębē pro illorū, niſi preces potius indu-
cereni.

cerent, alias innuerent, conſiliũ, quã mandatũ, ar. ff. mã. l. j. & 2. §.
fi. & per hoc vſ, φ ſi Papa ſcribit patronis clericis, φ nemini præ
ſentabut: ſed ipſi tñ inſtituent authoritate Papæ. ſed ſecus in pa-
tronis laicis, arg. ſupra de reſcrip. abbatẽ. j. de iure patro. cũ autẽ.
& hæc vera ſunt, ſiue ſit inertus executor datus, ſiue ſit datus ad ꝯ
pellendũ tñ executor. & idẽ eſt, ẽt ſi nullus ſit datus executor,
qa authoritate Papæ funguntur non tñ executores, ſed ẽt illi,
quib. mandatur de recipiendo [Archi.] ſupra de offi. archi. ca. j. ꝯ
in eo. ti. c. ſatis, cũ ibi no. [Intentionis.] j. de deci. ex multiplici. j.
de reſti. ſpol. audita, ff. de trãlac. cũ Aquiliana. ff. de pac. tres fra-
tres. 22. q. 2. ne quis. [Commiſſa.] j. de fi. inſtru. inter dilectos. C. qui-
bus res iu. l. j. & 2. q. 5. interrogati. ff. de li. cau. ſi vſuf. 16. q. 3. ne quis.
C. res inter ali. ac. ſi cũ fratre. ar. ꝯ. 24. q. j. ſubdiaconus. 7 t. diſt. tan
tis. j. de iud. at ſi clerici. ff. de re iu. ſæpe. 56. di. c. j. ff. depo. l. 2. in pri.
21. q. 3. cum multe. & ſunt caſus, vbi nõ habet locum illa regula
res inter ali. &c. ff. de inof. teſt. l. Papin. §. meminiſſe. de ſta. ho. in-
genuũ. ff. de li. agno. l. 2. §. ſi parens. ff. ſi ſer. vẽ. locum. § ſi fundus.
ff. quemadmo. ſer. amit. ſi commune. C. de com. re. alie. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſemper præiudicat, niſi quando præceſſit metus.*
2 *Quamuis ad mandatum iudicis dimiſſa ſit vxor, nihilominus agi poteſt.*
3 *Si plures ſunt iudices in vna cauſa, & vnus ſit abſens, an teneat, quod fit a pluribus.*

CAP. XVI.

Cauſam matrimonij. [Adeo affecit] & .deo non nocet.
31. q. 2. Lotharius. 16. q. 6. c. j. imu ꝯ matrimoniũ non
dico tñ ſtandũ confeſſioni vnius, ſed nec amborũ. j.
de eo q cog. conſan. vx. ſuæ. ſuper eo. 35. q. 6. §. vlti. niſi fama am-
borũ cõfeſſioni ꝯſentiret. 35. q. 6. ſi duo. quamuis quidã aliter aliud
1 intelligant. † [Cõfeſſa eſt] forte in abſentia iudicis. & idẽ forte in
præſentia. ſed tãta erat ſæuitia, ſiue potẽtia viri, φ mulier time-
bat, φ ſi corã iudice negaret, φ eã fortius affligeret. vel potes di-
cere, φ cuilibet viro tanta poteſtas eſt, φ mulier ſibi ſubiecta ſit.
Sed hac rõne poſſes dicere, φ ꝯfeſſio nullius vxoris teneret, nec
ſibi præiudicaret, cũ quælibet hoc ipſum iuſtẽ timere poſſet. Re
ſpõ. quia ſemp præiudicat ꝯfeſſio, niſi qñ præceſſit metus. & hoc
ideo, qa nõ præſumitur metu feciſſe, niſi qñ metus, vel verba ꝓ-
2 ceſſerit. † [Ad iudiciũ] no. φ licet hic ad mandatũ iudicis dimiſ-
ſa ſit vxor, tñ agere põt, & ſi nõ ſit violẽter eiecta. ſufficit. n. φ te-
mere eã dimiſit, infra de reſti. ſpolia. literas. in prin. & hoc eſt ve
rũ, vbi nulla ſñia eſt, vt hic: vel eſt aliqua, ſed eſt appellatione ſu-
ſpenſa, cũ oĩa facta poſt appellationẽ legitimã debeant in ſtatũ
3 priſtinũ reuocari, infra de ap. bo. inc. † [Vnius] no. φ ſi plures ſunt
iudices, vno abſente, ſiue iuſta de cã, ſiue per ꝯtumaciam, niſi ſe
excuſauerit, vel delegauerit vices ſuas, no tenet quod fit a pluri-
bus præſentibus. ff. de arbi. itẽ ſi vnus. §. vlt. & l. ſeq. infra de offic.
deleg. prudentiã. ff. de re iu. duo ex. & hoc in dele. ſed cõmittere
põt etiã ſi in literis hoc nõ cõtineatur. ꝯ. eod. quãuis. nec ſufficit al
terius excuſatio, niſi cõmittat. ordinarij autẽ bene ferunt ſentẽ-
tiã ſeparatim. ff. de off. com. l. j. in ar. C. de auth. præ. l. vlti. Sed nec
INtelleximus. [Per alium.] j.de proba. poſt ceſsio
nem,ꝯ.ſol. hic ſpeciale eſt in reo pp
cauſam,q̃ hic ponitur.idē ēt vr̃ in actore,qđ in cauſa abſo-
lutionis.vel vbi agetur de iniuſta excōicatione, ſ. de offi. dele.
cum contingit, & in alijs cauſis, quas agere permittitur poſsit
a conſtituere procuratorē. melius eſt a enim, ꝙ cauſam agat per
alium q̃ per ſe per alium,ſi poteſt & vult,alioquin per ſeipſum.

ADDITIO.

a ¶Melius eſt. Adde quod hoc refert & ſequitur Card.in conſ.46.incip. videtur, quod dictus.in fi.

CAP. VIII.

CLerici,& infra. [Dicat.] Auc. vt clerici apud
proprios.§.vlti. j.de iura. ca-
lum.inhęrentes.§.nō.[Traditur.] 11.q.j.c.j.& 2. [Con
ſuetudine.] De hoc no.ſ. de conſue.in prin.& c.fi.

SVMMARIVM.

Capitulo,vel conuentui,an liceat agere ſine auctoritate epiſcopi.

CAP. IX.

CAuſam. [Fratres.] Monachos.ſ.Dulmen. & qui
morantur in eccleſia cathedrali.[Ingre-
diant̃.] De hoc no.ſ.de reſcri.edoceri.[Valeat.] Et iu-
ſtè,quia cũ eſſet negociũ cōuentui cōe,& epo, nō licuit cōuen
tui ſine epo agere,vel ꝙ erat grande negociũ, vnde ſine auctori
tate epi agere non poterant, j.de his,quæ fi.à præla.quanto.

SVMMARIVM.

1 *An ſufficiat depoſitio pro crimine clerici.*

CAP. X.

CVm non ab homine. [Deponēdus eſt.]
Arg ſ. eo.at ſi cle
1 ricl.C.vt ſe.l.vl.& C.de ſpor.l.2. † [Deponendus eſt.]
Vbi clericus deponit̃ pro crimine, ſufficit depoſitio. ſ. eo.at ſi
clerici, niſi enormitas criminis aliud inducat. j.de ſal. ad ſal. 3.
q.4.clericus, 11.q.j.ſacerd.vel niſi ſit icorrigibilis, quo caſu eſt
procedendũ,vt hic dr̃: cōtumax vero primo excōicatur, poſt ſi
eſt incorrigibilis,anathematizatur, & poſt deponitur, 74.diſt.
Honoratus,34.diſt.quorundam.[Excommunicari.] Minori ex-
communicatione.[Anathematus.] i.maioris excōicationis.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor litem ceptam, an proſequi teneatur ſuper aliqua re eccleſiæ, & quid in defectum ſucceſſoris.*
2 *Sententia contra vnum lata,an contra ſucceſſorem poſſit exequi.*

CAP. XI.

QVia V. [Secundũ formā.] i. quod mediante iuſti-
tia procedant.[R.] Notat̃. ſ. de reſcrip.eā.
[Sicut.] Non tm̃ tenebit̃ interdicto. ff.de vi & vi arma.
cum à te,j.de reſti.ſpolia.cũ ad ſedem.[Terminetur.] Auct.prę-
ſentiũ literarũ,non pteritarũ, cum de hac perſona non faciant
mentionē.quidā tamen dicunt,ꝙ auctoritate pcedentiũ litera
rum procedēt in odiũ rapinę,ſimile.ſ.de ali.iu.mu.cau.fac.c.j.
hic autē nunquā intelligas,ꝙ in cauſa cępta ꝯ ſpoliatorē,etiam
ſi lis ſit conteſt.& ēt in cauſa cōcluſum ita, ꝙ ſola ſnĩa ferenda
reſtet, ita ſnĩa feratur ꝯ ſucceſſorē, cũ hoc interdictũ. ſ.vnde vi,
perſonale ſit.ff.de vi & vi ar.l.j § pen. imo ſi reali actione agere-
tur, oporteret ꝙ noua actio intentaret̃ ꝯ nouũ poſſeſſorem, ar.
op.ff.de peti.hęre.l.pen.& de rei ven.is,à quo, & l.ſeq. ff de re.
iu.in ſum.§.fi.niſi fortè eſſet hæres, in quem bene daretur actio
poſt li.conteſt.ff.de rei ven.ſi is qui, & l.ſi autē. §.j. & hanc de-
cre.intelligimus ita,ꝙ oportet cũ à capite incipere agere ꝯ ſuc
ceſſorem,& nō agetur ꝯ ſucceſſorē interdicto,vnde vi,niſi ſcien
ter accepiſſet à ſpoliatore,j.de reſti.ſpolia. ſæpe. & forma prio-
rum literarũ talis erat,ꝙ poſſeſſorio & petitorio agi poterat, ſi-
ue peti imo & ſi in literis non cōtineretur de vtroq;,tamen agi
de vtroque poterat,j de cau.poſ.c.j.j.de ſequeſt.poſ.c.j.vbi no.
1 † Quidā tamen dixerunt,ꝙ ſi aliquis agat petitorio ꝯ aliquē ſu-
per aliqua eccleſia petendo eā, ꝙ ſucceſſor debet litē cęptā pro
ſequi,& ſi non habet ſucceſſorē pp litē,vel pp timorem, tũc eps
vel alius,ad quē pertinet,proſequatur litē, vt no.j. de reſti. ſpo-
lia. olim.ſed nobis hoc nō placet,quia illud haberet locũ,ſi no-
mine eccleſiæ ageret,vel defenderet,puta ſi peteret̃ aliqua poſ.
eccleſiæ, & alius nomine eiuſdē eccleſiæ ipſam eccleſiā, & poſ-
ſeſsionē defenderet.ſed hic neuter nomine eccleſiæ agit. no. n.
transfertur proſecutio litis de perſona in perſonā, niſi in hære-
dibus,vel vniuerſalibus & ſucceſſoribus. C.de acq. hęred l.ſi.ff.
de acq.poſ.Pōponius.§.cũ quid.vel in dominis,qui per procu-
ratorē agunt.ff.de procura.in cauſæ, vel à filio in patrē. † Itē vr̃,
ſi reus moritur poſt litē cęptā, etiam ſi cōſtaret de meritis cau-
ſæ,non eſt ꝯ. C.de adul.quãuis.quia ibi loquitur,vbi abſente ac
cuſatore cōſtabat de crimine per cōfeſsionē accuſati, qđ non
debet relinqui impunitũ,etiā ſi accuſator nollet, j.de collu. de
2 te.crimina. imo plus vr̃, † ꝙ ſi ſnĩa lata eſſet pro aliquo, & poſt
ſnĩam moreret̃ reus, qui cōdēnatus ad reſtitutionem eſſet,poſt
mortē non mandabit̃ ſnĩa executioni,niſi pmiſſa ſummaria co
gnitione,ſi ſit aliquis,qui velit aliquid dicere contra eum. ff. de
re iudi.à diuo.§.ſi ſuper rebus.& §.ſeq.j.de teſti.veniens,2.

SVMMARIVM.

Priuilegia ſedis Apoſtolicæ quis interpretari poſſit.

CAP. XII.

CVm veniſſent. [Per alios.] Q̃ tñ per nos. cō-
dentis enim eſt interpretari,
j.de ſen.excō.inter.ff.de præ.ſtip.in pto.[Iudicari.] Di
rectè.nam indirectè põt,ſi querat̃,an ſint vera, vel falſa priuile.
incidenter. Itē ſi quęratur,an iuuet cauſam, põt cognoſcere iu-
dex, & eis non obſtātibus iudicare ſuper qōne ſibi propoſita
ita, ꝙ priuileg.non faciat mentionē,arg.C.de iudi.quotiens.C.
de ordi. iudi.l.j. vel dic, nemo poteſt iudicare ſuper priuile. ſe.
Apoſto.i.vbi agitur de iure ſe.ap. vel de exemptione, vel inter-
pretatione tantum prohibet.ſ.cum de ipſorum verbis dubitat̃.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio euangelica,quæ ſit,& qualiter vtenda, & quis ad eam teneatur,& qui teſtes in ea admittantur, habes in nu.2.& 3.*
4 *An denunciatio iſta habeat locum in re temporali.*
5 *Legitima monitio præcedere debet ante, quam quis denuncietur.*
6 *Conſue.& priuil.inuicem parificantur.*
7 *Fracta pacis,& periurij crimen pertinet ad iudicium eccleſiæ.*

CAP. XIII.

NOuit ille. [Si peccauerit.] 2.q.j. ſi peccauerit.
[Regulā.] ſ.admonēdo. qdā denun-
ciatio eſt euangelica,de qua hic loquitur, & 2.q.j. ſi
pecca.& in iſta hoc modo procedendũ eſt, ꝙ ſi qs pri
uatim ſcit peccatũ alicuius,priuatim ꝯ illũ debet proſequi mā-
datũ euãgelij,& tandē in priuato debet eũ habere pro ethnico,
& pu.& bene habes in pãlle.c.ſi pec.& 45.diſt. ſed illud nō otio
ſe.Si aũt peccatũ eſt manifeſtũ, tunc manifeſtè debet proſequi
mandatum

mandatum euangelij denunciando crimē eius iudici,& probã-
do per teſtes, & tandem poſt ſnīam eccleſię debet eū habere ꝓ
ethni.& pub. publicè, etiā ſi nõ eſſet excõicatus.ſ.vt nõ habeat
familiaritatē cū eo, ſed non tenet eū vitare in oratione, nec in
menſa, nec in alijs hmõi. & hanc denunciationē põt proſequi
ēt ille, cuius intereſt ratione rei familiaris, vt hic,& ēt petere, ꝙ
ſua intereſt,& dicere, vt cū non poſsit agere pnīam, niſi ſatisfa-
ciat, ꝙ reddat ei, qđ ſibi debet, 14.q.6.ſi res.& hanc denunciatio
nē debet pręcedere monitio, vt hic.& vr̄, ꝙ in hac denunciatio-
2 ne nõ ſit neceſſarius ordo iuris, j.de do.c.j.†Quidā tñ dicunt,&
fortè non malè, ꝙ vbi quis per denunciationē ſuū intereſſe de-
bet cõſequi, ꝙ tunc ordo iudiciarius eſt ſeruandus,& hoc eſt tu
tius, quia illud ſeruare nõ põt nocere. ad iſtā denunciationē nõ
credimus aliquē teneri, niſi ſicut tenetur ad alia opera charita-
tis, niſi ſit talis, ad quē ratione offi.& curæ hoc pertineret, 23.q.4.
duo. ad denunciationē hāc omnes infames,& minores,& mu-
3 lieres credimus admittendos, niſi permaneant in crimine. †Ad
teſtimoniū autē in denunciatione, dicunt quidā, ꝙ ijdē admit-
tuntur.& hoc ſatis dici poteſt, vbi ſola pnīa de crimine quæri r̄,
& non aliquod tēporale, neq; directè, neq; incidenter, quia tūc
4 tantū alij legitimi teſtes admittendi ſunt. † Itē dicimus, [a] ꝙ iſte
a modus agendi habet locū, vbi aliquod tēporale, in quo eſt reus
naturaliter obligatus, debet dari, vel fieri, etiā ſi ad illud peten-
dū nulla cõpetat actio ciuilis, vel canonica, vt quãdo quis iura-
uit dare, vel facere ſine ſtipulatione, locū habet denunciatio, vt
hic.& eſt idē in oībus alijs quę debēt dari, vel fieri,& peccat qui
promiſit, niſi promiſſum impleat, vt hic, vbi dicit, ꝙ ad Papam
pertinet de omni peccato mortali quēlibet corripere. ad idem
22.q.2.ne quis,& q.5.hoc vr̄,& j.de inſti.cū veniſſent.eſt & alia
denunciatio, quę dr̄ canonica, ſed tñ ortū habet à lege vete. te-
ſta. quæ eſt de crimine non cõmittendo.ſ.vt ab eo deſiſtatur. &
de hac denunciatione loquir̄ j.de deſpon.impub. ad diſſoluen-
dum, 22.q.5. hoc vr̄.hęc autē denunciatio canonica habet locū
non ſolū ſuper criminibus perpetratis, ſed ēt perpetrãdis, ſi cri-
mina ꝑpetranda recipiūt augmentū pp multiplicationē actuū,
vel pp contumeliā iniuriæ, ſicut eſt, qñ aliquis perſiſtit in illici-
to cõtubernio; vel quãdo perſiſtit in iniuria,& rapina. & de hac
denūciatione loquir̄ j.de iureiu.quēadmodū, in fi.& in hac, ea-
dē dicimus, quę in ſuperiori, niſi quia ad hanc dicimus quoſli-
bet teneri, ſi credunt proficere ſuā denunciationē,& denunciã-
tibus non eſt nimis graue eos denūciare, & ſic loquitur 21.q.ſ.
ne quis,& q.5.hoc vr̄,& c.ꝑal.animia. nimis autē graue eſſet de
nunciantibus, ſi pp hoc deberent à ſuis negocijs deſiſtere, vel ſi
pp hoc deberent vel inimicitias vel pericula aliqua incurrere.
licet.n.denunciare bonū opus ſit, nõ tamen tenemur ad idē ꝑ-
ciſè, ſicut nec ad alia bona opera, niſi ī caſu ꝑdicto, & qñ ſic of-
fert ſe opportunitas, ſicut dictū eſt, quia qñ ſic offert ſe oppor-
tunitas, eſſet peccatū negligentiæ, niſi denunciaret crimen cõ-
mittendū, ſed non ita eſſet crimen negligentię imputandum, ſi
cõmiſſum crimen, quod iterationē non reciperet, nõ denuncia
ret: quãuis & de illo dici poſsit, ꝙ tanta poſſet eſſe denunciãdi
opportunitas,& tanta credulitas proficiēdi, ꝙ aliquod peccatū
eſſet non denūciare, licet nõ tantū, ſicut eſt tacere in denunciã-
do crimen cõmittendū. De alia ēt denunciatione mentionē fa-
ciunt canones,& leges, q̃ nõ eſt modus agendi, ſed ꝑcedit actio
nē, vel denunciationē,& de hac denunciatione loquitur 2.q.7.
quapp,& c.ſeq.& c.accuſatio,& j.de accu.c.fi.& de calum. c.fi.
& in multis alijs eſt facile inuenire exemplū de tali denūciatio-
ne, tā in decreto q̃ in decreta. & in Auct. vt iudi.ſine quo. ſuf.§.
ſi quis.§.neceſsitatē,& §. ſeq.& de hac modicū agimus, q̄a non
5 eſt per ſe modus agendi.[Sufficientē.] †Videlicet ꝙ nõ præceſ-
ſit legitima monitio, vel ꝙ denunciator ſit criminoſus, 3.q.7.iu
dicet, vel alia cauſa iuſta.& ex hoc colligitur, ꝙ in fine nõ man-
dat cognoſci de cauſa principali, ſed an denunciatio ſit admit-
tenda.[De feudo.]Directè, ſecus indirectè, quia non põt agere
pęnitentiā, ſi nõ reſtituat, 16.q.j.illi qui, 22.q.2. prędicandū, 23.
q.4.ecce, 14.q.6.ſi res.[Spectat.]Secundū diſtinctionē, quā no.
ſ.eo. cęterum.[Iuri.]Illi.ſ.quo cauetur, ꝙ dominus, vel pares
debēt eſſe iudices, vt no.ſ.eo.cęterū.[Priuil.] Fortè.n Rex An-
gliæ habebat priuile.à Rege Franciæ, ꝙ nõ iudicaret̄ per ipſum
tanquā per dominū, ſed per cões eorū iudices, vel per alias cer-
tas perſonas cõiter electas. idē eēt, ſi ſuper hoc ſpecialē cõſue
6 tudinē haberet.[Conſuetudinē.] †No. parificari conſue.& pri-
uile. 9.q.3.conqueſtus, 64.diſt.quia. Itē no. conſuetudinē dare
iuriſdictionē, ſ.de arbi. dilec.[Valentinianus.] 63. di. Valenti-
nianus.[Theodoſius.] 11.q.j.quicunque valet.[Theodoſius.]
Quomodo legē abrogatam inducit, cū debet puniri. C.de ve.
iu.en.l.vlt. Reſpon.licet ius ciuile ſit ſublatū, tamē neceſſe eſt
ſcire, 7.diſt.fuerūt,& inſuper ratio remanet. ff.de ca.ini. caſ. Itē
eccleſia poteſt pro ſe inducere legē, quãuis non valeat ꝯ ſe. vel
b melius, [b] priuile. fuit eccleſiæ cõceſſum, vnde hoc adhuc hodie
durat.[Petitor.] De quo minus vr̄, quā de reo, cū fauorabilio-
res ſint rei, q̃ actores. ff.de re. iu. fauorabiliores.[In initio litis.]
Ante li.conteſt.[Decurſis.] Poſt li. conteſta. ante concluſionē.
[Peroratum.]Ideſt cū allegat.[Sermone.] Ideſt rationib. vtriuſ-
que partis, vel ratione.[Ex Deo.]Dicente Petro, quodcunq; li-
gaueris,&c.ſ.de maio.& obe. ſolitæ.[Mortali.] Directè, vel in-
directè, 2.q.j. multi. ff.de peti. hæredi. hæreditas.[Pacem.] ſ.de
7 tre.c.j. 24.q.3.ſi quis Romipetas.[Iuramenti.] No. crimen pacis
fractæ,& periurij directè pertinere ad iudiciū eccleſiæ, vt hic:
idem in crimine ſimoniæ, ſacrile. vſurarū, hæreſis, ſeparationis
matrimonij ad thorū pp adulteriū, 28.q.j.c.pen. 12.q.1. nulli li-
ceat.[De plano.] In modū denunciationis.[Querimonia.] An
ſit denunciatio admittēda.[Exceptio.]Contra denūciationem
enim admittitur exceptio criminis, ſiue proſequatur ſuā iniu-
riā, ſiue non, quia qui agit ad pęnā, omnē maculā dimittere de-
bet, ar.3.q.7. iudicet,& c.q ſine, 25.di. c.vlt. 35.q.6. ēpſ.infames
tamen admittuntur ad denunciationē, dūmodo egerint pęni-
tentiā.[Omittat.]Quidā dicunt,& fortè non malè, ꝙ non ſolū
iſti iudices cognoſcent, an ſit denunciatio admittēda, ſed etiā
de principali hoc modo. dicet enim Rex Angliæ, Rex Franciæ
tenet comitatū Pictauiæ in periculū animę ſuę, cum ad me per
tineat, vel ꝯ conſcientiā: & peto officiū veſtrū, ꝙ cogatis eū ad
pœnitentiā. ſi ipſe reſponderit, non pertinet ad te cognoſcere,
vtrū iuſtè, vel iniuſtè teneam. hoc autē ſcio, ꝙ non teneo ꝯ cõ-
ſcientiā & hanc, non aliā teneor apud te excuſationē facere. ſi
Rex Angliæ voluerit probare, ꝙ ſuus fuerit, non admittet eccle
ſia ſuper hoc probationes, quia fortè licet fuerit ſuus, poteſt eſ-
ſe, ꝙ per iudicium parium, vel alio iuſto modo factus eſt Regis
Franciæ, vel ad minus obtinet probabiliter,& ſic eſt ſine pecca
to, arg.C.de rei vendica.l.fi. Sed ſi velit probare, ꝙ ꝯ conſcien-
tiā teneat, vel iniuſtè, admittendus eſt. ſed hæc probatio valde
difficilis eſt, quia & ſi probet Rex Angliæ eā ſuā fuiſſe, non ta-
men probat, ꝙ ꝯ conſcientiā, vel iniuſtè, ſicut ſupradictū eſt. ſi
autē ageretur directè, ſufficeret, ꝙ probaret ſuū fuiſſe dominiū,
niſi poſſeſſor legitimam exceptionē haberet. C.de proba.l.ſiue.
hoc tamen vr̄, ꝙ ſemper debet proponere excuſationē, quãdo
in modū denūciationis agitur.ſ.probabiliter: verbigratia, ſi fuit
ſua, amiſit eā, vel pignori eſt mihi obligata, ſed probare id non
tenetur, imo creditur dicere verū, niſi probetur ꝯrium, quia hic
per denunciationē ſufficit, ſi ſuæ conſcientiæ ſatisfaciat, & non
neceſſe habet ſuū ius probare. ſed ſi aduerſarius vellet probare,
admittitur, vt hic circa id princ. idem eſt, vbi eſt ſcandalum, vel
publicum peccatum, quia tunc ſi de peccato conſtat, ſic de ſa-
tisfactione conſtare debet, 45.diſtin. ſed illud.

ADDITIONES.

a ¶Item dicimus. Adde ꝙ hoc dictum Inno. refert & ſequitur Feli. in proœ. Gre-
go. col. 6. ver. Et ex iſto remedio. quem vide,& in c. quæ in eccleſiarum, col. 16.
ver. ſecundus caſus, ſupra de conſti.

b ¶Vel melius. Hic alleg. Feli. in c. j. ſupra de conſti. col. 5 ver. Alius caſus Et adde
Alex de Imo in conſi. 209. col. 4. ver. nec ad hoc obſtat, in 2. volu. & adde Pau.
de Caſt. in conſi 316. incip. viſo & examinato, ſecundum nouiſſi. impreſsionē
in parte antiquorū, col. 3. poſt med. vbi dicit per hoc, ꝙ Imperator nõ poteſt
reuocare legem ſuam in præiudicium ſibi non ſubditi. & idem Felin. in c. quæ
in eccleſiarum, col. 11. poſt prin. & adde etiā Pau. de Caſt. in conſi. 219. in 1. par
te conſiliorum nouorum ſecundum vltimam impreſſionem, incipien. conſi-
lium, præſuppoſito ſine præiudicio, col. 3. vbi tenet, quod licet Papa poſſit tolle-
re ius canonicum in præiudicium ſubditorum ſuorum, tamen illud non põt
tollere in præiudicium laicorū. & hoc dictum Innocentij hic, refert ēt Feli. in
c. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 30. ver. pro prima opi. ſupra de conſti. & adde, qđ
hoc dictum Innocen. dicit ſingulare Cardina. in conſi. 85. incipien. pro reſpon
ſione principaliter, col. fi. ver. alia vere lectura.

SVMMARIVM.

1 *Simplices & indiſcreti poſſunt per alium factum proponere.*
2 *Per narrationem & reſponſionem fit li. conteſt.*
3 *Religioſorum vniuerſitas per alium iurare poteſt.*

CAP. XIIII.

1 PAſtoralis. [Indiſcretæ.] †No. ꝙ ſimplices & ī-
diſcreti per aliū poſſunt factū pro-
ponere,& non eſt malū, ſi ēt cogatur, factū ſuum &
per aliū reſpõdere. Itē vniuerſitas per aliū proponit,
12.q.2.qui manumit. ff.qđ cuiuſq; vni.l.j.itē excõicatus.ſ.c.in-
telleximus. Itē ēpſ, 5.q.3.quia. Item illuſtres. C.de procu. l.vlt.
Itē minores.ſ.de æta.ex ratione, Inſti.de cura.§.itē inuiti.C.de
auct.pręſtan.clarū. Itē furioſi, prodigi,& mulier luxurioſa.C.de
cura.fur.l.mulieri.aliter autem non licet, vt hic, & ff. de interr
actio.ſi ſine,& l.ſi ſeruū.§.vlt. C.de iura. calum. auct.principa-
2 les.[Indiſcretę.] †Non intendit dicere, quin quilibet per pro-
curatorē poſsit narrare & reſpõdere, cū poſsit per eū litē conte-
ſtari, quę per narrationē & reſpõſionē fit. j.de li. conteſt. c.j. ſed
intendit dicere, ꝙ ille, qui cauſam agere debet, ſiue procurator,
ſiue dñs per ſe narrare debet, nõ per aduocatū, vel aliū. vniuerſi-
tas aūt, ſicut per ſe agere nõ põt, ita nec narrare, 12.q.2.qui ma-
numiſerint. Et arg. ad hoc, quia cū vniuerſitas ſit vnum corpus,
quando omnia & diuerſa capita eiuſdem vniuerſitatis agent ſi-

mul, vel defendant. arg. ēt ad hoc, quod dr in pluribus fideiuſſoribus, vel hæredibus vnius. ff. iudi. ſol. iā tamen. §. vlt. & in pluribus exercitoribus eiuſdē nauis. ff. de exer. l. j. §. vlti. & l. ſeq. Sed ↄ̄ C. de iura. calum. l. 2. §. hic licet. vbi dr, ꝙ vniuerſitas iurare debet de calūnia, ergo per ſe agere poteſt. ſed veritas eſt, quia non agit, & eſt ratio vniuerſitatis, quare iurare debet de calūnia, quia timore iuramenti, ſi preſens litigabat calumnioſè, ea tunc iuro preſtito litē omittet, cū hoc ſit vnum iuſm calum. l. ꝙ lis ſibi iuſta ſit, ſed poſtea ꝓcurator in animā vniuerſitatis iurare debet, non autē quiſq; per ſe reſpōdebit. & quāuis non omnes cōſentiant reſpōſioni procuratoris, ſufficit, ſi maior pars cōſentiat. ſ. de procu. c. ſi. vel dic tertius, ꝙ vniuerſitas per ſe nō iurabit, ſed per illū, qui litē conteſta. eſt, vel quēuis aliū. non obſt. lex preal. C. de iura. calum. quia dr verè iurare maior pars vniuerſitatis, quę per aliū in animā vniuerſitatis iurat. ff. de admi. tuto. ita. §.
3 geſſiſſe. †In vniuerſitate autē religioſorum nō eſt dubiū, ꝙ per alium iurare poteſt. j. de iura. calum. c. j. ipſe reſpondebit, ſm ꝙ maiori parti placuerit. nec mirū, ſi per alium, quā qui litē conteſtatus eſt, iurat & reſpōdet, cū generaliter obtinet, ꝙ procurator litē conteſtatur, & tñ principalis perſona iurat & reſpondet, C. de iura. calum. auct. principales, arg. j. de teſti. præſentium.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum fit nedum in corporalibus, ſed etiam in incorporalibus, & in ſpiritualibus.*
2 *Actionis ineptitudo ſi à prin. noſcitur, debet iudex ſtatim, vel aſſeſſor lacerare libellum.*
3 *Inepta actio quando dicatur.*

CAP. XV.

Examinata. [Cauſa eccleſię.] i. ius patronatus eccleſię eiuſdē, ſuper quo agebat. interim. n. vicedñs pſentabit, quia debet interim fructus rei depoſitę percipere, ēt ſi poſt fuerit poſſeſſor.
1 [Sequeſtrata.] †No. depoſitū fieri non ſolū in corporalibus, ſed ēt in incorporalibus, & in ſpiritualibus. & idē rt de miſſione in poſſeſſionē. de hoc no. j. de eo, q mitti. in poſ. cau. rei ſer. c. j. [Accepit.] A te, & tunc planū eſt, quia ſicut poſſidebat, qñ tradidit, & ita poſt, niſi ea mente depoſuiſſet, ꝙ poſſeſſionem in depoſitariū transferret. ff. de acq. poſ. intereſſe puto. & ſic cū poſſideret ipſe actor, nō dabatur ei rei vendicatio, Inſti. de act. §. j. & C. de ali. iu. mu. cau. ſa. l. j. Quandoq; tamē rei ven. datur poſſidēti ↄ̄ depoſitariū, vel cōmendatariū pp detentationē, quā habēt. ff. de rei ven. officiū. ff. de pecu. depoſui, in princi. Itē confeſſoria datur poſſidēti. ff. ſi ſer. ven. & ſi fortè. §. j. & l. ſeq. ſed hic nō agebatur ↄ̄ depoſitariū, ↄ̄ quē agere poſſet, vt dictū eſt, ſi poſſeſſor poſſeſſionē interuertiſſet. ff. de vi & vi arma. l. colonus. ſed ↄ̄ milites cap. Et no. ꝙ rei ven. datur ↄ̄ poſſidentem rē ratione iuris, quod habeo in re. ſimile ff. de ↄ̄hen. emp. qui tabernas. ff. de leg. i. ſi domus. & ſm hoc ſic feci libellū, vendico talē eccleſiam à talibus militibus, quia in ea habeo ius patronatus. vel dic, ꝙ alia ratione malè intentabat rei ven. quia rei vend. non cōpetit niſi pro iuribus corporalib. ff. de rei vendi. l. j. §. per hanc, & l. vēdicatio. Sed hæc litera innuit ↄ̄rium. ſ. ꝙ pro iuribus incorporalibus cōpetit rei vendi. licet hic ineptè proponeretur, quia poſſidenti non cōpetit. ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. l. j. Sed reſpōdeo, hic largè ſumi rei vēdi. pro actione in rē. hoc nō placet, quia cū cōfeſſoria, quę in rē eſt, ēt poſſidenti cōpetat, non eſſet pp hoc iudicata petitio inepta. potes ergo dicere, quod iſte M. petebat ab ipſis militibus ius patronatus quaſi a poſſeſſoribus. & hęc eſt actio in rē, non tamē per oīa imitat naturā rei vendicationis, quia datur pro incorporalibus: nec naturā cōfeſſoriæ, quæ tantū datur non poſſidenti, & ↄ̄ poſſidentē tantū. de hac loquit ff. ſi vſusfr. pet. l. vl. §. vlt. Inſti. de act. §. j. & hac actione agit j. de eae. cū venerabilis. ſ. de ma. & obe. inter. vel dic, ꝙ nō reprehēdit M. quia ineptā actionē nominauit. ſ. rei ven. q hic ſumit pro cōfeſſoria, quia bene datur poſſidenti, ſed quia intētionē habebat ineptā. ſ. ꝙ poſſidens peteret poſſeſſionē, quā habebat, vnde bene hic pronūciauit ſuā intentionē non tenere, & ſic pronūciat. l. fi. ff. ſi men. ſal. mo. di. l. j. §. j. & pp hoc dr actio inepta, quia intentio eſt inepta, qđ ea ipſis actis, quę in ipſo iudicio fiunt, apparet. imo plus vr, ꝙ ſi quis rectā haberet intentionē, ſi eſſet actio inepta, vt ſi quis diceret, peto talē fundū à te, qa ad me pertinet iure dominij, & propono ad hoc actionē ea locato: ꝙ bene teneret intentio, & probato dominio ferenda eſt ſnīa pro me, licet actio omnino ſit inepta. bene igitur cōpetit cōfeſſoria ei, q nō eſt i poſſeſſione iuris ipa. ſed tñ de iure ius patronatus habet: cōpetit dico ↄ̄ eum, qui eū prohibet vti iure patro. vel ſe liti obtulit. ff. ſi ſer. ven. l. 2. §. hoc autē. ff. ſi vſusfru. pe. l. vlt. ff. ſi ſer. vē. loci. §. ſi quis mihi, & l. ſi quis diuturno. Sed cū iſte M. non tantū ius haberet, ſed ēt poſſeſſionē, vt probauerat, ideo malè intētauit rei ven. vel cōfeſ. act. in rē. ſed huic ſatis bene poſſet cōpetere negatoria, quia ius patronatus poſſidebat in eccleſia, & bene cōpeteret ei, quia ius patronatus habebat ↄ̄ eū, qui poſſidet ius in re, de qua agit, ſi ſer. vē. l. 2. ff. de vſuca. naturaliter. vel melius, quia hic habebat poſſeſſionē, & ſiſr dicebat ſe habere proprietatē, cōpetebat interdictum, vti poſ. pro moleſtiis: & inepta dr hæc petitio, quia nec abſoluere, nec cōdemnare pōt cū effectu, quia ſi abſoluat reū, non prodeſt ei, quia non poſſidet, quia tunc nihil lucratur. & ſi poſtea poſſidere cęperit, eidē agenti nō obſtabit exceptio rei iudi. pp nouam poſſeſſionē. Itē eū condēnare non pōt, cū ſit impoſſibile & ↄ̄ ius, ꝙ rem reſtituat, quā nō poſſidet, nec poſſedit, vel ad minus non deſijt poſſidere dolo. j.
2 de exce. c. aduerſario. [Tenere.] †No. ꝙ ſi in principio noſcitur ineptitudo actionis, ſtatim iudex, vel aſſeſſor libellū lacerare debet. ff. de aſſeſ. l. j. ſi autē ab initio neſcit, ſed ea poſt facto perpēdit ex probationibus, vel alter decernit intentionē nō tenere, vt hic, ff. ſi menſor ſal. mo. dix. l. j. in prin. j. de reſti. ſpolia. eū ad ſedē, & dūmodo tolerabilis ſit petitio, admittenda eſt, vt ibi dr, quia ſemper interpretandū eſt ſm actorē. ff. de iudi. ſi quis intētionē. ineptā autē non iudicarē, ſi nec ipſe poſſideret, nec reus,
3 vt no. j. vt li. non cōteſt. qm. §. ꝙ ſi ſuper. [Non tenere.] †Melius dr actio inepta, ſi ex his quæ proponūtur in libello, appareat ineptitudo. ff. ſi mē. ſal. mo. di. l. j. §. j. Idem eſt ſi ex his, q poſtea ꝓponit, appareat ineptitudo actionis, vt hic. Idē eſt ſi notoria eſt ineptitudo, etiā ſi non proponat eam, ſ. de offi. iudi. c. j. falſitas autem propoſitæ actionis nunquam reddit eam ineptam.

SVMMARIVM.

1 *Præceptores comparantur inſtitutoribus.*
2 *An penes plures præceptores poſſit eſſe adminiſtratio.*
3 *Præceptor, ſi bona fide contraxit, in ſolidum tenetur.*

CAP. XVI.

Cum deputati. [Præceptores.] Ar. ꝙ adminiſtratores ſine alterius licentia poſſunt agere. de hoc no. ſ. de reſcr. edoceri.
1 [Preceptores.] †Hos cōparo inſtitutoribus, qui ꝓponuntur negocio dñico, qđ habet locū, vbi domus, q habet ſuperiorē ꝑceptorē, qui inſtituit inferiorē, eſt diua nō tm domus inferioris, ſed ēt rerū eius, aliàs ſecus. ff. de inſtito. l. 3. & l. cuicūq;. §. j. & §. ſed ſi fullo. ſed ēt cōparo eos cuſtodibus, vel cōmendatarijs, vel viſitatoribus, vel vicarijs, qui curare debēt, & viſitare loca ſibi p magiſtrū cōmendata. maiorē horū officiū habes 61. di. obitū, & c. ſeq. 63. diſt. c. plebibus, 70. di. ſanctorū, 8. q. j. qui vos. ſ. de offi. vic. per totū, 12. q. j. quantū ve, & q. 2. de laicis, & c. ſeq. & vr, ꝙ quādo hmōi præceptores poſſunt remoueri ad arbitriū ſuperioris, ꝙ nō ſolū hi pręceptores, & alij ꝑdicti agere poſſunt, & cōueniri pro loco eis cōmiſſo, ſed ēt ſinguli ſuperiores, etiā ſi plures ſint, ꝙ poſſunt eos remouere. ff. de inſti. cuicunq;. §. fi. & l. ſeq. j. de reſti. ſpolia. c. lim. C. de ſacroſan. eccle. ſancimus. ff. de tribu. procu. §. j. arg. ff. de exerci. l. j. §. magiſtrum, & §. eſt autem nobis quia, vt ibi dr, electio eſt agentis, verū aliquē prædictorū conueniat, ſed in agendo pręfertur maior, quia cū poſſit ſubditū remouere ab adminiſtratione in totū, multo fortius à proſecutione cauſę, arg. ff. de procu. l. in cauſæ. Si autē ſit perpetuus pręceptor, id eſt qui poſſit ſine cauſa remoueri, tūc nō poterit agere de rebus ad hunc locū pertinentibus, niſi in defectū pręceptoris, vt no. j. de reſtitu. ſpolia. olim, & de teſt. cum olim. nec eſt vis, ꝙ ſuperior non pōt amouere inferiorē ſine cōſilio, & ſine conſenſu aliquorū, quia nec ēt pręlatus alia maiora negocia debet facere ſine conſilio capituli. j. de his, quæ fi. à præ. ſine con. c. quāto, & tñ agere & cōueniri pōt ſine alicuius cōſi-
2 lio. ā. de reſcri. edoceri, vbi no. †Itē non eſt vis, ēt ſi omnia bona huius loci omnino ſint diſtincta à bonis maiorū domorū, dūmodo remotio ſit ad velle ſuperioris, & ei obedire teneat de ſtādo ibi, & de recedēdo: qđ ↄ̄ſtat, quia qñ inde amouet minor miniſter, ſuperior adminiſtrat, quia licet ſeparata ſint bona in tm, q nō poſſint portare ad maiorē domū, tñ adminiſtratio nō eſt diuerſa, q bene pōt eſſe penes plures ꝑceptores, ſicut & penes plures tutores, vel alios adminiſtratores. de hoc no. ſ. de reſcri. edoceri. alij dicunt, & fortè melius, ꝙ nō eſt vis, verū ꝑceptor ſit tēpalis, an perpetuus. Itē nō eſt vis ꝙ poſſit remoueri ſine cā, vel nō. Itē an vacante domo veniat adminiſtratio ad ſuperiorē, an nō. Sed in hoc tm eſt vis, an ambo ſimul poſſint liberè miniſtrare, & quis ſit maior in adminiſtratione, & tūc ambo poterūt ↄ̄ueniri, & maior in agēdo ꝑferret, & ſicut eſt in exercitatorib. ff. de exer. l. j. §. eſt aūt, & in pre & filiofa. C. de bo. q libe. cū non ſo. & idē in inſtitorib. ff. de inſt. act. quicunq;, & ſępe in ꝑpoſito & canonico, qñ agit de ꝑbēda, vt no. j. de ꝑb. ex literis, & in vicarijs, 93. diſt. c. ſi. & 94. diſt. c. j. Item nō eſt vis, ſi totū lucrū, vel dānū ad aliquē ſpectat, dūmodo alterius ſit adminiſtratio, vt no. ſ. de reſcri. edoceri. Fatemur tñ, ꝙ pro his locis religioſis multi agere poſſunt, & reſpōdere, ēt ſi nō habeāt adminiſtrationē, ſed nō coguntur, de quibus no. j. de teſti. cū olim. plus placet, qđ no. j. de reli. do. cū venerabilis, in gl. ita eps. ex dolo aūt aliorū pręceptorū, vel cōmēdatariorū ēt in ↄ̄tractibus admiſſo nō tenet locus, niſi ſit factus locupletior. ff. qu ex facto tu. l. dolū. C. quādo ex fa. tu. ſi iure.

ſi iure ff.de tribu. ſed & ſi. §. j. de hoc no. j. de depo grauis. ff. de act. emp. & ven. interdicto. de culpa autẽ ꝓceptorũ tenetur inſolidũ locus, ſi pôt ſeruari indẽnis à ꝓceptore, aliter non. ff. de ad
3 mi. tu. l. ſi. in prin. †Si autẽ bonafide ꝯxit, ꝓceptor tenetur inſolidũ, ẽt ſi fiat ĩde pauperior. j. de ꝑca. c. a. ff. de mi. §. ſi pecuniã. l. j. ff. de cu. illud. §. j. ſed pôt in integrũ reſtitui, ſi ex iſi de grauiter ſit læſus. ff. de mino. ait prætor, & l. ꝙ ſi minor. §. j. executio autẽ rei iudi. ſemper fit ꝯ locũ, ſicut ꝯ pupillũ. ff. de re iudi. ſi ſe. §. j. ff. de admi. tu. l. 1. alij aliter dicunt in aliquibus prædictorũ: dr̃ autẽ dolo tutoris, vel præceptoris factũ, ſi accepit, vel tenuit ſcienter plus, quã deberet. ff. de tribu. ſed & ſi. §. ſi ſeruus. & idẽ eſt, ſi nõ retinuit quod debet retinere. ff. de tribu. quod in hærede. §. ſi. ſi autẽ ignorãter, ſecus, dũmodo reſtituat, quã cito poteſt. ff. de tribu. illud. §. ſi cuius. [Admiſſũ.] Et malè. [Allegãtes] Et malè.

S V M M A R I V M.

1 *Suſpitionis cauſa in iudice iuſta eſt, & remotionis, ſi habeat cauſam similẽ.*

CAP. XVIII.

1 CAuſam. [Penè.] †No. cauſam ſuſpitionis, ſi ſortè ſimilẽ cauſam habeat iudex. bene enim diximus, penè. vix enim omnino ſimilis inueniretur.
2 quando autem ſit ſimilis, boni iudicis arbitrio [a] relinquatur. [Subrogantes.] Vtraque pars præſens erat, vel hoc notum erat Papæ, & modicum præiudicium partibus fiebat.

ADDITIO.

a ¶Iudicis arbitrio. Adde Feli. in c. tranſlato, col. 5. verſ. & quæ dicantur. Et Bal. in addi. Spec. in tit. de alleg & diſputa. ver. ſi ſtatutum, & Feli. in c. capitulum, col. 3. in prin. ſupra de reſcriptis.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptiones dilatoriæ, vel peremptoriæ, in qua parte iudicij proponendæ.*
2 *Iudex quando procedit inquirendo, an de principali, & exceptionibus ſimul cognoſcere debeat.*

CAP. XIX.

EXhibita nobis. [Contingẽtibus.] Puta de ſtudijs eligentiũ, & meritis electorum. [Interlocuti.] Et malè, quia iudices erant, & nõ
1 inquiſitores itẽ male, †quia exceptiones iſtæ ante ingreſſum negocij ꝓponendæ & probãdæ ſunt, vtpote quæ ſunt dilatoriæ, vel perẽptoriæ fori. dicit. n. aduerſariũ fore repellendũ à foro, quia excõicatus eſt, vel cõſpirator, arg. C. de exce. l. vlti. probatio aũt aliquarũ exceptionũ facienda eſt, ſm̃ ꝙ lex docet. C. de excep. ſi quidẽ. [Inquirerent.] Huius erroris cauſam ꝓſtitit verbũ, qđ in literis Papæ cõtinebatur. ſ. inquirerẽt. [Inquiſitores.] Ex hoc
2 vr̃, †ꝙ ſi quis procedit inquirẽdo, ꝙ ſimul poteſt cognoſcere de principali, & de exceptione, ſed hoc non eſt verũ, quia ſiue proponatur exceptio ꝯ id, de quo fit inquiſitio, ſm̃ ꝙ loquitur j. de pur. ca. cũ dilectus. ſ. de fil. presby. veniens. ſiue excipiatur ꝯ perſonã iudicis inquirẽtis, ſiue ꝯ perſonã miniſtri inquiſitionis, vt j. de accu. veniens, & c. cũ oportet, ſemper primo cognoſcendũ eſt de exceptionib. C. de exce. ſi qdẽ. qñ ſi iudex ex proprio iudicio procedit, vel ex officio miniſtrũ inquiſitionis cõſtituit, tũc ẽt ſi ꝯ iſtũ miniſtrũ proponatr̃ exceptio, tñ ex officio ſuo ꝓcedet illo miniſtro remoto, & ſic intelligi, ꝙ hic dr̃, licet illi iudices cogitarent de iure eſſe, ꝙ ſi eſſent inquiſitores, ꝙ liceret eis ꝓcedere ſimul ſuper exceptionib. & principali, tñ non erat verũ. [Conteſtata.] Et malè, quia tunc demũ in electione proceditur li. non cõteſt. cũ pars eſt contumax: aliàs ſecus, j. vt li. non cõte. qñ. §. porro. imo, ꝙ plus eſt, ſi excipiatr̃ ꝯ electũ, faciẽda eſt li. cõteſt. ſuper exceptionibus: aliter nõ tenet, qđ agitur. ſ. de elec. dudũ Ro. ecc. 2. alij aliter dicunt, & fortè nõ malè. ſ. ꝙ ibi nõ fuit facta li. conteſt. ſuper exceptionibus, ſed ſuper principali actione.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtantia perempta. an iudex delegatus procedat.*
2 *Lapſu termini an dicatur perempta inſtantia, & quid ſecundum canones.*

CAP. XX.

VEnerabilis frater noſter. [Periſſe.] C. de iudi. properãdũ. [Procedas.] Cognoſcendo de negocio à capite, ſi verũ eſt, ꝙ lapſum ſit trienniũ. in hoc. n. errabant Cer-
1 uien. †quia licet ſit trienniũ elapſum, & ſi perierit inſtantia iudicij, nõ tñ perijt iuriſdõ, q̃ ẽ ꝑpetua. C. de iud. ꝓperãdũ. C. đ ꝯſti. pe. l. 2. C. de ꝑſcr. 30. an. vel 40. l. vlt. & de diuer. reſcri. l. falſa. vel
2 dic, †ꝙ ſm̃ canones lapſu termini nõ ꝑijt inſtãtia iudicij, vt hic. vel dic hoc obtinere, vbi ꝑ cauillationes aduerſarij ꝓtrahitr̃ negociũ vltra terminũ, alś ſecus, ar. C. de tẽp. integ. reſti. l. petẽdæ.

CAP. XXI.

SIgnificauerunt. [Rectorem.] Villæ, non eccleſiæ. [Coegit.] Vr̃, ꝙ bene. C. de iudi. nulli. j. de cau. poſ. c. j. ſed ꝯ, quod ſequitr̃. Sol. illa loquitur, quando ſimul agitur poſſeſſorio & petitorio. hæc aũt, quãdo iã finita lite incidit de proprietate. [Poſtea.] Siue ab initio monaſteriũ egit interdicto, vnde vi. & adhuc expoliatio manet, ſiue à princ. egit vti poſ. & poſt ſniã ſpoliatũ eſt de nouo negãdo admittere electũ ab eis ĩ rectorẽ, ſemper legitima exceptio eſt nõ reſpõdebo de proprietate, niſi reſtituar ſucto, j. de ord. cogni. cũ dilec. idẽ etiã eſſet, ſi petitorio egiſſet, arg. j. de app. contiun. [Reſpondere.] Petitioni monaſterij, quod petebat electũ ſuũ pro rectore haberi. [Obſtãte.] ꝯ, C. de ferijs, oẽs. ff. de ferijs. l. j. Sol. illa locũ habẽt, qñ ſingulares perſonæ cõueniuntur, quas graue eſt ab opere ruſtico auocare, ſed in vniuerſitate, quæ per vnũ ſyndicũ litigat, ſecus. vel hoc ideo eſt, quia periculũ eſt in mora, ſi tranſit ſine regimine: vel potius ipſi ex hoc, ꝙ electum eorum non admiſerunt, iterũ poſſeſſionem amittere videntur. Item in ferijs tractantur publicæ cauſæ. C. de ferijs, omnes iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus non poteſt præcipere parti, niſi ea, ſine quibus mandatum delegantis implere non poteſt.*
2 *Iudex an poſſit cogere partem coram ſe perſonaliter comparere, & non per procuratorem.*

CAP. XXII.

1 IVris eſſe. [Ambiguum.] Sic nec poſſet ei præcipere, ꝙ iret ad ſanctũ Iacobũ. †, ea. n. ſola mandare poteſt, ſine quibus implere mandatũ delegantis nõ poteſt. ſ. de offi. dele. præterea. C. de iura. calum. l 2. [Criminalis.]
2 †Nam in criminali non cõſtituitur procurator. 3. q. 9. per totũ. ff. de pu. iu. l. pen. §. j. ſed nec in omnibus criminalibus cogitur perſonaliter cõparere. ff. an ꝑ alium ca. ap. l. j. hoc autẽ criminaliter, intellige largè, vt cõprehendat ẽt popularẽ. ff. de procura. licet. [Pro veritate.] ff. de proc. ſi actor. C. de procu. l. ſi. [Calumniæ.] Quod per principales ꝑſonas præſtandũ eſt. C. de iura. calum. auct. principales, & no. j. de iura. calum. c. Imperatorum.

De foro competenti. Rubrica 2.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus coram ſuo epiſcopo litigare debet, alias punitur.*

CAP. I.

1 SI quis clericus. [Proprium.] †Et ſi fecerit ſiue in criminali, ſiue in ciuili iudicio, vel negocio, punitur, 11. q. j. inulta, placuit. [Conſilio.] Aliter non licet, vt no. ſ. de arb. c. cõtingit. [Alios.] Quibus eps̃ delegabit cauſam, vel etiam ſine delegatione.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſecularis, an poſſit clericum condemnare.*

CAP. II.

NVllus iudicũ. Secularium, vel eccl'iaſticorũ, talium tñ, qui in eos iuriſdictionẽ nõ hñt. [Minores.] Cõuerſos, oblatos. [Sine permiſſu.] Maximè, qa nec cũ ꝑmiſſu, ſi ſint ſeculares. [Cõdẽnare.] Niſi ĩ cã reconuentionis. j. de mu. pet. c. j. & 2. [Sequeſtratus.] Per ſnĩam,

CAP. III.

SAnè ſi epiſcopi. [Locus.] No. de reſcriptis, dilectus filius. j.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ordinarius recuſatus, an poſſit eandem cauſam delegare.*

CAP. IIII.

SI quis contra. [Executor.] i. delegatus, qui de tota cã cognoſcat. [Actor.] i. ꝙ eps̃ delegauit totã cãm. [Cõpellat.] Hoc vr̃ correctũ, j. de app. cum ſpeciali, j. co. licet. vbi dr̃, ꝙ ſi iudex de recuſatoris aſſenſu non potuerit delegare cauſam, ad ſuperiorẽ remittat. vel dic illam loqui de dele. hanc de ordinario: ſm̃ l. autẽ ẽt debebat dare iudicẽ, q de toto negocio cognoſceret. C. de iudi. cũ ſpecialis. hoc prius dictũ magis placet in ordinario ſm̃ canones. [Ipſius] Epi. [Lege.] Quæ loquitr̃ đ executione. C. & ff. de re iud. l. 2. & 3. §. ſi quis. C. de execu. rei iudi. l. vlti. & de vſur. rei iudi. l. vlti.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiaſtica rei quæſtio coram eccleſiaſtico iudice agi debet.*

CAP. V.

SI clericus laicum. [Suas.] Hoc ideo dicit, quia
a ſi conſtaret res eſſe eccleſiæ, [a] quas laicus poſſideret, corã iudice eccleſiaſtico agi deberet, puta ſi ageretur ex legato, vel ex locato, vel cõſimilib. [Trahi.] Niſi agatur de ſpoliatione, vel qualibet oppreſſione, 16. q. j. in canonibus, 24. q. 3. ſi quis de potẽtibus. de hoc no. j. eo. cũ ſit.

ADDITIO.

a ¶Eccleſiæ Et ſic qualitas ipſa, quando eſt de ſubſtantia, debet probari, ſicut factum principale. Adde Pet. de Ancha. qui ita ponderat, in conſi. 113. incip. in quæſtione presbyteri, & Alex. in conſi. 79. col. 1. in prin. in j col. faciunt ad prædicta, quæ ponit Bart & Alex poſt eum, in l. non ſolum. §. ſed vt reprobari. ff. de no. ope. nuo. & quæ ponit ipſe Alex. in conſi. 100. col. 2. ver. oportebit, & in conſi. 210. colum. 3. in prin. in j. volum. & in conſi. 177. col. 4. verſ. his præmiſſis, in ſecundo volum.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus an poſſit eſſe iudex inter homines ſuos*

CAP. VI.

EX tranſmiſſa. [Tuæ.] Ex hac decr. apparet, ꝙ dñs poſsit eſſe deleg. iudex
inter homines ſuos. ſed arg. ꝯ, j. vt li. non cõteſt. acce
dens. 2. Sol. licet Papa domino horũ militũ cõmiſe-
rit cauſam ex certa ſcientia, nihilominus tñ poteſt recuſari, non
enim videmus cauſam, vel rationẽ, quia Papa velit auferre par-
ti ſuã exceptionẽ, niſi diceret, non obſtante exceptione recuſa-
tionis. vel dic, ꝙ ad hunc, cui ſcribebatur, pertinebat cognoſce-
re ordinarie de hac cauſa, quia ipſe erat ſuperior dñs, à quo te-
nebat̃ feudũ. & ideo vel in defectũ medij domini, quia appella-
tũ eſſet ad eũ, nõ ad ordinariũ, pertinebat cognitio, vt no. ſ. de
iudi. cęterum. [Imponas.] No. de hoc ſ. de iudi. cęterum.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet dominus ſuper rebus feudalibus iuriſdictionẽ habet, & etiam ſuas poteſt exequi ſententias, vt in nu. 2.*

3 *Laicus cognoſcere non poteſt de criminibus clericorum.*

CAP. VII.

VErum. [Conſecratus.] ita mandat de facto, qa
conſecratio imminebat, alias ſufficit, ꝙ
confirmatus eſſet. ſ. de elec. noſti. vel etiã ſine cõfir-
matione, ſi eſſet in partibus remotis, ſ. de elec. c. ni-
1 hil eſt, † [De feudis.] Quilibet dñs, quantũcunq; vilis, ẽt ruſti-
cus ſuper rebus feudalibus iuriſdictionẽ habet per l. Federici, vt
2 no. ſ. de iudi. cęterum. † Itẽ vr̃, ꝙ cũ quilibet dñs ſit iudex ordi-
narius, ꝙ ſuas ſñias exequetur, & ẽt laicus ꝯ clericos vaſallos,
nec incidit in excõicationẽ, ſi eos reſiſtentes cõpellat, arg. j. de
reſt. ſpol. olim, hoc aũt dicimus, ſi Principatus, vel Comitatus,
vel Caſtellania, vel alia hmõi cõcedãtur in feudũ, quia ſi de eis
agitur inter aliquos, corã domino feudi agendũ eſt, & ſi coram
vaſallo clerico inter ſubditos agat̃ Comitatus, dñs feudi eſt ap-
pellandus, nõ Papa. ſ. de maio. & obe. ſolitæ, licẽ vr̃ aliquibus, ꝙ
ſi de iſtis feudis agitur inter aliquas eccleſias, & in caſibus, in q-
bus ſub domino feudi agendũ eſt, inter laicos & inter eccleſias
agetur, quia in fauorẽ dominorũ hæc iuriſdictio eſt eis ſeruata,
vnde poſſunt ad ſe cauſas huiuſmodi reuocare etiã inuitis liti-
gatoribus, ſ. c. prox. & ſubditi clerici corã dominis ſuis clericis
vaſallus tamẽ ſuperiorũ dominorũ laicorũ ad dominos laicos
appellare debet. alij ꝯ. Si autẽ Baroniæ prędictę non concedan-
tur in feudũ, ſed ſimpliciter, tunc in nullo tenetur donatori, ẽt
de alijs muneribus, quæ prius ſubibat Baronia, j. de dona. cũ di-
lec. Si antẽ retinuit ſibi munera, illa pſtabũtur, dũmodo ſint ho-
neſta, vt no. j. de immu. eccle. nõ minus. dicunt autẽ quidã, ꝙ ſi
Baroniæ, vel quęcunq; alia bona dẽtur eccleſiæ ſub cõditione,
vel cũ eo tenore, ꝙ ſi eccleſia non ſubierit onera impoſita, ꝙ li-
ceat laico ſua auctoritate capere, ꝙ poſsit capere ſua auctorita
te, arg. j. de condi. appel. verũ. C. de pig. act. pignoris cauſa. C. de
pig. l. 3. ff. de pig. act. qui rati. Sed nos ꝯ credimus, & maximè ea
ratione, quia cũ rerum iſtarũ dominiũ ſit eccleſiæ quęſitũ, ſan-
ctum ſanctorũ eſt domino, & ideo per nullũ poteſt capi, niſi au-
ctoritate iudicis eccleſiaſtici, quia ſacrilegiũ in eis cõmittitur,
12. q. 2. nulli liceat, & c. ſequen. & no. j. c. proxi. Si autẽ nõ eſt de
rebus feudalibus, quia eorũ dominium non eſt ſanctũ ſanctorũ
domino, tũc illud remaneat penes dominũ, licet fructus & alia
vtilitas ſit vaſalli. ad hoc faciunt 10. q. j. c. 2. & c. ſequen. videtur
ex præmiſsis, quod fructus rei feudalis poſtquã percepti ſunt,
a ꝙ dominus nihil in eis poſsit, cũ iam ſunt ſanctũ [a] ſanctorũ do-
mini facti, licet diximus, ꝙ ꝯ clericum poſsit agi ciuiliter, &
coram domino, & corã paribus ad amiſsionẽ feudi, nõ tamen
põt agi ad hoc idẽ criminaliter, nec etiã ciuiliter pp crimen, ſed
remittenda eſt cognitio ad prelatũ ſuũ, etiã ſi feudum ſit pater
num. Sed ſi fuerit condẽnatus per prelatũ ſuum de proditione,
vel de alio crimine, ꝓpter quod debebat feudũ amittere, tũc do
minus auferret feudũ pro velle ſuo, & ſi fuerit abſolutus, tunc
3 vlterius dominus nõ poterit ei pp crimen feudũ auferre. † De
crimine enim clericorũ, nec directè, vel incidenter põt laicus
cognoſcere, ſicut nec de legitimitate, ar. ſ. c. c. proxi. & ſim. j. de
ordi. cog. tuã. j. qui fil. ſint legiti. lator, j. eo. poſtulaſti. nec obſtat
b ſi dicas, [b] quia ꝯ clericũ productum in teſtẽ corã laico objici-
tur crimen, & probatur, vt à teſtimonio repellatur, j. de teſti. te-
ſtimonium. ff. de teſti. teſtimoniũ, quia non propriè objicitur
crimen clerico, vel ꝯ clericum, ſed contra laicum, qui eum pro-
duxit, & quia ipſe ex eius repulſione pœnam patitur, non cleri
cus, quia eius teſtimonio non creditur. ſi autem feudum nõ eſ-
ſet paternũ, ſed eccleſiæ, tunc conſtat, quia pro delicto perſonæ
non eſt eccleſia priuanda feudo, 16. q. 6. ſi epm. [Pertineat,] i. ſi
ſit feudum eccleſiæ. [Imperiali.] i. ſi ſit feudum Imperatoris.

ADDITIONES.

a ¶Sanctum. Adde Pe. de Ancha. in conſ. 113. col. 2. in prin. incipien. Iura quæ lo-
quuntur.

b ¶Nec obſtat ſi dicas. Adde Cardin. in conſ. 23. col. fi. verſ. ad vltimam, incipien.
Conſ. ad dubia ſingulariter.

SVMMARIVM.

1 *Cogendæ ſunt ſeculares poteſtates conſuris eccleſiaſticis iuſtitiam miniſtrare.*

2 *Sacrilegi ſunt rapientes res eccleſiaſticas.*

CAP. VIII.

CVm ſit generale. 11. q. j. experientię. C. de
iuriſd. om. iudi. iuriſdõ-
1 nẽ. C. vbi & apud quos in integ. reſti. po. l. qm̃. † [Iu-
dices.] Nã poteſtates ſeculares cogendę ſunt per cenſurã
eccleſiaſt. iuſtitiã abſq; negligentia facere, & malefacta corrige
2 re, 23. q. 5. adminiſtrator. † [Sacrilegij.] No. raptores rerũ eccle-
ſiæ eſſe ſacrilegos. ſimile, 17. q. 4. c. 3. & c. ſicut qui, & in multis
alijs c. eiuſdẽ qõnis. Et idcirco ptinet ad iudiciũ eccłię, 12. q. 2.
nulli liceat prędia, & c. de laicis. imo ẽt ſi dubiũ ſit, puta quia ne
get rapina, tñ cognoſcet eccleſia, 16. q. j. in canonib. 24. q. 3. ſi qs
de po. vbi ẽt dr̃, ꝙ non ſolũ de rapina, ſed de qualibet ẽt oppreſ-
ſione, & nõ ſolũ clericorũ, ſed omniũ pauperũ cognoſcet. imo
ſi de fraude habita in ꝯtractu eccleſię agatur, vel ẽt ſine fraude ꝯ-
tractus iniuſtus nullus dicat̃, eccleſia cognoſcet, 12. q. 2. Apoſtoli-
cos. imo quocunq; modo de re eccleſiaſtica agatur, cognoſcet
eccleſia, 12. q. 2. quicũq; mil. Oportet tñ, ꝙ ſemper in petitione
mẽtionẽ faciat de oppreſsione, vel fraude, vel minus legitimo
ꝯtractu, & ſuper eã illa fundet petitionẽ ſuã, & ſi pars aduerſa ne-
get, nihilominus procedet̃ in cã principali. & ſi non probauerit
fraudẽ, vel illicitũ ꝯtractũ, abſoluetur reus ex illa cauſa, ſed iterum
poterit agere alia. ff. de excep. rei iudi. & an eadẽ. Si autem velit
proponere in libello, qđ non pertineat ad fraudẽ, vel oppreſsio
nẽ, vel ꝙ ſit minus licitus ꝯtractus, puta quia nõ fuit in pñcentia cle
ricorũ aliquorũ, nõ auditur, niſi corã iudice ordinario rei, ſ. c. ſi
clericus. tñ quidã dicunt, & non malè. ꝙ etiã ſi dicatur ꝯtractus ali
quis tenere, ſi petat reſtitutionẽ, corã eccleſia agetur. & idem, ſi
dicat alicuius canonici non interueniſſe conſenſum, arg. prędi
ctorum c. & c. ſi clericus. nõ ꝯdicit, quia loquitur, vbi agitur rei
vend. vel depo. vel conſimilib. in quibus nullo ſpeciali iure iu-
uatur eccleſia. de talibus. n. bene cognoſcet iudex ſecularis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ coniunctio ſit inter Papam, & Imperatorem.*

2 *An ſuccedat Papa in iure Regis, vel Principis negligentis.*

3 *An & quando iudex eccleſiaſticus poſſit ſe cõmiſcere ſeculari iuriſdictioni.*

4 *In dubijs occurrentibus ſemper recurrendum eſt ad Papam.*

CAP. IX.

LIcet ex ſuſpecto. [Irritas.] Cũ. n. Papa in
eis iuriſdõnem nõ ha-
beat, iuriſdõ, vel literę datę ꝯ eos nõ valent, nec qđ
per eas fit, arg. C. ne de ſta. defun. l. pen. & vr̃ mirũ, ꝙ
poſt ſubiungit, dũmodo, &c. quia ſi irritę ſunt, quõ per negligẽ-
tiã cõualeſcunt? Itẽ quid ſi iudex negligẽs erat tpe impetrati re-
ſcripti, ſed reſcriptũ de negligẽtia nõ facit mentionẽ? Itẽ quid
ſi tpe impetrationis nõ erat negligens, ſed modo eſt negligens?
Itẽ quid ſi fuit ſolicitus in incipiendo cãm, ſed negligẽs in ter-
minando? Ad hoc ſic tñdeo, ꝙ literę hmõi nullę ſunt, ſicut hic
dicit textus, nec tractu tẽporis cõualeſcunt, quia qñ quęritur de
viribus reſcripti, tp̃s datę inſpiciendũ eſt. ſ. de reſcri. eã te. & idõ
ſi tpe datæ non erat negligẽs iudex ſecularis, quantũcunq; po-
ſtea fiat negligens, nõ ideo cõualeſcunt literæ. clauſula autem,
quę hic adducitur. ſ. dũmodo, &c. non ꝯdicit, quia nõ eſt is ſen-
ſus eius literæ, vt literæ prius impetratæ valeant, ſi cõtingit iudi
cem ſecularẽ fieri negligentẽ. ſed hoc vult dicere, quia cũ fue-
rit negligens, ꝙ ab eo poſsit appellari ad Papã, & ſuper appella-
tione licitè aliæ literę impetrari. [Ad tuam.] Hoc ius habet Epũs
in terra, ꝙ ad eũ appellatur, ſed ad Papã iure Imperij appellat̃.
1 [Vacante.] † Hoc eſt pp defectum Imperij. in iure enim tñ Im-
perij Papa ſuccedit: vnde ſi alius rector alij ſuperiori, q̃ Impera-
tori ſubditus, negligẽs eſſet in reddenda ratione, vel nõ eſſet re-
ctor in aliqua terra, tunc nõ deuoluetur iuriſdõ ad Papã, ſed ad
proximũ ſuperiorẽ. nam ſpecialis coniunctio eſt inter Papã &
Imperatorẽ: quia Papa eũ conſecrat, & examinat, & eſt Impera
tor eius aduocatus, & iurat ei, & ab eo Imperiũ tenet, ſ. de elec.
venerabilẽ, 63. diſt. ego, & c. tibi dño. & iuſtẽ eſt, ꝙ in iure, qđ abſ
Eccle. Rom. tenet, ſuccedit Papa Imperio vacante. Sed quid ſi
nõ ſit negligens, ſed ſubditi ſunt ſic inobedientes, ꝙ non põt fa
cere iuſtitiã: tũc nõ credo, ꝙ ſuccedat in iuriſdõne eius, ſed de-
bet eũ iuuare, & domare rebellionẽ ſubditorũ, ar. 96. diſt. cũ ad
2 verũ. † Sed quid ſi alius Rex eſt negligẽs, vel alius Princeps, qui
ſuperiorẽ nõ habet? dicimus idẽ. ſ. ꝙ ſuccedit in iuriſdõne eius,
arg. 15. q. 6. itẽ alius, & ſ. de elec. cũ inter vniuerſas, in fi. ſed hoc
nõ facit, ꝙ ab eo teneat Regnũ, ſed de plenitudine poteſtatis,
quã habet, quia vicarius eſt Chriſti, ſ. tit. proxi. nouit, ver. nõ. n.
vel dic, ꝙ vacantibus regnis nõ poterit ſe intromittere, niſi an-
3 te peteret̃ in modum denũciationis, vt pdicto c. nouit. † [Impe-
rio.] Hic eſt vnus caſus, in quo iudex eccleſiaſticus põt ſe immi
ſcere ſeculari iuriſdõni. ſ. cũ Imperiũ vacat, tñ de iuriſdõne tñ,
q̃ ad Imperiũ ptinet. j. e. c. prox. ſecũdus, qñ iudex negligit face-
re iuſti-

re iuſtitiā viduis, vel etiā diuitib. j. eo. ex tenore, & no. ſ. de offi. deleg. ſignificantibus. tertius, 33. q. 5. adminiſtratores. quartus, 24. q. 3. ſi quis de po. & c. ſoli. quintus, qñ pp difficultatē variat̃ quęſtio inter iudices, j. qui fil. ſint legi. per venerabilē. ſextus, j. de app. ſi duobus. ſeptimus in denunciatione, ſ. ti. proxi. nouit. octauus, cū iudex ſecularis eſt ſuſpectus, vt hic, & in Auct. vt diſ. iud. §. 3. & vlt. col. 9. nonus ratione cōnexitatis, quia ex quo de matrimonio cognoſcit, & de dote, j. de dona. inter vi. & vxo. de prudentia. decimus in caſibus, quos no. ſ. eo. cū ſit, & ſ. de iudi. nouit, in gl. non crimen. vndecimus, 89. di. c. iudicatū, & 12. q. 2. eccleſiarū, 11. q. 1. aliud. hæc verè & vtiliter hic ſunt notata. Sed dicet aliquis, hoc ſummi Pontifices ſtatuere pro ſe: vnde cū nō ſine culpa ſacrilegij loquatur, nō eſt ſibi tanta fides adhibenda, ff. de inter. ac. l. de ætate. §. j. ſed hi ſi diligenter attendūt, qđ dicunt, veri ſacrilegij culpā incurrunt. Quod vt melius intelligas, eſt pręnotandū, ꝙ Deus creauit in principio cęlū & terrā, & omnia, quę in eis ſunt, Angelicā & humanā naturam, ſpiritualia & tēporalia, ipſaq; per ſeipſum rexit, ſicut factor ſuā rē gubernat, & homini quē fecit, pręcepta dedit, & tranſgredienti pęnā impoſuit, vt Gen. 2. Ex omni ligno, &c. ipſis etiā peccantibus pœnā impoſuit per ſeipſum. ſ. Adę & Euæ. Gen. 19. Mulieri quoq; dixit, &c. & ibi. Adæ vero dixit, &c. Qualiter aūt Chain per ſeipſum punierit, & Lamech, & Cham, & quoſdā alios in eo. lib. Gen. 4. & 5. legitur, & ſic recto mundo per ipſum Deū vſque ad Noè. Et tpe Noè cępit Deus creaturas ſuas regere p miniſtros, quorū primus fuit Noè. de quo, ꝙ fuerit rector populi, ex eo apparet, ꝙ ſibi dñs gubernationē arcæ, per quā Eccleſia ſignificat, cōmiſit, Gen. 5. & 6. c. Itē quia ēt dñs Noè & filijs rectoriā & legē ſibi dedit, Gen. 9. De Noè etiā, ſed non legit̃ ſacerdotē fuiſſe, officiū tamen exercuit ſacerdotis ſtatim poſt egreſſum arcę ante quā leges populo daret, Gen. 8. Aedificauit autē Noè, quod officiū ſacerdotis ſimul Abel & Cain primo fecerāt. In hac antē vicaria ſucceſſerunt Patriarchæ, Iudices, Reges, Sacerdotes, & alij, qui propter fuerūt in regimine populi Iudeorū, & ſic durauit vſq; ad Chriſtū, q fuit naturalis Dñs & Rex noſter, de quo
4 dr̃ in pſal. Deus iudiciū tuū regi da, &c. † Et ipſe Chriſtus Ieſus vicarium ſuū cōſtituit Petrum & ſucceſſores ſuos, qñ ei dedit
a claues Regni cęlorum, & qñ dixit ei, Paſce oues [a] meas. licet in multa diſtincta ſint officia & regimina mundi, tñ, quandocūq; neceſſe eſt, ad Papā recurrendū eſt, ſiue ſit neceſſitas iuris, quia iudex dubius eſt, quam ſñīam de iure proferre debeat, vel neceſſitas facti, quia alius nō ſit iudex ſuperior, ſiue facti, puta quia de facto minores iudices nō poſſunt ſuas ſñīas exequi, vel nolunt, vt debent, iuſtitiā exercere, j. qui fil. ſint legi. per venerabilē. De Iudeis aūt, Saracenis, & Gentilibus, & Schiſmaticis, quomodo ad Papę iuriſdictionē pertineāt, no. j. de voto, & vo. re dē. ꝙ ſuper his. [Ad te.] Hoc ius habet Eṕs in terra, ſi nō poſſunt cōuenire de aliquo, cui recuſatus deleget totā cauſam, j. de ap. cū ſpeciali, & no. ſ. eo. ex trāſmiſſa. vel hoc eſt verū, ſi placet partibus, aliter ipſe recuſatus poſſet cogere partes ad eligendū arbitros, qui de tota cauſa cognoſcerent. de hoc no. ſupra eo. ſi quis. [Ad nos.] Propter defectum Imperij, vt dictum eſt.

ADDITIO.

iudicem mouerit, vt ſuſpenſo petitorio procedatur in poſſeſ-
ſorio. renunciare aūt nõ pōt, quin aduerſarius, vel ēt ipſe poſsit
petere ferri ſuper eo ſniam, vt no. in glo. ſed quid [Intētate] hoc
non vř poſſe ſtare, cum ex quo cœperit agere petitorio, ſiue an
te litis conteſta. ſiue poſt, cogendus eſt proſequi litem cœptam
vſque ad finem, vel ad minus reus poteſt petere, vt procedatur
in lite cœpta, & terminetur. C. quomodo & quando iudex, aut.
qui ſemel. ¶ Ioannes dixit, ꝙ qui agit petitorio, ſi vult trāſire ad
poſſeſſorium, non pōt, niſi renunciet proceſſui ſuper petitorio,
& gloſſauit hic, pendente iudicio, ideſt concluſo, vel renuncia-
to. ¶ Alij dicunt, ꝙ beneficiū iuris eſt, ꝙ de petitorio poſsit trā-
ſire ad poſſeſſorium, vnde pōt, etiam ſi non renunciet, ne quod
in eius fauorem eſt, &c. C. de legi. quod fauore. illa Auth. loqui
tur, quando eſt contumax. hic autem non eſt contumax, quia
facit, quod lex permittit, & hæc decre. & infra de teſti. ſignifica-
3 uerunt. †Et eſt hoc ſpeciale, quòd ſpoliatus debet dimittere pe
titorium, & tranſire ad poſſeſſorium propter odium ſpoliatio-
nis, nec cogiř renūciare primo iudicio, nec procedere, ſed pen-
debit negociū tñ: ſi ptās volet ꝓcedere, procedet, & ſi nõ, omit
tet; ſed nec ꝓdeſt hæc ſuſpēſio, qn finaliter poſſeſſorio expedito,
reo inſtāte, ĩ prima inſtātia ꝓcedař, taliē quouſq; reus abſoluař
ab

ADDITIONES.

a ¶Nam non dicitur. Car. in conſ. 17. col. j dicit hoc dictum eſſe notabile, & il-
lud ſequitur in conſ. incip. ad primam, quòd de iure communi.
b ¶Concluſum. adde Specu. in tit. de renunc. & concl. ver. & no. & Car. in conſ.
21. incip. in cauſa amare, in princ. glo & ibi Ang. allegantem in no. hic in 2.
quia vero, in Auth. de teſti & Abb. in c. quoniam contra, colum. 10. intra de
proba. & Car. in cle. 1. q. 2. de cauſa poſ. & propric. & in conſ. 7. incip. ſigilla-
tim ad ſingula, col. 3. ver. ad quartum.

ab ipſa inſtantia, & actor ſibi ad expēſas factas pp hoc condēne-
tur, vt in præalle. auct. qui ſemel, & C. de iudi. properandum. §. j.
3 †[Poſſeſſorijs] Vt eſt vti poſ. quod ꝑcedit ſui natura rei vē. quia
qui proponit vti poſ. dicit ſe poſſidere, qui autē vendicat, aliū
poſſidere dicit, ſ. de iu. examinata. C. de alien. iu. mu. cau. fa. l. j.
nec reddit quis ad tale poſſeſſoriū, ſi cępit agere petitorio. ꝯ ff.
de acq. poſ. naturaliter. § hoc nihil. Sol. illud intelligitur, vbi qs
ignorans ſe poſſidere, egit petitorio, quia tūc pōt redire ad poſ
ſeſſoriū, ſi ſe inuenerit poſſidere. itē prius oportet ſcire, quis ſit
poſſeſſor, quā petitor, & ita naturaliter præcedit rei vē. Inſti. de
interdi. §. retinendę. vel hoc intelligas de interdictis, quæ habēt
mixtā cauſam, ſicut eſt in interdicto de itin. actuq; priua. vbi nō
ſolū oportet me probare dominiū ſeruitutis, ſed ēt poſſeſſio-
nē. ſ. iuiſſe triginta vicibus in anno. ff. de itin. actuq; priua. l. 3. §.
ait pretor. §. hoc autē, ibiq; inuenies cauſam diuerſitatis. Itē de
interdicto, de aqua ex caſtellis ducenda. ff. de aqua quoti. & æſti.
l. j. §. ait pretor, ſed certè hoc interdictū non ꝑcedit veram cau-
ſam proprietatis, quia ſimul & de poſſeſſione, & de proprieta-
te agitur. vel loquit̄ hic de interdictis præparatorijs rei vē. vt eſt
de libe. ho. exhi. & de lib. exhi. vt in eiſdē ti. nā prius apparet, qs
poſſideat, & poſtea datur rei ven. dic, ſi agendū eſt vti poſ. & de
vi, prius agendū eſt vti poſ. & poſtea de vi. C. de app. l. 3. de iud.
ſi de vi. [Iniquitas.] Sola iniquitas ſpoliatoris non ſufficit, ēt ſi
de ea conſtet, niſi dimittat, vel ſuſpendat petitoriū, & recurrat ad
poſſeſſoriū, niſi appareat ſubtractio probationū, vel malitia ad-
uerſarij, vel caſus, vel alia iuſta cauſa. dicimus. n. ꝙ poſtq̄ con-
cluſum eſt, non pōt ſuſpēdere petitoriū, ſed ſnīa diffinitiua fer-
tur pro reo, ēt ſi nihil probatū ſit ꝑ alterutra partiū, cū ſufficiat
reo, eidemq; ſpoliatori, ſi actor, & idē ſpoliatus nihil probauit,
vt ſ. co. cū eccleſia, niſi aliqua cauſa iō ꝓriū iudicē moueat, vt
hic dicit. Sed obijcies ſic: ergo de ſua improbitate cōſequet̄ fa-
uorē ſpoliator? Reſpon. hoc eſſe verū, ſed hoc ideo cōtingit, qa
hoc vr̄ voluiſſe ſpoliatus vtrunq; intētando, & in vtroq; cōclu-
dendo. vel dic, vt no. in gl. j. ſimul, & gl. ſed quid. ver. quidā. [Ca-
ſus.] Mortis teſtiū, vel abſentię, vel furoris, vel alia hmōi. [Agi.]
Sed quid proderit ei, ſi agat poſſeſſorio, cū ſuper vtroq; ferri de-
bet ſnīa, cū vtrunq; ſit deductū in iudiciū, ſ. eo. c. 2. 3. & 4. in exe
cutione. n. ꝑualebit petitoriū, j. c. proxi. Reſpondeo, valet quo
ad fructus. hoc nō vr̄ ſtare poſſe, quia poſtq̄ obtinuit in poſſeſ-
ſione, omnes fructus reſtituet, cū ſuccūberet in petitorio, ſuper
quo iā lis cōteſtata fuerat, cū poſt litis cōteſt. oēs fiāt malęfidei
poſ. quo ad fructus reſtituendos. ff. de peti. here. ſed ſi legi. §. ſed
ſi ante litis. Sed pōt reſponderi, ꝙ diuerſis tēporibus factæ ſunt
litis cōteſt. & primo ſuper poſſeſſorio. vnde ab eo tpe vſque ad
li. conteſt. ſuper petitorio habebit fructus. itē ſi obtinuit in poſ-
ſeſſorio, poſſidebit quouſq; aduerſarius ꝓbet ſuā eſſe. C. de rei
4 ven. res alias. †Sed dices ad minus petente aduerſario coget̄ iu-
dex pronūciare ſuper petitorio, ſi primo fuit propoſitū, nō ob-
ſtante, ꝙ actor ad poſſeſſionē habuit recurſum, arg. ff. de iu. de
qua re. Sed nos reſpōdemus, non coget̄ pp rationē aſſignatā in
gl. quæ incip. hoc non vr̄, & pp iniquitatē rei, qui ſubtrahit pro-
bationes actori, vel pp caſum, q abſtulit ei probationes, nec ſuf-
ficit, ſine cauſa hoc ſtatutū eſt ꝯ auct. qui ſemel, imo iuſta cauſa
eſt illa. ſ. ꝙ cū hic perſpicuè cōſtet de malitia ſpoliatoris, & ſpo-
liator deterior ſit, quā ignorans, vel quā qui ineptè proceſſit in
cauſa, iuſtū ergo fuit, ꝙ hic Papa ꝯ ſpoliatorē prouideret, vt ni-
hil per ſuā malitiā, vel rapinā lucraretur, licet ſpoliatus ineptè
& inſolitè primo petitoriū intentaret, multū aūt lucraretur ſpo
liator, ſi pp hoc, ꝙ poſſeſſionē habet, non oneret̄ probatione,
imo obijcere debet ſuper proprietate, & ſi nihil ꝓbauerit, ſ. eo.
cū eccleſia, & ecōuerſo ſi ſpoliator aduerſariū non ſpoliaſſet, ni
5 hil poſſet obtinere, niſi probaret de iure ſuo. †Idē & in ſpoliato,
ſi nō fuiſſet ſpoliatus, nullū onus probationis incūberet, ꝙ autē
hoc eſſet penitus iniquū, ꝙ ipſe ſine culpa ſua ſic grauiter lęde-
ret̄, & aduerſarius pro ſua culpa ſic magnificè muneraret̄, alias
iuuaret̄, ideo ſtatutū eſt, ꝙ nullo modo ſup petitorio, quo egit
ſpoliatus, teneat̄ iudex ferre ſnīam, ēt ſi conſtet, ꝙ ſnīa eſſet ferē-
da pro ſpoliatore ea ea cauſa, quia nihil de proprietate proba-
6 uerit ſpoliatus. †Quidā m̄ dicunt, ꝙ ſpoliato reſtituto ſi ſpolia-
tor voluerit agere de proprietate, ꝙ poterit de nouo, ſed nō po-
terit proſequi litē cęptam per ſpoliatū, vel ſuper ea petere ferri
ſnīam, ēt eo reſtituto, nec habeas ò aduocate cōſcientiā lęſam,
eo ꝙ dederis cauſam peccandi ſpoliato, & retinēdi rē alienā, qa
pōt eſſe, ꝙ verè ſua ſit, licet eā non ꝓbet ſuā. Itē eſt & ratio, qua-
re ſpoliator non pōt proſequi cęptā actionē à ſpoliato ſuper pe
titorio, quia cū ſpoliator ꝯ ſpoliatū nō poſſit intentare aliquā
actionē, niſi interdictū, ſ. de ord. cog. c. ſi. & eadē ratione nō po
7 terit petere, ꝙ in cœpta actione petitorij procedatur. †Plus pla
cet nobis, ꝙ facta reſtitutione ſpoliator poterit petere, ꝙ ſuper
petitorio, de quo actū eſt, ſnīa feratur, & hoc expreſſum vr̄ j. de
teſti. ſignificauerunt, in fi. Sed tn̄, quia ſpoliatus eſt reſtitutus in
poſſeſſionem, ſnīa ferat̄ pro eo ēt ſuper ꝓprietate, niſi fortè fuiſ-
ſet probatū pro reo ꝯ. ſ. ꝙ ſua eſſet proprietas, quia tunc bene ꝯ
poſſeſſorē fert̄ ſnīa, j. de fide inſtru. inter dilectos, in fi. & habes
ſimile, quando agit̄ reali actione, & reus eſt cōtumax, quia tūc
actor mittitur in verā poſſeſſionē rei petitæ, cuius ꝑ lapſum an-
ni verus poſſeſſor efficitur in tantū, ꝙ reus poſtea non niſi de
proprietate auditur, & cū prius ſibi immineret onus probatio-
nis, de cętero, ea quo poſſidet per annū, non imminet ei proba
tionis onus, j. de do. & contu. prout. C. de iu. properandū. [Poſ-
ſeſſio.] Si à principio poteſt incipere agere poſſeſſorio, ſuſpen-
ſo petitorio, multo fortius eſt dicendū, ꝙ ſi ſimul egit vtroq;, ꝙ
poſſit dimittere petitorium, & proſequi tantum poſſeſſorium.

S V M M A R I V M.

1 *Petitorio, & poſſeſſorio ſimul an agi poſſit, & vtrum vna ſententia termi-
nari debeat.*

CAP. VI.

CVm dilectus. [Petitorio.] De hac materia
no. ſ. eo. c. 2. [Proprietatis.]
ff. depo. bona fi. ff. de pig. act. ſi rē. [In executione.]
Hoc, quod dicit hic de pręmittenda executione in
ꝓprietate, locū habet, ſiue vna pars tm̄ egerit poſſeſſorio, & pe-
titorio, ſiue vna pars tantū egerit poſſeſſorio, & alia petitorio,
ſiue ſimul cęperūt agere, ſiue diuerſis temporibus, dum tamen
ſnīa ſuper vtroq; ſimul occurrerit ferēda. Si aūt primo fert̄ ſnīa
ſuper petitorio, de cętero nō eſt ferēda ſuper poſſeſſorio, quia
non prodeſſet. ſi autē prius fertur ſuper poſſeſſorio, bene poſtea
ferri poteſt ſuper petitorio, j. de teſti. ſignificauerunt. hac ratio-
ne vr̄, ꝙ poſt ſententiā latam in petitorio non poſſit ſuper eo-
dem agi poſſeſſorio de ſpoliatione facta ante li. conteſt. vel etiā
poſt in petitorio, ſed de ſpoliatione facta poſt ſnīam in petito-
rio bene agitur, quia non obſtat exceptio rei iudi. in petitorio.

S V M M A R I V M.

1 *Statim, ꝙ epiſcopus eſt confirmatus, dicitur habere adminiſtrationem.*
2 *Non dicitur eſſe in culpa, qui cōfirmationi ſubitæ, & ignotæ non cōtradixit.*
3 *Effectus confirmationis an impediatur, ſi fiat clandeſtinè.*
4 *Appellare non eſt neceſſe, ſi quid extra iudicium fiat.*
5 *In cauſa beneficiali procedi poteſt in contumacia aduerſariorum.*

CAP. VII.

CVm olim quæſtio. Archid. petebat ſuā
electionē confirma-
ri, Archipresbyter & canonici ꝯ: vel melius, Archid.
petijt Archidiaconatū, ad quē licet electus fuiſſet ꝑ
epm̄, tamen eū non poſſidebat vel quaſi, qđ idē credimus. ſ. pe-
tere Archidiaconatū, ac ſi peteret ſibi tāquā Arch. obediri, vel
1 reſpōderi. †Sed ſm̄ hoc vr̄, ꝙ ex quo cōfirmatus erat per epm̄,
qui cōfirmaſſe eū intelligit̄ hoc ipſo, ꝙ ipſum elegerat, ꝙ non
debuiſſet inquiri, an eps fuerit in poſſeſſione eligendi, accne, ſed
ſtatim debuiſſet Papa ꝑcipere ſibi tanquā Arch. reſpōderi. j. de
appel. cōſtitutus. cū poſt confirmationē ſtatim habeat admini-
ſtrationē, ēt ſi cōfirmatus eſt ab alio, qui nō habet ptātem eli-
gendi, vt no. ſ. eo. cū ſuper. Itē hic Arch. habet officiū iudicis,
vt reſtituat̄, vel vt Arch. admittatur. ſ. de offi. iudi. c. 2. qđ cōpe-
tit non ſolū ꝯ eū, qui ſpoliat, ſed ēt ꝯ eū, qui debitū nō ſoluit. ſ.
de elec. querelā. vbi no. & vbi nō ſoluunt debitū Arch. quia ſi-
bi non reſpōdent, vt debent. Ad hoc reſpōdeo ſic, quia ſi cōfir-
matio fiat ita, ꝙ & tps & ptātem habeat excipiendi aduerſarius
ante confirmationē, de cętero non pōt aliquid excipiendo ob-
ijci, quo minus cōfirmatio ſuū habeat effectū, nec de peccato in
electione habito, neq; de vitio perſonæ. j. de appel. cōſtitutis. x.
Si tamen reſtaret conſecratio facienda, vel ordinatio omiſſa in
confirmatione exciperet̄ ꝯ cōſecrationē, vel ordinationē. ſ. de
ele. cū dilectus. j. de accuſ. c. ſup his, & verè non pōt poſtea age-
re, niſi peteret̄ reſtitutio in integrū, vel niſi ſupplicaret̄, vt no. ſ.
de offi. deleg. paſtoralis. §. pen. qn̄ aūt tps excipiendi nō habuit
is qui ſe opponit ante cōfirmationē, ſicut fit in eo, qui eligēdo
cōfirmat, valet quidē cōfirmatio, ſiue collatio, tn̄ dici pōt, ꝙ ſi
aliquid obijcit ꝯ electionē & cōfirmationē, ꝙ impedietur eius
effectus, vt hic, & ꝯ pſonā ēt, cū ſit diffamatus. j. đ accu. accedēs.
2 quia non eſt in culpa, † qui cōfirmationi ſubitæ & ignotæ nō ꝯ-
dixit, vel electioni. Decr. aūt ſ. eo. c. cū ſuper, nō obeſt, quia ibi
petebat reſtitutionē, cū fuerit ſpoliatus. hic autē licet habuerit
ius ex cōfirmatione, quia tn̄ nō habuit poſſeſſionē, nō petebat,
nec pōt petere reſtitutionē. ff. de acq. poſ. cū hæredes. nec obſt.
quod dicit, ꝙ ēt pro iuribus denegatis competit reſtitutio. ſ. de
ele. querelā. quia intelligitur de iuribus denegatis, q̄ prius poſ-
ſidebat, arg. hic, cū nunquā poſſeſſionē habuit, non cōpetit in-
terdictū, vel officiū iudicis. ff. de vi & vi arma. idē eſt. §. vnde vi.
cū nomine perſonæ ageret, nō eccleſię. ſ. aūt in decre. cū ſuper.
loquitur, qn̄ agitur poſſeſſorio ad reſtitutionē poſſeſſionis ſpā-
3 tus. †Si autē clandeſtinè fiat cōfirmatio, ſit̄ impeditur effectus
cōfirmationis. j. vt eccle. bene. c. j. & j. de appel. vt noſtrū. item ſi
fiat aliquo ꝯcurrente, vbi ſupplantaret aduerſariū, intelligo eā
clandeſtinā, & impediri tunc poſſe effectū cōfirmationis. j. de
appel.

appel.oblatę.j.de dolo,cũ olim.Idẽ,ſi dicatur cõfirmationẽ nõ
tenere,dic vt no.in decre.cũ olim.Itẽ ſi fiat in abſentia illorũ, q
ɔ̃dicunt, & ɔ̃dicere poſſunt.j.de accu. accedens,& arg.j.qui ma.
accu.poſ.c.fi.nã his imputandũ non eſt,ſi non exceperunt,cum
abſentes fuerint, nec aliquid ſciuerint.hoc non credimus verũ:
licet.n.poſtea poſsit ɔ̃ electũ & cõfirmatũ agere, non tñ pp ſuã
abſentiã poterit ĩpediri effectus cõfirmationis. & ĩ illa decre.ac
cedens, impeditus fuit pp infamiã confirmari. Idẽ ſi dicatur eũ,
qui ſemel elegit,& confirmauit,ius eligẽdi nõ habuiſſe, vt hic.
Secus tñ diceẽ,ſi alius elegiſſet, & tp̃s excipiẽdi habuiſſet ante,
quã confirmator cõfirmaſſet.tunc ẽt quantũcunq; electionẽ ſo
lã nullã & non cõfirmandã dicat, nõ impedit̃ effectus cõfirma-
tionis, vt dictũ eſt, quia exceptio minus canonicę electionis nõ
ſuſpẽdit effectũ cõfirmationis.j.de app. cõſtitutis.2.licet appľo
impediret & in integrũ reſtitutio.& ſic loquitur l.2.C.ſi quis ca
ſal.in l.vlt. ſi autẽ cõfirmatio diceret̃ nõ valere ipſo iure, tũc be
4 ne impediret̃ effectus cõfirmationis.†Sed oppones,nõne impu
tandũ eſt p̃dictis,quia nõ appellant,quãcito ſciũt, 2.q.6.biduũ.
§.ſi aduerſus? R̃ndeo non, quia illud locũ habet in iudicijs. ex-
tra iudiciũ autẽ ſi quid fiat, non eſt neceſſe appellare,vt no.j.de
his,q̃ fi.à ma.par.ca.cũ in cunctis,tñ põt appellari.j.de ap.ad au
dientiã conſtitutis.2.& in multis alijs c.itẽ licet p̃dicti non poſ-
ſint per exceptionẽ impedire officiũ cõfirmationis : poſſunt tñ
poſt cõfirmationẽ agere in modũ renũciationis,vel accuſatio-
nis, vt remoueatur,vel caſſetur,qđ factũ eſt.j.de app. cõſtitutis.
itẽ & alijs modis,vt no.ſ.de ele.dudũ.2. [Reclamatione.] Nã ſi
reclamaſſent,& lis pẽderet ſuper poſſeſſorio,& iõ nondũ fuiſſet
aliqua electio per ep̃m facta cõfirmata, & per ſuperiorẽ appro-
bata, nõ fuiſſet lata ſñia p Arch. ſed finis litis ſuper poſſeſſorio
expectandus eſſet, vt no ſ.de reſti.in integ.cũ veniſſent. hæc de-
cre.nihil facit ad titulũ.[Canonici.]Canonici.n.& Archip̃sby-
ter cõſtituti corã Papa,& videntes ipſum Papã motũ ex atteſta-
tionib. receptis ad ferendã ſñiam pro Arch. exceperunt ɔ̃ ipſas
atteſtationes, q̃ nõ valebant, quia receptę erant à iudicib.recu-
ſatis pp ſuſpitionẽ.ſed dñs Papa r̃ndet atteſtationes pp hoc non
minus valere,& ſm̃ eas iudicandũ , quia nõ valet recuſatio eo-
rũ, cũ eſſent electi de cõſenſu procuratorũ vtriuſq; partis. & nõ
facias vim,ſiue canonici & Archipresbyter receſſerint appellan
tes à p̃ſentia horũ iudicũ , quia ẽt tunc valent atteſtationes, cũ
ab eis nõ liceat appellare,2.q.6.à iud.& eodẽ modo multo mi-
5 nus poſſunt infringere atteſtationẽ,ſi nõ appellarunt. †Sed op-
pones,nõne hoc ſolũ ſufficiebat , vt non valerent atteſtationes,
quia receptę fuerũt lt.nõ cõteſt. R̃ndeo non, quia cũ de benefi-
cio eccleſię ageretur , potuit procedi cõtumaciter abſentãtib.
ſe aduerſarijs,p̃textu fortè recuſationis,vel appľonis,q̃ nõ vale
bat.in regiſtro cõtinet̃,q̃ facta litis conteſt. in cã apud ſedẽ Apo
ſtolicã de cõſenſu procuratorũ partiũ fuit cauſa cõmiſſa tribus
iudicib. de quibus canonici vnũ recuſabant pp cõſanguinitatẽ
Arch.memorati.[Procuratorũ.] Multo fortius, ſi de partiũ vo-
luntate.ſ.de offi.dele.ſuper q̃ſtionũ,arg. ɔ̃.ſ.de offi.deleg. cum
olim dile.j.de re iudi.ſuborta. ſ.de poſtu. ad hoc, 2.q.6. biduũ.
§.ſi aduerſus. j.de ap.ſæpe.ſ.de in integ.reſti.cũ veniſſent. C.de
eroga. mi.an. in exceptione,lib.12. ff. de trib. procuratoris. ſ.
vt li.nõ cõteſt.ad hoc.ff.de procu.ignorãtis. ff.ſi quis ius.dic.l.j.
§.ſi procurator.ff.quod quiſq; iuris.l.3.§. ſi procurator.ff.de lib.
cau.in ſeruo,in Auct.de eccle.tit.§.ſi quis in ſuo, col.9. ff.de ex-
cep.ſi procurator.Sol. ſi procurator malè faciat negociũ domi-
ni ſui, tenet,ſed procurator eſt obligatus dño actione mandati,
C.de procu.ſi procurator. ff. de procura.cũ mandato. nã & ei p-
deſt,licet iniuſtè obtinuerit procurator. ff.de procura. qui pro-
prio.§.procurator,arg. ɔ̃.ff. de dolo,& eleganter. §. pen. vbi dr̃,
q̃ ſi dominus non põt habere recurſum ɔ̃ procuratorẽ, quia nõ
ſit ſoluendo,in integrũ manet priſtinũ ius. cũq; ergo hic nõ poſ
ſit habere recurſum ɔ̃ procuratorẽ,quia hic factũ nõ capit æſti-
mationẽ,debet ei manere ſaluũ ius primũ;ſed illud obtinet, vbi
doloſè verſatus eſt, ſi d ſi negligenter, ſecus,ſ. de in integ. reſti.
cũ veniſſent. [Curauimus.] ſ. de reſti. in integ. cum veniſſent.
ſ.de ele.Cumana,vbi de hoc no.[Imponentes.] Super ɔ̃dicẽdo
ipſi Archid.j.de conceſ.præben. poſt ele.contra Sol.ibi.

CAP. VIII.

IN cauſa quæ inter. [Patriarchã.]Petierat ſubiectionẽ monaſte-
rij Patriarcha,& hoc iõ dicebat,qa ſolitus erat ſolue-
re.50.ſolid.in ſignũ ſubiectiõis. Lata aũt ſñia abſolu
tionis,p Abbate,dr̃ hic,q̃ no admittit̃ Patriarchæ ptãs petendi
eoſdẽ l.ſolid.ſi alio iure petere voluerit.hęc dec.nihil facit ad ti
tulũ. [Synodũ.] 18. q.vlt.§.vlt.[Si alio.]Cũ.n.ex vna cã petierit,
iterũ põt ea alia petere, nõ obſtante exceptione rei iudicatę,qa
ſuper prima cauſa lata eſt ſñia ɔ̃ eũ.ff.de excep.rei iud. & an ea-
dẽ.§.actiones,& no.ſ.de ſo.compe. cũ ſit generale . vel melius
cum primo non petierit l. ſolid. ſed ſubiectionem monaſterij,
ſententia lata ſuper ſubiectione non præiudicat ſuper l. ſolid.

De reſtitutione ſpoliatorum. *Rubrica 13.*

SVMMARIVM.

1 *Spoliatum in primis non reſtitui,& poſſeſſori incumbere onus probandi eſt contra ius.*

CAP. I.

LIcet multum,& infra. Tamẽ duo ſunt hic ɔ̃
ius.Primũ,q̃ primo ſpoliatus nõ reſtituit̃:& ſm̃,
q̃ poſſeſſori incumbat probatio. j. eo. in literis.
j.de fide inſtru.inter dilectos,io fi.Sol. hoc ɔ̃tin-
git pp voluntatẽ partiũ , q̃ in hoc conuenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Spolium cum quis intentat, quænam iudex primo inquirere debeat, & ſuper quibus exceptionibus teſtes admittere.*

CAP. II.

SOlicite cures. [Spoliatũ.] Principiũ huius
capituli vr̃ ɔ̃dicere fini. nam
in principio dicit,quòd inquirat,an reſignans tpe re-
ſignationis fuerit ſpoliatus,vt ſic aduerſarij teſtes nõ
recipiantur ſuper ſpõtanea renun.& in fi.dicit,q̃ iterũ recipiat
teſtes ſuper violẽta ſpoliatione.Sol.dicũt quidã, q̃ à principio
debet inquirere ſuper ſpoliatione de plano, puta per famã, & p
hoc debet repellere probationes de ſpõtanea renũciatione, &
poſtea debet recipere teſtes & alias probationes expoliati, qui
agit ſuper ſua expoliatione,vt ſi ipſam probauerit, habeat reſti-
tutionẽ.hoc non placet,quia nunquã põt tñ fama, vt p̃dictam
a probationẽ auferat poſſeſſori. Alij dicunt [a] melius,q̃ primo de-
bet inquirere,an fuerit ſpoliatus, qñ reſignauit.i.an eo tpe fue-
rit in poſſeſſione, & ſi inuenerit eũ non exiſtentẽ in poſſeſſio-
ne reſignaſſe,cũ ſit p̃ſumptio, q̃ non voluntariè fecit,primo re-
cipiat probationes de violẽta expoliatione. nec ſequens decre.
ɔ̃dicit,cũ ibi non dicatur, q̃ non exiſtens in poſſeſſione reſigna
uit.Itẽ ibi p̃ſumptio eſt ɔ̃ reſignantẽ,q̃ non violẽter fecerit, qa
reſignauit corã Archiep̃o. ff. quod me. cau.non eſt veriſile . vel
dic,ibi volebat probare coactionẽ,vel ibi intentabat petitoriũ.
hic aũt poſſeſſorio recuperandæ poſſeſsionis agebat. Si.n.peti-
torio egiſſet,vt rei ven.tunc tñ ſuper renunciatione reciperen-
tur teſtes . itẽ & ſi poſt recuperationẽ poſſeſsionis egiſſet , bene
admitteret̃ exceptio renũciationis p̃cedẽtis, & exciperet̃ de re-
nunciatione p̃cedẽte ſpoliationẽ talẽ.ſ.quia veniẽs ad eccleſiã
fuit admiſſus,vel quia eiectus fuit per eũ, ad quẽ ptinebat eccle
ſia. in tali.n.caſu bene admitteret̃ hmõi exceptio , quia renun
ciando vr̃ amiſiſſe poſſeſsionem, vt no. ſ.de renun. ſuper hoc.

ADDITIO.

a ¶Alij dicunt.Ad hæc dicta adde eundem Innocen.in c.quia veriſimile,infra de præſump.& in c.ſuper hoc,de renun.& Pe.de Ancha.in conſi.217. incipien. ſi prædicta ſententia,in 2.col circa fi.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ ſuæ vbi quis renunciauit , quæ ſint partes illius in cuius manibus renunciauit,& an ſententia priuationis ſit neceſſaria.*

CAP. III.

ACcepta conqueſtione. Intellectum iſtius decre.
habes ſ.de renun.ſuper hoc.hæc decre. nullo modo
eſt ɔ̃ria ſuperiori decre. quia nec ẽt in cõſimili caſu
loquitur.dubitatio.n.huius decre.erat, quid iuris eſſet,ſi ſpolia
tus eccleſia auctoritate ordinarij peteret reſtitutionẽ,& aduer-
ſarius ſuus obijceret ſibi,nõ potes petere reſtitutionẽ, quia ſpõ
te reſignaſti eccleſiã: & iterũ ſpoliatus vellet inducere probatio
nes ſuper ſpoliatione violenta, & poſsidens eccleſiã diceret, nõ
eſt neceſſe,q̃ te graues hmõi probatione ,quia primo reſigna-
ſti ſponte hanc eccleſiã, vnde bene ſpoliari potuiſti auctoritate
ep̃i, vel vt quidã dicunt p eũ,cui ep̃s eã contulerat : ſed hoc no-
bis nõ placet. Quærebat̃ ergo probationes hic tenento caſu p̃-
miſſo,cuius primo eſſent admittendæ ? & r̃ndeo, q̃ primo ſunt
admittendæ probationes poſsidentis eccleſiã ſuper ſpõtanea re
nunciatione,qa hoc probato nihil valerẽt p̃bationes ſuper ſpo
liatione,quia licita fuit ſpoliatio auctoritate ep̃i facta,ſi violen-
ter volebat retinere eccleſiã,quã ſponte renũciauerat. ſed ſi ſu-
per coacta voluntate vellet inducere teſtes, tũc haberet locum
decre.ſ.de renun. ſuper hoc.[Conſtiterit.] ſ.c.proxi. ɔ̃.Sol.ibi,
ſi.n.quis renũciet eccleſię ſuę ſtatim licet ep̃o, in cuius mani-
bus renunciauit,dare illã eccleſiã alij,ſi ad eũ pertinet collatio,
& ſi ad aliũ pertinet,mandabit,q̃ eã ɔ̃ferat, vel q̃ ad eã p̃ſentet,
qñ ſola p̃ſentatio ad eũ pertinet . Imo plus eſt, quia poſtq̃ aliqs
renunciauit in manib.eius,ad quẽ pertinet recipere renũciatio
nẽ,ẽt ſine alia licẽtia ille,ad quẽ pertinet cõferre, vel p̃ſentare ,
ſtatim faciet,q̃ ad eũ pertinet, nec ɔ̃ eũ ferret̃ aliqua ſñia, quia
ex renũciatione iã amiſit omne ius,qđ ĩn ea habebat,7.q.j. q̃ pe-
riculoſum.& idem quidã dicunt faciendũ , qñ ad mandatũ ep̃i,
clerici contẽnunt promoueri ad ordines,ſ.de ele.cũ in cunctis.
§.inferiora.

§.inferiora.ē.de ęta.& quali. quęris. Alijs tñ vr, & fortè melius, ꝙ ibi neceſſaria eſt ſnīa priuationis, cū adhuc retineāt ius in eccleſia, quouſque priuentur per ſnīam, cum non ſint priuati per ſnīam iuris. & ſic etiā p̄dictæ decre. dicere videntur. ē.de ęta.& quali.c.j. licē in primo caſu, & in omnibus alijs, vbi ius perdit ille, qui eccleſiam poſsidebat, licet e p̄o ſine alia cauſæ cognitio-
a ne [a] ei auferre poſſeſsionē, quia in hoc exequitur ſuū officium, vt hic, & j.de inſti.c.3.& ē.de pac. accepimus, & c.cū clerici. ſed non ſic eſt in ſecūdo caſu, quia ibi nunq̄ licet auferre poſſeſsionē poſſeſſori, niſi poſt ſnīam.j.eo.conquerente. C.de iure fiſci. l.fi.

ADDITIO.

a ¶Cauſæ cognitione.Ludo.Ro.in conſ.483.incip. dubitatur primo.ad finem, ꝙ poſſeſſor beneficij intruſus notoriè & inexcuſabiliter poteſt ipſo non vocato ſpoliari. Et refert Feli.in c.cum olim,col.7.ver.confirmatur, J.de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Non valent literæ per fraudem impetratæ.*
2 *Quæ literæ dicantur conſeruatoriæ.*
3 *Literæ à nuncio impetratæ, ſi vim appellationis non obtinent, non valent.*
4 *Cum appellatur, debet exprimi cauſa appellationis.*

CAP. IIII.

1 AVdita querela. [Moleſtaret.] †Et ita intētabat iſtē īterdictū vti poſ. in quo vterq; eſt actor, & reus: quia vterq; petere poteſt, & agere, ſicut in fami.ercil.cōi diuidun. & finiū regun iudicijs. ff.de iud.l.in tribus, pp moleſtias & turbationes, q̄ ei fiebant. ſ.quia de ipſa eccleſia beneficiū petebat, & in alijs volebat haberi vt clericus eiuſdē eccleſię, & ſic ſe gerebat. alias enim poſſeſſori nō licet impetrare literas in fraudē, vt ſi poſt aduerſarius alias literas impetrauit, ita ei nō valeant tāquā prius impetratæ, & ſi impetrauerit ita fraudulenter, nō valet, quia falſum expreſsit in literis, cū dixit, ꝙ alius iniuriabaē ei, cū nō intelligatur iniuriari, ſi proſequiē ius ſuū corā iudice. ff. de iniur. iniuriarū.§.j.& habes expreſsè hoc nō licere, ē. de reſcri. c.vlti. & c. ſignificauit. potes aūt dicere, & bñ, ꝙ licet clericis eccleſiæ agere ꝯ clericū, qui aliā eccleſiā recepit, vt perpetuo priueē prima, 7.q.j.ſi quis e p̄s, c.ſi quis, & 21.q.2.ſi q̄s iā.[Si vobis.] ſ. e p̄o Vigorien.& Arch Elien.[Cōpeſceretis.] ā.e.ſolicitē.ꝯ.Sol. hic non allegabatur à parte altera de violētia, ibi ſic, imo ēt cū agere-
2 tur vti poſ. eo timebatur ſe poſsidere. † Ex p̄dictis aūt apparet, ꝙ non de iure, ſed de iniuria aliquid in p̄dicta eccleſia requirebat, quia ingerebat ſe tanquā canonicus in percipiēdo beneficiū, vel ad alia negocia eccleſiæ. cōpetit ergo ꝯ ipſum interdictū, vt no. in gl.& ita. vel dic, ꝙ binōt literæ ꝯ ius reſpiciunt futura, & appellanē conſeruatorię, & iudices cōſeruatores, qui habēt impetrantē à futuris & manifeſtis iniurijs, & violētijs diſpēſare, ē. de offi.deleg. ſtatuimus. vel aliter, vt no. in gl.& ita. [Vobis plenius.] Archid. Eli.& e p̄o Vigorien.[Conſtituiſſet.] Litē cōteſta corā vobis, vel ēt nō cōteſtata, quia in his parte exiſtēte ꝯtumace pōt ſpoliari eccleſia, j.de cleri.non reſiden.ex tuæ.[Prohibuiſtis.] Litis cōteſtatione p̄miſſa, hic vero ſnīa ſatis cōgruit
3 interdicto, vti poſ.[Nūcius.] †Si abreptio itineris vim obtinuit appellonis, nihil potuit legitimè fieri, vnde oīa reuocanda ſunt, ē.de offi.deleg. cū cauſa. Si autē vim appllonis non obtinuit, literæ ab illo nuncio impetratæ nō valēt, nec debet reuocari, necē ēt impediri proceſſus priorū iudicū. r̄ndemus, ꝙ non obtinuit vim appllonia, quia qñ miſit nūciū, iā ſciuerat de literis ꝯ ſe impetratis, j.de app. ſuggeſtū. vel ſi iudices primo cognoſcere incęperant, & de miſsione nuncij nihil ſciuerunt, ſemper tñ, ex quo ſecundæ literę emanarent de certa ſcientia dñi Papę, reuocātes iuriſdictiones priorū iudicū, procedere vlterius nō debuerunt, ē.de offi.dele. paſtoralis, §.2.& ideo ſi poſtea aliquid fecerint, reuocaē.[Impetrauerit.] Ad eoſdē. ſ. Vigorien. e p̄m, & eundē Archid.[Formam.] ſ. ꝙ nō audierint teſtes ſuper ſpontanea ſua renunciatione, ſed ſuper ſua ſpoliatione. & erat iuſta hęc ſnīa, q̄a intelligebaē, vel ēt expreſsè dixerat, ꝙ ſibi obijciebaē renunciatio facta, qñ non erat in poſſeſsione, quod tñ falſum erat, vel ēt ſi verū erat, nō oppoſuit corā iudice de ſpoliatione, & ideo tenuit quicquid ꝯ eū factū eſt, vel fortè alias ꝯtumax fuit, vnde nō potuit ꝯdicere proceſſui ꝯ ſe habito, nec appellare, 2.q.6.§.ſunt quorū. vel forma ſecundarū literarū erat, q̄ hic ſequitur. ſ. ꝙ nō obſt.&c. hoc nō eſt verū pp id, quod ſequiē in fine. ſ. ꝙ ſnīa non obſtante procedat ſm tenorē ſecundarū literarū, ex quo vr, ꝙ ſecundæ literæ habebant certū tenorē. Sed ipſi exponunt, & fortè non malè, ꝙ reuocarent de facto, q̄ de facto proceſſerant. ſ. occaſione p̄dictæ ſnīæ eo nō obſtāte.[Renocari.] Per Vigoriē. e p̄m, & Archid. Elien.[Nuncius.] Hic ſubintelligendū eſt, ſi iudex ſciuit, ꝙ nuncius mittebatur ad ſedē Apoſtolicā, & eo propoſito, vt eius miſsio pro appllone eſſet: nā ſi neſciret iudex, vel ex alia
4 cauſa mitteretur, hęc miſsio vim appllonis nō obtineret. † Item hæc miſsio locū habebat ſm iura hic, qñ licebat appellare nulla cauſa expreſſa. ſed hodie locū nō habet, cū cauſam appllonis exprimi oporteat, q̄ mittendo nunciū ſine verbis nullo modo exprimi poſſet. de hoc plenius j.de appel. vt debitus. vel pōt dici, ꝙ primo nunciū miſerat, q̄ lis cępiſſet agi ſub iudice: ſed tamen bene ſciebat literas ꝯ ſe impetratas ante nūcij miſsionē, & ideo nō impediebat proceſſum eorū, imo alias nō valebat, j.de app. nicenimimus.[Per vos.] ſ. per e p̄m Vigorien.& Londen.& eundem Arch.[Factū eſſet.] 99.diſt.c.ecce, & c.nullus. C.de eman. nec aqus. C.de appel. l.2. C. ſen.reſcin.nō poſ.l.impetrata, & C. de teſta.ſi teſtm̄.[Auctoritate.] ſ. ſi neſciuiſtis nuncij miſsionē, quia tunc medio tp̄e legitimè procedere debuiſtis, vel ſi fraudulenter nunciū miſit. ſ. poſtq̄ de literis impetratis ſciuit, vel non eſt reuocanda priuatio eccleſiæ, quā fecerunt iudices pp renūciationē, quā fecerat, vel quia aliū perſonatū habebat, ēt ſi eſſet ſpoliatus, cū ea nō oppoſuerit.[Præſumptione.] Iudicis, puta ſi proceſsiſſet, ſciens nuncij miſsionē bona fide.[Violētiæ.] Partis, vel iudicis.[Protuliſtis.] ſ. tu Archid. cū e p̄o Vigorien.[Literarū impetratarū.] Ad Vigorien. e p̄m, & Elien. Archid.[Reuocare.] Quia ſi eſſet iuſta, nō poſſet reuocari, cū non ſit lata ſnīa ꝯ intellectū p̄dictarū literarū. & eodē modo ſi iniuſta, cū trāſierit in rem iudi. nec ſit appellatū, ē. de ele. cū dilecti.[Tenetis.] Vos poſteriores iudi. Vigorien. e p̄i, & Elien. Archid. ſi neſciebatis nuncij miſsionē, alias ſecus: vel ſi alias malitioſè miſit nūciū. in receptione.n. literarū ſm antiqua iura nō erat vis, ſed in miſsione nuncij, niſi in hoc, ꝙ poſt receptionē ſecundarū literarū non debebat procedi per primas, niſi prius ſcirent, & diffiniretur per arbitros, q̄ quibus p̄iudicarent ſm tenorē decr. ē.de reſcrip. paſtoralis, & c. cū ꝯtingat. & eſt hic notandū, ꝙ nō ſolū tenor p̄dictę decr. eſt ſeruādus, qñ diuerſę literę ad diuerſos iudices impetranē, ſed ēt qñ ad eoſdē: nā hic ad eoſdē iudices vtręq; lrę impetratę fuerūt. alij tñ hoc negāt. ſ. q̄a qñ ad eoſdē iudices impetrantur, nunquā eſt ſeruanda forma p̄dictarū decr.[Statuiſtis.] Tu Arch. cū e p̄o Vigorien. reuocādo de facto, q̄ feceratis auctoritate ſnīæ.[Procedatis.] ſ. vos e p̄s Vigoriē.& Arch. Eliē.

SVMMARIVM.

1 *Reuocari debet quicquid fit per violentum poſſeſſorem.*
2 *Si quis eſt in poſſeſſione, etiam violenta, eliget tamen, & non qui de iure eligendi habet poteſtatem.*
3 *An ſubditi violenti poſſeſſoris reſpondere debeant de iuribus pertinentibus ad dignitatem, quam violenter poſſidet.*
4 *Differentia procedendi inter iudicem, & partem.*
5 *Poteſt ſemper excipi contra poſſeſſorem alicuius adminiſtrationis, ſi nomine ſuæ adminiſtrationis agat ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio.*
6 *Incorporalium iurium poſſeſſio fit eodē modo, ſicut corporaliū acquiritur.*
7 *Poſſeſſio iuris epiſcopalis, vel Archidiaconatus qualiter acquiratur, & etiā qualiter canonicalis, & præbendalis, habes in num.8.& qualiter perdatur, in num.11.& 12.*
9 *Eligendi poſſeſſio non videtur quæri poſſe niſi eligat.*
10 *Corporalis actus neceſſarius eſt in acquiſitione poſſeſſionis.*
13 *Epiſcopi & prælati an poſſideant ſuas dignitates nomine ſuo.*
14 *Iuris decimalis & incorporalis poſſeſſio quomodo acquiratur.*

CAP. V.

1 IN literis. †No. ꝙ quicquid fit per violentū poſſeſſorē, reuocari debet, & electiones factæ à malę fidei poſſeſſoribus caſſabunē, etiā ſi ſint confirmatę, qd' ſic probo. malę fidei poſſeſſor nō facit fructus ſuos, imo tenetur de extantib. rei ven. & conſumptus condi. ſine cauſa. C.de cōd.ex lege.l. mala. ff de rei ven. ſi nauis, §.ſi. Inſti.de offi. iu. §.ſed ſi in rē, & §.illorū. & ita à ſimili, ſi malę fidei poſſeſſor eligat, cū nō faciat fructus ſuos, & fructus poſſeſsionis eligendi eſt eligere, cū non facit electionē ſuā, & per cōſequens, ſi electio nō eſt ſua neq; ratione proprietatis, neque ratione poſſeſsionis, nō valebit electio ab illo facta, ſed officio iudicis implorato caſſabitur, arg. ē.de reſti. in integ.c.2. licet ibi loquaē de electione cōfirmanda, & nō de cōfirmata, tñ eadem ratio vr vtrobiq;. Si autē eſſet bonę fidei poſſeſſor, faceret induſtriales fructus ſuos, ſiue habeat ius, ſiue nō. ff. quib. mo. vſusfr. amit.l. ſi vſufructuarius. ff. ſi. reg.l.3.§.poſt litē, ver. ſed an; alias eſt §.inſti.de re. diui.§.ſi quis à non domino. ff.de acq.re.do. bonę fidei. ff.de vſufru.quid ſit.§.in alieno. cum autē eligere ſit fructus induſtrialis poſſeſsionis eligendi, quia ex induſtria & opera hominis prouenit fructus, hęc. ſ. electio erit ius poſſeſsionis eligendi, quāuis dicendū ſit, ꝙ ſi aliquid de fructu remāſerit penes ipſum, poſtq̄ cōſtiterit, ꝙ proprietas ad aliū pertinet, ꝙ officio iudicis id reſtituendū ſit. C.de rei vend. certū.§.bona.& eodē modo p̄latus vel electus vel inſtitutus à bonę fidei poſſeſſore, iura, quæ prius reddebat poſſeſſori, modo reddet vero dño, j.de iure pat. ex literis. ſed & ſi electio diceretē fructus naturalis, tamen bonę fidei poſſeſſor nō tenetur de fructib. ex quo conſumpti ſunt, niſi inquantū factus eſt locupletior. ff. ſi cer. pet. ſi me. ſed cōſtat, ꝙ ex quo electio facta eſt, cōſumptus eſt fructus hmōi poſſeſsionis, quia nihil pōt in ea vlterius facere, 7.q.2.dilecti. Si aūt in aliquo factus eſt locupletior, puta quia adhuc habet in horreo fructus p̄bendæ, quā poſſidebat, illos reſtituet, vt

in pręal.

In prę̃al.decr.de iure patr. ca literis. nec ꝯ electos hmōi agi pōt
ad depoſitionē,cū electus ſit ab eo, penes quē eſt ptās eligēdi,
vt dictū eſt,& habes expreſsè ſ.de cau. poſ. cū eccleſia, quia ibi
caſſata fuit electio facta à cano. quia facta fuit abſentibus bonę
fidei poſſeſſoribus. ergo ſi interfuiſſent,electio tenuiſſet. & hoc
ipſum eſt dicendū in ſententijs, ꝙ fiunt à bonę fidei poſſeſſori-
2 bus iuriſdōnis,& idē dr̄ in alijs actibus incorporalibus.† Itē no.
ꝙ ſi quis eſt in poſſeſsione ēt violenta, tn̄ ipſe eliget, non ille,
apud quē eſt de iure eligendi ptās,& tenebit hmōi electio, licet
cū conſtiterit de iniqua poſſeſsione,caſſet̄, arg. quia ēt p̄do de-
fendēdus eſt in ſua poſſeſsione,quouſq; cōſtiterit de iniqua poſ
ſeſsione eius,& ille puniet̄, qui eū ſpoliat, vel moleſtat. C.vnde
3 vi,ſi quis,16.q.6.placuit.ĩ de inſti.cū veniſſent. † Sed q̄ro, quid
facient ſubditi debitores hmōi violenti poſſeſſoris? Reſpōdeo,
non reſpōdebunt de iuribus pertinentibus ad dignitatē, quam
violenter poſsidet.nec pōt eꝯqueri hic violentus p̄latus de eis,
qui ſpoliauerunt eū nō reddēdo ſibi debitā obedientiā,vel alia,
arg. ſ.de elec.querelā,quia ipſi nō ſpoliant, cū nō fuerit in poſ-
ſeſsione recipiendi hmōi ab eis, licet fuerit in violenta poſſeſ-
ſione dignitatis cui hæc debentur, quia hmōi violēta poſſeſsio
nō extēditur,niſi ad ea,de quib. fuit in poſſeſsione, arg. ad hoc
C.de peti.hęredi.l.fi. Electo aūt à violēto poſſeſſore & cōfirma-
to oēs reſpōdebunt pp vim cōfirmationis, ſ.de elect.tranſmiſſa,
& arg.ff.de acq.poſ. l.iuſtè poſsidet.ff.quod cū fal.tuto.l.j. Alij
nō approbant,quod dr̄ in fi.huius gl. q̄ incipit, no. & dicunt, ꝙ
ſubditi & debitores dignitatis debēt reſpondere malę fidei poſ
ſeſſori dignitatis de omnib. debitis, nō obſtante exceptione de
iniqua poſſeſsione p̄lati, arg. ĩ.de inſti.cū veniſſent. Sed primi
reſpōdent,ꝙ iudex, cui certū eſt, ꝙ eſt in poſſeſsione, bene de-
bet eū deſcendere in poſſeſsione,quouſq; de iniuſtitia poſſeſsio-
nis cōſtet,vel de proprietate, vt ibi. imo nec ſubditi per violen-
tiā debent malę fidei poſſeſſorē expellere de poſſeſsione, q̃a ſic
incurrerent pęnā cōſtitutionis,ſi q̃s in tantā.C.vnde vi.16.q.6.
placuit. ſed denegare poſſunt ſine violētia tn̄ ea,in quorū ma-
la poſſeſsione erat poſſeſſor.q̃d ſic probatur, quia ſi ſponte ſol-
uant,p̄ſtant malę fidei poſſeſſori cauſam peccādi. Itē non libe-
ratur ſubditus debitor per talē ſolutionē,quin dignitati tenea-
tur,cū non ei,ſed dignitati ſit obligatus, arg. ĩ.de iureiur. cā te,
niſi fortè cū ipſo malę fidei poſſeſſore ꝯxiſſet,quia tunc ex ꝯtū
4 teneret̄. ff.de condi.inſti.ſi vrbana.† Et eſt ratio, quare iudex ali
ter procedere debet,q̄ pars: quia iudex procedit ſm ꝓbata, ſed
pars ſm conſcientiā.vnde dicunt quidā, ꝙ ſecurè poterit tolera
re excōicationē ante,q̄ faciat ꝯ conſciētiā,ĩ.eo.literas.ĩ.de ſen.
excom.inquiſitioni. Fatemur tamen, ꝙ poſſeſſor ꝯ ſtunc deoc-
cantē habet Interdictū,vnde vi,vel cōdi.ex decr. ſ.de elec. que-
relā.nec valebit debitori redituū,ſi offerat ſe ꝓbaturū, ꝙ aduer-
ſarius eſt malę fidei poſſeſſor,quia ēt p̄do reſtituēdus eſt, vt hic.
Sed ſi poſſeſſor nō agat ꝯ hos debitores redituū poſſeſſorio,ſed
officiū iudicis imploret,vt cogantur ſibi ſatisfacere,& ſi hoc ꝓ-
bent,tunc debitores dignitatis poſſunt excipere, ꝙ poſſeſſor eſt
malę fidei poſſeſſor, vt repellant eū.vel ēt ſi eſſet bonę fidei poſ
ſeſſor,non tenerentur de fructibus naturalibus,vel debitis, nec
ēt de induſtrialibus,qui licet fiant bonę fidei poſſeſſoris,tamen
ſi extant,reſtituere tenet̄, Inſti.de rerū diui.§.ſi quis autē,ff.qui-
bus modis vſuſfru.amittatur,ſi vſus.ff.finiū regund.l.4. §.autē.
C.de condi.ea lege.l.mala.C.de rei vendi.certū. Et idē vr̄ in eo,
qui eſt in poſſeſsione eligēdi,quia ſi illi, ad quos de iure electio
pertinere vr̄, eligant eo expulſo ab ea poſſeſsione, duplicē viā
habet procedendi ꝯ eos. Vnā,vt intentet petitoriū, petendo caſ
ſari electionē factā ab eis, & tunc habet locū,non debuiſti voca
ri, nec eligere,imo nos,quia mala fide eras in poſſeſsione. Sed ſi
agat poſſeſſorio petens ſe reſtitui ad poſſeſsionē eligendi, qua
ſpoliatus eſt,nō admittetur exceptio p̄dicta, arg. hic, ſicut nec
de proprietate, ſ.de ordi.cog. c.vlti. imo ad ſuā poſſeſsionē re-
ſtituetur.& ſi talis poſſeſſor eligat ꝯ electū petentē cōfirmatio-
nē,excipiet̄, ꝙ nō debet eius electio cōfirmari, cū facta ſit à ma
lę fidei poſſeſsoribus, vt ĩ.de iure patr.cōſulta.itē ſi primus ele-
ctus ab his,qui ius habēt,petat cōfirmationē,& excipiat̄ ꝯ eū,ꝙ
nō debet cōfirmari,quia facta eſt à nō poſſeſsore, replicabitur,
quia ab eo fieri nō debet, cū eſſet malę fidei poſſeſſor. nec eſt
verū, ꝙ per reſtitutionē datā poſſeſſori prima electio facta ab
his,qui ius habent,ſit irrita,nec irritanda. Sufficit.n.poſſeſſori,
ꝙ in priſtinā poſſeſsionē reſtituatur. ff. de vi & vi arma. l.j. §.q
vi,& §.ſequēti.alij tamen ꝯdicunt.& idē vr̄,ſi nō erat in poſſeſ-
ſione eligendi ſolus, ſed in creſſendi electoris, & eligendi vnà
cū his,qui elegerant. Nā & hic,ēt ſi agatur poſſeſſorio,nō caſſa-
bitur prima electio, q̄ nō debet caſſari, niſi de iure electi inqui-
rat̄,& poſſeſſor tn̄ reſtituet̄ ad poſſeſsionē iuris, alias electores
punieni in expēſis,& ad intereſſe,& ēt aliàs officio iudicis. Sed
5 in hoc multi ꝯdicunt.† Itē no. ꝙ ſi poſſeſſor alicuius adminiſtra
tionis agat noīe ſuę adminiſtrationis, ſiue petitorio, ſiue poſſeſ
ſorio,ſemper pōt excipi ꝯ eū,licet tu ſis in poſſeſsione,tamē nō
es canonicè inſtitutus. Quod ſic probat̄, ſnīa lata ꝓ reo in hoc
caſu non paret ei exceptionē rei iudicatę ꝯ verū pręlatū, ſi po-
ſtea agetur: ergo cū eo nō debet procedere actor. nec eſt ꝯ ff.de
peti.hæredi.ꝙ ſi poſ.quia ibi poſſeſſor nihil ſoluit, ad quod hæ-
res nō teneretur: vnde nō habet,de quo q̄ratur, quia ēt inuitus
pōt liberari. ff.de neg. geſt.ſoluēdo. ſecus aūt in confirmatis, vt
no. ſ.de elec.nihil. Itē no.ꝙ licet dicatur quis poſſeſſor actionū.
ff.de peti.hære.ꝙ in dic̄.§.ſi. nunquā tamen pōt poſsidere quis
actionē,niſi ille,cui de iure cōpetit, quia aliter nō agitur ſuo no
mine,& ſi alieno noīe agit,nō poſsidet.[Prius.]C.de rei vendi.
ordinarij. C.de inter dic.incerti. Si vero agat̄ de proprietate, &
violentia,prius de crimine aget̄.ff.de iudi ſi de vi.ff.de pu.iu.q
te.§.j.Si vero de poſſeſsione,& de crimine agat̄, prius de poſſeſ
ſione,q̄ de crimine q̄retur. ĩ.c.proxi.de poſſeſsione rei corpora
6 lis,qualiter acquirat̄,ſatis plene no.in ſumma,de acq.poſ.† Poſ-
ſeſsio autē iuriū incorporaliū ferè eodē modo acquiritur,ſicut
corporaliū.ſ.corpore,& animo.ff.de acq.poſ.l.j.reſpō.& l.poſ
ſidet.j.reſpō.§ quibus,& ſi pe lit miſsio in poſſeſsionē iuris in-
corporalis inducendo in rē corporalē.ff.de vſuſru. l.4. in prin.
nā ſi quis vult dare illi poſſeſsionē decimarū, debet eū induce-
re in poſſeſsionē fundi decimalis, & apprehenſa vna gleba fun
di decimalis,ĩ poſſeſsionē decimę totius fundi inductus vr̄, dū-
modo ſit glebę apprehenſę cōtiguus,& nullus alius partē eiuſ-
dē fundi poſsideat.ff.de acq.poſ. poſsideri. §.j. q̄dam tamē iura
incorporalia ſunt,in quibus dr̄ acquiri generaliter poſſeſsio, &
ſi cuiuslibet partis ēt diuiſæ poſſeſsio no apprehendat̄, ſicut eſt
in iure canonicali, cū poſſeſsio apprehendat̄, ſi cui dat̄ ſtallū in
choro,& locus in capl'o,& hoc ſatis innuitur ſ.de renun. cum
iuter,& ĩ.de p̄ben.dilec.j.& c.dilecto. Et poſſeſsio iuris p̄bēda-
lis apprehendit̄, ſi aſsignet̄ p̄benda ei ēt verbo ſolo, vel do, vel
aſsigno tibi talē p̄bendā,arg. p̄dictarū decre.dilectus,& dilecto.
& ſ.de reſcri. cā te, & in multis alijs c. ſed ſi quis bene attēdat,
nō inueniet ibi, ꝙ per talē aſsignationē tradatur poſſeſsio. fa-
temur tamen,ꝙ ſi alicubi eſſet cōſuetudo, ꝙ in ſignū traditio-
nis, alias receptionis poſſeſsionis iuris p̄bendalis daretur aliq̄d
ei,cui debet aſsignari p̄benda, ſiue pecunia, ſiue aliquid aliud,
ꝙ bene ſic acquiritur poſſeſsio,arg. ſ.de conſuetu. c.2. nā ſi per
tales fictiones cōceditur poſſeſsio iuris corporalis, vt ibi dr̄ ex
7 vi ꝯſuetudinis, multo fortius iuris incorporalis.† Credimus au-
tē,quod hodie de generali cōſuetudine, q̄ pro iure eſt ſeruāda,
obtinet quod poſſeſsio generalr̄ iuris ep̄alis, vel Archidiacona
tus,vel cuiuſq; alterius dignitatis acquiritur per inſtallationem
eius factā in ſede,vel loco deputato dignitati eius,arg. p̄dictarū
decre. dilectus,dilecto,& c.inter.ſi autē nō deputata ſunt aliqua
loca,vel ſtalla iſtis,dicimus, ꝙ per huiuſ inſtallationes nō acq-
retur poſſeſsio.Itē ſi ſint deputata,ſed loca illa prohibent̄ eis aſ
ſignari,licet alia loca illorū aſsignēt̄ eis,nō credimus poſſeſsio-
nē acquiri, niſi aliter ſe haberet ſpecialis cōſuetudo: nā cū hæc
ſint inducta p̄ter ius,nō ſunt extēdenda.ff.de leg. & cōſtie. ꝙ ꝯ.
alij ꝯdicunt. Itē hoc intelligo verū, ꝙ acquirit̄ poſſeſsio per hu
iuſmodi inſtallationes,vt fiūt per perſonas ad hmōi deputatas,
ſ.de offi. Arch. vt noſtrū, ĩ. de p̄bē.dilecto. Itē generaliter quę-
rit poſſeſsionē iuris canonicalis, vel cuiuslibet alterius, ſi vta-
tur aliquo iure canonici,intendens vti generaliter, & hoc ſciat
aduerſarius,vt no. ĩ.de capel.mo.dilec. in gl.ſ.recu. & de poſtu.
8 bonæ, gl.quare eū. † Itē dicunt quidā eū acquirere poſſeſsionē
iuris canonicalis & p̄bendalis,ſi apprehendat corporaliter poſ-
ſeſsionē caſtrorū,villarū,& fundorū pertinentiū ad p̄bendā, &
ſi legit, & cantat,ſicut canonici alij faciunt, vel facere debent.
alij idē dicunt de apprehenſione iuris ep̄alis, vel cuiuſcunq; di-
gnitatis: ſed tn̄ hoc caſu non intelligunt poſſeſsionē ad alia ex-
tendi,niſi ad ea,q̄ occupauit,vt ſi occupauit hunc fundū de prę
benda,hunc fundū poſsideat, & non alios, & per electionē ſuā,
& cautū ſit in poſſeſsione legēdi, & cantandi, & non aliorū iu-
riū canonicatus, nec per hoc erit in poſſeſsione iuris canonica
lis ſimpliciter,ſed cū adiectione poterit dici ipſum eſſe in poſſeſ
ſione iuris canonicalis quo ad poſſeſſa ſpecialiter. & idē dicūt
de alijs iuribus,vt ep̄alibus, & hmōi. Vnde ſi talis ſpoliet̄, non
peteret reſtitutionē poſſeſsionis,niſi quātū ad illos actus, quos
poſſedit. hoc nō placet,quia nō credimus, ꝙ ratione poſſeſsio-
nis iuris canonicalis, vel cuiuſcunq; alterius poſsit aliquis pe-
tere reſtitutionē alicuius rei,niſi primo probet ſe aliquo prædi
ctorū modorū fuiſſe in poſſeſsione illius iuris, ſicut diximus in
vxore. ĩ.eo.ex parte,credimus tamē, ꝙ ſi aliquis vtitur genera-
liter in omnib. quæ occurrunt facienda ſm morē ſuæ dignita-
tis,iure ep̄ali,vel canonicali, vel ꝯſimili,ꝙ illi, qui cū eis ꝯhūt,
vel ſoluunt debita eis,ꝙ liberantur, & excuſantur. ff. ad Mace.
l.3.ſ. de iud. cū deputati. alij tn̄ ꝯdicunt. Iſti q̄diu ſunt in poſſeſ
ſione,tuendi ſunt in ea. ĩ.de inſti.cū veniſſent.item eis reddendi
ſunt fructus caſtrorū, & villarū,quas poſsident,quia cōmodum
poſſeſsionis eſt habere fructus. Sed ſi à poſſeſsione caderēt, nō
habent aliud remediū,vel ad minus æquè bonū, niſi petere re-
ſtitutionem

ſtitutionem dictarũ rerũ, dũmodo non ſint ſacræ, vel ſpiritua-les, & agatur proprio nomine tanquã ſpoliati poſſeſſione iuris canonici, vel alterius talis, & nõ iuris canonicalis in pdictis ſpecialiter, & ſic põt intelligi hoc, nã de iure proprietatis agere nõ põt, niſi probaret titulũ ſ. ſe legitimè inſtitutũ in canonicũ, nã cũ non ſit in poſſeſſione, & ſit actor, ſibi incũbit probatio, qa ei, qui dicit, incũbit probatio. C. de proba. actor. Sed alijs, qui oĩtũr auctoritate ſuperioris, & ius habent in dignitate, vt ſunt cõfirmati, nõ eſt vtile proponere interdictũ recu. poſ. ſuo nomine ad recuperandã poſſeſſionẽ rerum ablatarũ, q̃ ad dignitatẽ pertinent, quia nõ poſſident pertinentia ad dignitatẽ noĩe ſuo, ſed noĩe dignitatis: nomine ergo dignitatis, q̃ eſt expoliatio, intẽtet poſſeſſoriũ, vel petitoriũ. Si tñ vellet ſuo nomine petere reſtitutionẽ poſſeſſionis in genere iuris canonicalis, vel cpalis generaliter, & in genere, bene faceret, quia illud in genere poſſidet nomine ſuo tñ, & quia ſpoliator ipſum ſpoliare intẽdebat, non eccleſiã. ŝ. de can. poſ. cũ ſuper. tñ ad hoc, vt poſſit petere reſtitutionẽ poſſeſſionis generaliter, oportet ꝙ ſuperioris auctoritate eius. ſ. ad quẽ pertinet ex officio, habuerit poſſeſſionẽ generalẽ dignitatis. ſ. per inſtallationẽ, vel aliũ modũ cõſuetudinariũ, vel ẽt ſnĩam, vt hic, & ĩ. ſequitur, & no. ĩ. eo. ex parte, & ŝ. de poſſu. bonæ. Alij aũt miſſi in poſſeſſionẽ generalẽ auctoritate ſuperioris, ſed nõ cõfirmati, petunt reſtitutionẽ generalẽ iuris ptinentis ad dignitatẽ ſuã noĩe ſuo, quia illud in genere ſno] nomine poſſident, ſed reſtitutionẽ ſpiritualiũ iuriũ iſti ſuo nomi-

9 ne petere nõ poſſunt, cũ illa noĩe eccleſiæ poſſideãt. †Poſſeſſio autẽ eligendi non vr poſſe q̃ri, niſi eligat, & ab eo electus habeatur pro electo ab his, qui ptãtem habẽt eligẽdi, vel ad minus eis ſcientibus patiantur eũ eẽ in poſſeſſione eligendi ſuſtinendo electũ ab eis, vel ad minus non ꝯdicẽdo altero illorũ modorũ, quos ŝ no. de in integ. reſti. c. 2. ſi. o. alijs poſſidentibus, ſed eo ſcientibus eligant, vel alterius iuris poſſeſſionẽ acquirant, vel aliud faciant, nõ acquirunt poſſeſſionẽ, q̃ non amittit, niſi eis ſcientibus, & de recuperatione deſperãtib. ff. de acq. poſ. clam.

10 §. qui ad nundinas. †Contra alios autẽ, qui fortè habent eũ pro electo, nullã poſſeſſionẽ acquirit, cũ nullus actus corporalis interueniat in hoc: quia ſeruant ſnã excõicationẽ, & actus corporalis neceſſarius eſt in acquiſitione poſſeſſionis. ff. de acq. poſ. l. j. §. j. rñſo j. & l. poſſideri, & l. quẽadmodũ. C. de acq. poſ. licet. Idẽ dicimus in multis alijs iuribus, vbi nõ eſt facilè ſub ſpecie, vel forma corporaliũ rerũ acquirere poſſeſſionẽ incorporaliũ.

11 †Poſſeſſio aũt iſtorũ iuriũ amittitur, vt quidã dicunt, eiſdẽ ꝯrijs modis, quibus acquiritur, puta ſi deinſtallet, & alijs ſimilib. modis, quibus acquirit, & eorũ ꝯrijs. & nos hæc fatemur, dũmodo deinſtalletur per eũ, qui ſuper hoc auctoritatẽ habet, vt ĩ. de ꝑb. in Lateranen. vt fit. qñ ſacerdos degradatur, vel miles. ff. de his, qui no. infa. l. a. §. ignominiæ, ar. ad hoc, ꝙ qñ ſacerdotes, & alij clerici deponunt, eadẽ eis auferunt in depoſitione, q̃ dantur in ordinatione, 2 a. diſt. ſubdita, & c. ſeq. 10. q. 3. cp̃i. Sed ſi alius, ad quẽ non pertinet ex officio ſuo, eũ deinſtallaret, vel quid ſimile faceret, non crederẽ eũ amittere generalẽ poſſeſſionẽ iure dignitatis, ſed tñ illius loci, vnde fuit deinſtallatus, & illius loci tñ petere debet reſtitutionẽ, arg. ŝ. de rcoun. cũ inter. & c. ſupplicationẽ. nec obſtat ſi dicas, ꝙ per vnũ actũ corporalẽ auctoritate ſuperioris habitũ intelligatur acquiſita poſſeſſio omniũ aliorũ: magis. n. extendi debet poſſeſſio data legitimè, q̃ expoliatio facta iniuſtè. & credimus, ꝙ in omnibus alijs niſi ĩ illis, in quibus expoliatus eſt, poſſeſſionẽ retinebit. Et credimus, ꝙ hoc ipſo, ꝙ inductũ eſt cõſuetudine, ꝙ poſſeſſio auctoritate ſuperioris facta extendaĩ, hoc ipſo eadẽ cõſuetudine inductũ vr̃, ꝙ ſpo-

12 liatio legitimè facta auctoritate ſuperioris, ſiĩr extendatur. †De poſſidentibus autẽ ſine auctoritate ſuperioris certũ eſt, ꝙ eodẽ modo amittunt poſſeſſionẽ, quo acquirũt, arg. ĩ. de reg. iu. omnis. iuris autẽ canonicalis & aliorũ incorporaliũ poſſeſſio q̃ritur, ſi quis eis vtatur generalr̃, patientibus his, qui poſſidẽt, vel quibus ꝑiudiciũ generatur. ff. de pub. ſi ego. §. j. & ff. de ſeruitutibus, quotiẽs. ſed ſi in aliquo ei ꝯdicitur, nõ acquirit poſſeſſionẽ iuris canonicalis, ſed alicuius iuris ſpecialis poſſeſſionẽ q̃rere poſſet. Illud aũt non placet, ꝙ intrãdo poſſeſſionẽ fundi decimalis poſſeſſionẽ decimæ q̃rat, niſi vtaĩ, arg. ff. de acq. re. do. ſeruus. §. incorporalis. ff. de act. emp. ratio. §. ſi inter. nec ꝯdicit. ff. de vſufru. l. 3. in prin. quia ibi expreſsè ponit, ꝙ vti debet. Itẽ vſufructuarius naturaliter poſſidet fundũ. ff. de acq. poſ. nãlr̃. & l. poſſeſſio, in pñio. nõ aũt ſic poſſidet decimarius, vel habẽs

13 ſeruitutẽ. †Ep̃i aũt, & alij Prælati, & ẽt alij clerici ſuo noĩe nãlr̃ poſſident ſuarũ dignitatũ, vel ꝑbendarũ poſſeſſiones, & caſtrorũ, quorũ corporalẽ poſſeſſionẽ habuerũt, & pro iure, qđ in eis habent, proprio noĩe tñ. Et inde eſt, quod vnus clericus ꝯ aliũ clericũ agit noĩe ſuo de poſſeſſionibus, quas vterq; confitetur eiuſdẽ eccleſię eſſe, ſed quilq; dicit ad ſe ratione ſuæ ꝑbẽdæ, vel dignitatis pertinere, ĩ. de prob. ex literis. ŝ. de cau. poſ. & propr. cũ ſuper. noĩe autẽ eccleſiarũ ſuarum ijdẽ ꝑlati, & clerici eaſdẽ

3 §.prohibet.† Itē acta forenſia, vel iudicialia computãt aliq cō- munia, quæ fiunt corā iudice, vel alijs publicis perſonis, vt emã cipationes, proteſtationes, & huiuſmodi, ſupra de oſ. or. paſto. §.ſi.C.de an.exceptio.vt perſectius. & eſt expreſſum C.de iu cū ſpeciali.ē.de procu.c.j. alij tamē dicūt ɔ̃. ſed quicquid dicaē, tñ ex cauſa iudex ex ſuo offi.ca præcipiet exhiberi. C. de eden.l. j. vel actione in factū.ff.ad exhi.l. 3.§.pen.hoc autē potiſsime at- tendet iudex, vt aduerſariū non cogat exhibere ſua inſtrumēta, niſi ex magna cauſa, vt hic, ſed alius facilius cogetur ad exhibē- dū, & ſic loquitur lex præallegata ff. ad exhi.l.3. §. pen. ſi autem inſtrumentū petatur alterius, i. rei, vt inſtruaē, non licet, qa non licet intentionē alicuius ex alterius inſtrumētis fundari, vt hic. C de eden.l.vlti.& ar. C.de teſti.nimis graue. ſi autē non vt in- ſtruatur ad probationē, ſed vt videat poſtq̃ productū eſt, ſi ſit ve rū, vel falſum, facienda eſt editio etiā in prīcipio cauſæ ſine die & conſule.ff.de eden l.j.§.rationes, & §.edendā, niſi cū nomi- ne fiſci agitur.ff de iure fiſ.nec quicquā. Item ſi quis in libello, vel poſitionibus facit mentionē de aliquo inſtr̄o ſuo, non alte rius, ſatis pōt dici ad oſ.iud.pertinere, vt illud etiā ante li.cont. vel reſpōſionē faciat exhiberi, ar.bo.C.de eden.l. ſi. ar.ad hoc, qa ſine eorū inſpectione non pōt plene deliberare.arg.ff. de e- den.l.j.in prin.& hoc intelligo verū, ſi ea hēt in præſenti, alioqn
4 non obſtante ꝙ non exhibet, procedeē in cauſa.† Et no. ꝙ ſi pē- lite petuntur exhiberi inſtrumēta ad ipſam litē pertinentia & ɔ- munia, iudex in omnib. cauſis mediãte ſuo officio pediſſequo iubebit exhiberi, ſicut ſi nulla lite mota petatur editio, iuberet ea exhiberi p actionē ad hoc congruā, vel p officiū, quod vicem actionis obtinet, ſupra de oſ.iudi.c.2.& no. ꝙ actio ad exhi. ha- bet locū, vbicunq; mea intereſt exhiberi ratione iuris, quod in ea habeo, vel in ea peto, ſiue vt vendicē, ſiue vt præſtē. ff. ad ex- hi.l.3.§. ſciendum. ſed editio inſtrumentorū, quæ etiam eſt ad probandum intentionem meam, non fit, quandocūq; mea in- tētio eſt ad probādum, quia graue eſſet probationes ſuas apud aduerſarium ſuum requirere. ff ad exhi.l.pe. & l.ſi liber homo.

CAP. II.

Sicut conſuetudo. [Cōſuetudinē] vt po- te oneroſam. [Conſue tudinem] fallit in eo, q accuſatur de eo, ꝙ accepit a- liquid, vt ſenteētiam ferret. In Auth. vt iu.iu. col.9. j. reſponſio. Item vbicunque aliquis etiam poſtquàm nihil proba tum eſt contra eum, tamen ipſe remanet infamatus. infra de teſti. tam literis. infra de pur. ca conſtituris, & per totum. Item vbi ſemiplenè probatum eſt, ſupra de procu. ex inſinuatione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt clerici pro ſuis præbendis agere, & conueniri.*
2 *Si procurator eccleſiæ, & præbendarius concurrant, præfertur præbenda- rius in agendo.*
3 *Termini antiquitus poſiti, vel de nouo in actione ſi.reg.obſeruari debent.*

CAP. III.

1 Ex literis. [Controuerſiā.] † No. clericos pro p̄- bendis ſuis poſſe agere, & conueniri. nā vſufructuarij ſunt, q agere poſſunt. ff.ſi.re.l.4.§.fi niū.& hoc intelligo, ſi habeat ex cōſuetudine, vl ex ɔſtitutione, vel ab ep̄o, vel alio iudice ordinario poteſtatē mi- niſtrandi, & hãc reputo legis adminiſtrationē. C.de iur. ca.l.2. §.2.immo plus dicimus.ꝙ ſi generalē adminiſtrationē tñ a do mino quis habeat, rem in iudiciū deducere pōt.ff. de pac. nã & neceſſe. [Fundi] non poterat agere interdicto, vti poſ.quia alius occupauerat, vt hic dicit, & ideo agēs poſſeſsionē amiſerat, qua re interdictū vti poſ. ibi cōpetere non poterat, ex quo non poſ- ſidebat. ff. vti poſ.per totū.nec vnde vi, cū non fuerit ſpoliatus, ſed forte a principio ſine violētia intra terminos alterius p̄bē dæ fundū occupauerat.nec rei ven. cū non eſſet ſuæ proprieta- tis ſed eccleſiæ. ſed nec nomine eccleſiæ agere poterat, cū ipſa poſsideret æqualiter oēs præbēdas.& hæc ratio ſufficiēs ē, qua- re etiā interdictis ſuperiorib. non egit, vt no. infra de teſta. rela- tū, in prin. tamē forte poſſet dici, ꝙ poſſet agere nomine præbē dæ ſuæ, ſicut Abbas agit tñ nomine ſuæ dignitatis, cū habet bo na diſcreta a ɔuentu ſuo.ē de reſcript.odoceri. & expedit tantū agere nomine præbēdæ ſuæ, qñ agitur ɔ̃ canonicos, vel alios, q nomine eccleſiæ ſe dicūt poſsidere, vel ius habere, ɔ̃ alios autē extraneos, q non vtunē iure eccleſiæ, melius vr̄ agendū nomine eccleſiæ. ſed tūc ſi dicit nomine eccleſiæ velle agere, oportet ꝙ habeat procurationē canonicorū, vel præpoſiti, quorū noīe a-
2 gitur. † Sed dices, quomō aget noīe præbēdæ, cū præbenda ni- hil habeat, vel poſsideat? Reſpōdeo, imò hæc præbēda pōt ha- bere iura ſua, & poſſeſsiones, ſicut ep̄atus, abbatia, hoſpitale, vr̄ quæcūq; alia domus, vel dignitas, vel adminiſtratio. & ſi ſimul ɔ- currant & procurator eccleſiæ, & ipſe præbendarius, vr̄ ꝙ præfe rendus eſt præbēdarius in agendo, de hoc no. de teſti.ſpo. olim
3 cauſam. † [Fundi]. i. tibi in præbendā aſsignati. in actione enim ſi.regun.venit, vt termini antiquitus poſiti, vel de nouo ab eo, q partē habuit, obſeruētur. ff. ſi.regun. in finalib.eos. Et ſatis di- cimus poſſe dari inter p̄bendarios ad ſimilitudinē vſufructua- riorū.ff.ſi.regun.l.4.§.finitū, arg.ff.cōt diui.l.cōmuni diuidū.§. cū de vſu.ſed & proprietati hæc qō cohæret.C.ɔmun.di. ſi quis ſup. ſi ergo qñ petuntur termini poſiti, dubiteē quis poſsideat, vel cuius ſit proprietas, ſup eo recipienē probationes, vt hic, & in legibus prædictis. [Vtraque]. ff.de iu.in tribus, & l.ſed cū am bo. [Sibi] no.iudici faciendā fidem. j̃. de teſti.in noſtra. [Promptiora]. ff.de act.& obli. Arrianus.50.di.pōderet.ff. de pœnis, re ſpiciendū.26.qō.7. tempora, argu.ɔ̃.ff.de oſñ.præ obſeruandū. 28.diſt.quia.81. di.tantis. [In liberali] & in querela inofficioſi. ff.de inoſ.teſta.ſi pars, & in cauſa matrimoniali, 33.q 3.j. ſi quis ac. [Cautum ſit]. ff.de prob.in excep.C.de præſcri.30.an.male.

CAP. IIII.

Propoſuiſti. [Aſpectum] ſecundum canones non eſt melior probatio.27.quæſtio.j.nec aliqua.

SVMMARIVM.

Negatiua an dicatur directò, vel indirectò probari, an verò præſumptio- nes tantum dicantur probari, quibus ſtatur, niſi probetur contrarium.

CAP. V.

Tertio loco. [Dixerūt] no.indirectā probatio- nē. ſi, infra de teſtib. ex tenore. ſu pra de elect.bonæ memo 6.q. vlt. actor. ſupra de re- nun. ſup hoc. [Inter fratres] infra de teſtib. veniens. [Vnanimiter] no. p̄bari negatiuā. potes dicere nō probari dire- cto, ſed indirecto ſic. vel dic nō p̄bari negatiuā, ſed præſumptio- nes eſſe pro negatiua, quib. ſtatur, niſi probeē ɔ̃, vt alias no.& p- babiliter pōt dici, ꝙ vbicunq; agitur de falſitate inſtrumēti, per eos qui ſcripti ſunt in inſtrumēto, probatur, vel improbatur fi- des eius, ar. j.de fide inſtru.cū Ioannes.C.de fal.vbi. idem dici- mus & ſi non ſint ſcripti, ſed nomine aliquorum nō inſcripto- rū dr̄ falſum inſtrumentū, vt hic, & j. de teſti. tam literis, in fin.

SVMMARIVM.

Contractum quod eſt, difficilius diſſoluitur quàm contrahendum: tamē vtro bique diſcretus iudex ſtabit melioribus probationibus.

CAP. VI.

Iurauit. [Priori] ɔ̃. j.de re iudi. tenor. Sol. hic, qñ agitur de ɔtrahendo, quod facilius diſ- ſoluitur, ibi de ɔtracto, quod difficilius ſeparatur, infra n.j.licet ex quadā, & j.de eo, qui cog. conſang. vxo. ſuæ, ſuper eo. tamen vtrobique diſcretus iudex ſtabit meliorib. probationibus, Auth.de teſtib.§.quia vero, col.6.

SVMMARIVM.

1 *Literis principum, nedum epiſcoporum fides adhiberi debet.*
2 *Scripta publica manu facta valent etiam mortuis teſtibus ſubſcriptis.*
3 *An teneat, quod fit a procuratore excommunicati.*

CAP. VII.

1 Poſt ceſsionem. [Standū eſt.] † No. credi literis epiſcoporū. 11.q. 3. curæ. 14.q.3.ſtatuimus. 18.di.de conci. infra de fide in ſtru. ſcripta. j.de appel. perſonas.20.q.j. vidua: imò vi- detur, ꝙ alieno ſigillo poſsint ſigillare literas ſuas, inſtitu.de te- ſta. §. poſſunt autē. & non ſolū literis epiſcoporū, ſed & aliorū principū creditur, ſi hoc habeat ɔſuetudo. j.de fide inſtru. cū di- lect. Sed ɔtrā, vt ne voci eorū non crediē.6.q 2. ſi tantū, quomo do ergo literis? argu.infra de teſtib. cum tu. argu. ff.de cuſto. & exhi. reo. diuus. nec ſcripturis teſtiū alias tabellionū creditur, niſi habeant ſubſcriptionē teſtiū, Auth.de hære. & Fal. §.ſanci- mus, arg.ſupra de procu.c.j.Auth.de inſtru.cau.§.ſed neque, & §.ſed quia. hic dicit ſigillū epiſcopi obtinet vicem publici īſtru menti, vnde eſt ei credendū. Alij dicunt, quod non crediē char- ſis epiſcoporū, niſi redactæ ſint in publicā formam, argu. Auth. vt nulli iud. §.ſi vero. C.de dona.in don.niſi in locis, vbi nō eſt vſus tabellionū, vbi creditur, ſi habent ſubſcriptionē teſtiū. 56. q.3.§.pōt.& hæc vera ſunt extra iudicia.in iudicijs autē non cre ditur, niſi ſcripta ep̄i ſint facta per notariū, vel per duos ſcripto- res non notarios. j.e.quoniā.& eſt ſpeciale, quod in iudicio cre ditur notario ſine ſubſcriptione teſtiū, cū ſit alias ſecus, Aut. de
2 hære.& Fal.§.ſancimus.† Item hoc ſcias, ꝙ ſcripta publica ma- nu facta, vel authētico ſigillo ſigillata & mortuis ſubſcriptis te- ſtib. valent, ſecus autē de alijs. j̃.de fide inſtru. ſcripta. [Per lite- ras] dicunt quod hodie non crediē talib. literis in tñ, ꝙ vitenē in iudicio. j.c.qm̄. nec eſt ɔ̃.11.q.3.curæ, quia ibi non dicit, qđ vitentur in iudicio, ſed in eccleſia, qđ non eſt ei præiudiciale, ſed
3 medicinale.11.q.j.multi.† [Procuratorē] ſed quicquid tū pro curator in iudicio fecit anteq probareē conſtituentē excōmu- nicatū fuiſſe, tenet, qa teneret quicquid ipſe ante excōmuni. fe ciſſet. j.de excep pia. extra iudiciu autē non tenet, qđ facit excō municatus, anteq̃ probetur ſibi excōicatio, niſi ſicut poſtq̃ eſt ſibi probatum. de hoc no. ā.de procu.conſulti. ē.de do. & con- tu. veritatis. infra de excep.cap.penul. [Admittendum] & hoc ea ratione, quia per exceptionem elidi poteſt illa procuratio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Nunquid ſi vnus hæres adiuit hæreditatem, an poſſit alius eandem adire hæreditatem.*
2 *Petitio hæreditatis competit ad proprietatem recuperandam.*
3 *Res & iura pertinentia ad præbendã non vacant, licet præbenda ius vacet.*
4 *In ingreſſu monaſterij omnia iura transferuntur in monaſterium.*
5 *Minor 25. ann. ingrediendo monaſterium alienat ſua bona etiam ſine curatore, & decreto.*
6 *Bona ingredientis monaſterium cui applicentur.*
7 *Monachi teſtamentum quando rumpatur.*
8 *Ingreſſus monaſterium fingitur non ſolum decedere cum hærede, ſed etiam cum liberis.*
9 *Verbum teſtis ambiguum interpretatur pro eo, contra quem producitur.*

CAP. VIII.

IN præſentia. [Bona] quicquid diceret teſtator nõ potuit filiũ grauarẽ poſt
pubertatẽ in debito bonorũ ſubſidio, vnde male pe
tebant patrui eius, q omnia petebant. [Et petebant]
petitionẽ hæreditatis intentabãt. ſed nituntẽ ex teſtamẽto pa-
tris, q inſtituit eos hæredes filij ſui impuberis, & eũ impuberẽ
deceſsiſſe dicũt. vel melius dic, ꝙ agebãt actione ex teſtamẽto,
3 vt no. ĩ. de teſta. Raynaldus.† [Petebat] not. ꝙ licet vnus hæres
adiuerit hæreditatẽ pro toto, vel pro parte, & licet ꝑ multos di-
es, vel annos ſe geſſerit pro hærede, nihilominus tñ alius põt a-
dire eã ſola volũtate pro toto, vel ꝓ eadẽ parte eandẽ hæredi-
tatẽ. ff. de acquiren. hære. l. pro hærede, & oẽs res hæreditarias,
q̃ nõ ſunt ꝑ aliũ occupatæ põt accipere. verũtamẽ ſiue primus,
ſiue ſecũdus nõ habeat ius, cõtra non habentẽ ius ad recuperã-
dam poſſeſsionẽ rerũ male occupatarũ interdictũ competit de
adipiſcẽda poſ. ſ. quorũ bonorũ, ff. quorũ bonorũ. per to. vel edi
ctũ di. Adri. C. de edic. di. Adr. l. fi. vel actionẽ ĩ factũ ad ſimilitu
dinẽ actionis expilatæ hæreditatis. ff. de cri. expi. hæ. per totum,
vel condictione ex l. conquerebatur. C. vnde vi, ſecundũ quoſ-
2 dã. † Ad proprietatẽ autẽ recuperandã competet petitio hære-
ditatis. ff. de peti. hæredi. regulariter, nec vr̃ tranſire poſſeſsio re-
rũ hæreditariarũ ad hæredem, niſi cũ ſingularũ poſſeſsionẽ na-
ctus fuerit per ſe, vel per aliũ, ff. de acquir. poſſ. hæredes, nec eſt
cõtra ad Treb. reſtitutio, & l. ex facto, in prin. quia ius non dicit
tranſire poſſeſsionẽ, ſed dominiũ, & ſi vnus dicit ſe eſſe in poſ-
ſeſsione, & alius dicit eũ non poſsidere, ſi nõ eſt timor armorũ,
permittatur vterq; ire ad occupandã poſſeſsionẽ vacantẽ, & q
præuenerit, ille in ea defendetr de iure, donec alius de iure ſuo ꝓ
bet: ſi autẽ eſt ibi timor armorũ, cõpeſcat eos iudex, & ĩhibeat,
ne aliquis eã priuatim intret. ff. de vſufruc. ſi cuius. §. ſed ſi. & o-
nus probãdi illi incũbet, q dicit ſe poſsidere. ff. de proba. l. a. &
eodẽ mõ prohibebit iudex, ſi neuter dicit ſe poſsidere. ſed ſi v-
terq; cũ animus feſtinat accipere poſſeſsionẽ, & tunc fructus ha-
rũ rerũ a nemine poſſeſſarũ tenebũtur & ſeruabuntur, ſicut fru-
ctus iacẽtis hæreditatis. & hoc verũ ẽ, qñ dubitabitur, ne ſimul
cõcurrant. ſed qñ certũ eſt, ꝙ vnus aliũ præuenire põt, nunq̃ eſt
impediendus, vel ẽt ꝓhibendus ingredi poſſeſsionẽ: ſed alius ẽ
prohibẽdus a moleſtatione primò ingreſsi. poſtq̃ autẽ ſemel ꝓ
hibitus fuerit, vel verbo, vel facto, non vr̃, ꝙ poſtea liceat alicui
iſtarũ partiũ, vel ẽt alij, cũ illi fuerint primo ingreſsi illam poſ-
ſeſsionẽ, ingredi nec publice, nec priuatè, quouſq; lis ſuꝑ poſſeſ
ſione, ſiue ſuꝑ proprietate hæreditatis dirimatr̃ per iudicẽ: diri-
metr̃ autẽ hoc mõ, q a iudex, q prohibuit ingreſſum illius poſſeſ
ſionis ex officio ſuo, de plano, & ſine libello cognoſcet qs poſ-
ſidet, quãdo vterq; dicit ſe poſsidere. ff. de lib. cauſa. liberis. §. ſi.
hoc dixit H. alij tñ dicunt, ꝙ ordinarie tñ audiendi ſunt ſuꝑ in-
terdicto ff. vti poſsi. l. j. §. huiuſmodi. ſed ſi neuter dicit ſe poſsi-
dere, ſed tñ vterq; primo adire vult, tunc primo dẽt cognoſce-
re inſpecto teſtamẽto quis hẽt potiora iura, C. de edi. di. Adri. l.
3 fin. † In præbẽdis etſi ſecus eſt, q s licet vacẽt poſſeſſore, non tñ
quilibet volens eas occupare admittẽdus eſt, q a licet præbẽdæ
ius vacet, res tñ & iura ptinentia ad præbendã non vacãt, immo
poſsidentr̃ ab eccleſia, etiã dũ viuit præbẽdarius, q a poſsidet il-
la noĩe eccleſiæ, de hoc no. ĩ. eo. ex literis. itẽ præbẽdæ nõ ſunt
occupãdæ, ſed auctoritate ſuperiorũ legitime conferẽdę. [Mo-
leſtatione.] itẽ de ea moleſtatione agitur, q̃ fit extra iudiciũ, nõ
de ea, quæ fit in iudicio, ſupra de elect. cũ eccleſia. ĩ. c. proxi. ĩ fi.
4 † [Petebat] 9 hos cõpetunt actiones eędem, quę cõpeterent pue-
ro, q ingreſſus fuit monaſteriũ, cũ ingreſſu monaſterij oĩa iura
ſint in monaſteriũ translata. 19. q. vlt. ſi qua. Sed ſi poſtq̃ in mo-
naſteriũ translata ſunt iura ingreſsi, & tunc ẽt hẽt ordinarias a-
ctiones, ſ. rei ven. vel Publicianã, vel ſi qua alia de hereditate iu
ſto ti. poſsiderẽt: vel interdictũ, quorũ bonorũ, vel petitionem
hęreditatis, ſi quę poſsiderẽt de bonis, de quib. agitur ſiue iuſto
tit. ſed tñ pro hęrede, vel pro poſſeſſore. ſed nõ placet hoc, nõ
enim dr̃ monaſteriũ hęres pueri, ſed in monaſteriũ omnia iura
eius tranſlata ſunt. ſed aget rei ven. ſi puer erat dñs, & publicia-
na, ſi non erat dominus, & hac Publiciana aget, ẽt ſi nondũ ad
monaſteriũ eorũ poſſeſsio peruenerit, q a ſpeciale eſt ĩ eccleſia,
vbi ex ſola donatione, vel obligatione agat ẽt ſine adeptiõe poſ
ſeſsionis, C. de ſacroſan. eccl. vbi interdicimus, tamẽ credimus,
ꝙ hic oportet monaſteriũ probare, ꝙ puer ꝑ aditionẽ ipſam pe
tita acceperit, vel alio mõ, quo ſine traditione dñium transfer-
tur, vt in legatis. ff. de fur. a Titio, & in arrogatione, inſtitu. de a-
dop. §. ꝑ arroga. in prin. & in bonorũ poſſeſsione. ff. de bo. priua.
l. j. in herede inſtituto. ff. de acquir. poſ. l. cũ hęredes. ad Trebel.
facta, & in actione cauſa libe. cõfer. inſtit. de eo cui. §. libertus.
5 † [Minor annis] hic habes expreſſe, ꝙ minor 25. ann. ingredien
do monaſteriũ alienat ſua bona ẽt ſine curatore, & ſine decre-
to. Secus autẽ vr̃, ſi in alias cãs etiã pias alienaret, arg. ff. depo.
a l. j. §. voto. & feudalia a trãſeunt, ſi debeant, talia ſeruitia, q̃ mo-
naſteriũ honeſte poſsit exhibere per ſe, vel ꝑ aliũ, arg. C. de epi-
ſco. & cleri. ad ſummã, & l. quiſquis, alias redit ad dñm. C. de ca-
du. tol. l. j. §. ne autẽ. ff. de ſolu. inter, arg. emphyteoſes etiã tran-
ſeunt, ar. ff. de leg. 2. pcto. §. j. arg. 9, Authẽ. de aliena. & emphyt.
§. j. vſuſfructus trãſit, & durat in vita eius, inſti. de acqui. per ar-
roga. §. vſus etenim, & §. ſeq. & de vſufru. §. finit. itẽ ſi aliqua ſi-
bi data ſunt, ne alienare poſsit, tamẽ tranſeũt, arg. de ſun. do. l. j.
& de legs. 3. l. pater. arg. 9, ff. de leg 2. pcto. §. fin. itẽ monaſteriũ
tenetur, inquantũ ad ipſum peruenit. ff. de cap. di. tutelas. ff. de
ap. in arroga. inſtit. de acqui. per arroga. §. fi. & idẽ eſt, vbicunq;
alicuius patrimoniũ ad aliquẽ peruenit. C. de vi pu. l. a. ff. de fi-
deiuſ. inter eos, ſi autẽ in ſua obligatione monachus mandauit
aliquid expẽdi, & maxime in pias cauſas, implenda eſt volũtas
eius. ff. de pact. inter, in fi. C. de pact. legẽ. & idẽ ſi mandat, ne a-
liquid alienetur de his, quę ſecũ transferũtur, Authẽ. de elig. in
emphy. §. ſanctiſsimas. licet autẽ monaſterio pro hoc obſeruã-
do, vel monaſterio cõpetat actio, tamẽ pręlati eius ad hoc co-
6 gent ex of. C. de libe. cau. cũ affirmes. † Si autẽ ingreditur mo-
naſteriũ, cui non licet habere propriũ, dicunt quidã, ꝙ bona e-
ius debent haberi pro derelicto, & ſic occupanti cõceduntur.
ff. pro derelic. l. j. 2. 3. & per totũ, vel in cauſa caduci ſunt. C. de
cadu. tollen. l. j. Alij dicũt, ꝙ debẽt peruenire ad ſuccedentes ab
inteſtato, quia ex quo profeſſus eſt, mortuus fingitr̃. C. de epiſ. &
cler. deo, Alij dicũt, ꝙ nõ fit tũ monachus monaſterij, q̃d ingre
ditur, ſed etiã epi, qñ monaſteriũ ergo non põt bona eius habe-
re, peruenirẽt ad epm, arg 16. q. j. qui tẽ, 18. q. j. c. j. 27. q. j. de puel
lis, in hoc autẽ non cenſetr̃ monaſteriũ vice hęredũ, quia ſtatim,
cũ factus eſt monachus, monaſteriũ habet dñium, & poſſeſsio-
nẽ omniũ bonorũ monachi, ſicut ipſe habebat, arg. ff. de pre-
ca. ſi adoptauero: ſecus in hęrede alio. ff. de acquir. poſ. cũ hęre-
des. hoc autẽ ſic intelligimus, ꝙ licet ꝓdicta perueniãt ad mo-
naſteriũ, tamẽ legitimã dabit deſcendẽtibus. 19. q. ſi. in fi. 17. q.
vlti. c. vlti. & idem vr̃ in aſcendentibus. ff. de inoff. teſta. nã & ſi.
nec exhęredari poſſunt ſine cauſa, in Authen. vt cũ de app. cog.
7 §. 2. C. de epiſ. & cler. auth. pſbyteros. † Itẽ quantũcũque mona-
chus, qui monaſteriũ ingreditur, aſcẽdentes non habeat, & te-
ſtamẽtũ condiderit, in quo prętereat monaſteriũ, & alios inſti-
tuat, rumpetur teſtñ quaſi agnatione poſthu. arg. hic, & in Au-
then. de ſan. epi. ſed hic in pręſenti. ff. de iniuſto, rup. & irri. te. ſi
lio. Item rũpitur, quia capite minuitur. ff. de capi. dimi. l. amiſ-
ſione. §. fi. & duabus l. ſeq. & l. vlti. Alij dicunt, ꝙ tñ legitimam
habebit monaſteriũ, arg. 19. q. ſi. authen. ſi qua. hoc autẽ certũ
eſt, ꝙ hęreditates, & legata & ab inteſtato, & ex teſtamẽto me-
lius capiet monaſteriũ, q̃ monachus cœpiſſet, ſi in ſeculo remã-
ſiſſet. 19. q. ſi. in fi. [Oblationem] quã fecerat non tñ de perſo-
na, ſed etiã in reb. [Iuramẽto]. C. ſi aduer. do. l. j. & C. ſi aduer.
8 ven. l. j. † [Inſtituit] ingreſſus monaſteriũ fingitur non ſolũ de-
cedere cũ hęrede, ſed etiã cũ liberis. Auth. de ſanct. epi. §. ſed &
hic in pręſenti. ſed ſi rogatus eſſet monaſterio, vel eccleſię, vel
in alias pias cauſas expendere, ſi decederet ſine liberis, ingre-
diendo monaſteriũ non intelligerem ſatisfactũ conditioni, vt ĩ
eadẽ authen. ſi autẽ fiat clericus alicuius ſecularis eccleſię, non
euaneſcit fideicõmiſſum, niſi ſic fiat, vt perpetuo perſeueret cle
ricus, & inſuper in pias cauſas expendatur ipſum relictũ, vt in
pręd. authen. Si autẽ teſtator dixiſſet, volumus talẽ partem hę-
reditatis dare patruo, ſi deceſſerit ſine liberis, etiã ſi fiat mona-
9 chus, ſatisfactũ videtur conditioni, argu. hic. † [Verũtamen]
no. ambiguum verbum teſtis pro reo, vbi magis pro reo, con-
tra quem producitur, interpretandum, argu. ſupra eod. ti. ex li
teris, ad concordiam reducendum eſt. ĩ. de teſtib. cum tu.

ADDITIO.

a ¶Feudalia. Intellige, vt per Felin. in cap. quæ in eccleſiarum, col. 22. verſi. 3. limita. ſupra de conſti.

SVMMARIVM.

1 *Non retractatur ſententia prętextu falſi.*
2 *Non ſufficit probare teſtes falſũ dixiſſe, niſi probetur, quòd corrupti falſum dixerant.*
3 *Sententia per falſos teſtes, vel inſtrumenta probata tenet.*
4 *Si teſtes eiuſdem partis ſibi contradicerent, neutri eſt credendum.*

5 *Qui*

5 *Qui recipit teſtes, debet iudici de fama, & eorum auctoritate reſcribere.*
6 *Probare debet ſcientiam, qui eam allegat.*
7 *Actione iniuriarum tenetur, qui propria temeritate controuerſiam facit.*
8 *Contra quem intentetur interdictum, vti poſ.*

C A P. IX.

LIcet cauſam. [Spectare] intentādo poſſeſſoriū tm̄, vt in fine ſequitur. [Proponebat] & in quorū poſſeſsione ſe eſſe dicebat, & ꝯ a ſua moleſtatione cōpeſcendū. [publicatis] ſuper principali. [In pſonas] hic. n. ante apertionē pſtatus fuit, quia alias ſine alijs rationibus repelleret. j. de teſtibus, præſentiū. [Decernimus.] Not. in emergenti ferri ſnīam. [Cōprehenſum] & ad hoc aſsignatū. [Potuit] qa hoc expreſſe ſibi cōmiſſum fuit. alias aūt ille, cui cōmiſſum eſt, ꝙ recipiat teſtes ſup principali, nō recipiet teſtes ſuper reprobatione, quia non eſt ſibi cōmiſſum: ſed pteſtationē ſuper reprobatione recipere dēt, quia ſine illa non pōt bene fieri receptio teſtiū, ar. ff. de iuriſd. om. iu. l. 2.
1 † [Poſt ſnīam] hoc verū eſt, ſi nunquā fuit obiectū de falſo. nam tunc vſq; ad 20 an. pōt opponere. C. de fal. querelā. j. de fide inſtru. cū Ioan. Secus autē, ſi eſſet mora qō falſi in iudicio, quia tūc nunq̄ ptextu falſi retractaretur ſnīa. C. ſi ex falſis inſtr. l. j. & 2. niſi eſſet appellatū. C. de fide inſtru. l. vlti. arg. de temp. ap. l. per
2 hanc. † Hic etiā no. ꝙ nō ſufficit probare teſtes falſa dixiſſe, niſi probetur, ꝙ corrupti falſa dixerint. ff. de iudi. diuus. alij dicunt, ꝙ ſufficit pbare falſum inſtrm̄, ita & teſtes falſa dixiſſe. C. ſi ex falſis inſtr. l. pe. & vlt. cū æqualis ſit virtus teſtiū, & inſtrorū. C. de fide inſtru. in exercendis, ar. ff. de excep. q aquilius. C de tranſ. ſi ex falſis. Satis vr̄ poſſe dici, vt indirectè ſufficiat pbare teſtes falſū dixiſſe an ſnīam. j. de teſti. ex tenore & c. ſi eſt: ſed directè, vr̄ poſt ſnīam nō, niſi pbet de corruptione, vel alio mō doloſe, ſ. odio, vel amore falſum teſtimoniū dixiſſe, C. de falſis, nec exēplū. & eſt validū arg. qa poſt publicationē teſtiū non poſſunt teſtes induci. Authē. de teſtib. §. qa verò. Sed quid ſufficit pbare teſtes corruptos, niſi probatū ſit falſum dixiſſe? ar. ꝙ ſic. 2. q. 6. §. diffinitiua ver. venales, ar. ꝯ. j. de re iud. cū I. & A. C. ſi ex fal. iſtr. falſā. infra de teſtib. ſicut, & hic vltra medium, & hoc magis placet.
3 † [Poſt ſnīam] no. ſnīam platā per falſos teſtes, vel inſtra tenere, ſed dēre retractari. ff. de re iudi. diuus, & fit hoc p in integ. reſti. petitā ꝯ ſnīam vſq; ad quadrienniū. C. ſi ex ſal. inſtru. l. j. & 2. vel per act. in factū intentatā ad intereſſe ad ſnīam retractandā. ff. de fal. qui noīe, & ſic vſq; ad 30. ann. vel criminaliter accuſando vtentē alio inſtro vſq; ad 20. an. C. de falſis, querelā. quidā dicunt, ꝙ p hanc accuſationē directā de falſo nunq̄ retractabitur ſnīa, ſed punietur pena l. Cor. de fal. [Poſt ſnīam.] Itē non ſufficit pbare falſos teſtes, vel inſtrm̄, niſi pbet, ꝙ iudex ſecutus fuit dictū eius. j. de re iud. cū I. & A. infra de teſti. ſicut, C. ſi ex fal. iſtr. falſam, & l. j. & 2. [Circunſtātijs]. 3. q. 9. nihilominus, & 4. qō. 3. itē nihil, & §. qui falſo. j. de appel. ſolicitudinē. C. de li. conteſt. cū pariter. [Produxerit] non mō corā iſtis iudicibus, quib. nihil
4 ꝯmiſſum erat de negotio principali, ſed primò corā alijs. ¶ † [Inuicem] quidā dicūt ea loco illo, ꝙ ſi teſtes eiuſdē partis ſibi inuicē ꝯdicunt, ꝙ neutris eſt credendū, ar. C. de fide inſtr. in exercēdis, diuerſe nos autē ꝯ, arg. Authē. de teſti. ſi verò apte. nec obſt. quod hic dr̄, hæc. n. lra non dicit, ꝙ vnus teſtis alij, vel alijs cōtradiceret, & ideo nō valeret dictū eius: ſed ꝙ vnus teſtis ſibi
5 ipſi ꝯdicebat. † [Male] hinc habes, ꝙ qui recipit teſtes, dēt iudici reſcribere, cuius auctoritatis & famæ ſint, & de alijs circunſtātijs, ar. j. de fideiuſ. cōſtitutis. j. de teſti. cū cām. [Nulla] hoc autē arbitrio iudicis relinquitur, q hoc magis ſcire pōt. ff. de teſti. l. 3. §. tu magis. [Aliquid dicere] ſed nonne ſufficiebat ꝯ hos, vbi eorū dictū reprobaretur, qa criminoſi fuere? Reſpōdeo, ſufficere, ſi ad hoc ageretur: ſed ad hoc nō agebatur, imò repulſi fuerūt Fauētini ab hac exceptione p interlocutoriā Pap. ſed agebatur, vt teſtimoniū illorū, quaſi falſum caſſaretur. [Plures] quid ad rem, ſi melius pbauit eccleſia, cū ſe inuicē non cōtingāt iſtæ probationes? poterat. n. eccleſia habere oēm honorē diſtinctū, & iuriſdictionē in locis, de quibus agitur, & cōmune etiā poterat habere ibidē aliqua ſeruitia. nō ergo ꝯdicunt ſibi teſtes, cū ſæpe ad ꝯcordiā ſit laborādū. j. de teſtib. cū tu. Reſpōdeo, multū ad rem, qa ſi eccleſia pbauit omnē iuriſdōnē, ho. & diſ. ſe poſſediſſe; ergo alius non potuit ibi poſsidere ſeruitia. qui. n. oīa dixit, nihil prætermiſit. 19. diſt. ſi Romanorū. & hoc innuit litera, vbi dicit, ꝙ duo ſimul &c. ſed dic, teſtes eccleſiæ videntur ſuſpecti, cū negatiuā aſtruere videantur, ſ. ꝙ ſic pertineāt ad eccleſiā, ꝙ non ad cōmune. ī. de cā poſ. cū eccleſia. Sed reſpōdeo, aliud eſt, ſi dicat teſtis, cōmune nō poſsidere, vel eccleſiā tm̄ poſsidere, cuius dictū vere eſſet ſuſpectū, & ſic loquitur decre. ꝯria. aliud, ſi dicāt oēm honorē &c. ptinere ad eccleſiā, quorū dictū in nullo ſuſpectū dici pōt. Sed oppones, niſi ex illis verbis, oēm honorem &c. colligas illū intellectū, ꝙ Fauētini nihil habebant, vr̄ verū, qđ primo dictū eſt, ꝙ vtriq; teſtes ſaluari poſſunt: dic ergo teſtimoniū teſtiū eccleſiæ ſic intelligendū, niſi vt Fauētinos, vel alios excludat, qa ſic eſſet ſuſpectū, ſed ꝙ iuriſdictionē ho. & diſ. oīs generis ibi exercuerat eccleſia tā in ciuilibus, quā in criminalib. cauſis, puta iuriſdictionē in cognitione cauſarū, in puniendo maleficos: inſuper eā honorabat vocādo eam dn̄am, occurrēdo nuncijs eius, & obediēdo mādatis eius etiā extra iudiciū. diſtingebat etiā eos eccleſia exigendo cautiones fideiuſſorias, ne ad illicita prorūperent. quæ oīa, & his ſimilia poſſent ſub iuriſdōne cōprehendi. Sed oppones ſic: ergo nihil pdeſt eccleſiæ, ꝙ pl'es, vel maiores & antiquiores habuit pbationes, cū per teſtes eccleſiæ nō tangantur Fauētini. Item ſecundū hoc nihil faceret propoſitū, qđ ſequitur, qa duo &c. nā cū de eccleſiæ ſeruitijs non dixerint, vterq; dēt habere, qđ probat. ad hoc potes reſpōdere, ꝙ melioritas, vel antiquioritas teſtiū, vt ita loquar, nō valet quo ad hoc, qđ Fauētini non habeāt ſeruitia, dūmō tm̄ p duos teſtes probarēt ſeruitia percepiſſe. Sed ad hoc, ꝙ Fauētini ſeruitia n̄ habeāt, facit probō antiquioris tpis recepta pro eccleſia. ī. de elec. cū eccleſia, vel qa fundata eſt intētio eccleſiæ. ſi ergo commune poſt pbat ſe in eiſdē locis aliqua ſeruitia percepiſſe, præſumitur, ꝙ poſſederit clā, niſi probet, ꝙ eccleſia ſciuerit eōe poſſidere, & etiā forte intenderet poſsidere, argu. ff. de aqua quoti.
6 & æſti. l. j. §. Ariſt. † Nā qui ſciētiā allegat eā probare dēt. 82. diſt. pponſuiſti, ff. de proba. verius. ff. de admi. tu. hoc, niſi forte violētæ pſumptiones eſſent qđ ſciret, qa tūc oportet, ꝙ probet ignorantiā, ar. 16. di. ꝙ dicitis ī. de poſtu. c. j. ſed & ſi probauerit ſciētiā eccleſiæ, & eccleſia ꝯ probet, ꝙ ſtatim poſtquā ſciuerit, verbo, vel alio mō ꝯdixit, vt ab ea poſsidere vr̄. ff. quod vi aut clā. l. j. §. quid ſit, & §. ſeq. vtroq; ergo iſtorū modorū, ſiue clā, ſiue vi ab eo poſsideat, ſuccūbet in interdicto, inſti. de interdi. §. retinēdæ. eccleſiæ autē adminiculū afferūt priuilegia, licet ſola probatio antiquioris tēporis ſufficeret. Sed oppones, immo obtinere dēt cōmune, cū cōmune poſsideat ſeruitia, & non eccleſia. ff. vti poſ. §. hoc autē, & ſufficere dēt, ſi tēpore litis cōteſtatæ ſe poſsidere probat, inſti. de interdic. §. retinēdæ. Ad hoc ſic reſpōdeo, non eſſe verū, eccleſiā non poſsidere: erat enim eccleſia in poſſeſsione recipiendi illa & alia ſeruitia, quādo volebat, quæ licet vel conſimilia cōmune ſe probet poſsidere tempore litis conteſta. quia tamē vi, vel clam poſsidet ab eccleſia, ſuccūbet, vt dictū eſt. melioritas autē teſtiū tunc præcipue valeret, ſi de eodem tēpore tātū dicerent. hoc autē hic ideo poſuit, quia forte vtrique teſtes probāt, quòd tēpore lit. conteſta. eadē ſeruitia recipiebant eccleſia & cōmune, ſed eccleſia melius & per meliores teſtes, & ad hoc bene ſequitur, cū duo &c. Sed dices, & ſi vi, vel clā poſsidet cōmune, tamē qa poſsidet, non dēt habere locū vti poſ. ꝯ ipſum, quia tunc locū tantū habere vr̄, quando ſe tm̄, & nō aduerſariū dicit poſsidere. ff. vti poſ. l. j. §. eſt igitur, & præceden. Itē in hoc caſu competere dēnt, quod vi aut clam, aut vnde vi. ff. quod vi. l. 2. & 3. in prin. & ff. vnde vi. l. j. in princi. Reſpon. immo locū hēt tantū vti poſ. quia actor non dicit ſe expulſum, ſed turbari tm̄, & interdictū, vnde vi, locū habet, quādo qs expulſus eſt. ff. de vi & vi arma. l. j. §. interdictū. hic autē habet locū, quādo turbatur poſsidens, quāuis & ille, qui turbat, poſsideat, dūmō vi, aut clā, aut precario ab aduerſario. Si autē expulſus eſſet, cōpeteret interdictū, vnde vi, vel offi. iudic. vel condictio ex decret. vt no. ſupra de elect. querelā. ī. de cauſa poſſ. cū eccleſia. ſed dices, nonne eoipſo, quod alius eſt in poſſeſsione, eccleſia amiſit poſſeſsionē? Reſpōdeo, nō, pōt enim eſſe in poſſeſsione iuriſ. ho. & diſ. & etiā ipſorū ſeruitiorū, quæ retinuit eccleſia, & poſſeſsionē nihilominus ſeruitiorū quæſiuit cōmune, & ita vterque hēt poſſeſsionem ſui iuris, licet cōmune male habeat. & poſſet bñ dici, licet iure nō prohibetur, & adijci bis, quæ ſuperius dicta ſunt, ꝙ hic cōpeteret interdictum, vnde vi, vel officiū iudicis, vel condictio ex decre. ad recuperandū ius illud ſeruitiorū, quod poſsidebat cōmune, & interdictū, vti poſſ. ratione vis turbatiuæ, quā ſibi facit cōmune ſuper iure &c. quæ poſsidebat eccleſia. Sed dices pp hoc non eſſet imponendū ſilentiū cōmuni, cū per hoc interdictū non eſſet ei auferēda poſſeſsio ſeruitiorū, quā habebat. tu autē potes reſpondere, ꝙ etiā agendo interdicto, vti poſſ. ex quo cōſtat ꝙ vi, vel clā poſsidet ab aduerſario, imponetur ſibi ſilentiū, quia aliter non ceſſaret a turbatione. & dicūt quidā, licet non probēt illud iure, ꝙ ſi ſeruitia poſsit recipere cōmune ſine turbatione iuriū eccleſiæ, ꝙ nō imponeretur eis ſilentiū, quāuis vi, vel clā poſsideret, cū ad hoc n̄ ageretur. nullā autē poſſeſsionē retinenti non datur interdictū, cū tueatur poſſeſſorē. ff. vti poſ. l. j. §. 1. & 2. nec pōt turbari, niſi qui poſsidet, & ea ſola vi turbatiua cōpetit hoc interdictum, vt hic. & hæc habēt locū, vbi petitur in libello, ꝙ cōmune ceſſaret ab inquietatione eccleſiæ in ſeruitiis exigendis in prædictis locis, & cōmune tm̄ de ſeruitiis quæſtionē referebat. vel dic & planius, ꝙ fuit petitū in libello cōmune ceſſare a turbatione eccleſiæ ſuper iuriſdi. ho. & diſ. & cōmune nō ſeruitiorū, ſed iuriſdi. ho. & diſ. quæſtionē mouebat, & ideo meliores probationes & de antiquiore tēpore præualere, & bene ſequitur, cū duo &c.

&

& expone eandẽ rẽ. ſ. ho. iuriſd. & diſ. & ſic plana ſunt oĩa, & q̃a
de ſeruitiis principaliter non agebatur. ſ. de electi. cũ eccleſia.
ff. vti poſ. ſi duo §. 2. ſi autẽ cõmune retuliſſet tñ quæſtionẽ ali-
cuius iuris, quod dicit ſe habere in iuriſdõne, quod poſſe vide-
tur, arg. ff. vti poſ. l. vlti. Sicut enim referre põt quæſtionẽ iuris,
quod in re hẽt. ff. vti poſ. ſi duo. §. ſi vicinus. ſic etiã dr̃ de iure q̃d
hẽt in iuriſdõne, arg. prædictæ l. vlt. ff. vti poſ. puta q̃a aliqua ſer
uitia, quaſi ſeruitutẽ hẽt in iuriſdictione, ſed iuriſdictionẽ bene
cõfitetur eccleſiæ, tũc ſi non male in poſſeſſione eſſet cõmune
illius iuris, intẽtaret eccleſia negatoriã. ff. ſi vſusfru pe. vii. §. ve-
rũ, ſed in interdicto incũbet eccleſia, q̃a tuei poſſeſſorẽ. ff. eo.
l. j. §. interdictũ autẽ. Si autẽ cõmune nõ eſſet in poſſeſſione ſer
uitutis, cõpeteret ꝯ eũ interdictũ, q̃d non tñ cõpetit, q̃ñ eſt cõ-
tentio, quis poſſidet, arg. ff. vti poſ. l. j. §. hoc autẽ, ſed etiã cõtra
eũ, q non poſſidet. ff. eo. ſi duo. §. ſi vi. ſi turbat poſſidentẽ, vel
nõ permittẽdo eũ vti iure ſuo. ff. ſi ſer. ven. l. ſicut. §. Ariſto. ff. v-
ti poſ. ſi duo. §. hoc inter, & §. cum Aquilian. vel etiã de ſuo auſe
rẽdo. ff. vti poſ. ſi duo. §. itẽ videamus, ſi auctor. Illi autẽ q eſt in
poſſeſſione talis iuris, vel ſeruitutis datur vtile interdictũ cõtra
7 cõturbantes eũ. ff. de iniur. iniuriarũ. §. vlti. & l. ſeq. †Si verò cõ-
mune neq; iuriſdictionis, neq; iuris, q̃d in iuriſdõne haberet, fa
ceret cõtrouerſiã, ſed ꝓpria temeritate cõtrouerſiã faceret te-
neť actione iniuriarũ. ff. de act. emp. qui pẽdẽte. § i. ff. de iniur.
l. j. in prin. ſed & hoc interdicto, ſi turbetur, quod nõ tãtũ cõtra
poſſidentẽ cõpetit, vt dictũ eſt. id autẽ, quod dictũ eſt, q̃ ideirco
imponitur ſilentiũ cõmuni, nec in ſentẽtia excipitur de ſerui-
tijs, quia actũ non fuit, vľ eſſe ꝯ id, quod nota. in gl. quę incipit,
vt inter, vt diximus, q̃ vbi ambos inuenit poſſidere, dẽt modos
poſſidẽdi diſtinguere. Sed reſpõde illud obtinere, vbi neuter ab
altero male poſſidebat, ſ. vi, vel clã, vel preca. hic autẽ ſola ec-
cleſia agebat: vnde quãuis cõmune poſtea ageret & probaret re
ceptionẽ ſeruitiorũ, non fieret adiudicatio ſuper illis, q̃ petita
non erãt, arg. j. de ſimo. licet. poſſet tñ dici, q̃ ſi cõmune bene ꝓ
baſſet ſeruitia, q̃ potuiſſet abſolui quo ad ſeruitia ab impetitio-
ne eccleſię. ſ. de elect. c. vlti. ſed nõ fieret adiudicatio, q̃ ſup ſer
uitijs nõ moleſtaretľ. hic autẽ ideo quo ad ſeruitia non fuit ab-
ſolutũ cõmune, q̃a præſumebaľ, vel vi, vel clã poſſidere, vt ſupra
eſt dictũ ad hoc ergo vt non poſſint hæ dubietates euenire, ſem
per dẽt actor exprimere modos turbationis. ſi enim non expri-
manť, & ferať ſnĩa, q̃ non vexeť in nullo, vlterius vexare pote-
rit, & etiã ſi erat ĩ poſſeſſione aliquorũ ſeruitiorũ, ipſa amplius
vti non poterit, ar. C. de an. excep. l. vlti. itẽ non facimus vim, q̃
q̃õnem r. ferat tractus in iudicio in interdicto, vti poſ. quia ſup
eo, q̃d proponit ille, q trahit aliũ in iudiciũ, recipientur proba-
tiones vtriuſq;, cũ vterq; in ĩterdicto, vti poſ. actor ſit & reus, &
pariter ꝓ vtroq; & contra vtrunq; pronũciabitur. [Eodẽ] hoc ver
bũ ſoluit ꝯrium ff. vti poſ. ſi duo. nam alio nõ poſſidet vſusfru vľ
ſuperficiarius, ſ. naturaliter, aliter proprietarius. ſ. ciuiliter. [Ex
priuilegijs] malus titulus Fauẽtini, alias priui. eccl. modicũ fa-
ciũt ad interdictũ vti poſ. ſm q̃ diximus in gl. quæ incipit, q ad
rẽ. vel potes dicere, q̃ faciunt modicũ priuilegia, quia cõmune ꝓ
bationes induxit ſup ſeruitijs, & eccleſia ſup omni iuriſdictio-
ne ho. & diſ. & q dixit oẽ, nihil communi reliquit. prudẽter er-
go fecit eccleſia. q̃ hæc priuilegia induxit, & quantũ potuit, ſuã
cãm iuſtificauit, vt & iſtæ probationes cõmunis probationib. ꝓ-
feranť. imò plus dicimus, q̃a ſi cõmune probaſſet ſe ſeruitia poſ
ſediſſe anteq̃ eccleſia poſſideret in prædictis caſtris iuriſdictio-
nẽ &c. nõ teneretľ cõmune probare aliquẽ iuſtũ titulũ ſuæ poſ
ſeſſionis, q̃a nulla eſſet præſumptio ꝯ eũ. l. ſi q̃s in re alterius di
cit ſe aliquod ius q̃ſiuiſſe, cũ oĩs res præſumaľ libera, præſumiľ
vi, vel clã poſſidere, niſi ꝯriũ probet, & ſic loquitur decre. ſupra
de reſti. ſpo. Piſanis. nã bene fatemur, q̃d ſi cõmune hoc probaſ
ſet aliquẽ titulũ, per quẽ ꝯtiam præſumptionẽ remouiſſet, obti
8 nuiſſet in interdicto. †[Vti poſſidetis] vbi interdictũ, vti poſ. in-
tẽtatur ꝯ eũ, qui inuenitur nõ poſſidere, vel male poſſidere ab
aduerſario, i. cũ aduerſarius prius bene poſſederit, & is, ꝯ quẽ
agit, incipit poſtmodũ eandẽ rem vi, vel clã poſſidere, vel preca
rio, nunquã dẽt ſemẽtiari vti poſ. ita poſſideatis, ſed cõdemna-
re moleſtatorẽ, & imponere ſilentiũ, vt hic. C. vti poſ. l. j. ff. vti
poſ. §. vlti. ſi autẽ, qui egit vti poſ. inueniaľ nõ poſſidere, vľ reus
melius ꝓbet ſe poſſidere, abſoluitur reus ſ. de elect. cũ eccl'ia.
Vel ẽt ſorte adiudicabitur ſibi res, de qua agitur, ſi de ſuo iure
probauerit. vbi autẽ intentaľ ꝯ poſſeſſorẽ a poſſeſſore, iudex
in ſnĩa dẽt diſcernere, quã poſſeſſionẽ vnus hẽt, ſ. naturalẽ, q̃a
vſusfructuarius. & quã poſſeſſionẽ alius, ſ. ciuilem, q̃a ꝓprieta-
rius, & tunc pronũciabit, q̃a inueni vos ſic diſtinctas poſſeſſio-
nes habere, ideo præcipio, vti tu ſoã. ciuilẽ, & tu P. naturalẽ, vti
poſſidetis, ita poſſideatis. arg. inſti. de act. §. curare, & ſi ſecus fa
ctũ fuerit, nõ tenet ſentẽtia. q̃a certũ nõ cõtinet. C. de ſen. quę ſi
ne cert. & ſemp iudex in ſnĩa dẽt adijcere, vim fieri ꝯ mandatũ
eius prohiberi. C. vti poſ. l. j. in prin. vbi autẽ vterque probat ſe
ciuiliter & naturaliter poſſidere, & per omnia ſunt æquales ꝓ-
bationes, & præſumptiones, dicunt quidã pronunciandum, vti
poſ. ita poſ. quaſi pronunciet, q̃ pro medietate poſſideãt & pro
indiuiſo, & ſic inter eos diuidetľ, ar. ff. de vſufru. ſi cuius. §. inter
duos. Sed hoc nunquã fuit peritũ: ergo non dẽt ſentẽtian, infra
de ſimo. licet. Alij autẽ dicũt abſtinendũ a ſentẽtia, vt ſic affecti
tędio cõponant, vel arbitros eligant. vtrobiq; tamẽ prohibebit
vim fieri, vel diuidendã rem, vt dictũ eſt. vel ex quo vnus recipit
aliquid, alius prohibetur illud idem accipere, vel etiã occupa-
re. [Fauentinã] quidã dicunt, q̃ per hanc accuſationẽ directam
de falſo nunquã retractabitur ſentẽtia, ſed punietur pœna legis
Cor. de falſis. C. de ſen. & inter. l. j. ꝯ, ſo. vt ſupra de ele. querelã.
[Super hoc] quæ ſequunť, non determinãt verbũ præcedens, ſ.
cõdẽnamus, ſed participiũ ſequẽs, ſ. ſilẽtiũ imponẽtes. [& alis]
bene dicit, & alis. nã cũ verba libelli ſint largè intelligẽda, ff. de
iud. ſi q̃s intẽtione, & l. ſolemus. ſ. de cã poſ. c. j. nõ ſolũ petita
in libello adiudicabunť, ſed ẽt alia ꝑtinẽtia, ar. j. ca. cũ cauſam.

CAP. X.

PEr tuas &c. [Recognouit.] C. de la. li. tol. l. j. §. penulti. [Nominatus] repe
te, quæ diximus ſupra de fil. presbyte. Michael. [Infirmare] ſupra de electio. per inquiſitionem.

SVMMARIVM.

1 *Receptio teſtium, ſiue confeſſio, vbicunque fiat, dummodo de iudicis mandato fiat, inter acta iudicij computabitur.*

2 *Duo idonei viri ęquiualent tabellioni.*

3 *Cur potius ſimplici nuncio, quam iudici credatur.*

4 *Nunquid inſtrumentum productum dicatur eſſe de actis.*

5 *Recipiens teſtes debet in actis ponere, quanta ſit fides eis adhibenda.*

6 *Cum in inſtrumento multa continentur, & tabellio dicat ſe his interfuiſſe, intelligi debet de his, quę in eodem loco, & die acta ſunt.*

7 *Cautio de rato quando habeat locum.*

8 *An ſit credendum iudici ſuper proceſſu iudicij.*

9 *Iudiciarius ordo ita ſeruandus eſt in ſententia excommunicationis, ſicut in alijs.*

CAP. XI.

QVoniam contra &c. [Iudicis] ſecus, ſi eſſent plures, &
ſic ſeruat eccleſia Romana, ar. j. de exceſ. præl. Iter di
lect. j. de accu. cũ dilectus. Alij ꝯ, & ſoluunt vt ibi dixi
mus. no. quòd ex quo creditur duobus iudicib. & duobus ſcri-
ptorib. ergo eadem ratione vni iudici & vni ſcripturi. [extraor-
dinario] idẽſt deleg. [Publicam] repete, quæ diximus ſupra c.
poſt ceſſionem. nõ intelligas, quòd duobus clericis, vel ſoli no
tario credatur de ſcriptura proceſſus, puta ſi dicit, talis ſic con-
feſſus fuit, vel talis teſtis ſic dixit, niſi hæc fiant corã iudice, vel
coram alio ad hoc deputato. Sed ſatis videť, quod iudex ipſum
notariũ, vel duos clericos poſſit deputare pro vtroq; officio, ſci
licet & receptoris teſtiũ, & ſcriptoris, & ſic habet cõſuetudo, q̃
eſt optima l. interpres, & ſupra de conſuetu. cũ dilectus, ff. de le
gi. minime diuturna. & l. ſed & ea, & l. ſi de interpretatione.
1 † Item receptio teſtium, ſiue confeſſio, vbicunq fiat ſiue in pręſentia iudicis, ſiue non, dummõ de mãdato iudicis fiat, inter acta iudicij computabitur, quia authoritate iudicis factũ eſt, ac ſi ipſe iudex præſens fuiſſet, & quia eſt de his, quæ ad iudiciũ pertinent, & acta iudicij & forenſia inſtrumẽta valent, ſi ſolummodò per iudicem ſcribantur, vel per quemcũque alium non notarium ſine ſubſcriptione teſtium, C. de donatio. in dona. infra de præſcrip. ad audientiam. Alij contra & melius, vt no. infra de re
2 ſtib. cum a nobis. † [Conſcribant] per ſe, quia vterq; manu ſua idem ſcribet. vel dic, quod hi duo poſſunt acta per vnum ex ſeipſis ſcribere, vel penitus per extraneum. ſed ille, qui manu ꝓpria non ſcribit, per ſigillum authenticum, vel ſubſcriptionem ſuam, vel alio modo legitimè notum faciet, quod ſua authoritate factum eſt, argum. ff. de admini. tu. l. tutor, §. geſſiſſe. & ẽt quilibet tabellio chartis per alium factis authoritatem pręſtat, Auth. de tabel. colla. 4. Idem eſt in electonib. quia vnus ſolus pronunciat electionem, ſupra de elect. in Geneſi. & in iudicib.
3 ferentibus ſententiam, argu. ff. de re iudi. duo. † [Citationes] mirum eſt, q̃ creditur ſimplici nuncio, & non iudici, infra de app. cum parati, ff. de rebus eorum, qui ſub tu. magis, §. illud, ſupra de elect. bonæ. 1. 65. diſtinctio. ſi forte. Solu. dicunt quidam hodie non credi nuncio. vel dic ei credi, quia eius officium eſt, ſed nõ iudicis, quia iudex ſemper niteretur defendere factum ſuũ, & quia nimię expenſæ fierent, ſi nuncij ſecum ducerent notarios. vnde ſic debet exponi, quod hic dicit, citationem, i. reſpõſionem nuncij citantis. litera etiam, per quam datur poteſtas citandi, debet ſcribi in actis, niſi eſſet nuncius publicus, qui eſſet generaliter cõſtitutus ad omnes citationes faciendas. literã autem citationis ſufficit eſſe ſigillatam ſigillo iudicis, quia nõ
4 eſt de actis iudicij propriè, ſed ante iudicium. † [Inſtrumentorum] no. q̃a ex quo producta ſunt inſtrumẽta coram iudice, vľ etiã corã alio de eius mãdato, & exẽplata, vt de hoc no. ſupra
de

de oſ.d eleg. cū in iure, & tūc nō agitur ad editionē inſtrumen
a torū priorū, [a] ad quā niſi rarò agi pōt, ſed agitur ad editionē a-
ctorū, ad quā ſemp agi pōt, vt no. ſ. e c.1. prima. n. inſtra transla-
ta ſunt in acta. & idē eſt, etiā ſi non ſunt exēplata, ſed tm̄ ſcriptū
eſt in actis, talis produxit inſtra, cuius principiū eſt tale, & finis
talis, q̃a extunc illud inſtrumentū, vel eius tenor in inſtr̄is, vr̄ in
actis computandū eſt, ſ. ꝑ hoc dicūt quidā ꝙ etiā reſcriptū com
miſsionis, & procurationes inſerēdæ ſunt in actis huiuſmodi.
& nos quidē dicimus hic ratū eſſe, ſed & ſi nō inſerant̄, poſt lit.
conte. nō oportet procuratorē probare mandatū, ex quo eū vſ-
que ad li. cōt. admiſit, ff. de procu. Pōp. §. rati. nec iudex cōmiſ-
ſionē ſibi factā, vt no. ſ. de ele. ſtatuimus. Vel dic & melius, ꝙ be
ne dēt probare reſcriptū cōmiſsionis, & procurationē exhibitā
b in iudicio & ſcripta in actis, ſed nō tenet̄ [b] mōſtrare ipſa origi-
nalia, nec eorū tenorē probare. ſed ſi nō ſunt in actis ſcripta, o-
portet eū probare cōmiſsionē, & procurationē per ipſorū ori-
ginaliū exhibitionē, ſicut hic ſatis innuitur expreſſè. ſufficit. n.
in his actis contineri, talis exhibuit reſcriptū apoſt. vel procu-
5 rationē ſua, nec eſt neceſſe inſeri tenorē eorū. † Delegatiōes au
tē & ſubdel. etiā debēt ſcriptæ eſſe, vt hic dr̄, & ſufficit ibi dici,
hæc ſubdelegatio ſcripta fuit ꝑ talē. dēt etiā ponere in actis il-
lis ille, q̃ recipit teſtes, quāta fides ſit ei adhibēda. 4. q. 3. §. ſiē, j.
de fideiu. cōſtitutis, & de teſt. cōſtitutis, & c. cām, & niſi ponat
hoc, periculū inde accidet. q̃a licet ipſe, q̃ recipit teſtes, ferat bo
nā ſniam ꝯ dicta teſtiū, quia nouit teſtes vacillaſſe in ſuis teſti-
monijs, tñ ſuperior, ad quē appellat̄, vel alio mō cā defertur, va-
cillationē ignorās fert ſniam ſm̄ dicta teſtiū, & vr̄ ꝙ ille, q̃ reci-
pit teſtes, dēt dicere & facere ſcribi in actis præſenti a teſte & au-
diente, ꝙ iudex reputat eū vacillare. & etiā datur poteſtas ꝯdi-
cendi teſtib. partē autē oportet eſſe præſentē, nec aliquid ſcire,
quouſq; fuerit publicatū, alioquin nimis impediret̄ ꝓceſſus cau
ſarū. nec mireris, ſi in hoc requiritur teſtis, & audiet̄ ꝯtradicēs,
q̃a eius intereſt, & pp hoc puniri dēt, j. de pœ. ſuper his, vbi no.
nec eſt ꝯ, ſ. de ord. cog. cū dilc. in fi. q̃a ibi nulla pœna infert̄ te-
ſti, q̃a iudici non eſt manifeſtū de malitia teſtis ꝑ teſtes, quia eo
abſcōte teſtificati ſunt: ſed hic ipſe videt malitiā teſtiū. vr̄ tñ ꝙ
c tabellio, [c] q̃ ſcribit atteſtationes, nō dēt ſcribere, vel dicere in a-
ctis, vel interſerere in depoſitionib. teſtiū, niſi ipſe bene videat,
& cognoſcat, ꝙ vacillēt. Aliq tñ dicūt, ꝙ ſi ſolus iudex dicit tūc,
ſ. in receptione teſtiū, ꝙ vacillat teſtis, ꝙ ei credendū eſt, & qd ta
bellio illud ſcribere dēt, ēt ſi nihil videat titubationis, vel vacil
lationis, quia tabellio nullā hēt authorit. in receptione teſtis,
ſed in ſcribēdo tm̄, iudex autē, q̃ dēt inquirere, & pōt capere, &
vinculare teſtē, C. de teſti. nullū, j. de pœnis, ſup his, & c. dilc. il-
le hēt authoritatē: & ſicut tabellio dēt fideliter ſcribere, qd dicit
teſtis, & nō aliud, ita fideliter dēt ſcribere ea, q̃ pertinēt ad offīm
iudicis, ſ. de quibus interrogauit, & inter cætera etiā ſcribet, ſi-
cut dictū eſt, ꝙ iudex, q̃ recipiebat teſtes, mihi tabellioni dixit,
ꝙ teſtis vacillabat: & plus valebit, & maioris authorit. erit ſi ibi
tabellio adijciat, mihi videbat̄ ꝙ vacillaret, ſi tn̄ veritas ſic ſe ha
beret, q̃a nec tacēre dēt, nec aliquā ſcribere falſitatē. & vr̄ ꝙ iu-
dex, & tabellio, quātūcunq; pnt magis, dēnt exprimere mod. ꝯ
vacillationis, ſ. q̃a dubitando, vel tremēdo, vel retinēdo, vel ti-
tubādo præ nimio timore loquebat̄, vel alias huiuſmodi. plus ēt
vr̄ aliquib. & fortè nō malè, q̃a etiā nō intelligente hoc teſte poſ
ſit hoc facere ſcribi. Illud bene vr̄, ꝙ niſi prædicta interſerat, vr̄
ſcribi faciat, dū dr̄ teſtimoniū, ꝙ poſtea non faciet ſcribi, nec ſu
per hoc crederet̄ ei, vt hic. [& perſonas] iudicū, & litigatorū, &
aliorū, de quibus fiunt, & loquunt̄ acta. teſtiū autē nomina, q in
terſunt actis, nō debēt ibi ſcribi, ar. a ꝯtrio ſenſu, Auth. d̄ hr̄di. &
6 Fal. §. nec abſunt, C. de do ī donatione. † [Et pſonas] & ꝑ hoc ſa
tis patet, ꝙ licet multa cōtineantur in inſtr̄o, tabellio tn̄, qui di
cit ſe his interfuiſſe, nō intelligitur dicere, niſi de his, q̃ in eodē
loco, & die acta ſunt. vide ſi iudex in ſnīa ſua narrat, qūo lite,
quā diffiniuit, lit. ꝯte. facta eſt, partiū confeſsiones factæ, teſtes
recepti &c. huiuſmodi, nō tamē iſta probant̄ per inſtr̄a, q̃a non
ſunt facta ea die, vel loco, quo inſtrumentū ſentētiæ eſt factum:
ſed tm̄ per hoc inſtr̄m probat̄ ſniæ prolatio, q̃a eodem die, &
d loco eſt prolata, quo rogatū eſt inſtrumentū. de alijs, vt puta [d] d̄
lit. conteſt. vel confeſsionib. huius facti narratio eſt, immo plus
vr̄, ꝙ etiā ſi diceret tabellio, tali die & loco factæ fuere lit. cont.
& cōfeſsiones, tñ non valet ſup his inſtr̄m, ſed quātū ad hoc te-
ſtimoniales lr̄æ ſunt. Alij dicūt, & ſic ēt Papa iudicauit, ꝙ dele-
gationes, & ſubdelegationes probant̄ ꝑ ſola ſigilla delegantiū.
nō. n. dicunt̄ eſſe acta iudicij, cū fiant ſine cauſæ cognitione, &
partib. abſentib. & eodē mō probatur ꝓcuratio ꝑ inſtr̄m exinde
confectū, q̃a tam cōmiſsio, q̃ ꝓcuratio & ante lit. cont. & poſt
7 ꝑ ipſa originalia ſunt ꝓbanda. † [Inſtrumentorū] lex autē, quæ eſt
ff. de procu. Pōp. §. rati, non ꝯdicit. ibi. n. dr̄, ꝙ poſt li. cont. nō e-
xigitur cautio de rato, & bene, q̃a cautio hæc nō hēt locū, niſi
vbi dubiū eſt, an ſit ꝓcurator, qđ eſt ſemp, qñ procurator veriſi
militer dicit ſe hēre mandatū, ēt ſi non hēt, vel ꝓbet, ar. C. de pro
cur. l. j. ff. de iureiur. pluſq̃. §. fi. & ideo, q̃a non licet reo dicere
poſt lit. cōteſt. dubito, an habeas mandatū ſatiſdationis. nec ēt
pōt dicere præciſè, ꝙ ꝓbet mandatū, ſicut nec ante li. cōte. hoc
onus ei incūbebat, vt dictū eſt. Sed ſi reus vult ꝓbare, ꝙ ille, q̃ di
cit ſe ꝓcuratorē, nō hēt mandatū, pōt, & ſic ēt non exiget̄ cau-
tio de rato ab eo, q̃ dicebat ſe procuratorē, ſed abſoluet̄ reus ab
obſeruatione iudicij. Itē etiā ſi non offerat ſe probaturū, ꝙ non
ſit procurator, ſed tm̄ dicit eū nō admittendū vlterius, niſi oſtē-
dat procurationē originalē, vel actū iudicij, in quo contineat̄,
ꝙ eius ꝓcuratio exhibita fuit, vel ꝙ poſt dubōnē iſtā, ſ. an eſſet
ꝓcurator, & inquiſitionē factā ſup hoc admiſſus ſuit tanq̃ ꝓcu-
rator, ar. ſ. de ele. cū dilectus. nō admittitur quaſi ꝓcurator, niſi
ſatiſdet. nā licet nō cogat̄ ſatiſdare poſt li. ꝯt. vt in §. prę. ff. de ꝓ
cu. Pōp. §. rati. pōt tñ, ſi vult, ſicut & nouus ꝓcurator ſatiſdare
dēt, C. de ꝯſor. eiuſdē li. l. 2. [Animaduerſione] q̃a de ſuo reſarci
ret, j. de ſen. excō. ſacro. C. de iu. ſancimus, & C. de teſti. ſi q̃h, l. fi.
alias ēt punіet ſm̄ ſuū arbitriū, inſti. de obli. q̃ ex quā de. in pr̄i.
[Proceſſu] repete, q̃ diximus ſ. de oſ. dele. cū in iure, & de elect.
bo. me. ante ſniam tñ, vel poſt ſniam, a qua ſit appellatū, poſt ſē
tētiā aūt, a qua nō eſt appellatū, ꝓſumit̄ ꝓ reo, vt no. ſ. de oſ. de
8 leg. cū in iure. † Itē attēde diligēter, q̃a dicit nō eſſe credēdū iu
dici ſup ꝓceſſu iudicij, i. ſup actis iudicij, nec ꝓ eo ꝓſumendū in
ꝓdictis, & de hoc no. ſ. de oſ. deleg. cū in iure. Sed de alijs, q̃ ſunt
extra ꝓceſſum, eſt iudici credendū, & ꝓ iudice ꝓſumendū. vnde
ſi iudex tulit ſniam, & ꝯdēnauit aliquē in e. & nō eſt appellatū,
nō poterit poſtea dicere, ꝙ ſnīa nō ſit iuſta. & ſi pp hoc petit ex
hiberi acta, ſ. atteſtationes, vel alia, vt ex illis appareat iniuſtam
ſniam eſſe, nō eſt audiēdus, & ēt ſi ꝓducta fuerint de facto, licet
ex eis nō ꝓbet̄ iuſta ſnīa, non tñ pp hoc reuocabitur ſententia.
9 † Imo [e] plus vr̄, ꝙ ſi dixiſſet, q̃a ꝑ A. & B. teſtes ſic probatū eſt,
c ſic ſentētio, & ꝑ illos teſtes nihil ꝓbatur, nihilominus ꝓſumit̄ ꝓ
ſnīa iudicis, ſ. de renun. in præſentia, j. de re iud. cām. ar. ff. de re
iud. cū ꝓlatis, ar. ꝯ. j. de re iud. cū Bertoldus, vbi no. idē vr̄ dicē-
dū in ſnīa excōicationis, interdicti, & ꝯſimilib. ſ. quia ſi cōque-
ratur quis de iniuſta excōmunicatione, a qua nō ſit appellatū,
præſumit̄ pro iudice. Si vero ſit appellatū, vt hic, cū ordo iudi-
ciarius ita ſit ſeruādus in ſnīa excōmunicationis, ſicut in alijs.
2. q. j. nemo, j. de ſen. exc. cū medicinalis, idē ius ſeruandum eſt.
[ducumētis] nam licet non ſcribantur per tabellionem, vel per
plures, alias tamen valent acta, dummodo poſsint probari per
quia ex. in prin. & l. veluti, & Inſti. de teſta §. pen. ff. de teſta. l. vnũ
teſtm̃. exẽplata vero ſeruata fidẽ non faciũt, in Auct. vt ſpon. lar
gitas. §. & hoc inſuper, col. 9. ff. de bo. poſ. ſm̃ tab. l. 1. §. ſed tam-
diu. ff. de fideiuſ. l. quicunq;. & licet aliqui his verbis vtantur in
hoc caſu, ꝙ publicatur geſtũ, melius tamẽ dici vr̃ publicari, vel
inſtrm̃ edi. l. quando ſumpto fides adhibẽda decernit̃. Ad aliud
autẽ reſpõdeo, ꝙ ex quo procuratori ꝯceſſum eſt, ꝙ agat ꝯ plu-
res, & per cõſequens ꝙ procurationẽ faciat publicari, & multi-
plicari, cũ ſine hoc mandatũ ſuũ cõmodè explere nõ poſsit, arg.
ff. de procu. l. ad rẽ mobilẽ, & l. ad legatũ, & ꝗ. de offi. dele. c. p-
terea. Quidã tamen dicunt, ꝙ hę publicationes de geſtis. ſ. ſine
ſcriptura habitis, poſſunt fieri ẽt partibus nõ vocatis, pro ſe alle
gantes, quia nunquã inuenitur expreſſum, ꝙ aliqui vocari de-
beant. licet primo dictũ eſt ſecurius, hoc aũt eſt certum, ꝙ ſi illi,
quos res tangit, vocati non veniant, ꝙ põt fieri hęc publicatio,
6 arg. Auct. vt ſpon. lar. §. ad hoc. †Et ſi ſit inſtrm̃, quod aliũ nõ tã-
git ſpecialiter, vt priuilegiũ, vel indulgentia generalis, tunc vo-
cari debent hi, quos res tangit, vel ad minus ſolẽne edictũ emit-
ti, arg. optimũ, j. de elec. detpõ. cũ inhibitio, j. qui ma. accu. poſ.
cũ in tua, j. de ſen. excõ. c. ſtatuimus, aliter nõ valebit priuilegij
a publicatio, niſi fieret per illũ, [a] qui cõceſsit priuilegium. tũc. n.
ſatis poſſet dici, ꝙ valet publicatio, ẽt nullo edicto emiſſo, quia
ipſe de nouo eidẽ cõcedere poſſet. Sed ꝯ vr̃, j. de cõfir. vtili. cũ
dilecta.

ADDITIO.

a ¶Per illum. De hoc dicto, & eius veritate vide lațiſſimè per Feli. in c. cum olim,
col. 5. in fi. & ſeq. per totum, ſupra de re iudi.

dilecta. ſed potes dicere, q ibi nõ fuit emiſſum aliqđ edictũ, ſed
aduerſa tius cõparuit, & fuit auditus. Sed ſi pͣriũ diceret, in in-
ſtis magnæ fraudes, & pīudicia poſſent pͣuenire, cũ vlterius de
falſitate primorũ, vel ſuſpitione nil poſſet dici. ſed in publicatio
ne eorũ, q̃ nondũ ſunt in publicam formam redacta, non poteſt
tantum fieri præiudicium, licet & ibi multum fieri poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtibus examinatis coram arbitris, an ſit ſtandum in alio iudicio, & quid ſi iam mortui ſint.*
2 *Teſtes in vna cauſa recepti, an valeant in alia.*

CAP. XLIIII.

CVm in tua diœce. & infra. [Eorundẽ.] 3. vel 4. [11.
vel 12.] Iſti 11. vel 12. recepti fuerunt ante ꝯctũ matri-
monij, quando inquirit, an ſint cõſanguinei ſm tenorẽ conſti-
tutionis, q̃ eſt j. de clan. deſpon. c. 3. [Primi.] 11. vel 12. [Poſte-
1 rioribus.] Tribus, vel quatuor. [Præferantur.] † Licet expreſsè
non reſpondeant hmõi q̃ſtioni, tamẽ innuit hanc reſpõſionẽ. ſ.
q ſm dicta pͥoritorũ teſtiũ eſt procedendũ. [Præferantur.] Nũ-
quid ſi mortui ſint primi, valebit dictũ, qđ in primo iudicio di-
xerint? vr q ſic, j. eo. pſentata. C. de teſti. l. vlti. Sed nos dicimus
ꝯ, quia pro nulla eſt vox eorũ, & illa iura nõ tangunt hoc, qa ibi
iudex ordinarius, vel delegatus ſuccedit in locum arbitrij; vnde
de iure eſſet, q ſi primus eſſet iudex, q de cętero nõ producent
idẽ teſtes, ex quo producti fuerunt corã eo, cui ſucceſsit. ſ. eo.
cauſam. j. C. de iudi. properandũ. §. ſed ſi autẽ. ſed quia primus,
qui teſtes recepit, arbiter fuit, qui non eſt tantæ auctoritatis, ſi-
cut iudex. C. de arbitris, l. j. ſtatutũ fuit, q is, ꝯ quẽ teſtes produ-
cti fuerãt, ratas habere atteſtationes corã arbitris receptas, vel
2 de nouo ijdẽ reciperentur ſuper eadẽ cauſa. † at hęc cauſa non
eſt eadẽ cum prima. prima. n. fuit inquiſitionis, hęc eſt actionis.
I ẽ ad aliud in prima agebatur, ad aliud in ſecunda, & ideo pro-
ducti in prima non valent in ſecũda. ſ. eo. veniens. [Ad aliud.]
Ad cõiungendũ matrimoniũ. [Ob aliud.] Ne filij ſint illegiti-
mi. vel. i. vt ſatisfaciat ſacerdoti inquiſitori de cõſanguinitate i-
ter eos. [Quã iſti.] 3. vel 4. qui iurant ad ſeparãdũ, & ne maneãt
in illicita copula. [Priores.] 11. vel 12. [Teſtimonia.] Et ẽt ſi tot
eſſent numero, & nõ plures. ſ. de pba. ex lřis. [Caſu.] i. cũ agitur
de mřimonio ꝯiũgẽdo, vel ſeparãdo, ſ. c. ieries, ſicut tenore, qa
nec inĩa trãſit in rẽ iudi. j. de re iud. cõſanguinei. tñ quãto circa
maiora periculũ vertit, tanto diligẽtius inquirere debet iudex.

S V M M A R I V M.

1 *Periurium temerarium, an repellat à teſtimonio.*

CAP. XLV.

COnſtitutis in præſentia noſtra.
[Nõ teneri.] No. temerariũ piuriũ nõ repellere à teſti
monio. ſed dic hoc i odiũ Archiepi eẽ, q hoc credit pcuraſſe, vł
ad minus in eius fauorẽ pcuratũ eſt, alſ aũt ſecus eſſet, 11. q. 3.
qͥſqs metu. ff. đ iureiu. eũ q. [Inuito.] de hoc no. ſ. e. c. æſtimauit.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes in cauſa matrimoniali an inducere liceat publicatis atteſtationibus.*

CAP. XLVI.

COnſtitutis in præſentia noſtra.
[Ad petitionẽ eiuſdẽ Principis.] vel epi. [Teſtificata.]
Hic habes, q poſt publicatas atteſtationes ſuper proceſſu in cã
matrimoniali nõ licet teſtes inducere. ſ. vt li. nõ cõteſt. ad hoc.
ſecus, ſi ſuper cõſanguinitate, vel alio impedimẽto. ſ. eo. cũ in
tua, & c. teries. [Iudicum poſteriorum.] Fortè poſt ſnĩam Pragen.
epi, Princeps ſuper cõfirmatione ſnĩæ literas impetrauit, & ite-
rum ſuper caſſatione vtriuſq; proceſſus. ſ. epi, & aliorum delega
torũ fuerũt iudices impetrati, & ſuper eis proceſsibus teſtes p-
ducti fuerunt, & anteq̃ aperirentur dicta, obtentæ fuerunt hæ li
teræ ad eoſdẽ iudices, vel ẽt ad alios, quia nõ eſt ibi vis, ad quos
ſint literæ obtentæ, quib. eis mandat, q ſuper eis proceſsib. ite-
rũ teſtes reciperent, ſi partes velint, cũ priores atteſtationes nõ
ſint publicatæ. [Quos.] Si iudex fortè cognouerit, q in primo
teſtimonio aliqua omiſit, vel aliam iuſtã cauſam attẽderit. alias
enim non licet, vt Auct. co. §. quoniam vero multi. ff. de quæſti.
reperi. niſi ſuper abo articulo, vel ad aliud ageretur.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes de auditu quõ deponere debeant, ne in ſuis dictis dicãtur ſingulares.*

CAP. XLVII.

LIcet ex quadam. [Graues.] Senes, quibus ma
gis creditur in cõſanguini-
tate, 35. q. 6. c. 1. arg. ff. de fi. inſtru. l. j. vel dic graues eſſe, q
ſio ſunt leues moribus. ſimilis expoſitio ff. de leg. 1. cũ pater. ſ.
de ſeru. e. 2. [Duob.] Nõ eſt neceſſe, q q̃libet à duob. audiuerit,
ſed neceſſe eſt, qđ plures ſint principiũ huius auditionis, & eſt
ſm hoc arg. q ſi volo pbare iuriſdõnẽ de vſu, vel ſeruitute ali-
qua, & vnus dicat de vno, alius de alio actu, q pbat, tutius credi
mus dicẽdũ, q q̃libet teſtis ab eiſdẽ duobus, & eodẽ tpe audire
dẽt, alias in ſuis dictis erũt ſingulares. ſ. de ele. cũ dilecti. de hoc
no. j. de accu. qualiter. 2. [Demonſtratione.] ff. ſi cer. pet. certũ.

S V M M A R I V M.

1 *Copia articulorum, & capitulorum probandorum debet dari partibus, & cur id fiat.*
2 *Nunquid interrogationum copia ſit danda parti.*
3 *Quid agendum ad hoc, vt teſtium ſuper tota cauſa valeat teſtimonium.*
4 *Qua de cauſa iterari poſſit interrogatio.*

CAP. XLVIII.

PEr tuas nobis literas. [Audiendũ.] Iudex
tñ ex officio ſuo po
teſt facere, arg. ff. de q̃ſti. l. repeti. j. eo. cũ clamor. [Au-
diendũ.] Vel niſi obſcurè dixiſſet, j. eo. cũ clamor. [Capitulis.]
1 † No. q capitulorũ vel articulorũ probãdorũ expedit copiã fie-
ri partibus vt poſtea nõ ita de facili audiatur, ſi diceret, q ſuper
illis articulis deponere non debuerũt, ſed ſi non fiãt, nihilomi-
nus valet eorũ receptio, ſed liberè audietur ꝯdicẽs, ſi dixerit ſu
2 per articulis impertinentibus. † Interrogationũ autẽ, quæ fiunt
ſuper circũſtantijs, nõ eſt facienda copia partibus, quia ipſę tm̃
dant ad inſtructionẽ examinatorũ, & ſi interrogauerũt de alio,
q̃ deberent, non ſit pͥudiciũ partibus, arg. ff. de inter. act. l. fi. Sed
ſi vult dare copiã, non peccat, & no. q producẽti teſtes pro ma-
iori parte eſt vtile dare articulos, ſuper quib. vult producere te-
ſtes, qa nec iudices, nec teſtes ſunt ſemper inſtructi & de facto,
& de iure, q de omnib. neceſſarijs ſcirent interrogare. Sed illi, ꝯ
quẽ producuntur, nõ eſt vtile niſi ad hoc, q ſuper capitulis me
3 lius ſcirent facere interrogationes. † Itẽ no. hic, nec iudex, nec
partes debent ſuſtinere, q teſtes iurẽt dicere veritatẽ tm̃ ſuper
artic. datis, quia ſic nõ valeret teſtimoniũ eorũ ſuper alijs, q̃ cõ-
tingunt, &c. ſed ſuper illis articulis tantũ, ſed debent iurare ſup
illis articulis datis, & ẽt ſuper cauſa, & ſic valebit eorũ teſtimo-
niũ ſuper omnibus, q̃ faciunt ad cãm, ſ. eo. de teſti. 3. q. 9. horta-
4 mur, j. de accu. cũ dilecti. [Negligenter.] † Si. n. ex certa ſciẽtia,
vel cauſa omiſiſſet interrogare. ſ. quia non deberet, tunc ẽt ſi à
principio capl̃a, ſuper quib. interrogari petijſſet, dediſſet, nõ tñ
iteraret interrogatio, ſed ſi capl̃a, ſuper quib interrogari debe-
bant, eſſent à iudice approbata partib. pñtib. & poſtea eſſent ali-
qua omiſſa, ſuper illis bene iteraret interrogatio. Itẽ no. q hic
nõ loquit de interrogationib. q̃ fiunt à teſtib. ſuper circũſtãtijs
nõ cõtingẽtibus principalr negociũ principale, quales ſunt de
loco, vbi fuit celebratus ꝯtus, & de tpe, & hmõi cõſimilibus. De
his. n. q̃rit, vt diſcernat eorũ fides, de quibus no. ſ. eo. cũ cãm.
Sed loquit de capl̃is, q̃ ſunt circa principale negociũ, vel ei an-
nexa, vel potius ſub eis cõprehenduntur, ſicut eſt, qñ intẽdit p-
bare pſcriptionẽ, q q̃rat de titulo, vel de cõtinuatione tpis, &
de bona fide, & dicimus, q de his q̃rere debet, ſiue pars dederit
de hoc articulo, ſiue nõ. Si non q̃rat iudex de his, repelẽdi erũt
teſtes. nã in culpa erit iudex, & nõ pars de hoc, q ſuper articulis
his non reſpõdet. ipſe. n. eos examinare debet. ſ. eo. cũ cauſę, &
ſ. e. cũ proba. c. licet, & nõ pars, qa per eos ſubornari nõ debet.
ſ. c. cãm, de proba. licet. Nec ẽt ipſis teſtib. hoc eſt imputandũ,
ſi neſciunt oĩa capl̃a q̃ ſunt neceſſaria ad probandũ pſcriptio-
nẽ. Sed dices, ſm hoc vr, q iudex ſuppleat de facto, qđ nõ licet,
vt no. ſ. de poſtu. c. bonæ. Sed reſpondeo hoc eſſe tale factum, q
licet ſupplere, quia colligitur ex actis. ſ. quia ex quo admiſſus eſt
ad probandũ prescriptionem, & ſub prescriptione ꝯprehẽdat
titulus, per ꝯns admiſſus intelligitur & ad titulum probandum.

S V M M A R I V M.

1 *Dilationes ad inſtruendam cauſam, & ad reprobandum teſtes, an dari debeãt ſine cauſæ cognitione.*

CAP. XLIX.

LIcet dilectus filius N. [Partes.] Quia am
bo fortè partes pro
duxerunt teſtes ſuper principali, & ideo vtraq; pars ꝯ ſe
productos reprobare volebat, qđ poterat. Et idẽ dicimus in ſe-
cunda reprobatione. ſ. q vtraq; pars poterit teſtes inducere ad
reprobationẽ ſuorũ teſtiũ, arg. ff. de leg. 3. fideicom. §. ſi quis de-
cẽ. [Quarto.] Licet quælibet dilatio ad inſtruendã cauſam nõ
ſit danda ſine cauſæ cognitione, 3. q. 3. §. ſpatium, & in prima di
latione modica aut nulla cognitio requirat, vt no. ſ. eo. in cau-
ſis, tamen ad reprobandũ teſtes non dabitur dilatio ſine grãdio-
ri cauſæ cognitione, tñ ſemper dabuntur dilationes, & breues,
& hoc probat, qa niſi odioſę eſſent hmõi dilationes, non eſt ra-
tio, quare quartæ & vlteriores nõ darẽt ad reprobationẽ teſtiũ.

S V M M A R I V M.

1 *Arbiter an & quando poſſit citare partes ad remotas partes, & vſque ad qua loca.*
2 *Confeſſiones & alia acta factum recipientia coram arbitris habita, an valeant in iudicio ordinario, & quid in teſtibus.*
3 *Iudices ordinarij procedentes per acta habita coram arbitris, an poſſint ratas habere atteſtationes.*

CAP.

CAP. L.

PRæſentata. [Eccleſia.] S. Petri. [Ab eiſdem.] Partibus. [Solo.] Duo ẽt arbitri
non valebant, de hoc no. ṡ. de offi. deleg. cauſam. [So
1 lo.] † Hic vr̃ expirare arbitriũ, ſi multũ abſcedat arbi
ter. tñ hoc non eſt vſquequaq; verũ: nã licet nõ poſsit citare par
tes ad remotas partes, põt tñ, ſi hoc expreſsè actum eſt. ſ. q̃ à re-
motis citet, illud facere. ſi autẽ non ſit appoſitũ in cõpromiſſo,
non poterit eũ citare, nec cauſam agere extra territoriũ rei, ſed
ibi ſic, quia arbitria ad inſtar iudiciorũ redacta ſunt. ff. de arbit.
l. j. alij dicunt, q̃ per duas dictas citari poſſunt, arg. ṡ. de reſcrip.
nonnulli. Melius dr̃, q̃ niſi alias expreſſum ſit ſuper loco, poſsit,
vbi cõpromiſſum factũ eſt, vel ẽt in ſeceſsibus, ſi arbiter talis ſit,
qui cõſueuit in ſeceſsibus agere, & iuxta vrbẽ, vel locũ cõpro-
miſsi, dũmodo ſit ſine grauamine alicuius partis, citare partẽ.
ff. de arbi. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. [Videatur.] Sicut in veritate ex-
a piravit. [Acta.] † No. cõfeſsiones, & alia acta factũ reſpicientia
corã arbitris valere in iudicio ordinario. C. de arb. l. pen. §. pen.
In teſtibus tñ aliquid ſpeciale ſtatuitur hic, & no. de hoc ṡ. c. cũ
in tua. ſed an li. conteſt. facta corã arbitris ſufficiat corã iudice,
arg. eſt hic, arg. ꝯ, quia ſn̄ia nõ habet vigorẽ, multominus li. cõ
teſt. niſi quo ad interrũpendã ꝑſcriptionẽ C. de arbi. l. pen. §. 1. L.
[Optione.] Ideo aũt ſeruatur hæc optio capl̃o ſoli, & nõ Arch.
quia Arch. eos produxerat, vnde nõ poterat eos recuſare, 4. q. 3.
3 ſi quis teſtibus. [Recipiant.] Hic vult dicere, † q̃ iudices proce-
dant per acta habita coram arbitris, ita tamen, q̃ ſi voluerint ra
tas habere atteſtationes coram arbitris receptas, poſsint, alias
ijdem teſtes iterum recipientur. & hoc verum eſt, ſi teſtes vi-
uant, alioquin neceſſe habet eas habere ratas, & hoc eſt tractũ.
C. de teſt. l. vlti. C. de arbi. l. pen. in fi. [Superſunt.] Id eſt viuunt.

SVMMARIVM.

1 *Imperator an poſſit concedere priuilegium epiſcopis, in cauſis, quæ mouentur in iudicio eccleſiaſtico.*

CAP. LI.

NVper nobis. [Niſi iuratus.] Niſi quoad præ-
ſumptionẽ. 28. diſt. de Syracuſa
na. 8. q. 3. c. j. 20. q. 3. ꝑſcos, 86. diſt. rania. [Iuratus.] ꝯ.
13. q. j. quicunq;, ver. omnes. Sol. illi derogatum eſt,
vel illud eſt ſpeciale priuilegium, qđ conceſsit Imperator epiſ-
copis in cauſis, quæ mouẽtur in iudicio ſeculari, quia in cauſis,
quæ corã eccleſiaſtico iudice mouentur, non põt cõcedere pri
uilegiũ. [Iuratus.] ṡ. e. tuis. C. de teſt. iuſiu. 33. q. 2. admonere.

CAP. LII.

VEnerabili filio N. [Congregatis.] Supple
ſupplicarunt pro cano
nizatione M. Abbatis S. Martini.

SVMMARIVM.

1 *Quæ cauſa ſit, quod poſt publicationem prohibentur teſtes produci.*
2 *An poſt apertionem liceat producere alios teſtes.*
3 *Teſtium dicta obſcura non ſunt per alios declaranda.*

CAP. LIII.

1 CVm clamor. [Iterum.] † Speciale eſt in in-
quiſitione, q̃ ex puro & mero
officio fit, vt non attendat̃ ibi publicatio teſtiũ quã-
tum ad hoc, quin ſemper teſtes producant̃, & eſt ra-
tio, nã ideo prohibentur teſtes poſt publicationẽ produci, quia
timetur ſubornatio teſtiũ, in Auct. de teſt. §. ſi vero. Sed hic. ſ. in
inquiſitione non timet̃ ſubornatio teſtiũ ex parte producẽtis,
cũ nullus alius ſit ibi pars, niſi ſama & iudex. itẽ ipſe & iudex ſẽ-
per habuit apud ſe publicata dicta teſtiũ, ſiue per ſe receperit,
ſiue per tabellionẽ. ſed fortè oppones, q̃ ſi quis ſpecialiter depu
tatus eſt ad miniſteriũ inquiſitionis, & illi ſunt publicatæ atte-
ſtationes, nũquid impediet alios producere? credimus idẽ, qđ
ṡ. diximus. nã ſi ſit miniſter inquiſitionis, nõ tñ habet ius in in-
quiſitione, ſicut procurator, qui non põt remoueri poſt li. cõte.
niſi cauſa cognita. ff. de procu. poſt li. conteſt. & ll. ſeq. at iſte ſẽ-
per mutari poteſt. j. de accu. olim, & j. de re iud. cũ I. & A. itẽ nõ
vr̃, q̃ poſsit appellare. nã non vr̃ ſua intereſſe, niſi fortè appella
ret noĩe ſuperioris, qui inquiri mandauit, & ad inquiſitionem
proſequendã ipſum deputauit, vt in ꝑal. c. olim. Alij tñ dicunt,
q̃ hic inquiſitor ius habet in inquiſitione ita q̃ mutari non po-
teſt, ex quo cœpit, & poterit appellare, ſicut q agit pupillari actio
ne, & poſtq̃ ſibi publicatæ fuerunt atteſtationes, nõ poterũt ꝑ-
duci teſtes, niſi probaret̃ colluſio. j. de col. c. vlti. ff. de iureiu. cũ
qui. §. in popularib. ff. de popu. act. l. 2. ff. de accu. ſi cui. §. 1. & 2.
Et reſpõdetur huic decr. quia hic nõ erat ſpecialis executor in-
quiſitionis, vel quia non dr̃ hic, q̃ de nouo interrogentur anti-
qui, vel noui inducantur pp ſpecialitatẽ cauſa inquiſitionis, ſed
pp obſcuritatẽ ipſorũ. pertinet. n. ad officiũ iudicis, vt ipſi ſe ſic
exponant, & fortè hęc dilucidatio nõ eſt facienda ad petitionẽ
a partis, ſed ex officio ª iudicis, vt no. j. de accu. cũ dilectus. † Sed
2 dices, quõ iterũ introducerentur alij, cũ ſuper hoc codẽ articu
lo producti ſunt aliqui? Reſpon. poſt apertionẽ non licet produ
cere aliquos, vt mutent, quod dictũ eſt, vel ẽt addant, vt in ꝑal.
Auct. §. ſi vero. idẽ videretur, & ſi nihil dixerunt, nã tunc nõ poſ
ſunt iterũ produci, cũ ſibi ſuſpitio ſubornationis ſit, licet ſecus
ſit, vbi obſcurè dicunt, cũ obſcurè reſpõdere nõ per oĩa idẽ ſit,
quod nõ reſpõdere. Itẽ & vbi volunt priorũ dicta cõprobare ꝑ
teſtes ẽt poſt publicationẽ, puta ꝑ teſtes duos probaui me emiſ
ſe die tali, alius probat ea die me alibi fuiſſe, poſſum ẽt poſt pu-
blicatas atteſtationes alios producere ad confirmandũ priorũ
dicta. ſ. q̃ eadẽ die fui ꝑſens & emi, arg. ꝑdictæ Auct. & ṡ. eo. ex
tenore. nec ad confirmandũ priorũ dicta ſemper admittendus
ſum. nã cũ habui dilationẽ ad teſtes producendos, non eſt mi-
hi dãda alia dilatio, niſi cũ cauſæ cognitione, vt no. ṡ. eo. in cau-
ſis, vt in caſu ꝑſenti notari põt. nã in iſto caſu ſatis apparet, qđ
ſubueniendũ eſt mihi, & meo facto credendũ, q̃ malitioſè hoc
non peto. probabiliter. n. credere potuit, q̃ ſufficerẽt mihi duo
teſtes ad probandũ ꝯctũ, ſed ſuperuenientibus probationib. ad-
3 uerſarij cognoſcit̃ ꝯtrium. † Sed ſi aliqui primo dixiſſent obſcu-
rè, alij minus obſcurè tunc, qui obſcurè dixerũt, eſſent interro-
gandi ſuper expoſitione dictorum ſuorum, tum alij ad hãc ob-
ſcuritatẽ declarandã non eſſent admittẽdi, niſi ſicut dictũ eſt ad
confirmandũ priorũ dicta. Aliqui tñ ꝯdicunt prędictis dicẽtes,
q̃ ijdẽ teſtes non ſunt iterũ repetendi ad declarandũ, qđ obſcu-
rè dixerũt, niſi qñ adeo eſt obſcurũ, q̃ nullum habet intellectũ.
ſi aũt põt intelligi, ſed diuerſis modis, tunc ſi quod dictũ eſt, ex
b conſuetudine ᵇ recipiat aliquam interpretationẽ, illã habebit,
arg ff. de leg. minimè, alioquin in benigniorẽ partem interpre-
tabitur. ff. de leg. benignus, j. de ſpon. iuuenis, alias verborũ ſi-
gnificationi ſtatur. ff. de condi. & demon. l. j. §. j. vel ꝯ introdu-
ctorem tunc interpretandum eſt, ṡ. de proba. in præſentia.

ADDITIONES.

n ¶Ex officio. Ad hæc dicta Inno. adde Bar. in extrauag. ad repri. & in ſua diſputa
tione incip. iudex maleficiorum, & Pe. de Anch. in conſ. 97. col. fi. in prin. cõſi.
in quæſtione, quæ vertitur, & Bar. in l. 2. §. ſi publico, col. 4. ff. de publi.
b ¶Ex conſuetudine. Adde Fel. in 5 gl. decre. col. 2. qui refert hoc dictum Inno. &
ad Inno. hic adde Io. de Imo. in l. 2. col. 7 ff. de duob. reis. Alex. de Imo. in con-
ſil. 52. col. 2. in prin. in . vol. & Card. in cõſ. 197. col. fi. in fi. & Alex. in cõſ. 156.
col. 4. in 5. vol. vbi q̃ in dictis teſtium attenditur, qđ vt plurimum fieri ſolet.

SVMMARIVM.

1 *Canonica infamia per pœnitentiam tollitur.*
2 *Emendatio criminis quomodo appareat.*
3 *Mortaliter peccat, qui temerè iurat.*
4 *De publico condemnatus crimine, ſemper eſt infamis.*
5 *Excommunicatus an ſemper repellatur à teſtimonio, & vide in nu. 7.*
6 *Excommunicationis ſententia etiam iniuſta tenet.*

CAP. LIIII.

1 TEſtimonium eius. [Crimen.] † De quo
nõ eſt condẽnatus,
nec irrogat infamiã ipſo iure: verũ horum fuerit, re-
pellitur ẽt poſt ſn̄iam in cauſa ciuili. infamiã. n. cano
nica tollit pn̄ia, 6. q. j. illi, ſed infamiã ciuilẽ non, 2. q. 3. § hinc
colligitur, licet alij aliter dicant. [Reprobatur.] 6 q. j. illi, q̃ cri-
2 mẽ, ṡ. eo. inſup. & c. j. [Emẽdatus.] † Emendatio apparebit, ſi oc-
cultũ eſt crimen, per ſacerdotẽ, qui dicat eũ ſibi con feſſum, vel
vt quidã dicunt, eius ſimplici verbo credendũ eſt. ſufficit aũt oc
cultam pn̄iam agere, vbi crimẽ occultũ eſt. Si verò crimẽ eius
eſt manifeſtũ, debet manifeſta eſſe pn̄ia, licet non ſolẽnis, 2. q. j.
ſi peccauerit, 45. diſt. ſed illud, 50. diſt. in capite. j. de ſimo. nemo.
3 [Periurij.] † 6. q. j. quicunq;. Et intelligitur hoc verũ, vbi falſum
iurauit, & ꝯ licitũ iuſm venit. ſed ſi non falſum, ſed tñ temera-
riè iuſm iurauit, vel ẽt ꝯ illicitũ iuſm venit, quis non eſt periu-
rus, quia facit ꝯ iuſm, ſed quia temerè iurauit, 22. q. 4. ſi aliquid.
nõ eſt repellendus à teſtimonio, ṡ. eo. cõſtitutis. Sed tñ quilibet
temerè iurans mortaliter peccat, 22. q. 2. c. 2. & q. 4. neceſſe, & j.
de iureiu. c. & ſi Chriſtus. ſed põt dici hoc ideo eſſe, quia ex quo
a tale iuſm non ſeruat, ſeipſum ꝑſumitur de talibus pœnituiſſe. ª
vel põt dici, q̃ ẽt temerè iurans repellitur. nec obſtãt ꝯria, q̃ lo-
quũtur, q̃ poſſunt reddere teſtimoniũ ꝯ eũ, qui alias coegit, vel
induxit ad ꝑſtandũ temeraria iuſa, quod in eorũ odiũ factũ eſt.
temerariũ ẽt iuſm non repellit à dignitate, j. de iureiu. ſicut no
ſtris, alij tñ ꝯdicunt. [Periurij.] 22. q. 5. ſi quis ꝯuictus. c. paruuli.
[In criminali.] 2. q. 7. Apoſtoli. ipſi teſtes. [De crimine.] Niſi ſe-
cũ ſit diſpenſatũ, vel niſi ſit in integ. reſti. vt no. j. de re iud. cũ tes
4 [De crimine.] † Publico, de quo condẽnatus ſemper ſit infamis.
ff. ex quib. cau. inſa. irro. athletas. §. calũniator. vel ẽt in priua-
to, ſi deſcendit ex ea actione, q̃ ẽt dãnato in priuato iudicio in-
famiam irrogaret, vt furti, & vi bo. rap. ff. de his, qui no. infa.
athletas. §. fi. & duabus ll. ſeq. & ff. de pub. iud. infa. ff. de cri. ſtel.
l. 2. & 3. & idẽ etiã, ſi de crimine priuato, quod ẽt condẽnato nõ
irrogat

ADDITIO.

a ¶Pœnitu. ſe. Adde Card. in cõſ. 35. incip. ad dubia ſingulariter, col. 2. circa med.

irrogat infamiā. nā cū poſſit promoueri, nō poterit ſacerdotē
accuſare, ſed laicū pôt accuſare, & teſtificari in eū. Idē ēt dici-
mus, & ſi excipiatur de crimine, qđ non infamat, vt hic, & ſiue
ſit cōdemnatus, ſiue non. [Per exceptionē.] De crimine, in quo
perſeuerer. Si autē egiſſet pnīam, tūc ita audief aliquis excipiēs
ꝯ cum de crimine, ſicut audiē excipiens ꝯ electū petentē cōfir-
mari, de quo no. ſ. de elec. dudū Ro. & j. de accu. ſup his. vel dic
hic exceptionē condēnationis ſuper crimine ſactā. [Per exce-
5 ptionē.] †Sed quid dices in excōicato, ſed nunc abſoluto, nūqd
pôt ferre teſtimoniū? arg. ꝙ non, 4. q. 4. c. j. & 2. vbi multū de hac
materia notatū eſt. vel dic aliter, ꝗ ſit ibi notatū, ꝙ nunquā ob-
ſtat teſti, ꝙ fuerit excōicatus, dummodo nunc ſit abſolutus. Sed
neceſſe eſt crimē probari, ꝑp quod excōicatus fuit ad hoc, vt re-
pellatur. nec obſtāt rationes, ꝗ ibi ſunt notatæ, puta quia nō fer
tur excōicatio, niſi pro magnis criminibus, 11. q. 3. certū eſt. &
aſſignamus talē rationē: excōicatio nō eſt culpa, ſed eſt medici
na, vel pnīa, 2. q. j. multi, & ideo ea ceſſante nō debet aliqua infa
mia remanere. ff. de his, qui no. infa. ictus. Sed dices, licet pęna
excōicationis non ſit peccatū pęnæ, tñ impoſitio per iudicē fa-
cta eſt probatio culpæ, ꝗ nō niſi probata culpa irrogaē, 2. q. j. ne-
mo. Reſpon. ꝙ ſæpe ſine manifeſta & ſolenni probatione quis
excōicatur hoc ipſo, ꝙ præſens non eſt in termino, & tñ pôt eſſe
ꝙ legitimo impedimento detentus eſt, & ſic eſt iniſta excōica-
tio, ſed tñ cauſa, vel culpa nō ſubeſt, vnde poſtea probato impe-
dimento ſine difficultate abſoluitur, 4. q. 5. c. j. j. de re iud. cum
6 Bertoldus. †Itē ſnīa excōicationis etiā iniuſta tenet, 11. q. 3. c. j.
graue ergo eſſet, ꝙ perpetuā ſibi infamiā irrogaret. ad hoc er-
go, vt non obſit ei ſnīa excōicationis, oportet, ꝙ probet ēt cul-
pā, pro qua excōicatus eſt, arg. ff. de his, qui no. infa. ictus. Alij
tamen dicunt, ꝙ vbi quis cōtumax eſſet in parendo ſuper crimi
ne, de quo condēnatus eſſet, & hac cauſa expreſſè aſſignata ex-
cōicaretur, ꝙ talis excōicatus bene repelleē, ēt nō probato cri-
mine. & idē dicunt, ſi ēt amoueretē ab officio, vel ordine ꝑp in-
obedientiā, ſiue excōicationē, arg. 4. q. j. c. j. & 2. ff. de his, qui no.
infa. l. 2. § ignominiæ, & ff. de iudi. cū ꝑtor. & idē vř dicendū, ſi
nō eſſet cōdēnatus, ſed tñ crimen eſſet notoriū, vel ēt non eſſet
notoriū, ſed tñ iudex exprimit in ſnīa, ꝙ non vult de tali crimi-
ne pęnitere, qđ cōmiſit: ideo excōico eū, arg. ꝑdictarū legū. ſed
ſi tñ bene attendas, in omnibus his nō eſt cauſa eū expellēdi ex-
7 cōicatio, ſed ſnīa ſuper crimine lata, vel crimen cōmiſſum. †Et
ideo melius vř dicendū, ꝙ non ſufficit ad repellendū quemquā
à teſtimonio probare, ꝙ fuerit excōicatus expreſſa cauſa crimi
nis in excōicatione, niſi fuerit tale crimē expreſſum in ſnīa, qđ
ipſo facto infamaret, cū acta pnīa de alijs criminibus emenda-
tus ſit, & infamia canonica ceſſet. nec eſt ſimile de remiſſo cau-
ſa ignominiæ, vel exauctorato, cū neutrū horū interuenerit in
excōicato. & reſpondeo obiectionibus. ſ. ff. de his, qui no. infa.
l. 2. §. ignominiæ, & alijs, quia exauctorare militē, vel remouere
ab exercitu, vel ordine, vel iudicē remouere à ſenatu, de quib.
ibi loquiē, eſt proxima cauſa, & pęna delicti, ſed excōicatio, vel
priuatio à cōione fideliū vel ſacrorum non eſt proxima pœna
delicti, imo aliquod eſt mediū. ſ. cōtumacia, pro qua ferē tñ ex-
cōicatio, & nunquā pro crimine, quantūcunq; ſit graue, 11. q. 3.
certū. nec hac ratione dicendū eſt, ꝙ ſi ipſo facto incidit in ex-
cōicationē, vt in violenta manuū iniectione, ꝙ repellendus ſit
perpetuo, quāuis ſit proxima pęna delicti, quia hęc pęna excōi-
cationis nō infertur ab homine, ſed à iure. vnde nō amplius re-
pelleretur ꝑp excōicationē, ꝗ ꝑp crimen tantū. ſ. durante excōica-
tione, vel quouſq; pnīam agat. ſed in ꝑdictis legibus dē, ꝙ miles
vel iudex per iudicem fuit remotus, & mitius agit ius, ꝗ iudex.
[Grauata.] Nā cū hic repellatur ab electione, & ſimili modo ab
ordinatione, ſ. de elec. ſuper eo, eodē modo ēt repellendus eſt
ab accuſatione, & teſtimonio, 2. q. 7. ipſi, & c. teſtes. [Ciuili.] In
cauſa. n. ciuili non repellitur, ſiue crimen publ. ſiue priuatū cō-
miſiſſet, ſi pnīam egiſſet, & nō eſſet condēnatus, nec infamatus
ipſo iure. Itē ſi condēnatus eſſet de priuato, quod nō infamaret,
ff. de crimi. ſtellio. l. 2. [A teſtimonio.] Idē ēt in accuſatione, cū
ordo, & teſtimoniū, & accuſatio, cum de accuſatione crimina-
li clericorum agitur, æquiparantur, ſcilicet vt quicunque ad
vnum admittitur, & ad aliud, 2. quæſt. 7. ipſi teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Quarta productio an fieri debeat, vbi quis teſtificata viderit, & inſpexerit.*
2 *Atteſtationes cum per iudicem aperta ſunt, non poteſt vlterius producere.*
3 *Aſſignata dilatione ſtatim incipit currere tempus.*
4 *Continentes prouinciæ quæ dicantur, habes remiſſiuè.*

CAP. LV.

Vltra tertiam productionem.

[Præſtito.] In Auct. eo. §. quia vero, ſ. eo. ſignificaue-
1 runt, in cauſis, vbi de hoc no. [Subtraxerit.] †Hic fa-
tis credo, ꝙ ad quartā productionē nunquā debet quis admit-
ti, vt quidā dicunt, quantūcunq; viderit teſtificata, dūmodo ple
nè illa inſpexerit, & hoc ſonat illud verbū, perſcrutatus fuerit. l.
cū diligentia inſpexerit. ex hoc. n. ꝙ diligēter inſpexit, & per oīa
ſcrutatus eſt, ꝑſumitur fraus, quādo poſt vult producere teſtes.
imo ſi à teſtibus, qui depoſuerunt, ꝗſiuiſſet diligenter, quid di-
xiſſent, nō crederē, ꝙ ꝑp hoc poſſet prohiberi iterū producere
teſtes, quia nec iure prohibeē, nec etiā ratione, quia per vnā vo
cē de facili inſtrui nō poſſet, nā ſi alias non furtiuè, ſed caſu cō-
tigiſſet, ꝙ atteſtationes vidiſſet, non tñ plenè, nec notādo circa
illa, ꝗ notanda ſunt. vnde ſuper eiſdē artic. teſtes producere poſ
ſet, arg. ff. de rei vin. officiū. C. de ꝓb. exceptione. ſed ꝯ, in Auct.
de teſti. §. quia vero. vbi expreſſè ſonuitur, & poſtꝗ didicit teſti-
ficata, nunꝗ vlterius teſtes producere pôt. ſed illud pôt intelli-
gi, vbi renūciauit teſtib. & vidit teſtificata. ambo. n. iſta, vt qui-
dā dicunt ſimul neceſſaria ſunt. & idē eſt, vbi ſubtraxit, quia ēt
ſi non tūc cōſtaret diligenter vidiſſe teſtificata, tñ quia ꝑſumiē ꝯ
2 eſt ꝑp furtū, vlterius teſtes producere non pôt. †Itē quando at-
a teſtationes a apertę ſunt per iudicē, vlterius producere nō pôt.
& in his caſibus vř loqui ꝑdicta Auct. & non dicimus tñ dene-
gandā productionē teſtiū poſtꝗ didiciſſet plenè teſtificata vltra
tertiā productionē, ſed ēt poſt primā, vel ſecundā, & hoc innuit
finis §. ꝑalle. quia vero, niſi in caſib. ꝑdictis. Itē dicimus, ꝙ ſiue
plenè ſua teſtificata videat, ſiue partis aduerſæ, ꝙ vlterius teſtes
producere non pôt, quia lex ſic generaliter loquiē, poſtꝗ didicit
teſtificata. aliqui tñ dicunt, ꝙ viſio teſtificatorū partis aduerſæ
nō impedit productionē teſtiū, & habent arg. pro ſe ff. de iudi.
iudices. primo dictū magis placet. [Nequiuerūt.] Si quis petat,
ꝙ non aperiantur teſtes, vel ꝙ nō feratur ſnīa, quouſq; tales, ꝗ
ſunt in captiuitate, vel in peregrinatione, vel alijs ex cōſimilib.
cauſis ſunt abſentes, vel morbo, vel furore tenenē, reuertātur,
quia ipſi ſunt, qui ſuæ cauſę veritatē nouerunt, vel quia ipſi ha-
bent inſtrā ſuæ cauſę, nō eſt audiendus vltra tpa, ꝗ ſunt 3. q. 3.
§. ſpatiū, ſed per beneficiū in integ. reſti. ſibi poterit ſubueniri,
ēt poſt apertionē teſtiū, & poſt ſnīam, ꝑmiſſa ſummaria cogni-
tione, vt iterū audiaē, arg. ſ. de in integ. reſti. c. 2. & 3. vbi no. Sed
dices, nōne melius erat differre, ꝗ poſt publicationē, vel ſnīam
ſubuenire? Reſpon. non, quia ſi differtur, quilibet poſſet inueni
re viā, ꝙ nunquā ab alia cauſa finiretur, quia eſſet valde iniuſtū.
ex cōtra. ſ. ſi procedaē, nullū vel modicū fit ꝑiudiciū, quia per be-
neficiū reſtitutionis ſibi ſubueniē. nec negamus, quin iudex ex
magna cauſa vltra tpa ſtatuta poſſet prorogare dilationē. ff. de
reg. iu. l. 2. ſed non immoderatè. ff. de iud. ſi ſon. ff. de va. mu. l. ſi.
vbi de hoc no. Et vř, ꝙ quarta productio, de qua hic loquiē, nō
pôt peti, niſi intra tpa ſtatuta, niſi per beneficiū reſtōnis. Si autē
per iudicē vel receptorē teſtiū, vel [illegible] ſteterit per tantū
tps, ꝙ in reſiduo pars ſuas inſtructiones ꝑducere nō potuit, nō
imputaē ſibi, arg. [illegible] anteriorū. ſi aūt ꝑp pericula viarū, vel tē
peſtates æquoris ſe impediant, ꝙ nulla parte tpis pôt pars ſuam
productionē & probationē perficere, pôt dici, ꝙ eſt hic magna
cauſa, quare prorogare pôt ꝑdictum tps, arg. ff. de eden. ſi quis
ex. §. ſi. & l. ſeq. in Auct. de his, qui ingr. ad appel. §. 2. tñ ſi multo
tpe deberent durare ꝑdicta pericula, procedi poterit ad ſnīam,
ſed ſaluū erit parti per beneficiū reſtitutionis, poſtꝗ ceſſauerint
pericula, vt dictū eſt. Prudenter ergo faciet pars, ꝯ quā produ-
cuntur teſtes, ſi cōſentit, ꝙ aduerſarius habeat nouē menſes, qđ
ſummaria cognitione ꝑmiſſa ordinatū eſt, ꝙ inſtructionē ſuā
habeat de partibus vltramarinis; nec petat articulos, ꝙ per exa-
minationē articulorū magis inſtruitur producēs, ſed permittat
eū ſuper tota cauſa producere inſtrā ſua, quia ſi ēt ſuper mille
articulis produceret, nō haberet ꝑdictos nouē menſes. & idem
dē, ſi petat inſtrā ex cōtinentibus prouincijs vna, vel pluribus,
quia nō debet habere, niſi ſex mēſes, vel ex eadē prouincia tres.
& bene faciat diſquiri ab initio, an velit de vltramare produce-
re, vel de cōtinentibus prouincijs, quia ſi non bene diſquiſierit
à principio, & habuit tres menſes pro inſtrīs eiuſdē prouincię,
& iterū habebit ſex pro cōtinentibus prouinciæ, & iterū nouē
menſes pro vltramare, ſicut ex vi literæ colligitur. Itē ſi fecerit
dare minorē terminū, ꝗ triū menſiū, & poſtea deſiderauit aliā
dilationē, de leui dabitur ei, dūmodo nō excedant inter ambas
dilationes tres menſes. Sed in iſtis tribus menſib. nō cōputabi-
tur mediū tpis, quod eſt à fine primæ receptionis vſq; ad princi
piū ſecundæ receptionis, ſiue fuerit impeditus ꝑducēs, ſiue ne-
gligens fuerit in proſequendo cauſam in medio tpe, quia ſi fuit
ei vtile, ꝙ neglexerit, & aduerſario dānoſum, ſibi imputet, quia
vigilantibus, nō negligentibus iura ſubueniunt. ff. ex quib. cau.
in integ. reſti. non eſt, 4. q. 4. c. j. & 2. Nec negamus, quin vtile ſit
aliquando iſtas dilationes breuiare, ſed tñ tpe ex breuiatione
magnæ

ADDITIO.

a ¶Item quando atteſtationes. Sentit hic Innoc. ꝙ ſola publicatio teſtium & pro-
ceſſus præcludat viam nouæ productioni, ita intelligit Pet. de Ancha. in con-
ſil. 213. incip. Ad euidentiam præmitto, in j. col. & ibi hanc opin. tenet, de quo
lariſſimè per Fel. in c. fraternitatis, ſupra eo.

3 magnæ dubitationes occurrunt, vt dictũ eſt. †Incipit antẽ cur-
rere hoc, ex quo dilatio aſsignata eſt, & intra dilationem debet
impetrare literas, & ire ꝑ teſtibus, vel mittere ad vnã ꝓuinciã,
vel ẽt ad diuerſas. nec debẽt deduci de iſto tpe ſolẽnes dies, nec
recreationes receptorũ, vel iudicũ, dũmodo nõ ſint malitioſæ,
vel tales, ꝑ quas impeditus eſt producẽs perficere productionẽ
4 ſuã. †Cõtinentes aũt prouincias non appello Archiepatus, ſed
ſicut exponitur ff de ver. ſig. notionem. §. j. vltra autem hos ter-
minos & ante, & poſt per confeſsiones poterit inſtrui cauſa.

S V M M A R I V M.

5 *Accuſatus in excepto crimine, an admittatur cõtra eum, qui eſt bona fama.*

CAP. LVI.

NOn debet. [Quis in criminib.] Secus, ſi agiẽ
ciuiliter. [Forſitan.] Forſitan ideo
dicit, quia in excepto crimine accuſatus admittitur
ꝯ eũ, ſi eſt bonę famę, 2. q. j. in primis. [Exceptis.] C.
ad leg. Iul. maieſtatis, nullus. ff. de q̃ſtionib. de minore. [Accuſa-
tione.] Idẽ dicũt quidã pendẽte inquiſitione, vel denũciatione.
[Accuſatione.] C. de procu. reum. [Suſceptione.] 81. diſt. tantis.

S V M M A R I V M.

1 *Abbates, & priores conuentuum dicuntur agere nomine alieno, & tan-
quam miniſtri.*

2 *Non poteſt Abbas eſſe teſtis in cauſa monaſterij, quando in eam conſtituit
procuratorem, & vide in num. 3. & 4.*

5 *Tutor & procurator in iuramento deciſiuo iurare debet in animam ſuam.*

6 *Inter iuramentum de veritate dicenda, & de calumnia differentia.*

7 *Quæ teneatur dicere iurans in animam alterius, & vide in num. 8.*

9 *Syndici iurare poſſunt de veritate dicenda, tã ſuper diffinitione cauſæ, quã
ſuper expenſarum quantitate.*

10 *Procurator an poſſit iurare de veritate dicenda, remiſſiuè.*

11 *Specificè non confuſè obijcienda ſunt crimina contra teſtes.*

12 *Licitum eſt iudici ante publicationem teſtium aſſignare terminũ, intra quẽ
obijcere teſtibus poſſint, quæ velint.*

CAP. II. in VI.

PRæſentium tibi auctoritatem.
[Caſus.] Examinata quadã cauſa apud ſedẽ Apoſto.
tãdẽ pars de Spaldug. obiecit q̃dã in perſonas teſtiũ
ſancti Michael. vtraq; ẽt pars petitiua ſuã intẽtionẽ probare vo-
luit per cõfeſsionẽ partis alterius. ſuper hoc ergo hic ſcribitur,
1 & certa forma porrigitur, ſm quã facere debeant. †[Abbatem.]
Bene dr̃ pro Abbate, & conuentu, & ꝯ priorẽ, & conuentũ, quia
pro miniſtris agitur, & ꝯ miniſtros, quaſi noĩe alieno. ipſi. n. sũt
procuratores, non dñi, 12. q. j. ſi priuatũ. ſed pro cõuentibus, &
ꝯ cõuentũ, in quibus cõprehenduntur ẽt miniſtri, j. de cõceſ. ꝓ-
bẽ. poſt electionẽ. ff. de ver. ſig. familiæ, Inſti. de iure na. §. plebs,
agitur proprio noĩe, quia ipſi dñi ſunt, 2. q. 6. biduũ, ver. palam.
ff. quando appell. ſit. l. j. §. in propria. tñ idẽ vr̃, ſi etiam miniſtri
actorũ non ſunt de cõuentu, vt ſæpe accidit in vicedominis,
& ſufficit ꝯ alterũ fieri ſñiam, vel ẽt ꝯ Abbates ambos noĩe cõ-
uentus, vel ẽt ꝯ ipſum cõuentum proprio noĩe, & põt Abbas, q
ex officio habet exercitiũ actionis, reuocare mandatũ à cõuen
tu datũ procuratori, quandocunq; vult ante li. conteſt. poſt liẽ
aũt cõteſt. nõ licet, ſicut nec alij dño liceret. Sed ſi ambo ſimul
ſint li. cõteſt. & ſimul & diuiſim poſſunt in cauſa procedere, ſi-
cut ſi ambo eſſent inſolidũ procuratores, de hoc no. ſ. de ꝓcur.
in noſtra. Imo plus vr̃, ꝙ ſi libellus dicit, agit talis Abbas, agit &
talis procurator cõſtitutus à cõuentu noĩe conuentus, vt ſicut
quo ad verba videatur diuerſis noĩbus agere, tñ quia conſtat, ꝙ
eiuſdẽ noĩe agit. ſ. noĩe monaſterij, & cõuentus, ad quẽ res per-
tinet, de qua agitur, eodẽ modo procederet hic Abbas, & ꝓcu-
rator cõuentus, ſicut ſ. dictũ eſt. Secus aũt, ſi ſpecialiter cã tan-
geret Abbatẽ ſuo proprio noĩe. & idẽ eſt, ſi ageret dominus rei,
de qua agitur, cũ procuratore, quẽ ipſe idẽ cõſtituit. [Poſſeſſio
ne.] No. ꝙ licet poſſeſſorio agatur ad reſtõnem poſſeſsionis, de
rebus tñ ſpiritualibus nõ iuratur de calũnia, ſed de veritate di-
cenda, ſicut quando petitorio agiẽ, ſ. de iura. calum. literas. [Cõ
poſitione.] Super ſpiritualibus. [Ab eiſdẽ.] Ideo hic Abbas, &
cõuentus ſancti Michael. requirunẽ tanq̃ honeſtiores ob vehe-
mentiores cauſas. C. de procu. l. ſi. qui ſimul egerant, vt patet ex
ipſa litera, quia ſi ſolus Abbas egiſſet, ipſe ſolus tanq̃ honeſtior
requiri poſſet. Sed in hoc caſu dicunt quidã, ꝙ conuentus cõpu
tato ipſo Abbate requiri poſſet, quia honeſtior & veracior re-
putatur totus cõuentus ex Abbate & monachis cõputatis, q̃ ſo
2 lus Abbas. †Itẽ no. ꝙ quando Abbas cõſtituit procuratorem in
cauſa monaſterij, in ipſa cauſa nõ poterit eſſe teſtis, licet alias
poſsit. j. de iudic. & ſi Chriſtus, in fi. Sed ſi cõuentus agit ꝑ pro
curatorẽ, ẽt ſi tanq̃ honeſtior perſona iuret cõuentus de verita-
te dicenda, tñ ijdẽ illi monachi, qui iurant de veritate dicẽda,
recipientur in teſtes, & pro vtraq; parte valebit eorũ teſtimoniũ.
ſed quando iurauit vt honeſtior perſona, tunc dictũ eorũ valet
3 ꝯ ſe, & non pro ſe. †Sed q̃ras, nunne eodẽ modo recipietẽ Abbas

ad vtrunq;, ſicut monachus? Reſpon. non, quia Abbas quaſi le-
gitimus defenſor eſt, & ideo duplicẽ perſonã gerere nõ debet. ſ.
agentis, & teſtis. ſed in alio caſu nullus monachorũ eſt defen-
ſor, ſed cõuentus tm̃. & ideo ſinguli monachi, & ẽt Abbas põt
eſſe teſtis, quia licet inſtr̃m dicat, Abbas & cõuentus cõſtituunt
talẽ procuratorẽ, tamen ipſe Abbas vt pars, vel mẽbrũ cõuẽtus
vr̃ loqui, & non quaſi principalis defenſor. [Abbate.] Hi nõ erãt
ſyndici, per quos facta fuerit li. cõteſt. ſed partibus placuit, ꝙ per
hos iurareẽ, & alias ẽt æquitati & iuri cõſonabit, cũ eſſent capi-
ta conuentuũ, poſſet tamẽ & alijs cõmitti hoc iuſiurandũ, arg.
4 ff. de iudic. c. j. [Nomine ſuo.] †Quia de cõuentu, & ideo iurat
noĩe ſuo. & inde eſt, ꝙ inter reſpondentes faciet numerũ. ſed ſi
ipſe aliud crederet, q̃ quod maior pars cõuentus ſciret, cũ tanq̃
pro vniuerſitate ſit iuratũ, reſpondebit ſm placitũ maioris par-
tis, non ſm ſuũ. Crederẽ tamen, ſi Abbas non tanq̃ pars vniuer
ſitatis, vel tanq̃ vnus de vniuerſitate, ſed tanq̃ principalis, puta
quia fortè alia habebat diuiſa, ſed hæc iura, de quibus agiẽ, cõia
habebant pro indiuiſo, tamẽ ipſe pro ſe ſuũ placitũ non tanquã
ſyndicus, ſed tanq̃ principalis perſona reſpondet, pro cõuentu
autẽ reſpon. placitũ maioris partis cõuentus. ſi autẽ hic de cõ-
uentu nõ eſſet, nõ in animã ſuã, vel noĩe ſuo, ſed cõuentus tm̃
iuraret, & reſpõdebit. vel dic, vt in gl. ſ. totius. [In animas.] Hic
iurat in animas eorũ, quorũ procurationẽ agit, quia non eſt pro
curator, nec aliquid habet facere in cauſa, ſed miniſteriũ tm̃ ha
bet, & organũ eſt eorũ, in quorũ animas iurauit. Si autẽ eſſet ꝓ-
curator, vel ſyndicus, tunc in talibus, in quibus licet procurato
ribus iurare de veritate dicenda. ſ. quando ſibi ſit mãdatũ. ff. de
iudic. iuſiurandũ. de hoc no. ſ. de iura calum. c. ſi. tunc nõ iurat
in animã alterius, ſed in ſuã, quod ſatis hic apparet, vbi dicit, ꝙ
à ſyndico inquirat, quid credat, vel ſciat. vnde apparet, ꝙ de ſua
5 ſcientia, vel credulitate debet reſpõdere, nõ de alterius. †Itẽ cũ
in deciſiuo iur̃o tutor & ꝓcurator iurare debeat in animã ſuã:
nam illuſoriũ eſſet, ꝙ in animã infantis iuraret. cur non idẽ in
iur̃o, quod fit in proſecutione cauſæ? Itẽ hic admittuntur iſti cõ
uentus, vt faciant alios iurare in animas ſuas, quia placuit parti
bus, ſ. de teſti. cũ a, vel dic, ꝙ auctoritate huius decre. hodie lici
tũ eſt omnibus collegijs per aliũ iurare. & hoc ideo, quia cũ col
legiũ in cauſa vniuerſitatis fingatur vna perſona, dignũ eſt, ꝙ ꝑ
vnũ iurent, licet per ſe iurare poſsint, ſi velint. ff. de iura. calum.
l. 2. §. hoc ẽt, ꝓp facilitatẽ ponendi, & reſpondendi, alias autẽ q-
libet per ſe in animã ſuã iurare debet, ſ. de iura. calũ. c. ſi. & c. in
pertractandis. Imperator ẽt per aliũ iurat, 63. diſt. tibi domino.
[Partis.] Ibidẽ reſidentiũ, 10. q. 2. hoc ius, ante mediũ. [Ipſorũ.]
6 Eorũ. ſ. quia mandabant, ꝙ in animas eorũ iurent. †[Veritatẽ.]
No. ꝙ vbi iuratur de veritate dicenda, tã ponens, q̃ reſpõdens
non qđ credit, ſed qđ nouit, dicere debet, arg. 3. q. 9. hortamur.
ſed cũ iuratur de calũnia, ibi quod creditur, ponitur, & reſpõde
tur. C. de iura. calum. l. 2. §. 4. Itẽ ſi eſſet cauſa ciuilis, vbi iuraẽ de
calũnia, nõ eſſet neceſſe, ꝙ in animas conuentus iuraret, ſed in
animã ſuam tm̃, & ſm ſuũ placitũ poſitionibus reſpõdere. ſ. de
iura. calũ. cũ cauſam. [Ipſi.] Abbas & Prior. [illos.] Cõuẽtus. ſ.
[In quorũ.] ſ. totius vel maioris partis cõuentus ibidẽ reſiden-
tes. nec ſufficeret, ꝙ in aliqua poſitione maior pars conſentiret
iurantiũ, niſi eſſet maior pars cõuentus ibi reſidentis. & eſt hoc
ea ratione, quia minoris partis cõuentus cõfeſsio non põt prę-
7 iudicare toti cõuentui. †Et eſt no. dignũ, ꝙ qui iurat in animam
alterius, nõ quod ſibi vr̃, ſed quod dr̃ ab his, in quorũ aĩas iura-
uit, dicere tenetur, & debet ſic cõponi iur̃m: Nos iurantus ꝑ ta-
lẽ, ꝙ veritatẽ dicimus. ſi. 63. diſt. tibi domino. Vel ſi non eſſent
illi in quorũ animas iuratur, ſi per literas, vel aliter certũ eſt, ꝙ
procurator p̃ſens põt in animas iurantiũ iurare, & tũc debet iu
rare ſic: ego in animas taliũ iuro dicere veritatẽ, quã ſciuerint:
vel melius, iuro in animas eorũ, ꝙ ipſi ꝑ me veritatẽ, quã ſciũt,
dicent. Itẽ no. ꝙ ſi Abbas, qui iurauit in animas aliorũ, ſciret ali
qua, & illi, in quorũ animas iurauit, aliqua neſcirẽt, vel ecõtra,
non debet reſpõdere veritatẽ, nec aliquis pro ſingulis de cõuẽ-
tu, qui diceret ſe aliquid ſcire, niſi de eo, qđ maior pars ſcit. ſed
pro ſe, ſi aliquid ſcit, alijs ẽt neſcientibus reſpondere teneẽ. Ide-
circo. n. hic dr̃, ꝙ ſuo noĩe iurant. ſ. vt de his, q̃ ſciunt veritatem
dicant, ẽt ſi alij neſciant. melius vr̃, ꝙ ẽt de his, q̃ ſoli ſciunt, ni-
hil dicere debebant, niſi de ſuo facto, cũ dictũ eorũ non ꝑiudi-
caret, neq; q. procuratoris, quia procurator non eſt, neq; q. te-
ſtis, & non eſt alia cauſa, quare pro ſe ſpecialiter iurent, niſi vt
aſtringanẽ dicere cũ alijs veritatẽ. & eodẽ modo à quolibet q̃re
tur de facto ſuo, ſi ab alia parte q̃ſitũ eſſet, & cõpelleretur iura-
re. ſed hoc bene dicimus, ꝙ licet aduerſa pars peteret aduerſa-
riũ iurare de veritate dicenda ſuper his, q̃ ſcit, nõ ſuper his, q̃ ſe
cit, vel de facto ſuo, non audiretur. lex. n. loquitur tm̃, quando
de facto ſuo interrogaẽ. C. de q̃ſti. interrogari. Quando. n. in-
terrogaẽ de alieno facto, tanq̃ teſtis recipitur, nõ eo modo, quo
8 hic dr̃. †Itẽ no. ꝙ ſi non per ſe, ſed tm̃ in animas aliorũ iuraſſet,
& ipſe veritatẽ ſciret, illi autẽ non, nihil dicet, quia de ſe nõ iu-
rauit.

rauit. Itē ſi illi dicant, ꝙ aliter dicat, q̃ ſe habeat veritas, quā ipſe ſcit, nō reſpondebit, quia pro nullo hoīe debet falſum dicere, nec debet facere ꝯ cōſcientiā. imo vocatis, qui prodeſſe poſſunt, dēt eos monere, vt à falſo teſtimonio vel dicto abſtineāt, 22.q.5. hoc vſ. Itē ſi nolunt reſpōdere per procuratorē, ſed per ſe, nō video, quare prohibeaſ. Sed quid ſi velint per aliū non iuratū reſpōdere. [Super quolibet.] No. non ſufficere generaliter negare poſitionē, niſi ad ſingula in poſitione contenta rńdeaſ. [Sine iuro.] Et bene p̄iudicat hæc cōfeſsio, ac ſi facta eſſet cum iuro, ſicut & cōfeſsio principalis perſonæ, arg. ꝯ. ff. de cōfeſ. cetū. §. pen. ſed iſta lex loquiſ de ꝯfeſsione procuratoris minoris, quia non p̄iudicat cū effectu, quia daſ reſtitutio in integ. [A ſyndico.] Qui litē fuerat conteſt. qui nec de calū. iurauerat, qa de rebus ſpiritualibus agebatur, nec de veritate dicenda. hoc. n. iu

9 ramentū Abbas, & prior p̄ſtare debent. † Et eſt no. dignū ꝙ etiā in cauſis ſpiritualibus, ꝙ credant, vel nouerint à ſyndicis, ſine iuro requiritur. ſatemur tñ, ꝙ ſyndici poſſunt iurare de veritate dicenda, tā ſuper diffinitione cauſæ, q̃ ſuper quantitate expēſatū, & ēt ſuper negocio. C. de iudi. properandū, in fi. C. de re. credi. l. pen. arg. C. de iura. calum. l. vlti. §. j. & tunc licet ſine iuro poſſint inquirere de credulitate, per iura tamen q̃ri non debet, vt hic. quidā tamen in iuro de veritate dicenda adijciunt, ꝙ ēt p

10 iuro reſpondebit de credulitate. † De procuratore aūt, an poſſit iurare de veritate dicenda, no. ſ. de iura. calū. c. vlti. & ſi ſcit, debet reſpondere, ſcio id, de quo interrogas, vel credo, & ſi dubitaret, debet reſpōdere, ego dubito. ff. de peti. hære. ſi debitor. & tunc debet ei dari tp̄s ad deliberandū. ff. de interro. act. q interrogatus. ff. de iureiu. iuſiurandū. j. reſpon. Sed & aliqñ congrua reſponſio vſ, ſi dicat, ego neſcio. vbicunq; .n. titubat inter duo, quorū alterū eſt neceſſariū, & eſt facile vtrunq; eſſe verū, vt ſi q̃ratur ab aliquo, an modo viuat aliquis, an mortuus ſit, vſ an ſit in tali ciuitate, an non, vel extra, circa hoc nō verſatur cogitatus eius, & ideo bene reſpondet, ſi dicit, neſcio. poſſet ēt dicere, nō credo eū viuere, vel non credo eū eſſe in ciuitate, & tñ non ſequiſ ex hoc, ergo credit eū eſſe mortuū, vel eū eſſe extra ciuitatē, quia per ſuā reſponſionē nihil ponit, ſed negat tñ, in Auct. de his, qui ingred. ad appel. §. fi. [Primo.] i. antequā admittantur teſtes prioris, & conuentus ad reprobationē teſtiū Abba-

11 tis, & cōuentus. [Sigillatim.] † No. nō ſufficere dicenti ꝯ teſtes, ego obijcio teſtibus adulteriū, periuriū, & hmōi, ſed oportet eū dicere, quid ꝯ quēcunq; teſtiū obijciat. locum aūt & tp̄s, quo adulteriū, vel periuriū cōmiſit, an dicere teneaſ, alibi no. [Spe-

12 cificatione.] † Hoc eſt no. dignū, ꝙ licitū eſt iudici ante publicationē teſtiū p̄figere partibus terminū, intra quē q̃ velint, teſtib. obijciāt, arg. ad idem ſ. de pba. licet. qd' ſic probaſ ex loco iſto: nā iſtis iudicibus nō cōmittebatur cauſæ cognitio, ſed tñ certa forma eis ſuper certis articulis dabaſ, & ita coră eis non erat facienda apertio teſtiū, qd' ex eō maximè apparet, quia non ſ̄cipit copiā atteſtationū partibus cōcedi, ſed ſibi ſigillata fideliter tranſmitti. Et valet hæc cautela ꝯ eos, qui malitioſè teſtes ſibi ꝯrios reprobant, & pro ſe dicentes approbant. non negamus tamen, quin poſt apertionem teſtium poſsint dicere in perſonas teſtium, niſi antea fuerit eis terminus præfixus, intra quem dicant. [Iuramento.] ſ. co. præſentium, contra, ſol. vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator compromiſſarij, arbiter & iudex, an & quādo, pro & contra dominum, & eligentem, teſtes eſſe poſſint in eadem cauſa.*

C A P. III. in VI.

ROmana eccleſia, & infra. [Procu.] ff. de teſti. l. fi. & 2. q. 6. ſtatuendū. C. de procu. ad negocia. vſ, ꝙ ſi placet partib. in negocio, ꝙ procurator poſsit eſſe teſtis, ſicut mediator, arg. Auct. de teſt. §. quia vero, Auct. de fid. inſtru. §. ſi vero. In alijs aūt negocijs ſemp admittiſ, quia nō p-

1 hibeſ. ff. de teſti. l. j. † Itē arg. qa ēt iudea admittiſ in alijs cauſis. ff. de teſti. ob carmē. §. j. dicunt tñ aliq, ꝙ ꝯ dñm bene admittiſ, & cogiſ ꝓcurator ī teſtē, & ēt in negocio & cā, quā ꝓcurauit, ſicut ꝯpromiſſarij ꝯ electū à ſe, & arbiter. ſ. de ele. cū dilecti. ſ. de arbi. nō ſine. [Pręſumptione.] ff. quēad. teſta. aper. l. j. ī fi. ff. de dor. ꝓlc. l. Theopōpus. ſ. de procu. ex inſinuatione, 24. q. 3. ſi habes.

De teſtibus cogendis. Rubrica 21.

S V M M A R I V M.

1 *In criminali cauſa non eſt quis cogendus ferre teſtimonium.*

2 *Qui ſint cogendi ferre teſtimonium & vide in num. 3. 4. 5. & 6.*

C A P. I.

CAuſam matrimonij. [Occultēt.] Subtrahēdo ſe à ferendo teſtimonio. [Odio.] † Et intelligo

a eos ſemper ſe taliter ſubtrahere, quādo nō poſt apparere, & de hoc in ciuilibus, vbi. ſ. quis proprium intereſſe proſequiſ, cū ibi ſit peccatū in dānū proximi veritatē celare, 11. q. 3. q̃ſquis metu. Et hoc eſt verū, niſi hāc p̄ſumptionē alia elidat, puta quia ſit religioſus, quare magis iurare vereſ, vel alia cōſimili cauſa. In criminalib. aūt, & vbi non eſt peccatū celare veritatē, non p̄ſumo eū, qui non vult reddere teſtimoniū, taliter ſe ſubtrahere, & iccirco non eſt cogēdus, niſi manifeſte appareat malitia, j. co. peruenit, 2. Itē dicimus, quod in ciuilibus & criminalibus, in talibus tñ cauſis, in quibus nō coguntur teſtes, ēt ſi nō ſubtraherēt ſe gratia, odio, vel timore, tamen ſi deficiāt aliæ probationes, cogēdi ſunt, j. co.

a peruenit. [Cōpellas.] † Quidā dicunt, nēs indifferenter cogendos ad ferendū teſtimoniū. C. de teſti. ſi quando. Alij dicunt, ꝙ illi ſoli, qui iactant ſcire veritatē. Alij tunc eos tñ cōpellent, qñ pp defectū probationū perit veritas, quā celare mortale peccatū eſt, 14. q. 2. q̃q̃, j. co. c. peruenit, ſecundo, 11. q. 3. quiſquis. In criminali aūt cauſa nō coguntur teſtes, j. co. c. pen. ſed ſi ciuiliter agiſ de crimine, coguntur, j. co. peruenit, & c. vlti. & c. ſuper

3 his, & c. cū ſuper. † Secundū leges autē in omni cauſā coguntſ, j. co. ſuper eo. Quædā tamen perſonę non cogunſ ēt ſm leges, niſi magna cauſa ſubſit, vt ſunt ſenes, valetudinarij, & alij, qui cōtinenſ ff. de teſt. inuiti, & l. 2. In cauſa autē inquiſitionis cōpellūtur teſtes, j. co. ſuper his, & in cauſis ſpiritualibus, vt hic, j. co. c. cęterū in cauſa ēt denunciationis cogunſ, j. de ſimo. licet He-

4 ly. † Vel dic generaliter, ꝙ vbicunq; celare veritatē eſt peccatū mortale, ibi cogēdi ſunt teſtes, qd' ſic probaſ. iſte inductus in teſtimoniū peccat mortaliter, niſi reddat teſtimoniū, ergo eſt cogendus, arg. 2 q. j. ſi peccauerit, 22. q. 5. hoc vſ. & hac ratione, qa peccatū eſſet, ſi ageteſ inquirēdo ꝯ aliquē diffamatū de aliquo crimine, cogēdi eſſent teſtes, j. co. ſuper his, quia peccatū eſt ſu-

5 ſtinere Infamē perſonā in aliqua dignitate, 25. diſt. primū. † Idē credere, & ſi diceret ſalſum inſtrm ciuiliter. vel aliter agatur ciuiliter, non ad pęnā, ſed ad pecuniariū cōmodū conſequendū, vel vitandū. C. de fal. l. pen. j. co. cū ꝯ. Idē ſi ſubtrahanſ teſtes, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agaſ, cogendi ſunt teſtes, vt dictū eſt ſ. Idē eſt, & ſi ijdē teſtes malitioſè ſe ſubtrahant, j. co. peruenit, 2. & c. cū ꝯ. vbi autē celare veritatē non eſt peccatū, vt quādo agitur criminaliter, vel ēt ciuiliter. ſ. excipiendo, vel alio modo ad pęnā tñ, non dicimus cogēdos, quia celare veritatē non eſt peccatū, ſed meritoriū. ſ. celare crimen fratris, arg. 2. q. j. ſi peccauerit, niſi perſeueraret in crimine, quia eſſent ibi cogēdi teſtes, vt ſic eū à malo reuocaret pęna, quē Dei timor nō reuocabat, vt j. de vita & hone. cleri. vt clericorū. §. j. & arg. 22. q. 5. hoc vſ, niſi eſſet crimen, de quo eſſet periculū, ꝙ eſſet occultū, ſicut hæreſis, dilapidatio. Nā in his dicimus teſtes cogēdos, etiā ſi ſit occultū, quia nequeūt ſine periculo diſsimulari, j. de accu. qualiter, 2. 22. q. j. ſi quis per capillū. Itē ſuper fama, vel infamia credimus cogendos, j. co. ſuper his itē ſi dicatur condēnatos de crimine credimus cogendos, quia cū crimen iā ſit notoriū per ſnīam, peccatū eſſet illud celare, j. de coha. cleri. tua, & c. veſtra. Itē ſi dicaſ ſnīa excōicationis lata in eū, cogendi ſunt teſtes, qa hoc non eſt crimen, cū excōicari poſsit quis ſine cauſa, j. de ſen. excom. inquiſitionis. & hęc cadē ratio eſt in ſnījs de criminib.

6 latis. † Si vero diceret excōicatus quis ipſo iure, puta pp manuū iniectionē, vt 17. q. 4. ſi quis ſuadente, quia ibi oportet probare crimē, non ſunt cogēdi teſtes, niſi in caſu, qui eſt j. co. peruenit, 2. vel in alijs caſibus, vbi eſſet peccatū celare veritatē, vt dictū eſt ſ. & idē dicendum eſt, ſi ſnīa excōicationis ſic lata ſit, excōico te, niſi ſolueris decē. & hoc ratione ſupradicta, quia non ſufficit probare ſnīam, niſi probeſ crimen. ſ. eū ceſſaſſe in ſolone, quāuis poſsit reſpōderi, ꝙ ſufficit ꝓbare ſnīam, niſi aduerſarius probet ꝯriū, de hoc plenius no. j. de accu. inquiſitio. c. ſup his.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis quando cogendus in criminali cauſa.*

C A P. III.

SVper eo, & infra. [Factum.] i. crimen. [Timore.] No. etiam in criminali cauſa teſtem cogendum, ſi pars aduerſa teſtes malitioſè prohibeat, arg. infra c. proximo.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtimonium ferre, an ferre poſſit vim paſſus.*

C A P. IIII.

PEruenit ad audientiam. [Oſtendit.] Præſumptionè. [Calliditatis.] Hic dixerunt quidam hunc vim paſſum non ferre teſtimonium ſuper principali, ſed ſuper coactione, de hoc no. ſupra tit. proximo, c. intimauit.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuriæ proſecutio an dicatur res eccleſiaſtica, & quando ſuper ea teſtes ſunt cogendi.*

C A P. V.

PEruenit ad nos. [De rebus.] No. hic appellari rem eccleſiaſticā proſecutionem iniuriæ. Itē no. ꝙ quando agitur de iniuria, compellentur

pellentur teſtes, & intelligo, cum de iniuria agitur ciuiliter ad
ſuum intereſſe, vel hoc eſt introductum in fauorem eccleſiæ, &
clericorum, & ne culpa laicorum remaneat impunita.

SVMMARIVM.

Teſtis an in cauſis criminalibus ſit cogendus.

CAP. VI.

CAeterum. [Quod ſuper cõſanguinitate.] Nota in cauſis ſpiritualibus cogi teſtes ſupra eo. cap. primo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſynodales non ſunt cogendi publicè teſtificari.*
2 *Infames an poſſint eſſe denunciatores.*
3 *An liceat teſti addere dicto ſuo.*
4 *Teſtis qualiter dicatur variare.*

CAP. VII.

PRæterea ſi teſtes. [Synodales.] 35. q̃ſt. 6 ep̃s, 1 ſi. [Teſtimoniũ.]
In hoc teſtimonio reddẽdo nõ rep̃ſentat propriè officiũ teſtis, ſed officialis, vel dñũciatoris. [Cõpelli.]
1 †Hoc vult dicere, ꝙ ſi teſtes ſynodales ſemel denũciauerũt, ꝙ ꝯ
Chriſtianitatẽ, ſicut iurauerant, fieri intellexerint, ſm ꝙ iuraue
rant, ſiue in matrimonio, ſiue in alijs nõ debẽt cõpelli in publi-
co dicere teſtimoniũ ſuper eodẽ negocio, niſi qñ alij nõ inueni
renẽ ſuper eodẽ negocio teſtes. Et eſt ratio hęc, ne pp redditio-
nẽ teſtimonij plures ſibi acqrãt inimicos. vel dic ꝙ teſtimoniũ
p̃ſtabunt, ſed nõ iurabunt. [Articulus nouæ.] Talis fortè, q non
ptinet ad officiũ ſuũ. tunc. n. p̃cisè cogunẽ reddere teſtimoniũ,
vt ſi fortè q̃ratur de dote, vel de adulterio. nã quia de eo in pri-
mo iuro non fuit facta mentio, de nouo iurare debet, & teſtifi-
cari, ſ. tit proxi. fraternitatis, & c. de teſtib. [Publici.] Qui ſyno-
2 dales dicunẽ. † [Poſtquã.] ꝯ vr̃, ꝙ non, 2. q. 1. ſi peccauerit. vbi pa-
tet, ꝙ illud mandatũ de denunciãdo peccatũ proximi oĩbus, tã
infamibus, q̃ alijs factũ eſt. Itẽ magis videnẽ remouendi, qui an-
te officiũ erant infames, q̃ qui poſtea. Reſpõ. infames verè pñt
denũciare, niſi poſtq̃ hoc officiũ aſſumpſerint, facti ſunt infa-
mes, qa ſi ante erãt infames, hoc ipſo ꝙ aſſumpti ſunt, vr̃ cũ eis
diſpenſatũ. vel ex quo deliquerũt in officio, grauius delinquũt,
q̃ ſi extra officiũ, 11. q. 3. p̃cipuè, j. de vo. & vo. redẽ. magnę, & ie
circo fortius poſtea, q̃ antea repellunẽ. vel dic ꝙ ideo nõ vult, ꝙ
valeat teſtimoniũ teſtis ſynodalis, ſi poſtea incurrat infamiã, qa
cũ hoc teſtimoniũ reddat rõne officij, & ei plus, q̃ alij teſti cre-
daẽ, indignũ eſſet, vt & infames officiales haberet eccleſia. vel
dic, ꝙ infamis poſſit reddere teſtimoniũ, ſicut qlibet alius, ſed
nõ põt, ſicut teſtis ſynodalis. vel dic ꝙ infamis admittiẽ ad de-
nunciandũ, ſed non ad teſtificandũ, vt hic, & 2. q. j. in primis, &
ſ. tit. proxi. ex parte. [Incontinenti.] Antequã partibus loquanẽ
vel alicui perſonæ. alias. n. p̃ſumitur ꝯ eos, nec valet correctio,
ſed tm̃ primo dicto ſtabitur, arg. ſ. de teſti. ſicut, quãuis illud lo-
quatur poſt publicationẽ teſtiũ, & ẽt poſt ſniam. ſed eadẽ ratio
vr̃ etiam ante publicationẽ. & licet ſtetur dicto primo, vbi teſtis
ſecundo ꝯrium dicit, tamen erit minor ei fides adhibẽda, quia
propter ſm dictum debilitatur primũ. Si autẽ antequã exeat à
cõſpectu iudicis, ſe corrigat, debet prudenter iudex attendere
modũ, & cauſam correctionis, j. de accu. cũ dilectus, & niſi co-
gnoſcat eũ probabiliter ſe corrigere, incidet in ſuſpitionẽ, vel
vacillationẽ. ff. de teſti. l. in teſtibus. Vel variationis. ff. de teſti. q
3 falſa. †Si autẽ nõ corrigat, ſed addat, ſi hoc faciat antequã exeat
p̃ſentiã iudicis, cõſtat licitũ eſſe. ſi aũt poſtea, ſi hoc facit poſtq̃
potuit loqui partibus, audiendus eſt, ſed minor fides ei adhibe-
4 tur, ar. hic, & Auct. de teſti. §. qm̃, & §. quia vero. †Et no. ꝙ variãs
dr̃, qui primo dixit aliquid, & poſtea eius ꝯrium, nullã cauſam
variationis aſſignans, ꝯdicens ſibi. i. qui primo dixit duo impoſ
ſibilia, vt qui dixit ſe ſciuiſſe ꝯctum celebratum, & in tali loco,
& tali die. iterrogatus, vbi illa die fuit, dicit ſe alibi fuiſſe. vacil-
lans dicitur, quia dubitando & timendo loquitur. Itẽ & qui va-
riè loquitur. ff. de fal. eos qui. ff. de teſti. l. 2. & l. qui falſo. horum
autem teſtimonium non valet, imo puniũtur. C. de teſti. nullũ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in cauſa inquiſitionis an cogantur teſtimonium perhibere.*

CAP. VIII.

SVper his, & infra. [Literis.] Cum ſuper his literis procederetur inquirendo. aliter. n. non cogerentur teſtes, cum
talium literarũ cõmiſſio caderet ſuper crimine fal-
ſi. vel potes dicere, ꝙ cum etiam de crimine inculpetur aliquis,
quod lite pendente dicitur cõmiſiſſe, ꝙ teſtes ſuper eo cogen-
di ſunt in fauorem iudicis, ne eludi poſſit eorum iuriſdictio, vt
1 ff. de iudi. ſi prætor. [Cogatis.] †No. in cauſa inquiſitionis cogi
teſtes ad perhibendũ teſtimoniũ, quia ex officio ſuo p̃cedit Pa-
pa, & nõ niſi p̃cedẽte infamia, & ita eſſet peccatũ tacere verita-
tẽ, vbi videnẽ eligi in ep̃m, & aſſumi, in quo populus ſcãdalum
pateretur, arg. 82. diſt. tantis, & infra de accuſa. omnipotens.

SVMMARIVM.

Teſtes in quibus criminibus cogendi.

CAP. IX.

CVm contra. [Compellere.] Hic habes in crimine cogi debere teſtes. & dicunt quidam hoc eſſe pp enormitatem criminis: vnde & in maioribus criminibus dicunt cogendos teſtes, vt in hæreſi, ſymonia, homicidio, & in conſimilibus, quia de ſimilibus idẽ eſt iudicium. Alij dicunt hoc ideo eſſe, qa hic proſequebatur ſuum intereſſe iſte, qui agebat de falſo. ſ. ne per falſas literas fatigaretur, & ita peccatum eſſet celare veritatem, 11. q. 3. quiſquis metu. Sed nonne dices idẽ, ſi in modum exceptionis obijceret falſitatis crimen teſtibus? reſpon. ſi velit probare poſt ſniam eos corruptos falſa dixiſſe, cogendi ſunt, quia peccarent mortaliter, ſi veritatem tacerent, cũ ex illa ſñia aliqs dãnaretur iniuſtè, ad hoc ſ. de proba. licet. ſecus autẽ, ſi non dicat eos falſum dixiſſe, ſed criminoſos. hos. n. nõ credimus cogendos, quia in nullius p̃iudiciũ taceretur veritas, ſed tm̃ eis pęna imponereẽ, ſi crimina probarenẽ. vel dic, qđ plus placet, ꝙ vbicunq; ex probatione criminis qs ꝯſecuturus eſt ſniam lucroſã, vel vitaturus dãnoſam, ſemp cogẽdi ſunt teſtes, qa tũc pctm̃ eſſet in alterius p̃iudiciũ tacere veritatem, vt ſæpe dictum eſt.

CAP. X.

DIlectorum filiorum. [Criminibus.] Si criminaliter agiẽ. quidã dicũt idẽ, ſi ciuiliter, arg. hic. Nã hic dicũt agi ciuiſr, arg. eius qđ hic dr̃, qñ per p̃curatores agebãt. ſed per hoc nõ probaẽ, cũ multę criminales cauſę p procuratorẽ aganẽ. ff. an per aliũ cau. app. l. j. vel p̃curator ad certũ arti. in medio accuſationis ꝯſtitutus fuit, de hoc no. ſ. e. c. j. & ſ. c. pxi. vel erat tm̃ p̃curator ad impetrãdas lr̃as, de quibus hic agitur.

CAP. XI.

VEnerabilis frater N. [Super his.] ſ. ſuper coniuratione facta, & iuramento præſtito de occultanda coniuratione prædicta. [Abſoluant.] Quod ſi non fecerint, quia ſunt abſentes, vel pertinaces, tu facias.

De fide inſtrumentorum. Rubrica 22.

SVMMARIVM.

1 *Auctentica ſcriptura quæ dicatur, & quæ dicatur publica, habes in num. 2. quæ autem priuata, in num. 3.*
4 *Quot requirantur teſtes ad probandam ſcripturam per comparationem.*
5 *An ſit credendum iudici dicenti ſe talem dediſſe ſniam, ſi eam nõ oſtendit.*
6 *In litera contineri debet tempus rogati inſtrumenti.*
7 *Notarius debet in inſtrumento apponere, quod fuerit rogatus.*
8 *Non debet notarius, cum rogatur, ſecreto manere.*
9 *Priuatæ ſcripturæ ſtabitur, ſi contra eum, qui eam fecit, introducitur, nec ipſe neget.*
10 *Creditur literis cuiuslibet de his, quæ facere debet, vel poteſt ratione officij.*

CAP. I.

1 SI ſcripturam. †[Auctenticam.] Auctentica ſcriptura eſt, q̃ fit iu-
dicis auctoritate per quoſcunq;, vt acta iudicio-
rum, ſ. de proba. qm̃, vt quidã dicunt. Alij tamẽ
in ꝯrium, vel q̃ ſit per publi. perſonã, & ſine au-
ctoritate iudicis cũ ſubſcriptione duorũ vel triũ
teſtiũ, in Auct. de inſtru. cau. §. ſed inſtra, & C. de tab. l. 3. lib. 10.
C. de dona. in donatio. ſ. de teſtib. cũ à nobis. Vel q̃ auctenticũ
ſigillũ habet cũ totidẽ ſubſcript. ſ. de procur. c. j. j. c. proxi. ſ. de
teſti. cũ à nobis, niſi in leuibus, vbi creditur ẽt ſine ſubſcript. te-
ſtium, cũ non ſint multũ p̃iudicialia, qualia ſunt 11. q. 3. cum r,
93. diſt. c. j. 2. 3. 75. diſt. per totũ, & 73. diſt. per totũ, arg. 97. diſt.
nobiliſſimus. Itẽ non eſt neceſſaria ſubſcriptio teſtiũ in inſtrũ
priuato, quod quis de facto ſuo facit. ff. de procr. ſi procurator,
dũmodo cõſtet ſuam eſſe ſcripturã. C. de nõ nume. pecu. qui ſi-
a dem, & auct. ꝯ qui propriã. Itẽ etiam ᵃ vbi cõſuetudo eſt, ꝙ ſine
ſubſcriptione teſtiũ credatur, j. eo. cũ dilectus. Quidã etiam di-
cunt auctenticã, quã facit priuatus cũ ſubſcriptione teſtiũ. C.
qui po. in pigno. hab. ſcripturas, in Auct. de inſtru. cau. §. ſi tamẽ
2 quiſquã. ſed verius eſt, ꝙ priuata eſt. †Itẽ publicã ſcripturam ap-
pello generaliter omnẽ ſcripturã, cui creditur ſine alio admini
culo de iure, vel cõſuetudine ſpeciali, j. eo. cũ dilectus. ſi autem
eſſet ſpecialis conſuetudo, præter ſcripturas tabellionũ, & acta
iudiciorũ, omnes ſcripturas reputo priuatas, cũ ad hoc officiũ
non

ADDITIO.

a ¶Item etiam. Adde Card. in conſ. 83. incip. Puto de iure, & ꝙ cõſuetudine induci poſſit, ꝙ ſcriptura priuata probet, adde Alexan. de Imo. in conſ. 53. col. j. ver. attamen, in j. vol. Et quod conſuetudo loci facit priuatam ſcriptu. publicam, adde eundem Card. in conſ. 74. incip. in diſcuſſione præmiſſi, col. ſi.

non ſpecialiter ſint deputatę perſonę, per quas factæ ſunt. & ap-
pello publicã ſcripturã, q̃ ſine adminiculo viuæ vocis alicuius
notarij, qui fortè mortuus eſt, vel teſtiũ, qui ſiᴙ mortui ſint, au-
ctoritatẽ habet, in Auct. de fide Inſtrum. §. ſed & ſi, & §. ſi vero,
coll. 6. oportet tñ, ſi negetur illũ, qui inſtrm cõfecit, fuiſſe nota-
riũ, ꝙ cõſtet eũ fuiſſe notariũ per teſtes, vel per publicũ inſtrm.
crederem aũt, ꝙ ſufficeret, ſi per teſtes probaretur, ꝙ publicè of
ficio notarij fungebatur. ff. ad Macedo. l. 3. in princ. ff. de offi. ꝓ-
a ſid. l. Barbarius. C. de teſtibus. l. j. Idẽ fortè, ᵃ & ſi appareat inſtra
per eos acta inter multos ſuper ꝯctib. legitimis, q̃ firma maneãt,
& ſine ꝯdictione: nec credunt aliqui in hoc caſu ſufficere duo
inſtra, imo tot, ꝙ bene appareat eum cõe officiũ pro omnibus
3 gerere. † Priuatã aũt dicimus, q̃ fit à nõ publicis perſonis, & nõ
habet per ſe auctoritatẽ, niſi aduerſarius hoc cõfiteatur, vel niſi
per collationẽ alterius ſcripturæ ſubſcriptionis eiuſdẽ aduer-
ſarij, & teſtiũ, qui ſubſcripſerunt, probetur ꝯriũ. C. de proba. in-
4 ſtra. † Ad hoc aũt, vt valeat per ꝯparationẽ probari inſtrm, opor
tet in illa ſcriptura, in qua fit cõparatio, quatuor teſtes eſſe ſub-
ſcriptos, Auct. de fide inſtru. §. ſi quis igitur. Idẽ dicimus, ſi ſub-
ſcribantur teſtes in inſtro, vel literis epõrũ, vel nõ ſubſcribant.
Itẽ ꝙ credatur literis Abbatũ, vel Archid. vel aliorũ prælatorũ
de his, q̃ fiunt extra iudiciũ, & quantũ credatur eis. ſ. vſq; ad quã
ſummã, & inter quas gentes, totũ relinquitur cõſuetudini, & ꝯ-
ſuetudo talis ſcripturas publicas facit, arg. ȷ. eo. cũ dilectus, ar.
C. de emã. l. ſ. 9. q. 3. ꝯqueſtus. Sed obijcies, nõne ius ſtatuit cre
dendũ literis epõrũ, 11. q. 3. curæ. ȷ. de proba. poſt ceſſionẽ, & ȷ.
5 de treuga & pace, c. j. † Sed põt dici in excõicatione ſpeciale pp
periculũ participationis, ȷ. de rap. c. j. alias autẽ cõſtat, ꝙ ſi epſ,
vel alius dicit, talem ſnĩam dedi, vel ſic citaui, nõ eſt credẽdũ,
niſi ſnĩam oſtendat, vel citationẽ. ȷ. de proba. qm̃. C. de arbi. ne
in arbitris, in Auct. de hære. & Fal. §. ſi vero abſunt, in prin. j. col.
& ſic de cęteris, q̃ in iudicio cõtingunt, in quibus nõ credit li-
teræ epi ſigillatæ, ſed tabellioni tm̃, vel duabus perſonis ad hoc
deputatis. Et ſic intelligo dictã decre. ȷ. de proba. qm̃. in alijs au-
tẽ inſtris, q̃ extra iudiciũ fiunt, vt de ꝯctibus, & cõſimilibus, ca-
ueant illi, qui ſigillare debent, ne aliquid in literis apponant, ni
ſi quod iuſtũ eſt in eis apponere. non. n. credimus, ꝙ de his, q̃ vi
dent, facere poſſint literas, niſi iniungant eis, Auct. de tabel. §.
nõ aũt, vel ab ambob. ꝯhentibus, vel ab altero tm̃, vel ẽt à quo-
libet altero, ſi fortè ei prodeſſe poterit, ſed inſtrm nõ proderit,
niſi ei mandauit, arg. quia res inter ali. acta non prę. C. res inter
alios acta, per totũ. & ẽt poteſt intelligi C. de prob. ad probatio-
nẽ. Itẽ nõ debet cõpleri litera, i. ſigillũ apponi, niſi in præſentia
ꝓlati, vt in ꝑdic. §. in Auct. de tabel. §. nos aũt. Item debet ꝓlatus
certæ perſonæ ſigillũ cõmittere; verũtamen ſi per aliũ ſigillari
faciat, nihilominus valet inſtrm, ſed puniendus eſt prælatus, in
6 Auct. de tabellio. §. per tabellionẽ. † Itẽ ꝯtinere debet litera tp̃s
rogati inſtri, in Auct. de tabellio. §. illud quoq;, coll. 4. quod de-
bet eſſe idẽ cũ tp̃e celebrati ꝯctus. Si. n. aliud eſſet. ſ. ꝙ ferret te-
ſtimoniũ de pręteritis, nõ valeret, ȷ. de cohabi. cle. tua. Alij ta-
men dicunt, ꝙ inſtrm pręceptũ ab vno omnibus ꝑiudicat, vel
potius eſt omnibus ſufficiens probatio: quia ſeruus publicus
eſt. Obligationes. n. prodeſſe, & obeſſe dicunt partibus, non in-
ſtrm, quod nõ eſt obligatio, nec ex quo oritur obligatio, ſed eſt
tm̃ probatio obligationis, vel cuiuſcunq; alterius facti, ad hoc
ff. rem pu. ſal. fo. l. a. 3. & j. in reſpon. vel potes dicere inſtrm nõ
nocere, niſi his, inter quos fit. & hoc ẽt alijs non nocet. dr̃. n. fie-
ri inter ꝯhẽtes, licet nõ ambo, ſed alter tm̃, vel eti à quilibet extra-
neus, cuius tñ interſit, & iudex ꝑcipiat inſtrm. Quidã tamen di-
cũt, & bene, nõ poſſe ꝑcipi inſtrm ab extraneo, imo nec ab vno
ꝯhentiũ, niſi ambo cõſenſerint, arg. pro eis, quia nec aliter eſt
ꝯctus, vel diſtractus, vt patet ff. de pactis. l. j. & l. hoc pactũ, & in
l. emptione. C. de act. & obl. ſicut ĩ initio. Quid. n. intereſt cuiuſ
que extranei quãtũ ad ius ꝯhentiũ pręcipere inſtrm de alterius
facto, & hoc verũ eſt in ꝯctibus, qui fiunt de voluntate partium.
In alijs aũt, q̃ non fiunt ẽt de cõſenſu partiũ, vt teſtimoniũ, ſen-
tentia, proteſtatio, exceptio, ꝯdictio, appellatio, & ſimilia, ſuffi-
cit mandatũ illius, qui illud fieri facit. & ꝙ hoc ſic obtineat, ſa-
tis probatur ex tenore iuri, quod ꝑſtant notarij in ſuſceptione
ſui officij. ſ. de his. q̃ videbunt, & audient, fideliter cõficient in-
ſtrm, ſm̃ ꝙ eis à partibus, vel à iudice iniungetur: tñ ꝯtrium vi-
demus de facto obſeruari, qa quicũq; tabellioni ꝑcipi, ꝙ faciat
inſtrm, ipſum ꝯficit, ſed nõ fit bene, & põt eſſe ea rõ pro his, q̃
ſic indifferenter faciunt, quia nõ ratione ꝑſentis intereſſe fiũt
inſtra, ſed quia poterit ĩtereſſe, & vix eſt aliquid, de quo nõ poſ-
ſit cuiuſq; intereſſe habere inſtrm de eo, quod agitur. Omnib.
inſpectis plus vr̃ inniti ratione, quia ſiue ab vno ꝯhentiũ tantũ,
ſiue ab eo etiã, cuius nihil intereſt, poſſit ꝑcipi fieri inſtrm, ꝙ ta
mẽ valeat inſtrm à publica perſona ſic factũ, quia hoc nõ ꝓbat
à iure. ff. de proba. ab ea parte. Itẽ pro his eſt ff. de iure fiſci. l. in
fraudẽ, & §. ex his, & §. ſeq. tñ ille, qui nõ præcepit, nõ põt age-
re, vt ſibi edatur, niſi procurator ſuus hoc ꝑceperit. ff. de eden-
do, ſi quis. §. ex hoc edicto. intereſt ergo cuiuſlibet, vt ꝑcipiat fie
ri inſtrm, vt ſic poſſit editionẽ ipſius petere, q̃ aliter ſibi dene-
7 garet. † Itẽ no. vtile eſſe, ꝙ tabellio ſemper ſcribat ĩ inſtro ſe ro-
b gatũ, ᵇ quia ſi mortuus eſſet notarius, vel nõ recordaret de ro-
gatione inſtri, ꝓ nihilo eſſet inſtrm. Si aũt viueret tabellio, cre-
dendũ eſt ſufficere ſolũ ipſius teſtimoniũ, arg. Auct. de tabel. in
prin. Auct. de fide inſtru. §. ſi vero neq;. Alij tñ dicunt, ꝙ ꝓſumi-
tur ſemper rogatus, arg. C. de ꝯhen. & cõ. ſtipu. l. ſ. Inſti. de fide-
8 iuſ. §. fi. † Itẽ no. ᶜ ꝙ cũ officiũ tabellionis ſit publicũ & cõe, q̃
c rogantur nõ debent ſecreto manere, ſed bene debent q̃rere om
nia, vt ſciant, qđ agitur, in Auct. de tabellio. §. nos autem. Sed ſi
ꝯrium fiat, nihilominus credimus inſtrm valere, ſed magna eſt
ſuſpitio ꝯ illud, quia ſic occultè rogatus eſt, & notarius puniẽ-
dus eſt, arg. ȷ. vt eccle. benefi. vt noſtrũ. ſed obijcies, ſuſpectũ eſt
inſtrm. ergo abijciendũ, niſi producens illud per alias probatio
nes approbauerit. C. de proba. iubemus. C. eo. tit. l. fi. & ff. eo. l. j.
ſol. ibi loquitur, qñ ſcriptura vitiata eſt, vel alias ſuſpecta ex ſui
forma. C. de edic. diui Adri. tollẽ. l. fi. & ȷ. eo. ex literis. & c. inter
dilectos, alias aũt ſecus, quia & ſi aliquæ ſuſpitiones adſint, ta-
men durat & valet, niſi alias ꝯ illud probetur, nec pp ſuſpitionẽ
9 caſſandũ eſt, arg. 2. q. j. c. † Itẽ no. ꝙ ſi priuata ſcriptura introdu-
citur ꝯ eũ, qui eã fecit, nec ipſe neget, ei ſtabitur. ff. depo. l. pu.
§. fi. C. de nõ nu. pecu. generaliter, niſi in mutuo, vbi habet exci-
piens bienniũ, antequã valeat. C. de nõ nume. pecu. in ꝯctibus,
in princ. ſi autẽ neget eſſe ſuam ſcripturã, hoc oportet probari,
& poſtea procedat, ſicut legitur C. de nõ nume. pecu. cũ fidem,
& auct. ꝯ, qui propriã. ſi vero de alio agatur inſtro, quod alius
fecerit, ſi negat ſcriptura eſſe eius, cui aſcribit, hoc ipſum proba
ri oportet, ſi vero certũ ſit eã ſuam eſſe ſcripturã per ſigillũ, vel
alio modo, & dicatur nõ ei credendũ, ſeruandũ eſt quod dictũ
eſt ȷ. ſ. ꝙ non eſt credendũ ei, niſi ſit tabellio, vel niſi à cõſuetu-
dine introductũ ſit, ꝙ credatur, niſi in caſibus, quia actis cuiuſ-
10 libet iudicis creditur. ȷ. de proba. qm̃. † Itẽ credit literis cuiuſ-
libet de his, q̃ facere debet, vel põt ratione officij, vt ſi Archiepſ
ad conciliũ citet, 18. diſt. ſi epſ me. vel de cõſuetudine alias ad
cõſecrationẽ epõrũ, 65. diſt. non debet, per literas etiã epõs alie
næ prouinciæ vocabit ẽt [illegible] epſ, vel ſi eũ citet canoni-
cos ad electionẽ faciendã. ȷ. de elect. cũ inter. vel ſi cõuentus li-
centiat aliquẽ monachũ, 19. q. 3. ſtatuimus, vel ſi epſ mandat vi
tari excõicatos, 11. q. 3. curæ. & idẽ eſt in literis cõmendatitijs,
72. diſt. per totũ. Itẽ & de his, q̃ ratione officij facere nõ debẽt,
aliquando credit, vt in epis, qui dant literas teſtimoniales de or
dinibus, vel moribus alicuius. ȷ. de cle. peregri. c. j. & 2. Et idẽ dice
rẽ in procuratore ad impetrandũ, & ꝯdicendũ cõſtituto. ȷ. de re
ſcri. c. nõnulli, & in oĩbus alijs, vbi nullũ, vel modicũ ꝑiudiciũ
alij generat. nã in ꝑdictis caſib. & ſi nõ cõſtet ſigilla eorũ eſſe,
qui ſcribũt, vel ẽt ſi modicę auctoritatis hões ſcribãt, creditur
eis, vt de ꝯſuetudine generali, & potiſſimè ſpeciali Romanę cu-
rię obſeruat. [Ad exẽplaria.] Niſi ſint publicata, vt no. ȷ. de ſeſt.
Albericus, repete, quæ diximus Infra de verbo. ſigni. Abbate.

ADDITIONES.

a ¶Idem fortè. Adde quod communis opin. in hoc eſt contra Inno. vt atteſtatur Alex. de Imo. in conſ. 138. col. pen. verſ. adnotata, in j vol.

b ¶Se rogatum. Adde Spec. in titu. de fide inſtrum. §. breuiter, ver. & no. ibi Ioan. And. Bar. & Moder. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & Alex. de Imo. in cõſ. 153. col. 2. ver. non obſtat, in 2. vol.

c ¶Item no. Hoc dictum refert & ſequitur Bal. in l. mandatum, col. pen. C. mand. & Fel. in c. ex parte decani, col. 7. verſ. decla. prima, ſupra de reſcri.

SVMMARIVM.

1 *Creditur ſcriptura facta manu publica ẽt mortuis teſtibus in ea reſcriptis.*
2 *Non ſufficit ſigillum apponere chartæ, niſi is, qui appoſuit, dicat ſe illud appoſuiſſe.*
3 *Cauſa, propter quas ſigillum, & ſubſcriptio apponuntur literis.*
4 *Decretum, ſeu auctoritas non interponitur de futuris.*
5 *An poſſit epiſcopus ſigillum ſuum alij committere.*

CAP. II.

SCripta vero auctentica. Hic no. illas ſcripturas dici publicas, q̃ habent ſigillũ, vel q̃ fiunt per tabellionẽ, ẽt ſi nõ ſit eis fides adhibenda, & alia auctẽ
tica, qualia ſunt oĩa, quibus fides adhibet, & poſſunt dici oĩa au
ctentica publica, ſed nõ econuerſo. vel melius ſe habent, vt exce
dẽtia, & exceſſa. vel auctẽ. ſcriptura hic dr̃ originalis, ſiue manu
publica ſcripta ſit, ſiue nõ, vel ſcripturã auctẽ. dicit acta iud. vel
hic dicit ſcriptu. auctẽticã, q̃ hẽt ſubſcriptionẽ teſtiũ, & ꝯhẽtiũ.
1 [Publica.] † No. ꝙ ex quo ſcriptura ẽ facta manu publica, vr̃ ſigil
lũ auctẽticũ hẽt, ẽt mortuis teſtib. ibidẽ inſcriptis, credit illi ſcri
pturę, vt hic dicit, dũmõ nõ ſit in aliquo vitiata, vel vituperata,
vel ſuſpecta, vr̃ calũnioſa. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. Auct. c. ti.
§. ſi vero moriat. ille tñ, ꝯ quẽ ꝓducit inſtrm, põt illud dicere fal
ſum. C. eo. ſi veteris, & l. fi. Si vero ſcriptura eſt aliquo mõ vitia-
ta, vel ſuſpecta, vel calũnioſa, q ꝓducit eã debet eã ꝓbare verã.

C. de proba. iubemus. ff. eo. l. ſ. & ſm hoc intelligi pōt j. eo. cum inter dilec. ſcripturę aūt priuatę nō credit̄, niſi teſtib. vel cōparatione literarū adiuuet̄, j. eo. §. ſi vero. ff. de pba. inſtr̄a. Idē forte dicendū eſt in forenſi inſtr̄o, arg. ꝯ. ff. de dona. in dona. [Sigillū.] Non ſufficit ſigillū apponere chartæ, niſi ille, qui appoſuit
2 ſigillū, dicat ſe illud appoſuiſſe. ff. de teſt. l. penul. C. de teſti. l. ſi vnus, & l. hac ꝯſultiſſima, & l. in teſtīs, & l. iubemus, & j. de re iudi. cū inter. vr̄ ēt ſufficere, ſi in charta loquentiū, vel ꝯſentiū ꝯtentorū ſigilla apponantur, ēt ſi non dicant, ſigilla noſtra appoſuimus, ar. C. arbi. tut. l. fi. & j. eo. tit. inter dilectos. qualia ſūt ſigilla epoꝝ, & aliorū p̄latorū, vt quidā dicūt, & c. 13. q. 3. cute, 19. q. 3. ſtatuimus, 97. diſt. nobiliſſimus. ſ. de eo, qui mit. in poſ. cū ſicut. ſ. de ele. cū inter. ff. de cuſto. re. diuus. ſ. de prob. tertio. Nos tñ dicimus, ꝙ ſigillis inferiorū p̄latorū ab epō credit̄, niſi hoc haberet cōſuetudo. j. eo. cū dile. niſi fortè habeant iuriſdōnē, qa tūc in his, q̄ ſunt iuriſdōnis ſuę inſtr̄a cuiuſlibet iudicis ord. vel dele. reputarē auctēticā, ar. ſ. de teſt. cū à nobis, & no. ꝙ debet quis ſigillare proprio ſigillo, ſi habet, & tunc nō valet, ſi alieno ſigillat, niſi ex cauſa fiat, vt ſequit̄, qa nec ēt prodeſt ſuo ſigillare, qđ eſt ad aliud officiū deputatū, j. de app. ſignificauit, Si aūt nullū ſigillū nunq̄ haberet, vel ſaltē tūc, cū ſigillare oporteret, nō haberet ſigillū, poterit alieno ſigillo ſigillare, ſed tunc ēt neceſſe eſt hoc ipſum dicere. ſ. cuius ſigillo ſignet, & quare alterius ſigillo ſignet, & eſt rō in lege, qa turbatū eſſet ſigillū. ff. de
3 teſt. ad teſtiū. † Eſt & alia ratio, q̄ efficacior vr̄. ſ. vbi, & à quo, & ex qua cauſa ſignatum eſt inſtr̄m, diſcerni poſſit, quia ſigillum, & ſubſcriptio ex multis cauſis apponuntur literis: verbigratia, in ſignū cōſenſus, 15. q. 2. ſine exceptione. ſ. de procur. c. j. ff. de pig. fideiuſſor. §. fi. & l. ſeq. Quandoq; ēt apponunt in ſignū teſtimonij. ff. de pig. act. l. Caius. & in ſignū p̄ſtātis auctoritatem, 12. q. 2. cum redemptor ſacroꝝ, Quandoq; in ſignū confirmationis, j. eo. c. inter. & multis alijs cauſis pōt ſigillū, vel ſubſcriptio apponi. vnde apparet, ꝙ ſemper in litera debet exprimi, ad quid ſigillū apponatur, & cuius ſit, & à quo apponitur, arg. ſ. de tranſac. c. fi. 59. diſt. c. 3. ſ. de libe. oblā. c. fi. Sed ſi in literis nō dr̄ qualitercūq;, dūmodo hoc ſcire poſſit, vr̄ ſufficere: imo ſi ī alia auctentica ſcriptura, & ēt alicuius hominis cōtineatur aliquid, per quod poſſit ſciri, ad quid & à quo appoſitū eſt ſigillū, ſufficit, j. de cōfir. vti. cū dilecta, j. de fideiuſ. peruenit. nec q̄ro, qualis ſit ille, qui ſcripturā facit, puta Rex, vel infimus homo, ocę quia eius nomine literæ mitterent̄, dūmodo ſigillū ſit perſonæ auctenticę, cū ſigillū ſit, quod auctoritatē p̄ſtat ſcripturæ. vnde ſi eſſet talis perſona, q̄ non principaliter, ſed ſecundario auctoritatē p̄ſtaret ſcripturæ, vt ſunt iſti ꝯtus cōtenti in illa charta, q nō principaliter, ſed ſecundario teſtimonio auctoritatē p̄ſtant, nō eſt tunc neceſſe ſigillū appoſitū eſſe auctenticū, ſed ſufficit, qualecunq;, dūmodo characterem habeat, vt in ca. l. ad teſtium, §. pen. nec exigit̄, ꝙ ſint ibi literæ, dūmodo alias certū ſit de ſigillo. ſed ſi ſint, oportet ꝙ poſſint legi vel in totū, vel in tanta parte, ꝙ indubitanter intelligant, quid velint dicere, j. eo. inter. Cū corrigia aūt, vel alia re, q̄ nō ſit ſculpta ad ſignandū, ſigillari nō poterit, vt in ca. l. ad teſtiū. ff. de aur. & arg. leg. l. argumento, §. ornamenta. Epſ aūt non intelligitur alieno ſigillo ſigillare, quando ſignat ſigillo eccleſiæ, 73. diſt. in nomine Dñi, arg. 7. q. j. ſcite. Itē no. ꝙ ius ciuile appellat anulū, & nos ſigillū. Item nō eſt vis, an in litera loquat̄ ille, q ſe obligat, vel aliquid aliud faciat, vel ille; qui ſigillat. de his aūt, quos conſtat in ſchedulis vacuis aliquid ſcribere, credere non eſſe fallarios: vnde ex quo ſchedulā ſigillatā eius fidei cōmiſit, ex prima facie quicquid in ea dr̄, creditur cōmiſiſſe, arg. ff. cōmo. cū quis. §. fi. credere. n. ꝙ illud mādauit, quod ſcriptū eſt, dūmodo tale ſit, quod ibi ſcribitur ad qđ procurator cōſtitui poſſit. Si tamen probaret̄, ꝙ aliud ſcriptū, quā quod mandatū fuerit, vt fallarius puniretur. Alij tñ dicūt, ꝙ in eiſdē ſchedulis nihil poterit ponere, quod aliū obliget, niſi illū, cuius eſt ſigillū. alijs autē ꝯtrium vr̄. ſ. ꝙ nunquā licet ſchedulas vacuas ſcribere, nā ille, cuius eſt ſigillū, dat auctoritatē ſi-
4 gillo, & ſigillū debet dare fidē ſcripturæ, & ſcriptura ꝯtui. † Sed quando incipiet dare, vel qñ poteſt dare, cū ſcriptura non fuerit facta, quando ſigillū apponitur, ſed poſtea? ei autē quod nō eſt, fidē dare non pōt, arg. ſ. de conſti. cū accesſiſſent, cū ſuis cōcord. & ff. de ꝯhen. emp. l. fundi, & l. Rutilia. ſed nec decretum, vel auctoritas non interponitur de futuris. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. §. j. hē auctoritatē qūo p̄ſtabit ei, quod ignorat, q̄ tamē cū cauſæ cognitione p̄ſtari debet. ff. de offi. procō. nec quicquā, §. vbi decretū, & 3. q. 3. ſpatium. Sed dices, bene p̄ſtat auctoritatē rei p̄ſentis: nā mandatū, quod fecit portātu ſchedulas, præſens fuit. ſed reſpon. ſigillū non p̄ſtat auctoritatē mādato, vel ꝯtui, ſed ſcripturæ: vnde bene dr̄, hęc ſcriptura auctentica, non tamē de ꝯtu, quē continet, fidē facit, imo & cū procurator poſſit ſcribere, quicquid vult in hac ſchedula, non ſigillū ei p̄ſtat auctoritatem, ſed ipſe ſcribens. Itē ad hoc, quod nō valeat probare aliquid ꝯ hoc inſtr̄m, vr̄ ſufficere, quod dicit Auct. de tabelli. §. nos autem credimus, & §. ſeq. vbi dr̄, ꝙ tabellio, qui dat auctoritatē inſtr̄o, debet intereſſe, quando cōpletur, & debet audire totum negociū, vt ſciat reſpondere, ſi interrogabitur. ad idē Auctē. de tabel. §. pp talea. eodē modo dicendū eſt & de illo, cuius eſt ſigillū, cū hæc duo hic æquiparentur. itē multæ abſurditates poſſunt ſequi de talibus ſchedulis. quid. n. ſi moriatur ille, cuius eſt ſigillum, antequā ſigillū apponatur? & ēt fortè eo ignorāte fuit ſigillū appoſitū. Item quid ſi inimicitiæ oriuntur? Itē ꝙ prædictæ literæ nō p̄iudicent, ex hoc conſtat, ꝙ is, cuius nomine cōfectæ ſunt literæ, nihil ſcivit de eo, quod in eis ſcribitur. Si. n. cōſtaret eū ſcire, vel mandaſſe de certo ſcribēdo, tunc fortè ſecus dicendū eſſet. ſed fortan de p̄ſumptione iuuabis te, puta quia dando chartā vacuam, vr̄ dediſſe poteſtatem, quicquid vult ſcribendi, arg. ff. de pœnis. l. a. ff. de ꝯhen. emp. clauibus, cū multis concordan. quas habes ſ. de conſue. c. 2. Sed certè, ſi diligenter dictas leges inſpiceres, non ſic p̄ſumeres, quia vt in eiſdem legibus euidenter apparet, quandoq; ex donatione alicuius rei etiā aliud vel ratione loci, vel tēporis, vel ꝯtus dediſſe intelligo: vnde ſi dedi claues iuxta horreum, videor dediſſe quæ tñ horreo ſunt. ff. de ꝯhen. emptio. clauib. vel ſi obligo inſtr̄a, videor obligaſſe nomina in inſtr̄o ꝯtenta. C. quæ res pigno. oblig. poſ. l. j. Itē ſi reddo debitori inſtr̄m, in quo cōtinetur ſubſtantia debiti, debitū remiſiſſe videor. ff. de pac. l. 2. Secus ſi pignus redderē. ff. de pac. poſtquā. at hic nihil tale eſt, vnde non vr̄ magis præſumendū de vno mandato, quā de alio, maximè cū ex multis cauſis ſigilletur, vt dictū eſt, & ſic apparet hic, ꝙ non pōt iuuari præ-
5 ſumptione. † Cōfitemur tñ, ꝙ epſ poteſt cōmittere fideli perſonæ ſigillum ſuū, & ſm p̄tātem ſibi datā poterit illo ſigillo ſigillare ſcripturā de his, quæ pertinent ad epm, puta facere cōmiſſiones cauſarū, citationes, cōfirmationes, & generaliter de omnibus alijs, q̄ cōmiſſa ſunt ei, poterit ſcripturas ſigillare, etiā ſi p̄latus ille nō videat literas, ſicut Papā, & alios p̄latos, & Principes ſuis cancellarijs hæc cōmittere videmus, j. de cri. fal. dura. Sed in ꝯtibus aliorū nō poterit nomine epi ſigillū teſtimoniale apponere, niſi viderit, cū teſtimoniū ſit tantū de viſu, vel de his, q̄ plenè nouerit, 2. q. 9. teſtes, & per totū, & ſic loquit̄ Auct. de tabel. §. nos autem, & c. poſſet tamē dici, ꝙ etiā teſtimoniale ſigillum apponere poteſt, vbi hoc de cōſuetudine eſt; non ꝙ ꝯtus intelligatur habere teſtimoniū ab epiſcopo, ſed ab eo. ſ. cācellario, qui apponit. fingitur enim eius ſigillū, ſicut & ſigillum eccleſiæ epi fingitur, 81. diſt. in nomine. tñ bene debet exprimere in litera, cuius nomine apponit̄. ſ. an epi, vel officialis.

S V M M A R I V M.

Abraſio, vel correctio in reſcriptis vel inſtrumentis facta per officiales, & errorem facta, an & quando noceat, & ſi per alios, an falſarij ſint.

C A P. III.

EX literis. [Iudicari.] Repete, quod diximus infra eo. inter, in glo: quæ incipit, ſecus ſatis. [Iudica.] Bene dicit, & ſi enim erranum eſſet in facto, & nulla eſſet ibi abraſio, vel correctio facta, tamen per eas procedendū eſſet, licet non ſecundū eas. ſ. de reſcrip. ſuper literis. [Et priuileg.] Secus de alijs reſcriptis contentioſis, vel ēt gratioſis, cū ibi poſſet eſſe fraus, vt poteſt colligi ſ. de reſcrip. ſuper literis, ſedes, & c. ad aures, & c. paſtoralis, & c. cum adeo, & c. ꝯſtitutus, & c. ſignificante, & c. Rodulphus. [Priuilegia.] Confirmationis, ſecus autē de originalibus: ibi. n. ſi inuenirentur raſuræ in poſſeſſionibus, ſuſpectum eſſet priuilegium, ſicut inſtr̄m contractuum, donationum, & huiuſmodi ex eadem cauſa redderetur ſuſpectum. [Abradi.] Per cancellariū, & alios officiales curiæ, ſi enim per alios fieret, falſarij eſſent.

C A P. IIII.

ACcepimus literas. Fortè per ſuas literas petebat ipſe Abbas, ꝙ non cogeretur portare ſua priuilegia ad vrbem, & etiā quędam alia, ſuper quibus Papa hic ſcribit. [Argui.] j. eo. c. proxi. C. de fide inſtru. l. vlt. 96. diſt. bene quidem. [Venerit.] Archiepiſcopus. [Arguendi.] 4. q. 5. c. j. C. de inge. man. diffamari, j. qui filij ſint legi. ſator. C. qui accu. poſ. qui ea. [Vacillare.] Propter hoc, ꝙ Archiepſ ea arguit falſitatis. ſed ſi ex alia cauſa appareant ſuſpecta, hoc bene tenet. [Obſeruari.] Qualiter agatur de falſo, no. ſupra de proba. licet, in prin.

S V M M A R I V M.

Inſtrumentum vel priuilegium, ſi plura capitula contineat, an omnia in eo contenta ſint exacta, & quare.

C A P. V.

COntingit interdum. [Recitetur.] ſ. totus tenor: nō aūt totus recitari præcipitur, vt audiētes totū, intelligāt an in alijs capitulis cōtineatur aliquid purè, vel ſub conditione, & ſi in totum, vel in partem id capitulum ſit reuocatū, vel aliqua pacta adiecta ſint circa c. de quo agitur. ff. de edē. l. 1. §. edenda. [Solummodo.] C. quemad. teſta. aper. l. 3. §. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poteſt ſpoliatus res vindicare, vel petitorium iam inceptum proſequi.*
2 *Libellus etiam contra procuratorem concipitur.*
3 *Quomodo inſtrumentum ex raſura reddatur ſuſpectum.*
4 *Quemadmodum non tenet ſententia ex falſo inſtrumento lata, ita nec priui-legium ex falſa cauſa, vel ex falſo inſtrumento conceſſum.*
5 *Confirmatoria meliora ſunt, quam quæ ſunt ad inſtar, & vide de priuilegio conceſſo ad inſtar, in num. 6.*

CAP. VI.

INter dilectos. [Petebat.] Petitorio agit, q a
nec poſſeſsionē, nec expo-
liationē allegabat, qđ eſt neceſſe in interdicto. ff. de
1 vi & vi arma. l. j. in prin. & §. interdictū aūt. †Sed non
vr̄ hoc poſſe ſtare, q petitoriū intentaret, ſeu vindicaret rē, quā
obtinuerat in iudicio poſſeſſorio per ſnīam ep̄i Veron. ī. d ſeq.
poſ. c. ad hoc. ꝯ id quod [...] alic. iudi. mu. cau. fac. l. j. & in-
ſti. de act. §. j. & ī. de iu[...]ta. Sol. licet obtinuerit p ſnīā,
nō tamen habuit poſſeſsio[...] corporalē: & ideo quantū ad hoc
parū profuit talis ſnīa. ī. de re iu. cū aliquibus, vel dic q habuit,
ſed poſt Archiep̄s monaſteriū deiecit, vt dicit decr. p̄al. ad hoc.
& inde eſt. ſ. quia poſſeſsionē nō habebat, q petitoriū intentare
potuit. vel dic, q à pcincipio monaſteriū intētauit petito. & poſ
ſei. & re. poſ. & hoc ēt dicit decre. p̄allc. ī. de ſeq. c. j. ideoq; nihil
impedit, quominus ſpoliatus poſsit res vindicare, vel petitoriū
2 proſequi iā inceptū. [Procuratore.] †No. cōcipi libellū ꝯ procu
ratorē. no. q pcurator ep̄i petit nomine eccleſiæ [Obtinuerat.]
ī. de ſeque. poſ. ad hoc. [Saluo.] Nihil operaī hæc clauſula. [Mo
leſtabat.] Quaſi ad ipſum pertineret iure ſuę ceſsionis. hęc tñ
ſnīa parū poterat obeſſe Mediola. eccleſię, niſi forſan ex dona-
tione nepotis ipſius ſe defendere vellet. ff. de app. à ſnīa. Item ex
hoc, q dicit, moleſtabat, vr̄ q vti poſ. & ſic tantū poſſeſſoriū in-
tentabat: quare non obſtat ſucceſſori Archiep̄i, quominus agat
de petitorio, vt no. ī. eo. in gl. ſed nōne, &c. [Confirmabat.] Tāq̄
dn̄s donationē factā à vaſallo vtilis dn̄i, q̄ donatio vtilis domi-
nij nō tenet ſine licentia dn̄i facta, & hoc cōfirmatur. cōfert au-
tē dominiū directū, quod penes dn̄m remanet, vt in cōſtitutio-
nibus Federici, Imperialē, arg. C. de iure emphy. l. vlt. de dona.
paſtoralis, ī. de don. inter vir. & vxo. nuper. aliter tñ exponitur, &
melius. nō. n. credimus, q à ſe dn̄s voluerit per hęc verba dire-
ctū dominiū abdicare. [Teſtes.] De alijs teſtib. loquiī hic, q̄ ī. c.
vbi dicit, nec atteſtationes, &c. cū loquiī de teſtib. inductis co-
rā deleg. ab Inn. & pductis ad probādū p̄ſcriptionē & famā, ibi
aūt de productis corā Archiep̄o cognoſcēte ea delegatione Im
peratoris, & productis ad probandū legitimā donationē factā
fuiſſe, vt ibi dicit. [A 40. ann.] Et ita nō poſſedit, niſi 10. ann. qđ
nō prodeſt, 16. q. 3. quas act. vel dic, q vult dicere, q aliqui teſtes
dixerūt, q poſſideat à 40. ann. citra, & intelligo cōtinuo. Alij te
ſtes dicunt, q poſſedit à 50. ann. & ī. intelligo per modicū tp̄s vl
tra 50. ann. ſed ſm hoc vr̄ tutus p̄ſcriptione. ſed dic, q licet vi-
ſus fuerit pſcriptionē probare, non tamē probauit. [Conſum-
ptū.] l. ſubtiliatū, vel corroſum pergamenū pp raſuram, vel alio
3 modo. [Annotatione.] †Satis in loco ſuſpecto, arg. ff. quēad. te-
ſta. aper. l. 2. C. de ꝯben. ſtipu. optimā. Similiter ſuſpectū eſt, ſi ſit
raſura in nominibus vel iudi. vel actoris, vel rei, vel rerū, ſuper
quibus eſt litigiū, vel in data, vel in narratione ſine cōcluſione
iuris, vel in remotione app. vel in correctione teſtiū, vel in aſsi-
gnatione termini, & in multis alijs, q̄ diſcretus iudex intuebiī,
& ſi ꝯ has ſuſpitiones apparent alij in ꝯriū, iudex ea attēdat. Itē
magis vr̄ ſuſpectū pp raſurā, quā pp cōſumptionē. [Recētior.]
Suſpitionē adducit, nō probationē, cū in charta vetuſta poſsit
ſcribi nouus ꝯctus, & ſemper hoc cū alijs, q̄ tanguntur hic, vel
aliquibus eorū p̄ſumptiuè, aduerſariū onerat probatione, q ſit
verū. [Sigillum.] Hoc ſufficiebat. [Cū mitra, induta ſceptrū, ītē
gra cera.] Vehementiſsimę ſunt p̄ſumptiones, niſi ſufficien-
tes probationes: vnde ſtatim ſequitur, p̄ſumebaī, nō probatur,
vel licet ēt ſingulę per ſe nō ſufficerēt, tñ omnes ſimul ſufficie-
bant, vel aduerſariū probatione onerabant. ſ. priuilegiū eſſe ve-
rū. [Nullæ aliæ.] Sufficit ad probationē. [Sed cū.] Hoc ſufficie-
bat ad probationē. [Duæ.] Et ita non probatur Luitardum de-
diſſe, cū nullū priuilegiū haberet Abbas, quod ipſius nomē ex-
primeret, & ſic nō poterat eius donationē allegare. [Ab inferio
ri.] Via poſsit hoc ſufficere ad probationē, ſed ad p̄ſumptionē
faciunt. [Sigilli.] Quod nō erat pendens, ſed quod chartæ adhę
rebat, & hoc ſufficit ad probationē [Sed & ipſum.] Hoc ſufficit
ad probationē. [Publica.] Si. n. tpe donationis fuiſſet donatio p
manū tabellionis ſcripta, & eidē chartæ ſigillū appoſitū, dūmo-
do ſubſcriptionē teſtiū haberet, ēt amiſſo ſigillo validū rema-
net inſtr̄m. [Auctenticū.] Quia non erant ibi literæ legibiles,
nec ēt erat integrū. [Media.] Non ſufficit ad probationē, cū in
hac medietate poſsit cōtineri nomen, & dignitas. [Medietas.]
Hoc ſufficit ad probationē. [Litera.] Subſcriptio. [Recētior vi-
debatur.] Hæc ſuſpitio nō ſufficiebat ad caſſationē, ſed ad pro-
bationē transferendā in aduerſarium. [Mentio.] Non eſt ſuffi-
ciens probatio caſſationis, ſed p̄ſumendū eſt, q ſi habuiſſet, q
priuilegium inſeri feciſſet. [Inter alios.] Sed nonne ſciebat cau
ſam ſuā agi: imo quia ipſe iudex erat, & pro monaſterio iudica-
batur, ſibi p̄iudiciū fecit. ff. de re iudi. ſæpe. ff. de pig. fideiuſſor?
Reſpon. non, ī. de ſen. & re iudi. ſuborta. nec obſtat lex, ſæpe, q̄
loquitur, qñ me ſciente agebat ille, quē de iure poterā prohibe
re, vt ſi creditor agere patiatur debitorē: & in alijs caēplis poſi-
tis in l. p̄dicta. vel ſi quis nomine meo agat, & cū nō prohibeo,
cū valeā prohibere. at Archiep̄s nec ſciebat rē ſuā, quando cau
ſam diffiniuit, & ēt ſi ſciret, prohibere non valebat, quominus
iure ſuo, vel q ſic ſaltē credebat ſuū, vteretur, ſi vellet, vt in ca.
l. ſæpe, dr̄ in ſi. nec obſtat l. ſi fideiuſſor, q̄ loquitur, quādo pars
ſciens rē ſuam obligari, ſubſcribit inſtr̄o auctoritatē p̄ſtans obli
gationi: ſecus autē, ſi faciat tanquā iudex, vel tanquā teſtis, vel
alius quilibet officialis, cū nulli debeat officiū ſuū eſſe damno-
ſum. & ex ſnīa nō habet ille ius, nec ex teſtimonio, ſed tñ decla
ratur ius priſtinū. ff. de pig. act. Caius. ff. ſi ſer. ven. l. ſicut. §. ſed
ſi quæritur. itē ſicut apparet in hac decre. in prin. Archiep̄s tan-
tū tulerat ſnīam ſup poſſeſſorio, vnde nō fit ei poſtea p̄iudiciū
in petitorio. vel dic, q ex nouo iure peruenerat ad eccleſiā Me-
diolan. ſ. poſt ſnīam. [Et in alio.] Hoc non noceret ſm quoſdā,
ſi eſſent publicatæ. falſum dicit hęc glo. Imo idē eſſe debet, & ſi
publicatæ non eſſent. publicatio. n. nihil facit, niſi q prius non
erat auctenticū, modo eſt auctenticū, & valet inter perſonas, in-
ter quas eſt actum, & quādo ad idē agitur. [Vnde.] Ex quo pri-
uilegio. [Petitionis.] Quæ fortè talis erat, vel cōſimilis, petijt ta
le monaſteriū, vt ſibi donata à tali comite cōfirmare dignare-
mur. [Intelligatur.] ff. de reb. dub. quotiens, ī. de verbo. ſignifi.
Abbate. [Confirmari.] ff. de iuriſdi. omn. iudi. & quia, arg. ꝯ,
63. diſt. in ſynodo, 23. diſt. in nomine, ī. de elec. cū inter canoni
cos, vbi de hoc in gl. ſed nōne, &c. [Quod meū eſt.] Sed dices,
cū non eſſet ſuū, quia falſum eſt priuilegiū Luitardi, debet te-
nere donatio, arg. ī. de in integ. reſti. cōſtitutus. reſpon. ideo nō
teneret donatio illorū, q̄ ſecuta eſt ex priuilegio Luitardi, quia
non intēdebat Imperator eā donare, vt crederet eſſe ea mona-
ſterij ex donatione Luitar. & intētio eſt neceſſaria, Inſti. de do.
4 §. ſunt etiā, & ſeq. †Itē ſicut ſnīa lata ex falſo inſtr̄o non tenet,
a ita nec priuilegiū [a] conceſſum ex falſa cauſa, vel ex falſo inſtr̄o,
non tenet. C. ſi ex falſis inſtr̄is. l. j. & 2. Si autē non appatuiſſet
falſitas in primo priuilegio, nec ei Imperator niteretur, ſed di-
ceret Imperator, ꝯcedimus, & cōfirmamus, nō q̄rerem, q̄ ſunt
cōfirmata, q̄ conceſſa, quia in quibus nō valet cōfirmatio, va-
let per ꝯñs cōceſſio: quaſi dicat Imperator, in omnē euentum
volumus eccleſiā habere, ſiue vt donationē, ſiue vt confirma-
tionē, niſi per obreptionē obtineref, vt hic, & ī. c. proxi. vt po-
tius res valeat, q̄ pereat, ī. de verb. ſignifi. Abbate. ff. de reb. dub.
5 quotiens, 12. q. 2. ſi quos, ī. de in integ. reſti. ꝯſtituitur. †[Alia.]
Bene dicit. & no. hic diligenter, priuileg. cōfirmatoria meliora
ſunt, quā illa, q̄ ſunt ad inſtar, quia in ꝯfirmatorijs dr̄ de aliqua
re, q̄ ſit donata, vel vendita, & pro donata vel vēdita hr̄, & ſic de
ſimilibus. nec intelligitur per p̄dicta verba donatio cōfirmata,
licet in priuilegijs cōtineatur in pcin. cōfirmamus omnia habi-
ta, & habenda. niſi ea, q̄ dantur & ſtatuūtur, principaliter inni-
tantur cōfirmationi, ita q cōfirmatio eſt pcincipalis cauſa, qua
re ſit donatū, vel ſtatutum, & nō poniī ꝯfirmatio narratiuè tā-
6 tum. & repete, q̄ no. in ſum. C. de fal. cau. adi. l. j. †Secus aūt, qñ
in priuilegijs continetur, cōcedimus hoc priuilegiū ad inſtar. q a
tunc omnia, q̄ ſequūtur, intelliguntur cōceſſa ad inſtar. vnde ſi ſe-
queretur in eodē priuilegio, donamus vobis talē eccleſiā. ſub-
intelligēdū eſt ad inſtar. & eodē modo ſi dicat, decernimus, vel
ſtatuimus. imo idē eſt ſi dicat, adijcimus ēt, q habeatis ius in ta-
li eccleſia, vel ēt eā eximimus. nā ſemp intelligendū eſt, ad in-
ſtar adijcimus, & ſic de alijs. tunc no. qū in priuil. dr̄, eximimus
oēs eccleſias veſtras, q̄ p vos ſumpſerunt r̄am B. Aug. in quib.
has duximus exprimēdas. hæc verba ponunī narratiuè, arg. 4.
q. 6. quippe. & ideo nulla eccleſia expreſſè probat exēpta, niſi p
bet, q pro eo ſumpſit r̄am B. Aug. [Principale.] Priuilegium
Luitardi. [Acceſſoriū.] Priuilegiū hoc Hērici. [Proprietas.]
C. loca. ad probationē. [Poſſeſsio.] ff. de acq. poſ. ſi qui ante, &
l. ſi aliquē. [Sufficit.] Fatemur tñ, q ille, qui rē locatā accepit,
non poterit q̄oncm referre de proprietate, vel de poſſeſsione.
[Obſcura.] ī. d pb. ex lr̄is, 3. q. 9. īdicas. ff. d act. & obl. Arrianus.

ADDITIO.

a ¶Ita nec priuilegium. Et quod priuilegiū impetratum ex falſa cauſa nō teneat, tenet etiam Bal. hic pro quo dicit bene facere tex. in l. Gallus §. ſi eius. ff. de libe. & poſthu. & refert Feli. in c. ad audientiam, el 2. col. 6. ver. amplia primo. ſi. pro de reſcri. pro quo addo, quod notat Pet. de Ancha. in conſ. 389. incip. viſis diligenter iuribus, col. 3. ver. tertio ponderandum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium literis, ſi eorum ſigilla ſint ignota, an ſit credendum.*
2 *Abſolutio ex falſa cauſa, quare non tenet, ſicut tenet excommunicatio.*

CAP. VII.

Vod ſuper his,& infra. [Suppreſsionē.] Hic pōt
colligi arg. à ɔ̄rio ſenſu,ꝙ ſi non per ſuppreſsionem
veritatis, vel expreſsionē falſitatis ſint obtētæ literæ
Cardinaliū,ēt ſi ſint ignota eorū ſigilla,ꝙ et credēdū eſt eis.qd te-
ſeras ad catum,de quo hic loquit decr.ar.j.de cri.fal. c.pen.ſed
vr,ꝙ tūc eſſent neceſſaria 5.ſigilla,de cle.pere.c.i.ſed illud c.lo-
quit.qñ nō ſolū ſigilla ſūt ignota,ſed ēt noïa epatuū,& eporū.
vel dic,ꝙ ibi eſt maius periculū, ꝗ hic.[Veritatis.] Quia tacue-
rūt,p ꝗ viles erāt terræ ſanctæ.[Falſitatis.] Expreſſerunt ſe debi-
les,cū ſint fortes,& iō nō valēt lſæ,quia ſi expreſsiſſent, nō ha-
buiſſent.ſ.de reſcri.ſup lſis.[Cōpelli.] Quia nō teneret abſolu-
1 tio.ff.de nata.reſti.l.j.§. ſi q̄ras. ? quare nō tenet abſolo ex falſa
cauſa,ſicut tenet excōicatio? Reſpō.quia nō intēdit abſoluere,
ſed excōicare intendit,de hoc no.ſupra de offi.ordi.ex parte.

S V M M A R I V M.

1 *Decretalis allegatu,quæ tamen in compilatione non ſit, an ex bullæ pendenti faciat ſtatim fi.*
2 *Decretalis iuri contraria,an ſtatim ſit reÿcienda,an Papa conſulendus,*

CAP. VIII.

Aſtoralis,& infra. [Decre.] Quæ nō eſt
poſita in corpore de-
cre. ſed tamen aduocati eā pro decre.allegant. vel lo
quitur de illis decre. ꝗ olim erant poſitæ in corpore
decre.quando nullū corpus erat autenticatū præter cōpilatio-
1 nem Inno. 3. † vel loquitur, qñ bulla dependet in litera, ꝗ ideo
2 ſtatim ꝓ iure nō eſt habenda. C.de leg.l.2. [Coſulat.] † No.decr.
ɔ̄riā iuri nō ſtatim reÿci, ſed Papā conſuli. eſt. n.p̄ſumptio pro
ea, quia poſita eſt inter alias decre. vel etiā aduocati in iudicio
eam allegant,reÿci.tamen ſtatim abÿceretur,25.q.2.reteri.

S V M M A R I V M.

Inſtrumenta,confeſſiones, & alias probationes, an liceat producere poſt concluſionem in cauſa.

CAP. IX.

Vm dilectus,& infra. [Concluſum.]
Dicūt, ꝙ etiam
poſt cōcluſionē poſſunt produci,arg.quia cū in cau-
ſa appel. poſsint produci,melius eſt ergo ante vulne-
ratā cauſam ſubuenire.C.in quibus cau.in integ.reſt.nō eſt ne
ceſ.l.ſancimus. plus placet, ꝙ in eadē cauſa poſt cōcluſionē nō
licet,vt hic,ſed in cauſa appſonis,in qua non eſt cōcluſum,& ꝗ
alia cauſa eſt,bene licet producere inſtrā,ɔfeſsiones, & alias ꝓ-
bationes,qđ dic,vt legi.& no.ſ.de teſti.fraternitatis. Alij dicūt,
ꝙ nec ēt poſt appſonē licet ea producere poſtꝗ concluſum eſt,
arg j. e proæ.in fi.vbi dicit,ꝙ iudex ex officio ſuo poſt ɔcluſio-
nem pōt interrogare partes,& loquitur in cauſa appella.& ita à
ɔ̄rio ſenſu parti non licet in cauſa appel. interrogare aduerſa-
riū: ergo à ſimili nec inſtrm producere.[Conſuetudo.] ſ.de ar-
bi.dilec.[Cōſuetudo.] Etiam ſine ſubſcriptione teſtium ſi hoc
habeat conſuetudo,ꝙ ſine ea creditur,de hoc no.ſ.eo.c.2.

S V M M A R I V M.

1 *An poſſint partes ſuper nouis articulis in cauſa appſonis producere teſtes.*
2 *Quo caſu ſtetur teſtibus,& non inſtrumento.*
3 *Inſtrumentum quando reddatur ſuſpectum, & vide de hoc in num.4.*
5 *Falſum redditur inſtrumentum,ſi quis per duos teſtes probet ſe alibi fuiſſe tempore contractus.*
6 *Inſtrumentum non redditur ſuſpectum ob dubitationem teſtium.*
7 *Inſtro publico & ſubſcriptione teſtium vallato derogatur per duos teſtes.*
8 *An pauciores teſtes, quam qui in inſtrumento ſint deſcripti, præiudicent inſtrumento.*
9 *Index non poteſt interrogare partes poſt concluſionem in cauſa de eo, quod non ſit actum ante concluſionem.*

CAP. X.

Vm Ioannes eremita. [Condēnauerunt.] Et ma-
lè,cū de his.ſ.đ traditione domus nihil actū ſit. Vel
dic,ꝙ petÿt ēt ſibi domū tradi act.ex empto, & ideo
eo bene iudicauit iudex, ſm probata. ſed iudex appſonis, cum
1 quo ꝓbatū fuit.ſ.de cōditione,ɔ̄riū ſniat. † Et ita habes hic arg.
ꝙ partes poſſint ſuper nouis articulis in cauſa appſonis produ
cere teſtes,licet illud ſciuerint in cauſa principali. bene.n.ſcire
potuit Ioā. ꝙ ex quo petebat traditionē rei venditæ ſibi fieri, ꝙ
ſniaretur pro actore,niſi probaret reus cōditionē. Alij tamē di
cūt,ꝙ ea quo ſcire potuit ante apertionē teſtiū articulū ſibi ne-
ceſſariū, niſi probet ante apertionē teſtiū,poſt probare nō pōt,
nec hęc decre.ɔ̄dicit, quia primo nō fuerūt teſtes producti ſup
venditione,ſed inſtrm. Sed tuis nō facimus magnā vim,vtrū ſci
uerūt, vel potuerūt ſcire,qñ agebāt principalis cā,illū articulū,
quē vult probare in cā appſonis,an nō. Sed in hoc caſu eſt vis, ſi
fuit oblatus articulus ille probādus in cā principali: vel an cō-
prehenderet ſub articulis in cā principali datis: quia tūc ſi pri-
mo probauit per teſtes, poſt apertas atteſtationes iterū teſtes ꝓ-
ducere nō poterit,vt no.ſ.de teſti.ſi æternitatis.[Nonū.] De hoc
no.ſ.de teſti.fraternitatis.[Inhabitares.] Et iō nō debebāt ɔdē-
nare P.ad vacuā poſſeſsionē tradendā.[Anni.] Nec pp hoc mi-
2 nus valet eorū teſtimoniū.[Tabellionē.] † Si oēs teſtes viuūt,&
ɔ̄dicūt inſtro,in quo inſcripti ſunt, vires ſuas amittit inſtrm,&
ſtatur teſtibus,ſ.de proba.tertio.ff.quęad.teſta.ape.l.j.§.vlti.&
Auct.de fideiuſ.§.ſi vero fideiuſſor, col.6. Si vero vnus diceret,
nō interſui ɔ̄ctui,vel inſtro,in quo ſcriptus ſum,debilitat fidem
inſtri,ita ꝙ redditur ſuſpectū.ff.quęad.teſta.ape.l.j.in fi. & ideo
nō valet ad probandū.C.de proba.iubemus. Et dicūt quidā hoc
eſſe adeo verū,ꝙ ſi decē teſtes inſcripti ſunt in inſtro,& vnus ſo
lus de ſcriptis neget ſe interfuiſſe,reliquis mortuis,vel nihil di-
centib.ſuſpectū reddit inſtrm. Alij dicunt,ꝙ licet vnus teſtis di-
cat ſe nō interfuiſſe inſtro, dūmodo alij tot remaneāt inſcripti,
ꝙ licet ɔ̄ teſtent,vel ad minus nihil dicāt,vel mortui ſint, quot
ſufficiunt ad probationē ɔ̄ctus in ſcriptis redacti,non debilitat
virtus inſtri.& lex p̄alle.ff.quęad teſta.ape.l.j.§.fi.loquit,quādo
vnus ex ſeptē teſtib.in teſtō ſcriptis negabat ſe īterfuiſſe ɔ̄ctui,
quo ſublato pp defectū teſtiū inualidū remanet teſtm.C.de te-
ſta.ſi vnus.Secus aūt eſſet,ſi illo educto ɔpletus remanet nume
rus teſtiū:vel vt dicit Ioā.illud eſt ſpeciale in teſtō pp ſolēnita-
tes,ꝗ ibi requirunt. verūtñ ſi p duos vel ꝑ tres inſcriptos teſtes,
vel alios ꝓbaret eū interfuiſſe,q dicit ſe nō interfuiſſe, ſtabit di-
cto duorū.ſ.de ele.cū dilecti.imo idē vr,& ſi dicat ſe nō īterfuiſ
ſe,nec ēt ꝓbaret eū affuiſſe,arg.qa ī actis,ſi teſtis negaret ſe teſti
ficatū,vt ſcriptū eſt,vel pars negaret ſe ɔfeſſam, vel aliqd aliud,
quod ſcriptū eſt,ſoli tabellioni crederet,vel ſcripturæ tabellio-
3 nis,ſ.de proba.qm. † Si aūt plures negarēt ſe interfuiſſe inſtro,
tunc ſuſpectū redditur inſtrm, vnde nihil ex illo probat,ſ.de te
ſti.tā literis,ſ.de proba.tertio,& in tm hoc verū eſt, ꝙ etiā ſi per
centū teſtes probarent ɔ̄ctū,qui in inſtro continet, niſi per eos
probaret eos interfuiſſe,qui negant ſe interfuiſſe, inſtrm inua-
lidū eſt, quia el eſt hæc falſitas admiſta.ſ.hos duos interfuiſſe,
9.diſt.ſi ad ſacras,3.q.9.pura. nō negant tñ ɔ̄ctum poſſe proba-
ri per teſtes ēt inſcriptos in falſo inſtro,cū ipſi non fuerint par-
ticipes falſitatis.Sed oppones, nōne ambo ſunt in dictis ſuis ſin
gulares,cū vterq; tm de ſe neget interfuiſſe, vt patet ſ. de elect.
bonæ memo. Reſpon.ſi ageret ad probandū, ꝙ alter abſens fue
rit tpe ɔtectū inſtri,nō ſufficerēt teſtimonia eorū, quorū vterq;
diceret ſe nō interfuiſſe. ſed cū agatur ad probandū inſtrm fal-
ſum,ſufficiunt hi duo,q probāt idē.ſ.inſtrm falſum, & abſentiā
horū duorū, & maximè cū ſimul eos adfuiſſe ſcriptū ſit ī īſtro,
& quaſi ſimul & pariter teſtificari viderent, quia nec ipſi, nec
alij interfuere, cū ſi interfuerunt, ſimul pariter ſe vidiſſent ſm
quoſdā. Nos ɔ̄ñ credimus: nā ſi centū teſtes dicerent, quilibet
de ſe, ego nō interſui,& duo tm dicerent, ſni,ubi inſtrm fuit ꝑ-
ceptū,vel vbi ɔ̄ctus fuit celebratus: validū erit inſtrm, quia ſin-
guli teſtes in ſuis dictis ſingulares ſunt,ſ.de elec.cū dilecti.nec
obſtat ſ.de proba. tertio, quia ibi per nullū teſtē reprobatur fi-
des inſtri.vel dic,ꝙ ibi non fuerunt ſingulares,imo bene,& ple-
nè,licet indirectè,probauerunt falſum inſtrm. & ſic ēt reſpon-
detur ad e.tā literis:vel dic, ꝙ ɔ̄dicit ſ. de teſti.tā literis,quia ibi
expreſsè probatū fuit inſtrm falſum cōtinere. & qđ diximus de
duobus teſtibus,intellige verū in ɔ̄ctibus, vbi duo teſtes requi-
4 runt. † Si aūt requirant 5.vt in codicillis,vel.7.vt in teſtīs,nō ſuf
ficeret alijs negantibus ſe interfuiſſe probare per duos teſtes ɔ̄-
ctū initū,alias verū,vel inſtrm pceptū quantū ad hoc, ꝙ per in-
ſtrm probaret vel codicillū, vel teſtm.aliqui tñ dicunt, qui non
minus, ꝗ alij rōne nituntur, ꝙ ēt ſi oēs inſcripti negent ſe dire-
cto interfuiſſe ɔ̄ctui,vel inſtri cōfectioni, nihilominus valet in-
ſtrm publicū,quod per ſe habet auctoritatē, & hi teſtes ſingula-
res ſunt,nec pñt directo probare negatiuā,6.q.5. actor.non ob-
ſtat,qđ dictū eſt ſ.eo.gl.5. Rñ.quia,ꝙ dicit ſe nō interfuiſſe, pa-
riter dicit & de alijs,qui adeſſe non pñt,niſi vidiſſet eos, cū hoc
non ſit verū.nec obſt.ſ.de proba. tertio, quia ibi indirectè pro-
5 bauit ɔ̄riū,& eodē modo rñdeo ad decre.tam literis. † Si aūt ali-
quis đ inſcrip.teſti. p duos teſtes tm ꝓbaret ſe alibi fuiſſe tpe ɔ̄-
ctus celebrati, ēt centū ꝓbantib. ſe interfuiſſe tpe inſtri celebra
ti,vel inſtri pcepti,nihilominus falſum erit inſtrm,nō qa ɔ̄ctus
nō probet p teſtes,ſed quia addidit teſtē interfuiſſe, qui nō in-
terfuit,vt j.de his, quę fi.à p̄la.quāto.ſed ſi teſtes īſcripti inſtro,
vel alij dicerent eū interfuiſſe in celebratione ɔ̄ctus, vel tpe in-
ſtri pcepti,niſi p luce clariores ꝓbationes ꝓbet ſe abſuiſſe, p̄ua-
lebit inſtrm.C.de ɔ̄hē.ſtip.optimā.dicūt tñ quidā, & forte non
malè,ꝙ ſi ſolus, nedum plures negarent ſe interfuiſſe ɔ̄ctui,vel
inſtro, reliquis tacētibus vel mortuis,ēt ſi centū eſſent, debilitat
fides inſtri.ff.quęad.teſta.ape.l.j.§.vlt. nā cū nullā fidē haberet
hoc inſtrm,niſi ex officio notarij, bene p ɔ̄dictionē teſtis ſuſpe-
ctū redditur teſtm, ſiue inſtrm, niſi per collationē ſubſcripturā
teſtiū,vel ɔhentū inuaretur inſtrm, Auct. de fide inſtrumē. § ſi
vero moriatur, & §. ꝙ ſi tabellio. & in his, vbi negant ſe inter-
fuiſſe,

foiſſe, eſt faciẽda optima indagatio. C. de falſis, vbi. C. de proba. iubemus, ita tñ, ꝙ ſemper iudex magis ꝓſumat vt inſtrm̃ valeat quã pereat, j. de verb. ſigni. Abbate. nec tanti valoris eſt dicta ſuſpitio, q̃ orit̃ ex negatione eorũ, qui interfuiſſe negãt, vt inſtrm̃ annihilet, niſi ĩdirecto ꝯtriũ probaretur, ſ. de teſti. tam literis, ſ. de proba. tertio. C. de proba. cũ precibus, niſi acerrima inquiſitione aliud appareret. Sed Ioã. quantũ ad hunc articulũ fuit in
6 prima opinione. †Si autẽ teſtes dicerent, ſe nõ recordari, an inſtrõ, vel ꝯtui interfuerint, ſed nõ firmiter aſſererent, tunc ſtandũ eſſet inſtrõ, ꝯ quod nihil aſſeritur, licet dubitetur. non. n. tantã vim habet dubitatio eius, vt ſuſpectũ poſsit facere ĩſtrm̃, imo ex quo dubitatur, in tutiorẽ & benigniorẽ partẽ declinari debet. l. vt ꝯcorder inſtrõ, arg. ſ. de teſti. cũ in fili. j. de ſpõ. iuuenis, j. de reg. iur. c. s. Si vero teſtes ꝯdicant inſtrõ alio, q̃ in quo ſcripti ſunt, dicunt quidã, ꝙ ſi factũ eſt remotũ, magis creditur inſtrĩs. ff. de proba. ſi arbiter. ff. de cat. l. 3. §. duę. ff. de dã. infec. qui bona. §. vlti. alias eſt lex, & incipit, cauſæ. Alij dicunt, ꝙ ꝯ quodlibet inſtrm̃ admittit̃ probatio teſtium, j. de pręſcri. ad audientiã, ſ. de teſta. cauſam. C. de proba. cũ precibus. Sed dicũt neceſſarios 4. teſtes ad minus, cum inſtrm̃ vim duorũ teſtiũ teneat, & notarius maior ſit vno teſte, & negãt magis credendũ eſſe viuæ voci, q̃ mortuę. nec obſt. Auct. de fide inſtru. §. ſi vero aliquid tale, quia ibi erat viua vox, & inſtrm̃ ex vna parte, & ex alia parte erat tñ collatio literarũ. itẽ dicũt, qđ licet priuata ſcriptura ſuccũbat teſtib. C. de ꝯhẽ. ſtip. optimã. nõ tñ publica, q̃ eandẽ vim
7 habet vt teſtes. C. de fide inſtru. in exercẽdis. †Nos tñ dicimus, ꝙ inſtrõ, quantũcunq; publicẽ ꝯfecto, & quãtiſcunq; inſcriptos habeat teſtes, derogat per duos teſtes, vel ad plus per tres, q probent cũ ꝯtũ, de quo inſtrm̃ eſt ꝓceptũ, nõ fuiſſe celebratũ, vel illos, q dicũt ꝯxiſſe, ibi nõ fuiſſe ꝓſentes ꝓdicta ratione, qa ꝓdictũ inſtrm̃ nõ habuit auctoritatẽ, niſi à notario, & huic auctori ꝓferri iuſtũ eſt dictũ duorũ teſtiũ. & hæc vera ſunt, niſi teſtes ſuperſint, qui aſſerãt verũ eſſe, qđ in inſtrõ cõtinet̃, vel collatione teſtiũ, vel ꝯhentiu probari poſsit, ꝙ verè teſtes inſcripti inſtrõ ꝯtui interfuerũt, arg. Auct. de fi. inſtr. §. ſi tñ, & §. ſi vero moriã-
8 tur, & §. ſeq. †Sed oppones, nõne ſi inſtrõ inſcripti ſunt decẽ teſtes, vel plures, credẽdũ eſt eos affuiſſe ꝯtui, cũ notarius fidẽ faciat de omnibus, q̃ in inſtrõ cõtinent̃ ꝓ publicũ officiũ, quod habet, & ſic credendũ eſt eos affuiſſe? ergo pauciores teſtes non ꝓiudicabũt inſtrõ, q̃ ſint, qui inſtrõ inſcripti ſunt. rñ. verũ eſt, qđ dr̃, quandiu non debilitat̃ fides inſtri: ſed ea quo probatũ eſt falſum ſcriptũ eſſe in inſtrõ, debilitatur tota vis inſtri, 9. diſt. ſi ad ſacras, alias ſi ad ſcripturas. vnde đ cętero nõ credo, ꝙ teſtes fuerint ꝓſentes. probara. n. qualibetcũq; falſitate, tollit̃ auctoritas ſcriptoris inſtri, & ita alijs, q̃ in inſtrõ cõtinent̃, auctoritatẽ ꝓſtare nõ põt, vt in ꝓal. c. ſi ad ſacras. Fallit aũt hic, ꝙ per teſtes probetur ꝯ inſtrm̃, vbi eſt ꝓſumptio iuris & de iure. C. ad Velle. antiqui, & C. arbi. tut. l. vlt. ſed licet, vt ibi dr̃, non poſsit probari ꝯ inſtrm̃, ꝙ verũ fateretur, põt tamen illud dicere falſum. Itẽ nun obſtant ꝓdictis C. ſi mi. ſe ma. dix. ſi alterius. C. de nõ num. pec. generaľr. C. de teſt. teſtiũ, & auct. rogati. C. de ſuffra. l. j. & ff. de prob. cenſus. C. qui teſt. face. poſ. hac cõſul. vbi dr̃, ꝙ melior eſt probatio inſtrorũ, q̃ teſtiũ, quia bene fatentr, ꝙ inſtrm̃ nõ negat̃ verũ, ꝙ magis ſecura & indubitata eſt probatio ſcripturæ, quæ immutari nõ põt, quin appareat. Sed lingua teſtiũ ſatis mutabilis & labilis eſt, vt C. q teſt. face. poſ. hac cõſult. §. at cũ na. ſed hæc ſecuritas atq; pręrogatiua tandiu tñ durat, donec ꝯ inſtrm̃ aliquid rationabiliter ſit probatum. Secus aũt eſt, vbi inſtrm̃ dr̃ falſum, & probetur, tunc. ſ. quando cõflictus eſt inter eos, q inſcripti ſunt, qui dicunt ꝯtum celebratũ, & alios, qui negãt. ſed ſi quæritur, qui vel quibus teſtibus alijs ꝓponderare debeat, diſtingue, vt Magiſter Io. no. 4. q. 3. §. ſi teſtes, in glo. circa ꝯrietatẽ. [Eandem.] C. de fi. inſtru. in ex. [Momenn.] ſ. de teſt. cũ à nobis. [Intentionem.] Hic ſatis apparet, ꝙ j. petebat principaliter vacuã poſſeſsionẽ domus. [Venditionem.] Satis eſt bona allegatio, quia iudex hanc viã eligere debebat, vt fieret concordia inſtri, & teſtiũ, arg. ſ. de teſt. cũ te. & ꝓ hoc ẽt. ſ. vt appareat ꝯcordia teſtiũ, vtilis fuit interrogatio facta à Papa. ſ. an vna tñ vẽditio facta fuiſſet. põt etiã dici, ſi Interrogatio facta non fuiſſet, tñ cõcordia teſtium & inſtri eodẽ modo faciẽda erat, ſicut hic fit in hac decre. quia licet inſtrm̃ diceret, ꝙ Petrus vendidit domũ Ioanni: non negat venditionẽ fuiſſe cõditionalẽ. & ideo probatio ſuper hoc inducta poſtea, ꝙ venditio cõditionalis eſſet, erat admittenda, quia non ꝯdicebat inſtrõ, ſed addebat. nam iudex cuncta debet rimari, 3 ꝯ. q. 5. iudicantẽ. ff. de inter. act. vbicunq;. [Obligatum.] In cõditionalibus autem ꝯtibus non cedit dies ante euentũ conditionis. ff. de ver. ſig. cedere diem. [Alias.] i. ſm̃
9 probationes, nos ſm̃ veritatẽ. C. de app. cos. †[Cõcluſum.] be-
a ne dicit, *quod iudex ex officio ſuo, poſtquam eſt in cauſa cõcluſum, poteſt interrogare à partibus de his, quæ ſunt dubia ratione eorum, quæ acta ſunt ante concluſionem: nã de alijs non poſſunt quærere, alij tñ dicunt ꝯ, pro hoc ã. co. cum dilectus.

A D D I T I O.

a ¶Bene dicit. Adde ꝙ Card. in obſ. 71. incip. ſigillatim ſinguli. col. 5. circa prin. dicit hoc dictum ſingulare. & pro hoc allegat gl. no. in Auct. de teſti. §. illud. dicit, ꝙ iudex poteſt interrogare, non vt addat, ſed rationem dictorum reddat.

S V M M A R I V M.

Error in literis, dummodo intellectus Papæ comprehenderetur, an vitiet reſcriptum.

C A P. XI.

EX parte chariſ. [In figura O.] Idem fortè poſſet dici, & ſi dictio eſſet minus, vel oratio, dũmodo cõprehẽdat intellectus Papæ. alij aũt dicunt, ꝙ ſi aliquando tolerabilis eſſet error in litera, vel in dictione, iudex tamẽ, niſi occultũ ſit vitiũ, ſuſpectas habebit literas, cũ multi ſint officiales in curia, q examinant vitia literarũ. primũ dictũ magis placet: nam per bullam ſatis tollitur ſuſpitio, & oculus ſæpe fallitur officialium.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumenta vel acta communia parti, an pars exhibere teneatur, & quid ſi negauerit, vel reſpondere nolit.*

2 *Falſum qui probabiliter deceptus reſpondit, an ei ſuccurratur, & quomodo.*

C A P. XII.

CI. perpetuus. [Cõium.] i. cõi pretio redẽptorũ, vel aliter, vt no. ſ. de proba. c. j. †Quæritur, aliquis petit ſn̄iam latã ꝯ ſe pro Petro ſuper tali fundo caſſari, vel quia nulla eſt, vel qa iniuſta, & ab ea eſt appellatum. Petrus reſpõdit, exhibe ſn̄iam: actor reſpõdit, ego nõ habeo ſcripturã, quia iudex noluit mihi copiã ex ea facere, vel quia amiſi, ſed tu exhibe, quia ipſam habes. an reus cogendus ſit eã exhibere? Sol. ſic, vt hic. C. de eden. is apud, imo ſi reus nõ diceret ſn̄iam latã, interrogabitur, an talis ſn̄ia pro eo lata ſit. ff. de inter. act. l. pen. & ſi negauerit, coget̃ cedere, ſiue renũciare ſn̄iæ. Vel iudex pronunciabit, ſi qua ſn̄ia apparuerit pro Petro lata, nullas vires habeat, ar. ff. de inter. act. nõ alienũ. Itẽ quia confeſſus pro iudicato habetetur. ff. ad l. Aquil. proinde. Et ſi nolit reſpõdere, pro confeſſo hr̃. ff. de inter. act. de
2 ætate. §. qui tacuit. †Succurritur tamen illi, qui probabiliter deceptus falſum reſpondiſſet, ſatisfacto tamen aduerſario de intereſſe ſuo. ff. de inter. act. de ætate. §. ex cauſa. Item ꝯ iſtum, qui dicit nullã ſn̄iam prolatam, dabitur actori cõfeſsio ſua auctentica, quæ perpetuo ipſi reo ꝓiudicabit etiã in alio iudicio. C. de libe. cau. iubemus, 2. q. j. multi. verumtamen ſi poterit probare ꝯrium, re integra in hoc caſu per oſtenſionẽ ſn̄iæ, vel alio modo, probatio pręiudicabit ꝯfeſsioni. C. de iur. & fac. igno. error.

S V M M A R I V M.

Inſtrumenta quæ dicantur diuerſa, vel contraria, & quãdo id per ſe, vel per aliud medium, & tunc quæ partes ſint iudicantis.

C A P. XIII.

IMputari. Quidã ponunt caſum iſtius decr. in eo, qui producit duo inſtra: vnum, in quo cõtinet̃, ꝙ ſit proprietarius rei: aliud in quo cõtinet̃, ꝙ ſit vſufructuarius. ſed hoc nõ põt ſtare, quia põt eſſe, ꝙ primo fuit ꝓprietarius, & poſtea vſufructuarius, vel ecõtra, & ſic non diſcrepãt, ſed cõcordant. alij ponũt caſum ſic: aliquis produxit inſtrm̃, ꝙ promiſit ei tali die c. Bononiæ. Item produxit aliud inſtrm̃, ꝙ ipſe eadem die promiſit tibi c. Romę. hæ. n. ſcripturæ aduerſæ ſunt, & ſi nõ directè, ſed per mediũ, vel indirectò. impoſsibile eſt. n. hęc duo inſtra ſimul vera eſſe, vt patet ſ. de teſt. ex tenore. vel pone caſum ſic: Primo produxi primum inſtrm̃, in quo cõtinet̃, ꝙ ego pro eccleſia mea emi fundum à te pro 10. tali die, & corã talibus teſtibus. poſtea produco aliud inſtrm̃, in quo continet̃, ꝙ eundẽ fundum emi Romæ in nomine meo corã alijs teſtibus eadẽ die. hæc. n. nõ ſunt ꝯria, nec per ſe, nec per aliud medium, quia vtrunq; eſſe potuit, ſed ita diuerſa ſunt, ꝙ non eſt veriſimile rẽ ita proceſsiſſe, & fidem ſibi inuicẽ derogarent. Neſcitur. n. cui inſtrõ magis credendum ſit. ſed ſi à diuerſis partibus producerentur hmõi inſtra, tunc iudex inſpicere debet, quod magis eſt ſine ſuſpitione, & ei credet. vel ſi vtrunq; eſt par, pro reo ꝓſumet, ſ. eo. inter dilec. ſ. de proba. ex literis. C. de ꝯben. ſtipu. optimã. ff. de teſt. ob carmen. §. ſi. [Contrarias.] C. de fi. inſtru. diuerſę. [Contrarias.] Secus in teſtibus, quorum dicta non potuit præuidere, ſicut inſtrumenta.

S V M M A R I V M.

Cauſa ſemper in contractibus eſt exprimenda.

C A P. XIIII.

SI cautio. Ideſt ſcriptura publica, vel priuata talis. ſ. cõfitet̃ talis tñ ſe recepiſſe ab A. vel ſe tñ debere. ſecus autẽ, ſi diceret A. tñ accepit à B. arg. ꝯrium. C. de dote cau. non num. l. vlt. ſed dic ibi non fuiſſe publicũ inſtrm̃. Item oo. ſpeciale. ſ. in dote, vel in mutuo, vbi licet in inſtrõ hæ cauſæ exprimantur, non tñ ſufficiunt. C. de nõ num. pec. ſi ex cauſa, generaliter. authẽ. de tempore non ſo. pe. ſuper do. coll. 7. [Indeterminatè.] i. non expreſſa

cauſa.[In ea.]Etiã ſine ſcriptis.C.de nõ nu.pec.gñalr.[Si cãm]
Puta venditionis,donationis,vel cõſiſ is.[Probaueris.] Puta,qa
cõfeſſus es te debere.x.lo.pro domo vẽdita,& tu ꝓbaa modo,ꝙ
eandẽ domũ habes,quia aliã rẽ permutaſti pro ea. C.de rerum
pmu.ex placito,& l.cũ ꝓcibus.vel probas cũ alibi fuiſſe tpe cau
tionis emiſſę,vt ĩ.de teſta.ex tenore,vel probas,ꝙ cã fuit frau-
dulẽter adiecta,cũ tñ nulla eã ſubeſſet,vľ errãdo ſubieciſti eãm.

SVMMARIVM.

1 *Quis habeat poteſtatem faciendi tabelliones,& vide in num.2.*
3 *An alius praeter Papam & Imperatorem poſſit facere tabelliones.*
4 *Ad hoc vt valeat conſuetudo,faciendi notarios,requiritur cõſenſus prioris.*

CAP. XV.

1 CVm P. [Tabellio.]† De tabellionibus dicũt qui
dã,ꝙ quilibet põt facere tabellionẽ, qui
põt dare,vel facere iudicẽ ordinariũ, ſiue ſit Impera
tor, ſiue Rex, vniuerſitas,ſiue collegiũ,ſiue conſue-
tudo,ſiue quicunq; alius.Qui aũt iudices facere poſsint, no. ĩ.
de offi.ordi.cũ ab eccleſiarũ,in ſum.C.de iuriſd.om.iud. alij di-
cunt,ꝙ qui põt dare tutorea,põt facere tabelliones, qui aũt tu-
tores facere poſſunt,no.in ſumma,C.q dare tut.poſ. Nobis aũt
vľ aliter,ꝙ nullus põt facere tabellionẽ præter Papã, & Impe-
ratorẽ,qui horũ vſum approbarunt & inuenerũt,niſi fortè con-
ſuetudo,vel ſpãle priuilegiũ Papę, vel Imperatoris alicui hoc
cõceſſerit ſpecialr,arg.C.de emã.l.j.& vlt.& j.de exceſ.ꝑla.acce
dẽtibus,in fi. Et hoc ſic probo:certũ eſt,ꝙ ꝯ ius eſt officiũ tabel-
lionis,qa charte animalis mortui credit ſine adminiculo alio,
vt no.ĩ.co.c.2.Sed ꝯ ius nãle nulli venire licet auctoritate, ſiue
potius temeritate ꝓpria, ſed niſi Principi, qui ĩ. ius eſt vt patet
ff.de leg.Princeps,& j.de conceſ.ꝑb.c.propoſuit, ſicut diximus
2 In diſpẽſatione,q̃ eſt ꝯ ins,ĩ.de tẽp.ord.c.dilec.†Sicut nec licet
reſtituere infamẽ,nec legitimare illegitimos,nec arrogare,niſi
Principi, & paucis alijs,quib.eſt ſpecialiter cõceſſum, vt no.j.q
fil.ſint legiti.vel illegi.per venerabilẽ. ff.de poſt.l.j.§.de qua.ff.
de ado.l.j.& 2.de re.iur.cũ te,vbi no.Sunt.n.hmõi quaſi ꝯ natu
rã,& miraculoſa,de infame facere bonæ famæ, & de illegitimo
legitimũ,& hominẽ ſui iuris ſubijcere alij, & hmõi,de tabel.au
tẽ habemus in C. de tabel.per totũ, & Auct. de tabel.tñ nunq̃
dr,ꝙ alius,quã Papa,vel Imperator poſsit hoc facere:tamẽ fate
mur,ꝙ ſi aliquis habet de cõſuetudine, ꝙ poſsit facere tabellio
nes,hæc cõſuetudo ſeruanda eſt,arg. C.de eman.l.j. Item fate-
mur,ꝙ ſi alicubi eſt cõſuetudo,ꝙ credaľ aliquorũ ſcripturis,ꝙ
cõſuetudo hæc ſeruanda eſt, ĩ.eo.cũ dilec.Et licet hi, quib. cõ-
ſuetudo cõcedit,poſsint dici notarij, quia in notas redigunt, q̃
corã eis aguntur, vel tabelliones,quia in tabellis ſcribunt , non
tñ p̃tãtem habent & officiũ publicũ,quod tabellionib.á legibus
datur,ſed tñ illud habent, quod cõſuetudo eis tribuit, quantũ
3 eis tribuit.†Non credimus,ꝙ alius ſubditus eccleſiæ,vel Impe-
rio poſsit facere tabellionẽ pręter Papã,vel Imperatorẽ, vel ſta
tuere,vel ẽt pacto nudo ſe ligare, ꝙ credatur inſtrũs alicuius pri
uatę pſonę,cũ eis nõ liceat ꝯ leges publicas, & ꝯ ius ſic nãle ali
quid ſtatuere,ſicut ẽt dicimus in tutorib.& iud. ꝙ niſi Impera-
tor,vel lex, vel cõſuetudo cõcederet perſonis certis , ꝙ poſſent
iudicare,& tutores dare, ꝙ nullus, niſi Papa, vel Imperator eos
poſſet dare.Nullus.n.ꝑter p̃dictas perſonas poſſet cõſtituere, ꝙ
libera perſona per aliũ iudicareľ, vel obligareľ. credimus tñ, ꝙ
alij Reges,qui habent ſupremũ & merũ imperiũ, poſſent idem
4 ſtatuere de tabel. ſi vellent. †Nec ẽt mireris, ꝙ per conſuetudi-
nẽ poteſt induci,ꝙ aliquis inferior Principe poſsit facere nota-
rios,non tñ põt cõſtituere,ꝙ faciat ipſe notarios, vel alij cõce-
dere,ꝙ faciat,& eſt rõ,qa in ꝯſuetudine ad hoc,vt valeat,opor-
tet ꝙ interueniat ꝯſenſus ſuperioris Principis tacitus vel exp̃ſ-
ſus,vt no.ĩ.de ꝯſue.in princ. Sed in cõſtitutione ſecus. ꝙ autẽ
Princeps ſuperior approbat,ipſe facere vľ. C.de vete.iur. enu.
l.j.§.oĩbus.[Ordinarij.]Repete, quæ dixi ĩ.de teſti. Albericus.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſeruanda ſint in publicatione teſtamentorum, & etiam in teſtium pu-*
blicatione,in num.2.
3 *Teſtamentum non dicitur auctenticum,niſi fuerit per tabellionem ſcriptũ.*
4 *Inſtrumentum quantumcunque auctenticatum non praeiudicat alijs,niſi pra*
ſentibus,vel contumaciter abſentibus.

CAP. XVI.

1 SI inſtrumenta. †Teſtamenta autẽ ſic ſunt
publicãda: in primis faciet
iurare illũ,qui petit publicationẽ,ꝙ eã non petit cã
calũniæ.C.quẽad.teſta.aper.eius,arg.ff.ad exhi.thea
trũ.Itẽ pro his omnibus vocabunľ hi,quos res tangit, arg.ĩ.de
teſti.ſignificauit.ff.de adop.nã ita. Itẽ vocabuntur teſtes inſcri-
pti in teſtõ,& ſi qui ſunt abſentes,vel ẽt omnes; ſi cõmodè ve-
nire nõ poſſunt,mittetur ad eos teſtm̃,vt cognoſcãt, ſi teſtõ in-
terfuerint:& ſi cõſenſerint omnes,publicabit illud, & hęc om-
nia debent publicè expediri.probanľ hæc C.quẽad.teſta. aper.
l.j.ff.quẽad.teſt.aper.l.j.& l.cũ ab inimicis, & l.ſe. nec requirẽ-
dus eſt tabellio:nã prędictæ ll. non faciunt mentionẽ de tabel-
lione,quia in eis loquitur de teſtõ, quod nõ erat ſcriptũ per ta-
bellionẽ. C.de teſta. cũ anti.§.fi. & eodẽ modo facienda eſt pu-
blicatio,ſi non appareat teſtm̃,quia nõ fuit exinde facta ſcriptu
ra,vel ſi facta fuit,exuſta vel ſubtracta eſt.ff.quẽad.teſta. aper.ſi
in duob.§.fi.hæc aũt publicatio,q̃ in multis legib.dľ apertio te-
ſtamẽti,debet fieri apud certos iudices,& geſta interuenire de-
bent.C.de teſta.cõſulta.& l.publicari,& extunc ſunt auctentica
2 inſtra. †Et ſic̃ eſt procedendũ in publicatione teſtiũ receptorũ
de aliquo ꝯctu non redacto in publicã formã, de qua loquitur
ĩ.de teſti.ſignificauit,quia tunc ꝯctus,vel aliud actũ , quod erat
tm̃ in mẽte hominũ, redigitur in publicã formã : & ideo maior
ſolennitas ibi adhibenda eſt,q̃ ſi inſtrm publicũ deberet pp cõ-
3 ſumptionẽ,vel aliam iuſtã cauſam publicari.†Sic ẽt eſt in teſta-
mento,quod nõ eſt auctenticũ, nec publica ſcriptura, niſi ſcri-
pta fuerit per tabellionẽ. ſi.n.per tabellionẽ ſcriptum eſt , cũ ſit
auctentica ſcriptura,non oportet in aliã publicã ſcripturã exẽ-
plari,niſi aliqua cauſa ſubeſſet,vt hic,& quia teſtm̃,quod á teſta
tore,vel alia perſona priuata ſcribitur, qđ fieri licet, C.de teſta.
cum anti.§.fi.& auct.ibi ſignata. Et ꝙ non ſit auctentica ſcriptu
ra ex eo patet,quia ibi non eſt manus publica, nec ſigillũ auctẽ-
ticũ, ĩ.eo.c. 2. huius autẽ auctẽticationis ſiue publicationis eſt
effectus,quia per illius teſtamenti, ſiue inſtrĩ ſic publicati oſtẽ-
ſionẽ fit miſsio in ipſam hæreditatẽ per edictũ diui Adriani. C.
de edi.diui Adri.l.fi.& eſt effectus,vt fidem perpetuã ſemper fa-
ciat.C.de teſt.l.2.alias autẽ licet ſigilla , numerus teſtiũ, & aliæ
ſolennitates valeant ad hoc , ꝙ teſtatoris voluntas valeat, q̃ ſm
leges,ſi vnũ ex his deficeret,non valeret, vt C. de teſt. l.ſi vnus .
nihil tamen probant, niſi ſcripta ſint per publicã perſonam,vel
ſigillo auctentico ſigillata.ſed in exẽplatione publicorũ inſtro-
rũ hæc non ſunt neceſſaria , cũ illam auctenticationẽ ſuã reti-
neant ex ſigillo,vel ſigillo p̃lati,vel tabellionis , vt no. ĩ.eo.c.j.
quod ex eo apparet,quia etiã poſt mortẽ pręlati, vel tabellionis
fidẽ faciunt.ſed hic ſatis vľ,ꝙ partibus præſentibus,vel per cõ-
tumaciã abſentibus debeat fieri hæc publicatio, j. de cõfir. vti.
cũ dilecta,j.de priuileg.ex parte,& ad hoc bene facit C. de fide
inſtru.l.fi. Itẽ etiã ſi partes exẽplificationi cõſentiant ſine iudi-
ce,nõ valet,vt hic,licet partiũ cõſenſus ſufficeret ſine iudice ad
faciendũ inſtrm de ꝯctu , vel ſuper cõfeſsione de ꝯctu iam fa-
4 cto.†Imo plus vľ,ꝙ quantũcunq; auctenticatũ ſit inſtrm, nõ p̃-
iudicat alijs,niſi p̃ſentibus,vel cõtumaciter abſentibus, quin ꝯ
illud dici põt ſm tenorẽ prędictæ l. C.de fi inſtru.l.fi. vbi dr, ꝙ
non ſufficit inſtrm exhiberi in iudicio, niſi & ei fides imponaľ,
quin ſemper illud exhibere teneatur . nec eſt ꝯ ĩ. vt li. non
conteſt.qm̃,in prin.quia ibi eſt ſpeciale, nec dr propriè publica
tio,ſed exẽplatio, vel tranſcriptio . ſuperiora autẽ dicuntur pu-
blicati propriè, quia cũ prius non eſſent publicata,in publicam
formã tranſcribuntur.poſſet tamen dici, ꝙ ſi aliqua inſtra ſunt
in caſu perditionis pp vetuſtatẽ,vel aliã cauſam cõſimilẽ,quod
tunc ẽt abſentibus partibus poſſent trãſcribi inſtra, ſi vocari &
expectari non poſſunt, arg j.de cõfir.vti.cũ dilec. & ĩ.vt li.non
cõteſt.qm̃,in prin.atteſtationes autẽ,& alia acta per tabellionẽ
ſolũ ſine teſtibus ſcripta nõ ſunt publica ſcriptura, nec faciunt
fidẽ corã alio iudice,niſi ſint publica. Et no. ꝙ propriè auctenti
ca exẽplantur,& nõ auctentica publicanľ. [Inſpecta.]Hæc faciẽ
da ſunt vocatis his,quos res tangit,ĩ.de teſti.ſignificauit. Sed q-
dã dicunt,& fortè non malè,ꝙ ſi de verbo ad verbũ exemplenľ,
& ſi iudex diligenter inſpiciat ſigilla, & oĩa alia,quæ neceſſe ſũt
inſpici,ꝙ bene valebunt talia exẽplaria, ſed ſi vnũ inſtrm breui
ter facit mentionẽ,puta,quia dicit ſnĩam latã , ſicut in publico
inſtrõ per manũ talis notarij cõfecto continetur, non vľ, ꝙ per
a eius mentionẽ probetur ſnĩa lata . Imo idẽ vľ, a ſicut in publico
inſtrõ vidimus contineri: nam in hoc caſu potius videtur teſti-
monium reddere,quã vetuſta exemplare, & auctẽticare, & hoc
ſatis innuit hęc decre.de hoc etiam no.j.de verb.ſig.c. Abbate.

ADDITIO.

a ¶Imo idẽ vľ. Adde Cardi.in conſi.73.incip.Sigillatim ſingula,col.fi. Et ibi in-
telligit hoc verum,niſi partes fuiſſent præſentes,& non appellaſſent, quia tũc
probaret plenè.allegat Inn.in c.quoniam contra,ſupra de proba. & in c.cum
in iure,ſupra de offi.deleg.

De præſumptionibus. Rubrica 23.

SVMMARIVM.

Malum & damnum,ſemper præſumitur fieri malo animo,niſi cõtraria præ
ſumptio valeat.

CAP. I.

SIcut noxius. [Mittit.] Manifeſtè.[Mor-
tem.]Ideſt vt decidat.ff.ad
l.Aquil.nam ludus. [Ludens.] Malũ.n.& dãnũ
ſemper præſumitur fieri malo animo , niſi ꝯria
præſumptio valeat,vt ff.ad l. Aquil. item ſi ob-
ſtetrix.§.fi.& l.nã ludus,& l.item Mela, in prin.

SVM-

SVMMARIVM.
Iudicibus licet tentare, vt præſumptiones habere poſſint.

CAP. II.

AFferte mihi. [Diuidite.] Non ſuadendo, ſed tentando loquitur, & probando
p̄ſumptiuè, vt videlicet ex hoc p̄ſũptiones poſſit ha-
bere, & iudices ſumãt īde exẽplũ. [Cõmota.] Interpoſitio eſt. i.
p̄ſumitur, quia diligit, ĩ. c. prox. & 23. q. 4. ea vindicta, circa prin.

SVMMARIVM.
Confiteri quis interpretatiuè quomodo, & quot modis dicatur, & qua pœna puniendus.

CAP. IIII.

NVllus dubitabat. [Confitetur.] Confitet̃ quis interpretatiuè, 11.
q. 3. rurſus, 3. q. 9. decernimus, & hic eſt, 15. q. 6. c. j.
& rei euidentia, 38. diſt. priuſquam. [Confitetur.] i. p̄ſumitur ꝯ
eum. non tamen condẽnatur, ſed punitur in expenſis, & aliquã-
do grauius, ĩ. de iudi. c. j. C. de iudi. ſancimus, 11. q. 3. rurſus.

SVMMARIVM.
Tacere, aliqua præſumptio eſt, ſed non probatio.

CAP. V.

NOnne benedicimus. Quia erat veritas, ꝙ eſſet Samaritanus, aliqua p̄ſumptio eſt, ſed nõ probatio, tacere.

CAP. VII.

QVoſdam. 16. diſtin. quod dicitis.

SVMMARIVM.
Induciæ ſint concedendæ malicioſè petenti.

CAP. IX.

SCribam. [Ironicè.] Quaſi non ſcribam. ſed ſupple
plenè, & eſt arg. inducias cõcedendas ma-
litioſè petenti. ff. de verb. ſigni. ſi inſulam.

SVMMARIVM.
1 *An debeat admitti volens aliquid non veriſimile probare.*
2 *Quæ dicatur præſumptio iuris, & de iure.*

CAP. X.

QVia veriſimile. ĩ. de renun. ſuper eo. ĩ. de
reſti. ſpol. ſollicitè. ff. de ꝓb.
l. ſi debito. [Cõceſſerit.] i. per ordinariũ ꝓcedi fecit.
1 [Veriſimile.] †No. ꝙ vbi aliquis vult ꝓbare aliquid,
qd' non eſt veriſĩle, nõ eſt ſuper hoc eius admittẽda ꝓbatio, niſi
aliquid ſit, qđ huius p̄ſumptionẽ elidat, puta fama loci, vel bo-
nitas teſtiũ, vel alia rõnabilis circũſtantia. ad idẽ ĩ. de procu. in
oĩa, ĩ. de no. ope. nun. c. 2. de p̄ſum. no. quia ſi eſt temeraria, re-
probat̃, 2. q. j. primo, ĩ. de ſen. excõ. inquiſitionis. violẽta eſt ſuffi-
ciẽs ad ſnĩandũ, 32. q. j. dixit, ĩ. eo. literas. ff. de his, q ſunt ſui vel
alie. iu. filiũ. Circa hoc tñ diſtingue, qa alia eſt iuris, & nõ de iure,
& hęc admittit probationẽ in ꝯriũ, 25. q. 3. extraordinaria, 27.
q. j. nec aliqua, ĩ. de proba. ꝓpoſuiſti. C. de epiſ. & cle. auct. legi-
timã, 12. q. 5. nulli, ĩ. de teſt. requiſiſti. ff. de don. inter vir. & vxo.
2 Quintus. C. eo. tit. &t. †Eſt aũt p̄ſumptio iuris & de iure. ſ. qñ qs
aliqd ſtatuit ſuper certo facto, & ꝯ hanc nõ admittit̃ ꝓbatio, ĩ.
de ſpõſ. ad id, & c. is qui, ĩ. de cõdi. appo. per tuas, & c. de illis, ĩ. q
ma. accu. poſ. ſuper, & de ſpon. cõmiſſum, 54. diſt. fraternita-
tẽ, 27. diſt. ꝙ interrogaſti, 27. q. j. viduæ, ĩ. de reg. vidua. C. de rei
vx. act. l. j. in prin. ff. de ſtatu ho. qui in vtero, Inſti. de excu. tuto.
§. filij. ff. de libe. & poſth. Titius teſtõ. §. Lucius. ff. de verb. ſig. ꝙ
mortui. probabilis, qñ ſemiplenã probationẽ inducit, ĩ. de ſen.
excõ. inquiſitionis, ĩ. de reſti. ſpol. ſollicitè. Quãdoq; ſufficit ad
inducendã purgationẽ, ĩ. de pur. c. ſi quis de gra. 2. q. 5. presby-
ter. itẽ qñq; requirit probationes ꝯ ſe. ff. quod me. cau. non eſt
veriſĩle. C. de ꝯhen. ſtipu. optimã. qñq; nullas admittit, niſi ſit
fama, vel alia circũſtãtia ꝯ eã, vt hic. qñq; infundit probationẽ
in reũ, ĩ. vt eccle. benefi. vt noſtrũ, vbi no. C. de ꝓba. ſine. Qñq;
&t adducit ſecũ ſnĩam, ĩ. eo. illud, literas. ĩ. eo. afferte. de ſtipula.
ſeruo. l. ꝙ ſi ſeruus. no. tñ, ꝙ vbi ex p̄ſumptionibus proceditur,
multũ debet iudex tẽperare ſnĩam, & maximè ne cõdẽnet, niſi
raro & modicè ad pœnã nec pecuniariã, nec corporalẽ, qđ po-
tes bene colligere ex ſnĩa Salomonis, ĩ. eo. afferte. vbi licet ex
p̄ſumptione voluit adiudicare vni mulieri filiũ, non tñ voluit
aliã condẽnare ad mortẽ, ad quã iuſtiſſimè erat condẽnanda, ſi
legitimè eſſet probatũ ꝯ eam, ꝙ filium alterius clam ſubripuiſ-
ſet. quidã tñ has p̄ſumptiones, quas diximus probabiles, dicunt
violentas. ſed hic non eſt vis, niſi in verbo, q̃ eſt pertinacibus
relinquẽda. [Fama.] Fama. n. ſupradictã p̄ſumptionẽ diminuit.

SVMMARIVM.
1 *Donatio propter nuptias locum non habet, niſi vbi eſt matrimonium.*
2 *Nunquid per productionem inſtrumenti propter nuptias probetur matrimonium.*
3 *An ſi quis probet ſe multo tempore ſtetiſſe in eccleſia, vel cum vxore, per hoc debeat in cauſa obtinere.*

CAP. XI.

ILlud quoque. [Vindicans.] Adiecta cau
ſa ď iure canonico, ſicut &
filius petitur per rei vendicationẽ, adiecta cauſa de
iure Quiritũ, ar. ff. de rei vẽd. l. j. §. j. [Inſtrm.] Inſtrõ
aut ſoli non ſtat̃, quia cõfectũ eſt ſuper dote, & non ſuper ma-
trimonio. [Nominat.] Quæ nominatio p̄ſumptionẽ inducit,
32. q. 4. dicat. ff. de proba. l. vlt. ſed nõ ſufficientẽ probationem.
C. de proba. nõ nudus. [Donatione.] Quod ſolis liberis euenit,
& nõ ſeruis. C. de lati. liber. tol. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de in. do. ſi
mulier. §. eius nomine. [Vitioſum.] i. ad hoc cõfectũ, vt domi-
nus videns & tacens ſeruũ nupſiſſe, conſenſiſſe, ꝙ eſſet liber, vi-
deatur. C. de Lati. liber. toll. auct. ad hęc, & ſi negaret dñs eũ nu-
pſiſſe, appareret inſtrm. [Ille.] Seruus mulieris. [More.] Pręſũ-
1 ptio elidens p̄ſumptionẽ. [Attendi.] Ad cõſeruationẽ matrimo
nij, vbi non ſit p̄iudiciũ alij mrĩmonio. de hoc no. ĩ. de teſt. p̄te-
rea, cũ quis. & licet fama plurimũ adiuuet, tñ per eã nõ adiudi-
carũt mrĩmoniũ, ſed p inſtrm, quo cõtinet̃ donatio pp nuptias,
& quo ſe cõiuges nominabãt. donatio. n. pp nuptias nõ habet
locũ, niſi vbi eſt mrĩmoniũ, ĩ. de dona. inter vir. & vxo. c. & ſi ne
ceſſe. & q; obijciebat̃ ꝯ inſtrm, ꝙ fraudulenter erat cõfectũ, nõ
probabat̃, nec p̄ſumebatur, ſi notarius cõſueuit fideliter ſuum
2 officiũ exercere, ĩ. eo. c. in ſi. †Et tamen dicunt quidã, & nõ ma-
lè, ꝙ licet produceretur inſtrm donationis pp nuptias, vel etiã
dotis, pp hoc non probaret̃ matrimoniũ, ſi alij matrimonio pri
mo ꝯtcto fieret p̄iudiciũ. in matrimonio. n. neceſſe eſt interue-
nire verba, ſi loqui poſſunt ꝯhentes, ĩ. de ſpon. tuæ. itẽ talia ver-
ba ſunt neceſſaria, q̃ mutuũ conſenſum de p̄ſenti exprimant, ĩ.
de ſpon. e. pen. & ĩ. de ſpon. duo. c. j. Itẽ hoc diligenter attendẽ-
dũ eſt, ꝙ ſi aliquis petit aliquã in vxorẽ, & probat, ꝙ per decem
annos ſimul cohabitauerunt, & fama viciniæ habet, ꝙ eã tenuit
in vxorẽ, ꝙ ſnĩaliter obtinebit. nulla. n. ęquè eſt probatio bona
in his, ſicut fama viciniæ. Et vr̃ multo fortius, ꝙ ſi agat poſſeſſo-
rio ad reſtitutionẽ poſſeſſionis vxoris, & probat tenuiſſe eam, &
famã eſſe, ꝙ tenebat eã vt vxorẽ, ꝙ obtinebit ĩ poſſeſſorio, imo
plus vr̃, ꝙ etiã ſi non probaret de fama viciniæ, ſed tantũ proba-
ret per duos vel tres teſtes, ꝙ vir cũ vxore iacuit, vel ſtetit volẽs
& intendens in ea q̃rere, vel ſeruare iuris poſſeſſionẽ, vel vin-
culi vxoris, & ipſa mulier hoc ipſum ſciebat, ꝙ hoc intendebat
vir, ꝙ iudicabit̃ matrimoniũ inter tales, & erit, ſi ſpoliatio inter
uenit, vxor viro reſtituenda. imo fortè eędẽ probationes ſuffi-
cerent in petitorio ad probandũ matrimoniũ verũ. Itẽ à ſimili
eius, quod hic dr̃ de matrimonio carnali, vr̃ idẽ in ſpirituali: qa
ſi aliquis diu ſteterit in aliqua eccleſia vt clericus, vel vt rector,
& probat per famã viciniæ, ꝙ ita ſit, ꝙ non ſolũ in poſſeſſorio,
ſed &t in petitorio iudicabitur pro clerico, arg. ĩ. eo. quia veriſi
mile. & ſi ꝯtrium dicatur, ſequitur magna abſurditas, ꝙ oporteret
ſemper quaſcunq; habere ꝓbationes paratas de ſua inſtĩtõne ca-
3 nonica. †Nobis vr̃, ꝙ licet aliquis probet ſe multo tp̃e ſtetiſſe in
eccleſia, vel cũ vxore, & famã viciniæ ſic ſe habere, ꝙ eccleſiam
tenebat pro ſua, & mulierẽ pro vxore ſua, non tñ valet ſibi intã-
tũ, ꝙ ſnĩa feratur pro actore. nã cum vtrobiq; petat eccleſiã, &
mulierẽ quaſi ſuã, niſi probet de iure ſuo, reus abſoluetur. C. de
proba. actor. & hoc, niſi cõuentus probet̃ in mala poſſeſſione
fuiſſe: tunc. n. ipſi cõuento incũbit probatio, vt no. per eundẽ
ĩ. de his, q̃ vi, metuſve cauſa fiunt, ĩ rubr. nec ſequit̃ abſurditas,
qa via, aut nunquã põt cõtingere, quin petens eccleſiã, vel vxo-
rẽ habeat aliqđ auxiliũ ad recuperãdã poſſeſſionẽ. de quo ꝯrio
aũt ſequeret̃ abſurditas, quia eadẽ ratione, ſi aliquis probaret,
ꝙ domũ, vel poſſeſſionẽ aliquã poſſediſſet aliquanto tp̃e ꝓ ſua,
& ſuper hoc haberet famã viciniæ, debet obtinere &t in petito-
rio, qđ conſtat eſſe falſum, quia debet probare legitimũ titulũ,
atq; dominiũ. ff. de rei vin. in rem act. alioquin reus abſoluetur.
C. de rei vin. l. fi. [Conditum.] i. ſi nihil ꝯ inſtrumentũ obijciat̃.

SVMMARIVM.
1 *Suſpecti latebra vitare debent.*

CAP. XII.

LIteris tuæ fraternitatis. [Locis ſecretis, & latebris.] Talia. n.
loca vitare debent ſuſpecti, 35. q. 6. ab iſto, & niſi iuraue-
rint, imponit̃ eis pœna, ĩ. de cohab. cleri. ſi quiſquam, Auct. vt li
ce. matri, & auię. §. is quoq;, coll. 8. [Violenta.] 32. q. j. dixit.

SVMMARIVM.
1 *Turpitudinem ſuam allegans, an audiatur.*
2 *Confeſſio alterius coniugis cum fama, an ſufficiat ad ſuperiorem.*

CAP. XIII.

TErtio loco. [Proponebat.] Hoc nõ ſufficit ad
probationẽ, ſed p̄ſumptionẽ. [Pro-
1 ponebat.] †Allegat turpitudinẽ ſuam, & audit̃, 25. q. 3.
extraor. ꝯ, ĩ. de don. ĩter dilectos. & eſt hoc pp periculũ aĩę. [Cre
dere.] Non ſufficit ad ꝓbationẽ, ſed p̄ſumptionẽ. [In via.] Hanc
credo violentã p̄ſumptionẽ, per quã iudicandus eſt, ĩ. e. proxi.

35.q.6.ab iſto.alij dixerunt nihil eſſe in hac decre.ſufficiens ad probationē,ſed omnia ſimul.ff.ex quib.cau.ma.nec nō.§.ſi qs, 3.q.9.teſtes,35.q.6.ſi duo viri. ff.de teſtib.ob carmē.§.ſi teſtes. [Confeſſi ſunt.] Dicunt quidā hoc ſufficere cum fama,vt hic,& 35.q.6.ſi duo,ſed ꝯ.j.de eo,qui cog.ꝯſan.vxor.ſup eo,& c.licet. Sed rñ.ibi cōfeſſionē eſſe,& rumorē,quod nō ſufficit,vt ibi,qa aliud eſt rumor,& minus,q̃ fama,& hoc placet.alij dicūt,ꝙ ſufficit ꝯfeſſio cū fama,vt j.de eo,qui cog.ſuper eo.nō ꝯdicit hęc decre.quia hic erat ꝯfeſſio partiū cū fama, & vagatio p nemora.& intelligūt illud c.35.q.6.ſi duo,loqui tñ,qn̄ ꝯfitenſ ambo ꝯiuges ꝯſanguinitatē,& fama adiuuat.in quo caſu talis ꝓbatio ſufficiens reputaſ. Secus autē, qn̄ cōfiterenſ turpitudinē tuā,ſicut hic,& in decre.ꝑall.ſuper eo.vel aliud eſt,qn̄ partes cōfitenſ vt maritus,& vxor,vt c.ſi duo.aliud,ſi adultera,quæ eſt pars,vt j. in decre.ſuper eo.[Separari.ſ] Et hic deierare non præſumitur.

SVMMARIVM.

Poteſtas delegati an tollatur,eo quod arbitri eligantur.

CAP. XIIII.

LIteras. [Impetebat.] Denunciauerat.n.crimē eorū Papę,vel petebat bona eorum,quia hæretici erant. [Reſeruata.] Quę non tollitē per hoc ipſum,ꝙ arbitri eliguntur,ēt ſi hic non exprimeret,ꝙ ſibi eam reſeruaſſet. [Fratres.] 23.q.8.legea. [Vehementē.] Non tamen violentā,quia bene tūc pro ea ꝯdēnaretſ,22.q.j.dixit.ff. de reb.dub.ſi mulier,& ꝯ violentū admittiſ probatio in ꝯtrarium, ē.de proba.propoſuiſti,25.q.3.extraordinaria.[Præter.] ſ.omiſſo iureiurādo,ex quo ſemel deierauit,32.q.5.paruuli,3.q.7.nō poteſt.vel dic,ꝙ mutabit,& ſuperaddet alias cautiones.

SVMMARIVM.

Denunciare quis poſſit per procuratorem, & denunciationem proſequi.

CAP. XV.

CVm in iuuentute. [Naturale.] C.de epi. cū q.[Detuliſſet.] i. denūciaſſet.& no.ꝙ denūciare qs pōt per ꝓcuratorē, a & ēt ꝓſequi denūciationē.ē.de teſti.ex parte A.

ADDITIO.

a ¶Per procuratorem. Adde in hoc Bar. in l.non ſolum.§.morte.ff.de no.ope.nū. & Fel.in c.cum M.Ferra.col.17.ver.ſeptima concluſio, ſupra de conſti. & ibi quod in hoc non requiritur ſpeciale mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio dicitur eſſe nulla,vbi conditio non eſt vera.*
2 *Circa officium meri executoris quædam ſcitu non indigna hic habes.*
3 *Non licet contra prouiſionem delegantis aduerſarijs ſe opponere.*
4 *Prouiſio facta à delegante quando teneat.*
5 *Poteſt prouiſor aſſumere ſibi partes iudicis.*

CAP. XVI.

DVdum Archid. [Nequaquam.] Nō erat exceptio hic ad declinandū examen,ſed in principali negocio differēdo.ff.ad exhi.l.3.§.ibidē.ē.de ſo.cōpe.c.ex parte B.& tunc ſi ꝓponereſ,erat ltīma,j.de inſti.c.j.& c.auctoritate.[Idoneus.] Hæc verba non ſonāt cōditionē,ſed admonitionē,vt faciat ea, ad q̃ alias de iure teneſ,ſi.ē.de elec.ſignificaſti.ff.de teſta.tut. muto.§.j.ff.de ver.obl.ſi.decē.itē hęc verba nō ꝑſtant nouā formā mādato,ſed inſtruūt executorē,vt ſciat qualis debet eſſe is, pro quo ſcribitur,li.ē.de elec.eccleſia veſtra,& pp hoc vr̄ ēt,ꝙ ſi minus idoneus ſit,teneret ꝓuiſio,& ſnīa excōicationis,& q̃cunq; alia lata ꝯ rebelles,licet ſit iniuſta,qa bene habet iuriſdōnē in iis.ſed ſecus eſſet,ſi talis eſſet cl'a,q̃ cōditionē adduceret. verbigratia,ꝓuideatis tali de tali eccleſia,ſi eſt de illo vico oriūdus.quia hic bene eſt cōditio,& certa forma adiecta mandato. & ideo ſi aliunde ſit oriūdus,nō valet prouiſio,nec ſnīa excōicationis pp hoc lata,quia ſuper his iuriſdictionē non habebat, quia erat certa forma & cōdictione limitata,quā delegato egredi nō licet,ē.de reſcrip.cū dilec.itē ſi huic petenti,ꝙ ſua prouiſio ante oīa ſortiatur effectū,j.de emp.cōſtitutis,z.obijciaſ,ꝙ hoc non debet fieri,quia ille,q prouidit ei,nō habuit ptātem,ſuper hoc audiendus eſt,anteq̃ ei deſ effectus prouiſionis. & hæc eſt ea ratio diuerſitatis,qa hic cōtendiſ de fundamento iuriſdōnis.i.an habuit ptātē ei prouidendi. & ideo de hoc inquirendū eſt,anteq̃ prouiſio,q̃ iuriſdōni acceſſoria eſt,ſortiaſ effectū,arg. ē.de oſn.dele.cū in iure.ē.de fi.inſtru.cū dilec.§.ceterū,cū ſuis cōcord.ſed ibi.ſ.in decre.cōſtitutis,nō cōtendebaſ de fundamēto,quia cōſtabat,ꝙ eps ptātem habebat cōfirmandi,ſed dicebatur ꝙ cōfirmatio erat iniuſta.ſecus eſt ergo in q̃ōne propoſita.

1 †Itē iuriſdō data nulla eſt,niſi cōditio ſit vera.ff.de ver.ſig.cedente.vnde hic cōſtat,ꝙ hic prouiſio à tali executore facta,eſt ipſo facto nulla. & ex hoc,ꝙ nō obſtante tali ꝓuiſione tenet electio facta ab illis,ad quos alias pertinet de iure cōi,vel ex delegatione ſuperioris eligētes:ſed ſi aſs nulla ſit electio,puta qa facta eſt ſciēter de indigno,dumō facta ſit ab illis,q iuriſdōnē,vel ptātē habēt prouidendi,nō tranſiſ ptās eligēdi neq; ad primos,ad quos iure cōi pertinebat,neq; ad illos delegatos,q ſimilē ptātē prouidendi habebāt,imo tñ ad delegantē redit ptās hic,vt no.

2 j.de exceſ.ꝑla.inter. †Itē ſuper hmōi mādatis no.ꝙ ſi vtroq; ꝑdictorū modorū ſcribaſ,merus executor eſt,ſi vult: vnde ſine vlla cauſæ cognitione ſtatim de vacante ꝑbenda ꝓuidere pōt.itē licet merè ſit executor,pōt aſſumere officiū iudicis,vt inquirat,an pro quo ſcribiſ,ſit idoneus,vel ſit de loco oriūdus.& hanc inqſitionē per ſe pōt facere ſine partib.vel ēt cōuocatis partibus,vr̄ his,quos res tāgit,dūmodo ille,qui prouiſionē cōmittit,iuriſdictionē habeat,quia cōmiſſa prouiſione vr̄ ēt ꝯmiſiſſe ea,ſine qbus prouiſio nō pōt fieri cōmodè,vel rectè,ē.de offi.dele.ꝑterea.ff.de iuriſd.omn.iud.l.s.itē cū ipſe delegans vtroq; ꝑdictorū modorū poterit procedere,eodē modo & delegatus,arg.93.di. c.ſi.94.diſt.c.j.Sed ſi ꝓceſſiſſet primo modo.ſ.prouidendo ſine cauſę cognitione ēt ſine apprōne,& poſt 10.dies poterit obijci ꝯ hmōi prouiſionē,j.de app.ꝯſtitutus,& no.ē.de cau.poſ.& ꝓpriet.cū olim.Si aūt proceſſit ſm modū ſm.ſ.ingrendo de meritis perſonę,& poſtea prouidēdo ſine cauſę cognitione,tūc niſi illi quos res tāgit,appellent à prouiſione intra 10.dies,fit ſibi ꝑiudiciū,vt ſup his,de quib.inquiſitū eſt,vlterius dicere nō poſſint,ē.de elec.cū dilecti,vbi no.itē vr̄,ꝙ eodē mō poſſit ſibi aſſumere inde officiū,ēt ſi ſimplr̄ ſic mādatū ſit,ꝓuideatis tali de tali ꝑbēda:ēt ſi nō ſit ibi aliqua cl'a talis.ſ.ſi eſt idoneus,vel cōſiſtis,& hoc rōne ſupradicta.ſ.& cui cōmittiſ principale,& acceſſoriū.ē.de off.dele.pru.§.6.in fi.Secus aūt eſt,ſi tñ monaſteriū eſſet ei cōmiſſum,vel executio mera,vt patet ē.de offi.dele.paſtoralis.§ quia vero,& c.qm̄ Apoſtolica.Alij melius diſtinguūt in ſecundo caſu.ſ.vbi verba nō ſonant in monitione,ſed in cōditione,vt ibi prouideas tali,ſi eſt de tali loco oriūdus,vel ſi docuit in Theologia.nā ſi per hmōi literas tolliſ ius alicuius,vel fit ꝑiudiciū,vtputa quia ad epm,vel capitulū pertinebat prouiſio,nō valet prouiſio ab hmōi executore facta,niſi vocatis partib.ſiue his,quos res tāgit,ꝑcedat cognitio ſup cōdōne,25.q.2. & ſi non,& de reſcri.cū dilecta.& idē vr̄ dicēdū,vbi aliquis mādat alicui aliquē citari ad extraordinariū iudicē,vel vltra duas dietas,pro eo ꝙ corā ordinario iudice timet litigare pp potentiā aduerſarij.& idē eſt,vbi mandaſ fieri inquiſitio,ſi ꝑcedat infamia,j.de accu.cū oportet,& idē eſt in ſiſibus,niſi forte eſſet notoria cōditio,quia tūc nō eſt ſeruandus ordo,ſed hoc ipſum dēt exprimere vel in relatione,vel in interlocutoria,vt ſi ꝑſentibus partibus expedita ſit,vlterius non ſit ei facultas ꝯdicendi, niſi appellaret,z.q.6.biduū.Sed ſi per hmōi literas nō tollit ius alterius,nec ſit alij ꝑiudiciū,vt ſi ille,ad quē pertinet prouiſio, mandet alicui,prouideas tali,ſi eſt de tali loco oriūdus:bene tenet prouiſio,ēt ſi nō ꝑceſſit vlla inquiſitio ſuper cōdōne,& ēt ſi partes nō voceſ,quia nec partes in hoc eſſe poſſunt,cū nullus

3 cōtendat ad ſe pertinere prouiſionē. †Et ſi dicat,imo ſit ꝑiudiciū eccleſię,cui magis expediebat habere ortū de loco,q̃ aliunde.Rñ.ꝙ hoc nō pertinet dicere aduerſarijs ſe opponētib.ꝯ ꝓuiſionē delegati,ſicut nō licet eis opponere ꝯ ꝓuiſionē delegātis.vel dic,ꝙ nos nō negamus,quin nulla ſit prouiſio,ſi non ſit ſeruata forma mādati,ſed illud tñ negamus,ꝙ non eſt neceſſe vocari partes.itē dicimus ēt in ꝑmiſſo caſu.ſ.qn̄ partes vocādæ ſunt,ꝙ tñ de plano procederet in examinatione cōdōnis,vel cl'æ,nec dabiſ libellus,nec alius ordo ſeruabitur,j.de ſpon.cū

4 in tua dioce. †Tu dic,ꝙ ſiue verba ſonent in monitione,ſiue in cōdōne,ſemper tenet prouiſio facta à delegāte ēt cognitione nulla ꝑmiſſa,quia nō fungiſ in prouiſione vice iudicis,ſed ꝓuiſoris,ē.de elec.c.venerabilē.§.obiectionis.& idē eſt in citatore cui mādaſ,ꝙ citet aliquē,ſi pp potentiā aduerſarij nō pōt corā ordinario iuſtitiā habere.hic.n.potius fungiſ officio citatoris, q̃ iudicis.& idē eſt in ceteris ſimilib.& ideo nullū ordinē iudiciariū ſeruare teneſ.tñ ſi cōdō,vel monitio nō eſt vera,caſſabiſ vel caſſum denūciabitur,qd' per hmōi prouiſionē factū eſt tāq̃

5 per obreptionē obtētū,vt patet j.de re iud.c.cū olim.§.fi. †Itē vr̄,ꝙ ſi iſte ꝓuiſor aſſumat ſibi partes iudicis,ꝙ pōt,vt no.j.de cōceſ.ꝑb.propoſuit.tunc ſi propoſita hac exceptione,ꝙ conditio,vel monitio nō eſt vera,non audiatur excipiēs,iuſtè poterit appellari ex cauſa,quia cū procedat vt iudex,& nō admittat qd' admittere debet,nō ſeruat iuris ordinē.Alij aūt ꝯtrarium dicūt.ſ. ꝙ ex cauſa non pōt appellari,quia nō ſeruat ordinē,cū non debeat ſeruare,quia hanc examinationē tñ ad ſuā inſtructionem facit,& quia tñ ſummariè cognoſcit.ff.de re iud.a diuo.§.ſi ſuper.& ideo ēt nō eſt ibi neceſſaria ſnīa ꝯ id,quod eſt ff.de iu.de qua re,& ē.de cau.poſ.cū ſuper,in fi.Si aūt in litera diceretur,ſi tibi cōſtiterit,ꝙ ſit de tali loco oriundus:tunc quia nō pōt cōſtare,niſi partibus ꝑſentibus,vbi per prouiſionē detrahitur iuri alterius,& quia vice iudicis fungitur,nō valebit,quod fiet,niſi præmiſſa cognitione,licet aliqui ꝯdicant.Si autē per prouiſionē nullius iuri detrahiſ,puta quia ad eū,qui mādat,pertinebat prouiſio,tūc valet,quod facit,ēt ſi nulla ꝑcedat cognitio,quia ꝑdictam cognitionē videtur ei cōmittere,non tanquam iudici,ſed

ei, ſed tanquã viro diſcreto. qñ autẽ iudex veluti inquiſitor procedit, cũ dẽat ſeruare ordinẽ iudiciariũ, primò de cõdõne inquirere dẽt, q̃ procedat in cauſa principaliter cõmiſſa. j. de accuſa. cũ oportet. ſ. de reſcri. c. cũ dilecta. & idẽ eſt in ſimilib. aliqui cõtradicunt: in clauſula autem quæ in literis conſueuit apponi, ſcilicet quòd ſi non omnes, &c. certa forma conditionis data intelligitur, ſupra de reſcript. ſciſcitatus, ſupra de offic. delega. prudentiam. [Probandum]. j. de ver. ſigni. dudum. ſ. de ſeru. c. j.

De iureiurando. Rub. 24.

CAP. I.

Ex adminiſtrationis. [Cogaris] ſupra de teſt. cogen. venerabilis.

SVMMARIVM.

1 *Qui iurauit non repetere res eccleſiæ, vel ſuas, an abſoluatur a iuramẽto.*
2 *Contra iuramentum ſuum proprium non datur reſtitutio in integrum, ſed abſolutio tantum.*

CAP. II.

1 **PEruenit.** †[Rebus ſuis] nõ ſolũ ſi reb. eccle. per vim ſpoliat, ſed etiã ꝓprijs, & de eis ñ repetendis iurauerit, abſoluet a iuſto, & eas repetet, vt hic. j. e. ſi vero. §. verũ. Si vero nõ violẽtia, vel dolo adiurauerit res eccleſiæ, ſuperior vel faciet prælatũ, q abiurauit, actorẽ ꝯſtituere, q petat, vel dabit curatorẽ eccleſiæ bonis, vel alio mõ ꝓuidebit, ſicut melius poterit, ꝙ res eccleſiæ recuperent. ſ. cũdo iurans ꝙ nõ directè veniat ꝯ ꝓpriũ iurm, ſed tamẽ res eccleſiæ recuperent, ar. ff. de neg. geſt. at q. §. cũ me. ſ. de cõſti. cũ veniſſent, in fi. j. e. c. ad noſtrã. c. j. & c. x. & c. debitores. & c. quemad. §. fi. ẽt ſi p aliũ nõ põt recuperari, ipſi dabitur licẽtia cõueniẽdi, & res eccleſiæ repetẽdi, quod ꝓbo, qa nõ põt iuramẽtũ ſeruari ſine interitu ſalutis ſuæ: ergo cõueniri dẽt. j. e. ſi vero, & j. e. tua. & ita dicendũ eſt, ſi tutor iurauit de rebus pupilli nõ repetẽdis. Si autẽ res ſuas abiuraſſet, illud bene ſeruare tenetur. ſ. quod me. cau. c. ad audientiã, ad fi. 2 †Et no. ꝙ nulli ꝯ iuramẽtũ ſuũ propriũ datur reſtitutio in integrũ, ſed abſolutio tãtũ. Cõtra iuramẽtũ aũt ab alio præſtitũ bene datur in integ. reſti. ff. de iureiuran. nã poſtea. §. ſi minor. [iuramẽti.] Iſte nulla ratione teneri põt, quin res eccleſiæ repeteret. ſed de hac materia diximus ſupra quod me. cau. ad aures. [abſoluimus] de facto. & eſt ſi. 24. quæſtio. j. audiuimus. 11. quæſtio. 3. excellentiſsimus. vel abſoluitur a peccato, nõ obſeruatione, ad quã nõ tenebat.

SVMMARIVM.

Iurantibus ſibi ad inuicem duobus, ſi vnus non ſeruauit iuramentum, an alter ſeruare teneatur.

CAP. III.

PEruenit. [Melius]. ff. qui ſatiſ. cog. l. vlti. 22. qõ. 4. mulier, & q. 2. beatus. [cõmutai] authoritate ſuperioris. j. de voto, ex multa, in prin. [Minimè] no. ſi duo aliquid ſibi adinuicẽ iurauerunt, ſi vnus non ſeruauit iurm, nec alius tenet ſeruare. j. e. ſicut duo. [minimè.] 28. q. j. ſi infidelis. ff. de inoffi. teſta. ſi inſtituta. C. de pactis, cum ꝓponas.

SVMMARIVM.

Apoſtolorum limina ibi eſſe intelliguntur, vbi Papa eſt.

CAP. IIII.

EGo epiſcopus. [Petro]. i. fidẽ, quã B. Petrus tenuit, & docuit, fideliter obſeruabo. [ſanctæque] quia eã, matrẽ & magiſtrã & omnib. alijs præcellẽtẽ & dñam tenebo. {ad eorũ}. i. in diminutione fidei B. Petri, & in derogatione honoris eccleſiæ, vel in læſionẽ perſonæ Papæ. {papatũ}. i. principatũ tã in ſpiritualibus, q̃ in tẽporalibus. {& regulas}. i. canones ſuorũ pontificũ, & etiã aliorũ ſanctorũ patrũ per Ro. eccleſ. approbatos. 3. diſt. canon. 16. diſt. ſancta. 17. di. per totũ, & 12. di. p totũ. {ordine} expone, vt j. de ſimo. ne Dei. {apſorũ}. ſ. Petri & Pauli, apſorũ aut limites ibi eſſe intelligunt, vbi Papa eſt. ꝙ ſic exponi dẽat, patet ea eo, qđ ſeqnit. i. niſi eorũ abſoluat lnia, qđ de neceſsitate oportet exponi. i. niſi abſoluat p Papã, q aliis liminib. præeſt, & qui eorum vices gerit, & authoritate ſungit.

SVMMARIVM.

Clerici obedientiam epiſcopo, non autem homagium iurant.

CAP. V.

NVllus epiſcopus. {Iurare} hi. n. iurant ei obedientiam, vt no. ſupra de maio. & obed. legebatur. Homagium autem facere non debent, infra de regulis iur. c. vltimo, vbi no.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid ſoluens ſcienter indebitum poſsit illud repetere.*
2 *Poteſt epiſcopus diſpenſare ex cauſa in iuramentis licite præſtitis.*

CAP. VI.

DEbitores. {Reſtituẽdas.} Primò cogendi ſunt creditores relaxare iuramẽta ſup ſoluendis ſibi a debitorib. ſ. e. j. & j. de vſur. tuas. Si autem nullo mõ poſsint induci ad relaxandũ, iudex ipſe relaxabit, arg. j. eo. cũ quidã. §. vlti. vbi dr, ꝙ iudex relaxat iuramẽta illicita. ad idẽ ſ. de teſti. cõſtitutis. j. 15. q. 6. auctoritate. Si verò nõ ſit præſens creditor, & ideo induci nõ poſsit, nec iudici cõſtet, ꝙ ſit ꝓmiſſum ex cã vſuraria, & ideo nõ poſsit abſoluere, qa abſolutionis terminus inſtet, vt ſm iurm ſoluat, 1 †[Soluet] ſed poſtea repetet, vt hic. ꝯ, qa ſi ſciẽter ſoluit ẽt indebitũ, ergo nõ poterit repetere, vt ff. de re iudi. cuius. ff. de condi. inde. l. j. ar. ꝯ. ff. de ſolu. q ſoluit ſic, & l. qui hoĩem. §. vir. ff. de reg. iu. inuitus. §. j. ff. de ſupſi. l. j. §. plane. ff. de dolo, ea dolo. So. ad oĩa prædicta, quia ſi ſpeciale eſt hoc pp fauorẽ obſeruantiæ iuſiurand. ſi vero[a] iurauerit nõ repetere, denunciabit eccleſiæ, & eccleſia cõpellet eũ ad pœnitentiã, quã non põt agere, niſi ſoluat, vel reddat vſuras. vel ẽt iudex ſine aliqua denunciatione præcipiet & ſub pœna excõmunicationis, ꝙ quicunq; ſcit, dicat veritatẽ, & ſic coget vſurariũ ad reſtitutionẽ. j. eo. ad noſtrã. Si vero iurauit nõ denũciare, tale iuramẽtũ ſeruandũ nõ eſt, quia eſt cõtra regulã euangelii. infra eo. quẽad. in fi. 2. q. j. ſi peccauerit. 2 † Credimus tamẽ qn in aliquibus hunc ordinẽ immutari poſsit: & per hæc apparet, ꝙ epiſcopus in iuramẽto diſpẽſat, ſi ſunt dolo, vel metu, vel vi extorta. 15. q. 6. c. j & 2. j. eo. cũ cõtingat. Immo diſpenſare poteſt ex cã in iuramẽtis licite præſtitis. 15. q. 6. nos ſanctorũ, & ea. iurato, quinimmo, nã ſi iuraſſem certo die gladiũ redditurũ alicui, & tunc cõtingeret eũ eſſe furioſum, no deberem ſibi gladium reddere. 22. q. 1. ne quis. quãuis poſsit dici, quia tunc non neceſſaria eſt diſpenſatio, ſed potius eſt dicendũ, ꝙ iuramẽtũ non extenditur ad hunc caſum, de quo non præſumitur cogitatum, argu. ff. de tranſac. qui cũ tutoribus, ad fi. vbi intelligitur ibi cõditio, ſi Deo placuerit. Deo autẽ nõ placet, ꝙ furioſo reddam. Sicut etiam licitum eſt principi ſeculari aliquid ſtatuere, vel facere ex cauſa in præiudicium iuris alterius, vt no. ſ. de conſti. quæ in eccleſiarum. Itẽ credimus, ꝙ in melius poſsit ꝯmutare. nãque ſi quis iuraſſet ire ad ſanctũ Iacobũ, & magis vtile eſſet, ꝙ iret vltra mare, non video quare fieri non poſsit ſicut in voto. infra de voto, & voti redemp. c. j. & 2. & c. ſcripturæ.

ADDITIO.

a ¶Si vero. Ad hæc dicta Inno. Vide Pet. de Anch. in conſ. 195. inci. prædictis ſubtiliter, col. 2. poſt medi. Et eundem Pet. de Anc. in conſ. 153. inci. caſus talis eſt.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, an & quando & quibus in abſolutione præſtare cautionem debet.*
2 *Edictum diui Adri. quo caſu habeat locum, & cõpenſatio fructuũ in debitũ.*

CAP. VII.

1 **AD noſtram.** {Aſtrinxiſti.} Idcirco † remittit cauſa ad eos, qui excõmunicauerunt, & ſniam protulerũt quia non fuit appellatum, & ſic nõ eſt ꝯ j. de appel. interpoſita. §. ille denique. nec cõſtabat de iniuſta excõmunicatione, & qa non cõſtabat, ideo præſtatur cautio, quæ alias nõ præſtaretur. ſ. de reſcrip. ab excõmunicato, ſm quoſdã plus placet nobis, ꝙ non fuit appellatũ, & ꝙ excõmunicatus fuit pro cõtumacia, & hoc fuit iuſtũ, & idcirco nõ abſoluetur, niſi præſtita cautione, & iuramẽto. Sẽtẽtia autẽ ſuper reſtitutione rerũ fuit iniuſta, & ideo cõtra eam mãdatur, ꝙ res reſtituantur creditoribus, quia tamẽ iudex mandauit de rebus occupãdis, excuſatur debitor a pœna cõſtitutionis, ſi quis in tantã. {Aſtrinxiſti} præceperat enim creditori. ꝙ poſſeſsiones reſtitueret, & quia nõ reſtituebat, excõmunicauit, poſtea tamẽ debitores poſſeſsiones pignoratas ſubtraxerũt auctoritate iudicis, & ideo excuſantur, ne amittãt ius, & proprietatẽ, quã in re inuaſa habebãt p conſtitutionẽ, ſi quis in tantã. & ad idem eſt. 16. q. 6. placuit. Quidã tamẽ dicunt, conſtitutionẽ non habere locũ in cauſis eccleſiaſticis. ſ. de do. & contumacia. c. j. vel non fuit hic actũ conditione ea illa conſtitutione. 2 † Edictũ autẽ di. Adria. non tangit hunc locũ, quod locũ habet cũ creditor pignus ſua auctoritate occupat. ff. quod met. cauſa. extat. {reſtituãt} ſed nõne poterant hi debitores cõpenſare debitũ cũ fructibus? arg. ꝙ ſic. C. de compen. l. cõpenſationes. ff. ſol. mat. diuor. §. dona. ff. ad l. Falci. quod de bonis. §. quod autẽ. Reſpon. nõ fieri cõpenſationẽ, niſi in pecunia. ff. de pig. grege, in priu. niſi fructus eſſent cõſumpti: in quo caſu nõ fit compenſatio de pecunia ad fructus, qa iam cõſumpti ſunt: tamẽ cũ precio eorũ fit cõpenſatio, vt in ll. prædictis. hic aũt, qa conſumpti nõ erant, nõ fiebat cõpenſatio de eis. vel ideo nõ auditur ſuper cõpenſatione debitor, quia creditor nihil petebat, nec agebat, immo tñ debitor agebat, primo qa petebat reſtitutionẽ coram archi. nã petebat ſibi res pignoratas reſtitui. Itẽ etiã ſi creditor ageret, tamẽ debitor nõ poſſet fructus cõpenſare, cũ iurauerit nõ moleſtare eũ, niſi forte primo ſolueret nõ cõputatis fructibus: ad hoc. n. actum erat, vel hic non liquebat, quod de fructib. eſſet ſibi ſatiſfactum, ſed de debito liquebat. De liquido autẽ ad dubium non eſt compenſatio admittenda. vel dic, vt infra de depoſi. bona fides.

CAP.

SVMMARIVM.

Iuramentum metu extortum, an ſit ſeruandum.

CAP. VIII.

SI vero aliquis. [Metu] repete, q̃ diximus ſ. quod me. cau. ad aures. [veni te] ſine auctoritate ſuperioris, ſupra de electio. venerabilē. cū auctoritate a autē ſuperioris licet, vt ſtatī ſequitur, verū aliquando &c. alij autē aliter dicunt, vt in gl. in fi. poſita, quæ incipit, qa nulla &c. [æterna] vel tēporalis. 21. q. 4. §. vlti. [veniendi] ꝓpria auctoritate. [auctores.] C. ſi aduer. vendi. l. 2. [permiſſum] quia nulla pœnitētia eis impoſita eſt, vel imponetur, ſi adminiſtrauerint: ſed tñ nō dicet̃ eis poſt abſolutionē, ꝙ miniſtrēt. j. eo. c. verū. plus placet, qđ dr̃ in glo. ſine aucto.

ADDITIO.

a ¶Cum auctoritate autem. Adde Spe. in tit. de le. §. nunc oſtendendum, ver. 24. Archi. 22. q. 4 & qui ſacramento, & Pet. de Anc. in conſ. 351. inci. retento ordine, col. j. & vide pro declaratione eūdem Inn. in c. venerabiles. ſupra de ele.

SVMMARIVM.

Obligatio pro libero homine, vt ius conſtituatur in eo, an teneat, & in quibus caſibus.

CAP. IX.

EX reſcripto. [Taliter]. ſ. ꝙ certis loco & die reddēt. [ſuper his]. i. ꝓ cōuētionibus adimplēdis. [Obſid. s] ꝯ. C. quæ res pig. obli. poſ. qui filios. C. de actioni. obſes. Reſpō. quidā hic narrari factū illicitū. ſed hæc reſpōſio reprobat̃, 23. q. 8. c. vt pridē. ff. qui teſt. fa. poſ. obſides, ff. de iure fiſci, diuus, vbi obſidum datio cōceditur. Reſpō. non tenet obligatio ꝓ libero hoīe, vt ius cōſtituat̃ in eo: tñ detineri pōt qualitercunq;, vt fiat, quod cōuenit, vel ꝓ pecunia obligari nō pōt, ſed pro pacto incundæ pacis pōt, & alio cōſili. Vel dic, ꝙ obſides vocat eos, q iurant, ꝙ nō recedēt de certo loco, quouſq; eis fuerit ſatisfactum, & hoc notat aduerbiū, quod ſequit̃, ſimiliter. nā ſi detinerent̃ inuiti, excōmunicati eſſent detentores. 18. q. 4. ſi quis ſuadente. c. nuper, in princi. de ſenten. excōmuni. etiā ſi de eorū voluntate detinentur. infra de ſen. excōmu. contingit. [qui]. ſ. monachi. [vt] hoc, vt, non determinat verbum iurarūt, ſed verbum, deficerēt. [vxorem] renunciantem beneficio Velleiani, & omnium legū auxilio. C. quando mulier tut. offi. fun. l. vlti. & Auth. matri & auiæ. alias contra, ff. & C. ad Velle. per totum.

SVMMARIVM.

Emphyteuta per biennij ceſſationem priuatur re emphyteutica.

CAP. X.

QVerelam. [Bienniū] hoc ſolū ſufficit ad priuādū ēphyteotica re. 10. q. 2. §. hoc ius. [cōſtiterit] in modū Inquiſitionis procedendum cōtra eū. {neceſſitatē} 23. q. 8. ſi nulla. 50. diſt. p̄sbyteros, de conſecr. diſt. 1. ſicut. ff. ex quib. cau. nō. n. ff. loca. cū in plures, §. veſtimenta, ff. ſi quis cau. l. 2. §. j. ff. qui ſatiſd. cog. l. vltima.

SVMMARIVM.

Iuramenta quæ dicantur perplexa.

CAP. XI.

TVa nos. {Interiurādi} primō inſiurādō. {iurāt} ſecundum inſiurādum. {& Lateran.} infra de cenſi. prohibemus. {præiudicat} hi de gratia tolerant̃ I eccleſijs. nā expelli dēnt d eis, ſ. de pac. cū ele. j. de cēſi. ꝓhibemus, grauis. {piurio}. i. temerario iurō ꝓdicto, ſ. 22. q. 2. aīaduertēdū. {ꝙ vitare} qa pplexi ſūt īter duo iura ita ꝯria, ꝙ ſi vnum ſeruant, alterum ſeruare non poſſunt.

SVMMARIVM.

Monachus an ſine licentia ſuperioris poſſit egredi monaſterium prætextu iuramenti.

CAP. XII.

CVm quidam. {Abſoluēdi} repete, q̃ diximus ſ. de electi. venerabilē. {abſoluendi} aliqui dicūt de facto. {Abſoluendi} nō loquitur hic Papa, niſi neceſſitas adeſſet anteq̃ a ſuperiore ſit abſolutus, qa hoc pōt ſeruare abſq; interitu ſalutis æternæ, ſ. eo. ſi verò. Sed poſt abſolutionē liberè loquitur ſibi: monachus autē, de quo loquitur infra c. proxi. prætextu iuramenti non poteſt egredi monaſteriū ſine licētia ſuperioris.

SVMMARIVM.

Iuramen. de exeundo mon. an præiudicet monaſterio, quia monachus priſtinum locum repetere poſſit: & quid in clerico.

CAP. XIII.

SIcut ex literis. [Temerariū] nō dēt hic prætextu iuſi monaſteriū exire, qa non pōt ſine mortali peccato. 22. q. 4. ca. j. Quidā dicunt, ꝙ licet hoc iurm nō præiudicet monaſterio,
1 quin cū poſsit repetere, ipſi tamē bene præiudicat, vt non poſ-
2 ſit repetere locū præſtitū in monaſterio, ar. ſ. quod met. cau. ad aures. c. ad audientiā, ar. ſ. de renun. ꝙ in dubijs. alij autē videt̃ ꝯriū, & dicunt ꝙ prædicta c. loquunt̃ in clericis ſecularibus q bus licet eſſe ſine aliqua eccleſia: ſed ſecus eſt in monachis, q bus nō licet eſſe ſine clauſtro. 16. q. j. ſi cupis. placuit. vnde nunquā abbas dēt dare lr̃as abſolutiōis ſuo monacho, niſi prius habeat aliud monaſteriū, vel aliam eccleſiam, ad quam vadat: ſed tūc bñ licet, & extūc nihil hēt facere ī primo monaſterio. 58. di. c. 2. & 3. 10. q. 3. ſtatuimus. 16. q. j. ſi quos, & multis alijs c. eiuſdē q. item pp delictū bene imponitur pnīa monacho, per quā eijcit̃ a monaſterio, j. d ſimo. veniēs. c. dilectus, & c. qa ſimoniaca.

SVMMARIVM.

Iuramentum ex parte eius cui iuratur, reale eſt: ex parte verò iurantis eſt perſonale.

CAP. XIIII.

VEritatis. [Cōpellantur] cōtrariū vr̃ in liberto, q intra annū dēt facere profeſsionē patrono. 22. q. 5. longinquitate. ꝯriū etiam in ſeudatario, vt in cōſtitutione de ſeudo no alie. ſine cōſenſu maioris domini, imperialē, §. præterea. j. Dicūt quidā hanc ſpecialē cōceſsionē. vel dic, ꝙ iurare quis pōt ſucceſſoribus, ſed nō cogitur, quia
a iurm reale a eſt ex parte eius, cui iuratur, qa nō ſolū pſonæ iurat, ſed eccleſiæ, ſ. c. ego. 63. di. tibi, licet ſit pſonale ex parte iurātis.

ADDITIO.

a ¶Reale eſt. Adde Pet. de Anch. in conſi. 210. incip. Tres magnifici domini, col ſi. in prin. & Iac. de S. Georgio in tracta. feudorum, in verſi. Qui quidem inueſti ri præſtiterit col. 9. verſi. nunc tranſeamus, & Fel etiam alleg. in c. quæ in eccleſiarum, col. 24. verſi. & intelligas, ſupra de conſti.

SVMMARIVM.

Iuramento proprio contrauenire leges non præcipiunt, at licentiam contra ueniendi dare præſumuntur, quæ tamen neceſſaria eſt exprimi.

CAP. XV.

VErum. [Antceceſſores]. ſ. Gelaſius, Gregorius, & Vrbanus. 15. q. 6 alius, & c. nos ſanctorū, iuratos. [Attēderint] & hæc verba dicendo intelligitur ſibi dare licentiam veniendi contra proprium iuramentū, ſed non præcipit venire contra illud, & tamen niſi huiuſmodi verba, vel expreſsiora diceret, non liceret ſibi venire ꝯ illud.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non niſi ad ea, de quibus cogitatum eſt, extenditur.*

2 *Iuramentum quando recipiat interpretationem ſecundum intentionem iurantis, & quando ſecundum ius, & quando obuiat priori promiſſo.*

CAP. XVI.

VEniens. Hoc enim iurm loco ſatisfactionis ſuccedit, infra eo. Quītauallis, niſi eſſet tāta iniuria, ꝙ meritò cū iuramēto non cōpenſaretur. [mādato]. ff. de arbi. ſi de re, ꝯ. ſo. cōpromiſſum factū in aduerſariū tenet, nō vt procedat ſicut arbiter, vt l. ꝯria, ſed vt tanq̃ arbitrator pōt, & niſi bene arbitretur, ad arbitriū boni viri reducit̃,
1 vt ff. de ope. li. libertus. † [Præcepiſtis] & malè, iuramētū nō extenditur niſi ad ea, de quibus cogitatū eſt, vel debuit meritò cogitari, j. c. Quintaual. j. de deci. ex multiplici, ſ. de reſti. ſpol. audita. 22. q. 2. ne quis, arg. ff. de tranſ. cū Aquil. ff. de pecu. q pecu. & ex quo ſemel præcepit, vlterius pcipere non pōt, ff. de adopt. l. qui liberatus, & l. ſeq. ff. de opti. leg. l. cū apud. Alij dicūt, & nō malè, ꝙ nō ſufficit, cū dicat, ego nō cogitaui, ꝙ hoc mihi præciperes, dūmodo pœna nō excedat culpā, vt no. in gl. quæ incipit, ff. &c. immo oīa pōt ei præcipere, niſi ſint ꝯ ius, j. c. Quintaual. vel ꝯriū primo iuramēto, vt hic. vel niſi eſſet tale præceptū, qđ eſt cōtra præſumptionē cōmunem, ꝙ ſi hoc crederet mandari, nunquā iuraſſet, ar. j. eo. peruo, C. quæ res pi. obli. poſ. l. vlti. ff.
2 de pig. obli. generali, & l. denique. † Si autē præceptū factū p iuramētū obuiaret priori ꝓmiſſo, ſeruari dēt iurm, & alias ſatisfacere de ꝓmiſſo. & hoc ſatis colligit̃ ex hac decre. qa dicit, priori iuramēto, & nō promiſſo, cū tamē mentionē feciſſet de vtroque, ar. ſ. de præſump. nōne. & hæc vera ſunt, quādo iurat parere mādatis. Si autē iurat aliquid determinatè, tunc iuramētū in conſilio animæ ſecundum intentionem, iurantis recipit interpretationem, infra eo. quanto, ad noſtram. 2. Sed in iudicio recipiet interpretationem ſecundum ius, infra c. veniens. [licitè] facto dnci, & eccleſijs. ſecus ſi illicitè, ſupra eo. tua nos.

SVMMARIVM.

Appellatio inuenta ad remediū, nō debet extendi ad defenſionē iniquitatis.

CAP. XVII.

BReui. [Ille] vt vaſallus, vel canonicus. [excuſat] applīo. n. nō tenet niſi a grauamine, j. de ap. vt debitus, & qđ ꝓuiſū eſt ad remediū, n dēt tēdere ad defenſionē iniquitatis, & j. de ap. reprhēſibilis, & c. 3. & c. cum ipam, §. porro. [difficultas], ſ. e. q̃relā, ego N. ſ. q ſa, cog. l. vl.

SVMMARIVM.

1 *Moneta an minoris valoris metallo eſſe poſſit, & quare.*

2 *Iuramento aliquem an Papa poſſit ſoluere propter graue ſcandalum, vel malum exemplum.*

CAP.

CAP. XVIII.

QVanto. [Legitimo pōdere] defraudari dr, qñ or
dinarū ſuis a principio, vt certū pōdus
auri, vel argenti apponeret in qualibet moneta: ſed
poſtea minus auri, vel argēti apponi mādauit, & ta-
mē monetā expendi mādauit, ac ſi eiuſdē ponderis eſſet. & hoc
idē credimus, etiā ſi ab initio fecit multo maioris ponderis, vel
valoris, ꝙ valeat metallū, vel materia, vnde fit, fabrorū, & alijs
5 expēſis neceſſarijs & vtilibus exinde deductis. † credimus tñ, ꝙ
ꝑ iuriſdōnem, & ꝑ hoc etiā, ꝙ a perſona, vel charactere Re-
gis auctoritatē & cōmunionē recepit, aliquantulū, ſed nō mul-
tū, minoris valoris poſsit eam facere, ꝙ ſit metallū, vel materia,
vnde fit. In primo autē caſu, ſ. qñ facta eſt, ſi vult minuere, non
credimus, ꝙ hoc poſsit ſine cōſenſu populi: ſed cū eius aſſenſu
credimus, ꝙ poſsit, cū licitū ſit cuicūq; renuntiare iuri ſuo. 7. q.
j. ꝙ periculoſum, & qa negotiū Regis negotiū vniuerſitatis re-
putatur, & ideo ſufficit conſenſus maioris partis regni, C. de
iu. cal. l. 2. §. ſin autem, ff. de condi. & demonſtra. l. ciuibus, ff. ad
muni. l. qđ maior. Item nō credimus ſufficere ꝯſenſum populi,
2 vt illa moneta cōmuniter expendaſ extra regnū. † [abſolui] qui
dā dicūt, ꝙ Papa pōt diſpenſare, & ſoluere a iuſo aliquem pro-
pter graue ſcandalū, vel malū exemplū præcedēte tñ claue di-
ſcretionis. H. tñ dicit ꝯ, niſi iuramētum ſit illicitum, cum iuſta
& uota ſint de iure naturali. Tu dic, prout no. ſ. de electio vene
rabilem. {iniquitatis} 22. quæſt. 4. ſi aliquid, & c. inter cætera.
{ſatisfactione} 31. q. 4. qui in ſacramento. Innocen. IIII.

SVMMARIVM.

Commune, an poſſit condere legem contra ius commune.

CAP. XIX.

VEnientes. {Et leges} 2. q. 6. nō ita, & c. anterio
rū. {in plagiarijs} .i. fideiuſſorib. [ag
grauare] ꝙ ideo vtrobiq; appellationis remediū eſt
neceſſariū. [exceptionē] ſed dices nōne poſſunt ſup
hoc condere legē municipalē ꝯ ius. Reſpō. poſſunt condere
legē ꝯ ius cōmune quæ in alterius tamē non ſit præiudiciū, vt
hic, & ſupra de conſti. quæ in eccle. vbi de hoc plenè no. ſpecia-
liter tamen condendo legem bene poſſunt litigantes renun-
ciare appellationi. C. de tempo. appel. l. illud. §. vlti. [exceptum]
ſupra de reſcript. conſtitutus. j. e. c. ea te, ff. ad municip. Impera
tores. [executioni] & malè. ff. ad Turpil. l. j. §. vlti. 2. quæſtio. 6.
appellare. [indncentes] de hoc no. ſupra de of. dele. paſto. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Tuitio teſtamentorum pertinet ad eccleſiam.*
2 *Poteſt epiſcopus contra ſibi ſuſpectum inquirere de vſura.*

CAP. XX.

AD noſtram. [Cōdiderit] ꝑ hoc dixerunt qui-
dā, debitores poſſe nō obſtante iu
ramento ꝓcedere ad receptionē debiti, qđ non credi-
mus, qa nihil eſt eis relictū, vel remiſſum, & de hoc no. ſ. e. debi-
1 tores. † [Proponi] ꝯriū. ſ. vt lit. non ꝯte. qđi. So. hic proceditur
in modū inquiſitionis, vel denunciationis, qđ licet. & ē hoc ea
rōne, qa ad eccleſiā pertinet tuitio teſtōrū. C. de epis, & cle. mul
li. §. ſi qs ad decli. ff. de pe. hñditatis. l. hñditatis. j. đ teſta. ſi hñdis,
Et magis teſtō vſurarū, ꝙ licet. ſ. ꝯ tales procedere in modū in-
quiſitionis, vel denūciationis non ſolū Papæ, ſed etiā alijs ēt de
legatis, niſi forſan forma cōmiſsionis ꝯdiceret, licet aliqui ꝯdi
cant. Sed nō ſic extra ordinē procediſ in alijs criminibus, nec ī
alio caſu, niſi qñ iurāt non repetere. non. n. ſuper iurib. ſingula-
riū perſonarū procedēdū eſt inquirēdo, vel extra ordinē, ſed in
a tentatis ᵃ actionib. & ordinario iudicio ſecūdū iura. de ſtatu ta-
mē, & iurib. eccleſiæ qñq; Papa ꝓcedit inquirendo, vt de teſtib.
2 cū olim. † Sed hoc credimus eū facere de plenitudine poteſta-
tis, vnde nō licet epis, & alijs inferiorib. ſic inquirere, q tenenſ
iura ſeruare: bene fatemur tñ, ꝙ epſ ꝯ aliquem, quē ſuſpectū ha
beret, poſſet inquirere de vſura, ſicut de alijs criminib. ad impo
nendū ei pœnitentiā canonicā, & nō ad vtilitatem, vel alicuius
priuatæ perſonæ intereſſe conſequendū. de conſanguinitatē
autē nō eſt dubiū, ꝙ inquirere pōt iter cōiuges. j. de diuor. por
rò. 35. q. 6. ſi duo. Et idē forte dicendū eſt, ſi de alio canonico a-
lias legitimo impedimēto inquirere vellet. de iſto aūt nō eſt du
biū ꝙ de iurib. pricipis ingri pōt. C. de bo. va. l. j. & pe. & fi. li. x.

ADDITIO.

a ¶Sed intentatis actionibus. Et tunc oportet officium iudicis poſtulari l. 4. & ibi
per Bar. ff. de dam. inſec. ita Pet. de Anc. in conſi. 167. inci. viſis diligenter om
nibus, in 2. col. verſi. 2. principaliter.

SVMMARIVM.

Iuramentum licitum, per vim tamen extortum, an ſit ſeruandum.

CAP. XXI.

AD noſtram. [Per extorſionē] .i. ꝯ cōſiliū ſuū,
vel. i. deſiderium. hic habeſ, ꝙ iura
mētū licitū, ēt ſi ꝑ vim ſit extortū, eſt ſeruādū. j. e. peri-
tuo, & ſi Chriſtus. Quāuis poſſet dici ſeruandū, inquantū eſt lici
tū, ſed nō incurret periuriū, ſi nō obſeruat. vel dicas, etiā ſi ſit li-
citū, nō teneri ad obſeruationē, niſi eſſet ꝑceptū: alias nec tunc
ex virtute iuramēti teneri, ſed ex vi præcepti, quāuis debeat ab-
ſolui a ſuperiori ſeruata diſtinctione, quam poſuimus ſ. quod
me. cā. ad aures, nō tamē vera extorſione. [ordo iudicij] 2. qō. j.
manifeſta. j. de acc. euidentia. [ordo iudicij] ex toto: nam in ali
quibus ſeruatur. nam quia citari debet notorius criminoſus,
2. queſt. j. Deus, & in eum fertur ſententia. j. de diuor. porrò.

CAP. XXII.

EA te. [Huiuſmodi] .ſ. fidelitatis. [Præſtiturus] iura.
[debitū] . ſ. e. tua nos. [Præſtiturum] Piſano ar-
chiepiſcopo, puta qui pro alio feudo, vel alia cauſa iu-
raſti, quàm nobis iurandum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Cum non eſt iuratum de ſtando arbitrio talis arbitratoris, tunc ex eius ſen
tentia non oritur actio.*
2 *Nunquid arbitratio ſine iuramento habeat in ſe aliquid vtilitatis.*
3 *Iudiciarius ordo non ſeruatur coram arbitratoribus.*
4 *Arbitri & arbitratoris differentia, & etiam ia nu. 5.*
6 *Arbitrator quando, & per quæ verba eligatur.*
7 *An arbitratoris dictum mutetur.*

CAP. XXIII.

QVintauallis. [Mandato.] No. ſ. e. veniēs. [ex-
hęredaret] ꝙ nō licet, niſi ingra
titudinis cām cōmittat, in Auth. vt cū de appel. co.
§. cauſis, col. 8. [Iuramētū] in ſatisfactione iniuriæ. ſ.
co. veniēs, vbi no. cū iurm īteruenerit ī tali caſu, bene pōt ille,
pro quo ferſ ſnia, petere officiū iudicis, vt ſoluat condemna-
tus id, in quo condēnatus eſt, dūmodo id æquū ſit, & licitum. ſe
cus ſi illicitū, & iniquū, vt hic. & hoc idē dico, ſi fuerit iniquū,
dūmodo per eū, ad quē pertinet, reductū ſit ad æquitatem, arg.
ff. de reg. iu. in perſonā. ff. pro ſocio. ſi ſocietatē, & l. ſi ſocietatē
1 metu. §. arbitrorū. & l. ſeq. † Sed ſi non iuratū eſt de ſtando arbi
a trio talis arbitratoris, tunc ex ſententia eius nō oriſ actio, ᵃ nec ꝑ
priedſ dictū eius ſententia, vel arbitriū, immo Ioā. Cre. notauit
in Auth. vt diſ. iudi. §. j. ꝙ poterit dici per talē arbitratorem po-
b tius tranſactionē ᵇ fieri, & inducit in ar. C. de cōtrahen. empt.
a l. ſi. & inſti. de cōtrahen. emp. §. preciū. † Sed oppones ſecundū
hoc, ergo ad nihil vtilis eſt arbitratio ſine iuramēto? Reſpō. vti
lis eſt, qa ſi præceſsit ſtipulatio, ex ſtipulatione agetur, vt ſi ele-
ctus eſt arbitrator in aliquo ꝯctu, puta quia arbitraretur de pre-
cio alicuius rei venditæ, tunc ageſ ad arbitratū actione ex ven-
dito, vel ex aliquo conſimili ꝯctu, ſicut dicit l. preal. inſti. de cō
trahen. emp. §. preciū. Et hæc intellige tu vera, vbi incontinenti
poſt ꝯctū, vel ſtipulationē cōuenit de ſtando dicto arbitratoris,
quia ſi ex interuallo, tunc nō datur ex dicto talis arbitratoris a-
ctio, ſicut nec ex pacto, ſed exceptio tātum, vt ff. de pact. iuriſgē.
3 §. quinimmo. ff. ſi certū per. lecta. C. de pac. petens. † Itē corā hu
iuſmodi arbitratoribus nullus ordo iudiciarius eſt ſeruandus:
immo nec iudiciale dſ eſſe, quod corā tali agitur: ipſe tamē ar-
bitrator ad ſui inſtructionē quaſi extra iudiciū laborabit ad ve-
ritatē inquirendā, vt plenius inſtruatur, & ꝙ ipſe arbitrator non
ſit iudex, nec arbiter, & ꝙ nō ſit dicendū iudiciū, quod cū eo fit,
ſatis probatur ex eo, quod hic dſ, quia hic cōpromittitur ī prin
cipalem aduerſariū. ad idē ſ. e. veniens. ff. de oper. libe. ſi liber-
tus. nullus autē in iure ſuo pōt eſſe arbiter, vel iudex, ff. de arbi.
l. ſi de re. C. ne quis in ſua cau. per totū. In actione autē iniuria-
rū, ſicut hic erat, ꝙ itur ad arbitratorē, quidā dixerunt, ꝙ cogen
dæ ſunt partes ſtare dicto arbitratoris, ꝓpoſita actione iniuria-
rū. Sed ꝯ, actio iniuriarū non cōpetit ad intereſſe, ſed ad uindi-
ctā. non eſt enim in noſtris bonis ff. de iniur. iniuriarū, ac. quo-
mō ergo dabitur actio ad e. vel ad aliud, in quib. cōdemnatus ē.
Sed reſpōdent alij, qa iſta c. petunſ nō vt intereſſe, ſed vt vindi-
cta. Alij dicūt, ꝙ arbitrator iſte incōtinenti poſt iniuriā aſſum-
ptus nō fuit, imò etiā ſi incōtinenti aſſumptus fuiſſet, tñ ex di-
cto eius, ſi nō interueniſſet iuramētū, nō daretur actio, ſed exce
ptio reo quaſi tranſactionis, vel pacti modificati. actori autem
præſtatur priſtina actio. C. de pac. cū proponas. vel ſi illa non ſu
pereſſet, dabitur actio ob cām, vt ſe reponat in priſtinā obliga-
tionem, vel ſi dedit rem, rē reddat. C. de rerū perm. l. j. & l. quo-
niam. ff. de cōdi. ob cām, ſi quis, vel præſcrip. verbis ad intereſ-
ſe. C. de rerū permu. cū precibus, & l. rebus. ff. de condi. cau. da
ta, ſimiliter, & de iure do. ſi pater, & l. quemad. vel offi. iud. ff. de
4 præſcrip. ver. ob cām. † Itē no. dñiam inter arbitrū, & arbitrato-
rem, de quo hic loquitur, quia arbiter dſ, qui eligitur vt iudex,
ſ. vt procedat in ſubſtantialib. ſeruato ordine iudiciali, & litē di
timat

ADDITIONES.

a ¶Actio. Adde Pet. de Anch. in conſi. 35. col. 2. poſt med. verſ. Et primo, & incip.
conſi. in hac cauſa, & ibi ꝙ in arbitratore poteſt cōpromitti de cauſis decima-
rum, & ſic de cauſa ſpirituali. & eundem Pet. in conſi. 198. col. j. incauſa qōnē.
b Potius tranſactionē. Adde Pet. de Anch. in cōſ. 444. inci. primo elecatus, col. j.

rimat corã ſe cœptũ, vel corã alio ſecundũ ordinem iudicij ſer-
uatũ, licet poſsit eã dirimere, ſi vult, & etiã inique, ff. de arbit. l.
j. & l. qualẽ, & l. diẽ. §. ſtatu. vnde arbitriũ diffinitur, trium actus
perſonarũ, ſicut in iudicio cõfligentiũ, vel eã indicẽdo iure vo
luntariè poſita. nec eſt vis ſi ſit cõpromiſſum cũ pœna, vel ſine
pœna, vel etiã ſine vlla ſtipulatione electus ſimpliciter, cuius
arbitriũ omologat̃, vel taciturnitate x. dierũ, vel expreſsè. C. de
arbi. l. pe. Oẽs. n. iſti ordinẽ ſeruare debẽt, & ad obſeruantiã age
retur arbitrij ſiue ſtipulatione, ſiue condictione ex l. vt eſt ſ. de
5 arbi. dilecti. † Arbitrator autẽ eſt, qui eligit̃, vt aliquid æſtimet,
veluti preciũ, vel operas, vel partes ſocietatis, vl̃ quid ſibi videa
tur de aliqua re, ſine ordine iudiciario dicat, vl̃ ſuper ea arbitre
tur, inſti. de emp. §. preciũ. ff. pro ſocio, ſi ſocietatẽ, & l. interpo-
ſita. ff. de verbo. obli. ſi quis arbitratu. & ff. de leg. 3. fideicõ. §. ſi
fideicõmiſſum. nec facio vim, an partes iurauerint ſtare dicto
huius arbitratoris, vel nõ. Itẽ an ſint ſtipulatæ de ſtãdo dicto e-
ius, an nõ, qa ſemp redigẽdũ eſt ad arbitriũ boni viri. ff. de ope.
lib. ſi libertus, de ver. oblig. ſi quis. ar. C. de dotis promiſsi. l. fin.
Quidã dicũt, idem etiã ſi ſub pęna ſtipulatæ ſunt ſtare arbitrio
huius arbitratoris, ſ. quia nunquã põt exigere penã, niſi ceſſaue
rit ſoluere id, ad quod p arbitriũ boni viri reductũ eſt dictũ arbi
tratoris, ar. pro his, ꝙ nõ obſtãte iuřo, & ſtipulatione ſine pęna
poſsit petere, ꝙ dictũ eius redigat̃ ad arbitriũ boni viri, eadem
rõne quoq; põt, ſi cũ pęna promiſit. Alij tñ ɔ̃triũ dicunt. Itẽ nõ
facio vim, vtrũ iſte arbitrator ſecerit lit. cõteſt. inter partes, vel
ẽtiã ſi ſñiam in ſcriptis pronũciauerit, vel ſimpliciter nudo ver
bo quod ſibi viſum eſt, dixit, qa corã eo nõ eſt iudiciũ, vel quaſi
iudiciũ, ſed totũ in ſua poſitũ eſt volũtate, & prædictarũ ſolẽni-
tatũ obſeruatio nõ eſt niſi corã iudice, vel arbitro, & ita nõ po
teſt dici lit. cõteſt. vel ſñia. Sed quid dices, ſi cõpromiſſum factũ
eſt, vt poſsit ꝓcedere ſeruato ordine iudiciario, & nõ ſeruato?
Reſpõ. hæc verba ſic ſunt interpretanda, & cõpromittat̃ in eũ
tanq̃ in arbitrũ, & hoc innuũt verba illa, ſeruato ordine &c. &
tanq̃ in arbitratorẽ, quod verba illa ẽt innuũt non ſeruato, & ſi
ꝓceſſerit vt arbiter, ſed ſeruato ordine, nõ rediget̃ dictũ eius ad
arbitriũ boni viri. Si aũt proceſsit vt arbitrator, i. nõ ſeruato or
6 dine, tunc redigitur ad arbitriũ boni viri. † Itẽ no. ꝙ ſi dicũt par
tes, eligimus eũ in arbitrũ ſimpliciter, non intelligit̃ electus vt
arbitrator, niſi ex alijs verbis appareat de ɔ̃ria intentione, puta
quia dixit, ꝙ poſsit procedere nõ ſeruato ordine iudiciario. itẽ
ſi dicant, eligimus in arbitratorẽ, vel in bonũ virũ, q determinet
quæſtiones noſtras: nõ intelligitur electus vt arbiter, niſi ex alijs
a verbis appareat aliud. Itẽ no. ꝙ dictũ arbitratoris ᵃ nunq̃ omo-
logatur taciturnitate x. dierũ, ſed ſi expreſsè illud cõfirmatur p
partes parit exceptionẽ quaſi tranſactionis, vel pacti. Dictũ autẽ
arbitri procedẽtis ordine iudiciario ſine pęna omologat̃. C. de
arbi. l. pe. nec vnq̃, & ſi iniquũ ſit, redigitur ad arbitriũ boni vi-
7 ri. † Itẽ nõ mutatur dictũ arbitratoris, niſi nõ modicè lædat. ff.
de oper. lib. ſi libertus. Itẽ dictũ arbitri nõ mutat̃, etiã ſi graui-
ter lędat, imò ſi pęna fuit promiſſa, agitur ad ipſam. C. de arbit.
l. j. ſi verò nõ fuit ꝓmiſſa, cũ ſtipulatio interceſsit, agit̃ ad inter-
eſſe. ff. de arbi. diẽ ꝓferre. §. ſi. & duab. ll. ſeq. & ita demũ, & ſi ſim
plr ɔ̃promiſſum ſit, & ſñia expreſsè p partes omologata fuerit,
vel itra x. dies nulla pars ɔ̃duxerit, orit̃ ex ſñia actio, & exceptio,
C. de arbi. l. fin. in ſi. & tunc agitur condictione ex l. illa.

ADDITIO.

a ¶Dictum arbitratoris. Adde Pet. de Anch. in conſi. 107. Inci. iudex, de in. col. 3.
circa ſi. & vide Bar. in l ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſo. & adde, ꝙ conſi.
Pet. de Anc. ſupra all. habetur etiam inter conſilia Card. in conſ. 29. & quota
eſt in 4. colum.

SVMMARIVM.

Iuramentũ contra matrimonium, an temerariũ ſit, et qua pœna puniendũ.

CAP. XXIIII.

TVa nos, & infra. [Iurauerũt.] Temera
riũ fuit hoc iuramen-
tũ, & imponitur pœnitẽtia tanq̃ pro mortali. 22. q.
4. q ſacramẽto. [cõpellas] temeritas iuramẽti facit,
ꝙ coguntur ad cohabitationẽ redire, ſi cauſa ſeruãdi continen
tiã, & per conſequẽs non temerariè iuraſſent, ſe non inuicem
petituros, vlterius petere non poſſent, arg. 30. qõ. 5. quod Deo.
[vtrinque] & ideo ſibi inuicem obijcere adulterium non poſ-
ſunt. infra de reg. & tranſeun. veniens, & infra de diuor. ſignifi-
caſti. infra de exec. cum eccleſiaſticæ. ff. de compen. ſi ambo: ſe
cus, ſi alterius parte tantum. j. de conuer. coniug. veniens.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones, quæ plerunque in iuramentis requiruntur, hic habes.*
2 *Nonnunquam excipiendo conſequimur, quod agendo petere non poſſumus.*
3 *An vxor dimitti poſſit ob aliquam cauſam, & quid de ſponſa.*

CAP. XXV.

QVemadmodum. [Contraxit.] Per verba
de præſenti. [conditio.]
1 † No. quaſdã cõdõnes ſubintelligendas, vt ſaluo iure
alterius. ſ. e. veniens. & authoritate ſuperioris. ſ. de re. conſti-
tutis, ſi Deo placuerit. 22. q. 2. ne quis Beatus, & §. j. Item hic, ſi
res in eodẽ ſtatu permãſerit. 22. q. 2. ne quis. ff de ſolutio. cũ qs.
Itẽ ſi ſeruet̃ mihi promiſſum. ſ. eo. peruenit. Itẽ ꝙ nõ præcipiat̃
ɔ̃ ius. ſ. eo. Quintauallis. altæ, vt C. de non nu. pecu. indubitati.
ff. de iure dot. ſtipulationi. ff. de ope. lib. ſi libertus. ſ. eo. breui:
ff. quarũ rerũ actio nõ datur. l. j. §. quæ onerãdæ. 32. q. vlt. c. ſi. C.
de cõdi. ob tur. cau. ſi repetendæ. [legẽ]. C. de pac. inter empto-
rẽ & vendit. cũ te. ſ. eo. peruenit, ſupra de tranſac. cõſtitutis. &
ff. loca. quæro. §. inter locatorẽ. [Ita] ſicut quod dictũ eſt, obti-
net in ſpõſalib. de præſenti, ita in ſponſalib. de futuro, ſecundũ
ꝙ ſequitur. [ductutũ] nota ſpõſam de futuro nõ dimitti prætex
tu præcedẽtis fornicationis. [alioquin]. i. ſi dicas, ꝙ ſi fornica-
tio ſequẽs ſpõſalia nõ impedit, eadẽ rõne ergo nec publicũ me
2 retriciũ. † [Fortius]. ff. de reg. iu. l. inuitus. §. cui damus. ff. de ſu-
perficie. l. j. §. ꝙ ait prætor. Quãdoq; tamẽ illud cõſequitur exci
piẽdo, quod agẽdo petere nõ poſſumus, vt ff. de neg. geſt. l. 3. §.
pupillus. Quãdoq; quædã cõſequimur agẽdo, q̃ nõ ɔ̃ſequimur
excipiendo. ſ. quod met. cau. ca. ad audientiã. ſ. eod. debitores.
[ſpõſum] ɔ̃ ſponſam. n. competit accuſatio de adulterio, C. de
adul. l. pp, niſi in caſu ff. de adul. miles, §. quærebat̃. nã etiã iniu
ria ei facta eſt, ff. de iniur. Itẽ apud. §. ſpõſam. ad idẽ ff. de adul. ſi
vxor. §. diuus. j. [alterutro caſu] in vxore dimiſſa, & ſpõſa admiſ
ſa. [quod quidẽ] iuřm. {cõdõnem}. ſ. ſi in legẽ matrimonij nõ
peccauerit. {ad vtrunq;}. i. ad ducendũ, vel ad dimittendũ vxo
3 rẽ. {eam} ſpõſam, & reſpõde ꝙ nõ. † {Profectò} hic vult dice-
re, ꝙ vxorẽ iã ductã per verba de præſenti nõ põt dimittere pro-
pter aliquã cãm, vel deformitatẽ ſuperuenientẽ: ſed ſpõſam de
futuro etiã interpoſito iuřo nõ tenet̃ ducere. ſ. e. ſi verò, cõtra.
Solu. nõ venit in hoc caſu ɔ̃ iuřm, qa illud iuřm hẽt cõdõnẽ ta-
citã annexã hanc, ſ. ſi pmanſerit in eodẽ ſtatu: ſed nõ manet in
eodẽ ſtatu, cũ nõ ſit apta facere illud, pp qđ dr̃, ſ. tollere viro oc-
caſionẽ fornicãdi, quia ad eã tam deformẽ accedere non vult.
{teneret̃} reſpon. minimè. {nõ dirimit} 50. diſt. qa te. {accu-
ſabit}. ff. de pac. ſi vnus, §. pacta, & §. illud. {canonicas} 28. q. 1.
c. ſi infidelis, j. de diuor. quãto. {adulterio} perpetrato. {reſte-
tur} 32. q. 1. c. j. ff. ad l. Iul. de adul. l. 2. §. 2. ff. de fur. qui vas, §. j.
{reſipiſcere}. i. pœnitẽtiam agere: ſed opponitur ɔ̃. {in hoc}
vbi iurauit nõ accuſare vxorẽ de adulterio. {Diuortiũ} in eo
enim, ꝙ rẽ familiarem, vel iniuriã eius tãgit, in hoc vult, ꝙ iura
mẽtu & etiã pactũ de nõ accuſando de adulterio ꝑterito obſit.
In his aũt, q̃ ad aĩam ſpectãt, minimè, & ideo põt adulteriũ cõ-
miſſum denũciare: tñ per hanc denũciationẽ iudex præcipiet
marito, ꝙ vxori nõ cohabitet, niſi ſe correxerit, qa non iurauit
nõ cohabitare, ſed nõ accuſare. Si autẽ vxori adulteræ nõ cor-
reptæ cohabitare iuraſſet, nõ eſſet huiuſmodi iuřm ſeruandũ,
arg. 22. q. j. c. j. immo credimus plus, ꝙ ſi nec p preces, nec p mo
nitionẽ vellet mulier ceſſare ab eius cohabitatione, per denun
ciationem, nec per iudicem poſſet induci ad penitentiã, poſſet
eam accuſare de adulterio, non obſtante prædicto iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Per creaturas licitum eſt iurare.*
2 *Chriſtianus iurans per deos alienos peccat.*
3 *Non licet iurare, niſi neceſſitate, vel vtilitate agente.*
4 *Prohibetur quandoque aliquid, non quòd ipſum ſit malum, ſed quia inde poteſt ſequi malum.*

CAP. XXVI.

ET ſi Chriſtus. {Procedat} quod voluit I ge
minatione, nõ, nõ. {phibuit-
1 ſe}. j. vbi dicit nolite iurare. † Creaturarũ} vt in Au
thẽ. vt nõ luxu. ɔ̃ naturã. primo reſpõ. c. j. 22. q. j. cleri
cus, ſi aliqua. 2. q. 5. q periurat. j. q. 8. quotiens, ff. de iureiuran. q
per ſal. & l. 3. §. vlti. ſed in omnib. ſicut ꝓximè ſequitur, potius
attribuitur diuinitas Deo, & nõ creaturis. {albũ} naturaliter,
accidentalr̃ fortè. {iurandũ} 22. q. j. monet, ff. de iureiur. non
2 erit, §. vlti. arg. 27. diſtinctio. ſi vir. 27. qõ. 2. nos nouimus. † Item
not. peccatum eſt Chriſtiano p Deos alienos iurare: ſed ſi iu-
rauit, implere dẽt, qđ iurauit. Itẽ Chriſtianus recipiẽs huiuſmo
di iuramẽta ab infidelib. nõ peccat, ar. 22. q. j. monet. {nolite}
ideſt nõ habeatis volũtatẽ iurandi. {neceſsitas} ſupple, & vtili-
tas. 22. q. j. tu malũ, ita ergo. {comites} 22. q. 2. animaduerten-
dũ. [veritate] cõſcientia. [iudicio]. i. diſcretione, ſiue delibera-
tione. [iuſtitia] quod fiat de relicita, cuius obſeruatio ſit iuſta.
3 † [Per quodcũq; aliud] hinc collige, ꝙ vel nulla, vel modica eſt
differẽtia, ſiue iurent ſuper ſancta Dei euangelia, ſiue ſup reli-
quas creaturas, ſiue etiã dicãt, promitto hoc in fide mea. qa nõ
ſolũ per creata, ſed etiã per increata iurare vetat, niſi neceſsitas,
vel vtilitas hoc expoſcat, ar. ſ. quod me. cau. ad aures, ſ. de arbi.
cũ tẽpore. maior tamẽ cõtemptus & maius peccatũ eſt fallere
iuramẽtũ factũ per increata, vel ꝑ ſanctiores creaturas, q̃ p mi-
nus ſanctas. Itẽ verũ iuřm eſt, qñ dicere veritatem aſſerit peri-
culo animę ſuæ, infra de frigi. & malefi. fraternitatis. tñ ſemper,

quando

quãdo quis parti iuramētū defert, iurandū eſt, ſm ꝙ placet ambabus partib. ff. de iureiuran. l. 3. §. vlti. & l. 4. & 5. In iuramentis tamē, quæ in iure præcipiūtur, vt eſt iuramētū teſtis, & calumniæ, ſemꝑ iurandū eſt ſuper ſancta Dei euãgelia, ſupra de iur. calum. c. vlti. 11. q. 1. teſtimoniū. & idē intelligas in omnib. alijs iuramētis, quæ a iure, vel a iudice, vel a partibus ex neceſſitate deferuntur. & idē eſt etiã, ſi partes ꝓmiſerunt aliquid iurare nulla forma diſtincta. [finis]. ff. de iureiu. nō erat, §. vlti. 22. qō. 1. mouet. [teſtis] ſic iurabant antiqui. 22. qō. 1. ſi peccatū. [per gloriã] 22. q. 1. vt noueris, ſi peccatū. [quædã] hæc enim illicita ſunt ſecundū ſui natura, quædã autē ciuiliter, i. iure poſitiuo, vel conſuetudinario, ff. de verbo. ſigni. ꝓborū, ff. de adult. ſi adulteriū.

4 †[Sequunẽ] no. aliquid prohiberi propter mala, quæ ſequi poſſunt. 22. diſtinctio. denique. 38. diſtinctio. c. ideo. 12. quæſtio. 3. nolite. arg. contra, ff. de pact. ſi vnus, §. iſtud, ff. qui & a quibus. l. vlti. in fi. [indulgemus] .i. indultum de iure cōi ſignificamus.

S V M M A R I V M.

In peccato mortali conſtitutus, & ad epiſcopatum promotus, an deponatur.

CAP. XXVII.

SIcut noſtris. [Vacãte] quãdo nihil licet immutari, j. ne ſed. vac. per totū. [Iuramēta] no. in mortali peccato cōſtitutū, & ad epiſcopatū ꝓmotū non deponi. ad idem ſ. de renun. niſi cū pridē, §. pp conſciam, & §. perſonæ. & dicunt quidã hoc fieri pp peccatū, quod eſt leue, ꝙ. ſ. nō deijcit iam promotū. 68. diſtin. c. j. 50. di. quicunq;. Quod autē incauta iuratio ſit peccatū leue, apparet ea pnĩa leui. 22. q. 4. cū iuramēto. ſi autē eſſent magna crimina & publica, bene deijcerent, vt ſ. de renun. niſi cum pridem, §. perſonæ. 24. diſt. c. vlti. 50. diſt. ex pœnitentib. 81. diſt. ſi quis ſine, & c. quicunque. quæ autem crimina inducāt depoſitionem, & quæ non, no. ſ. de tempo. ordi. ex tenore.

S V M M A R I V M.

Iuramentum factum in præiudicium alterius non tenet.

CAP. XXVIII.

CVm contingat. [Legitimas]. ff. de fun. dotal. l. Iulia. [ſeruare] ſecundū canones, ſm leges ſecus, C. de legib. non dubiū. [alterius] puta creditorū. ſi enī in eorū præiudiciū vergeret, ſecus, vel ſi vergeret in ꝑiudiciū eccleſiæ, ſ. eo. c. 2. idē ſi vergeret in præiudicium regis, j. eo. intellecto. Idem, ſi vergeret in præiudicium cuiuſcunq; alterius, ſ. eo. venientes.

S V M M A R I V M.

1 *Non contrahitur in re turpi.*

2 *Vaſalli ad quæ ſeruitia teneantur dominis.*

3 *Si quis commodat equum, vel arma ad bellum, & ibi amittantur, non competet actio ad repetenda. quid autem in mandatario, in nu. 4.*

5 *In bello iuſto, quod ex principis edicto fit, res occupatæ ſunt capientium.*

6 *Nunquid actio, vi bo. rap. competat ei, cui abſtuli rem meam violenter, cum eam mihi reddere denegaret.*

7 *Non fit compenſatio in pœnis temporalibus, vel ſpiritualibus, vel etiam in pecuniarijs, quæ applicantur fiſco.*

8 *Socius tenetur ſocio, ſi aliqua amittat caſu fortuito.*

9 *Socij tam de lucro, quàm de damno participes eſſe debent.*

CAP. XXIX.

SIcut, & infra. [Iniuſtè] ſecus, ſi iuſte. 23. q. 4. dicat. de hoc no. j. de homi. ſicut. qđ ſit iuſtū bellū, & qñ liceat alicui aliū impu-

1 gnare, no. ſ. de reſti. ſpol. olim. † Et no. ꝙ nunq̃ vocati ad iniuſtū bellū habēt actionē mandati, vel aliã ꝯ vocantē ad impendia, vel dãna cōtingentia ſibi occaſione vocationis, vel mãdati, quia in re turpi obligatio nō ꝯhitur, inſti. manda. §. illud quoq;. ff. mãda. ſi remunerãdi. §. rei turpis, & l. ſi manda. §. q codē. Vocati aūt ad iuſtū bellū, actionē mandati habēt ꝯ vocātē, niſi ex debito teneanẽ, vẽ niſi cã pietatis, vel humanitatis, vẽ parentelæ faciãt. 23. q. 3. nō inferenda, & in alijs c. eiuſdē qō. 11. q. 3. ſi dño, & c. Iulia. & vẽ, ꝙ illi, qui ex debito faciunt, ea cutantur, niſi bellū eſſet malū manifeſte. 11. q. 3. quid ergo. 23. qō. 1.

2 qđ culpatur. † Itē vẽ, ꝙ de iure eſt, ꝙ vaſalli licet teneanẽ eſſe in cōſilio, & auxilio, ꝙ dñi non lædanẽ. 22. qō. 5. de forma, non tamē milites dēnt ire cū armis ĩ ſeruitio eorū: nec aduocati tenētur pro eis aduocare, vel alia ſeruitia eis exhibere, niſi ex pactis ad hoc teneantur, cū non teneanẽ ad munera ꝑſonalia cū ſūptu, vel ſine ſumptu, ſiue ex pacto. de hoc no. j. de immu. eccle. nō minus. vel niſi in caſibus, qui ponunẽ in vſibus feudorū, vel niſi ex cōſuetudine, vel alio iure ſpeciali debeāt teneri. Sed cōtra prædicta vẽ. ſ. ꝙ dñs vocans alios nō dēt teneri de dãnis datis ĩ bello, qa caſus fortuiti nō dēnt imputari ſibi. j. de homi. c. Ioãnes. Sed reſpō. ꝙ hic nō fuit caſus fortuitus, qui de facili potuit præuideri a vocãte, ſ. ꝙ ſi iret ad bellū, ꝙ de facili poſſet expolia-

3 ri & capi, qa dubius eſt euentus belli. † Secus tamē eſt in cōmodatore, qa ſi cōmodat equū, vel arma ad bellū, & ibi amittanẽ, nō cōpetit actio ad ea repetēda. ff. cōmo. ſi vt certo. §. ſed interdū, & hoc erit ea rōne, qa nō exceſſit fines ꝯtractus, quia ad eum vſum vſus eſt, ad quē accōmodatū accepit. idem eſt in locatione equorū, vel armorū, qa ſi ibi capianẽ, cōductor non tenetur ad emendã, quia ſic ea cōduxit. ff. loc. l. videamus. §. ſi hoc. & cō-

4 mo. l. fi. † Mandatarius aūt, qui vocaẽ ad bellū, licet præſcire potuit, ꝙ equū de facili amittere poterat, ſciebat tamē, ꝙ ꝑ actionē mandati cōſequi poterat a mãdatore impendia ſua, & damna. ff. mãd. itē caſus. §. impēdia, & l. q mutuã. §. fi. Sed locator debet eſſe cōtentus mercede ſua: vnde nec teneẽ cōductor, dūmō dolū, vel culpã nō cōmiſerit. cōmodatarius etiã non tenetur, niſi de dolo, & lata culpa, vel leui. & leuiſſima. ſed cōſtat, ꝙ ille, q vtitur equo ad eū vſum, ad quē ei cōmodatus eſt, nec etiã in minima culpa eſt. hæc autē in mãdatario non attenduntur, immo, qñ mãdatarius melius implet mandatū, tunc hēt actionem mandati ad impendia, & dãna, dūmodò abſint dolus & culpa.

5 † In iuſto autem bello, qđ fit ex edicto principis, dicimus, ꝙ res occupatæ ſunt capientiū, & liberi hoīes capti fiunt ſerui. ff. de cap. & poſt. reuer. hoſtes. ff. de verbo. ſigni. boues. Si verò nō ſit bellū ex edicto prĩcipis, ſed alias ſit iuſtū, puta quia eſt ad defenſionē rerū ſuarū, vel pro executione iuris ſui, tunc diſtingue, qa ſi ille, q bellū tale gerit, hēt iuriſdictionē, pōt ſtatuere, ꝙ quicūque inuaſerit aliquem, liceat inuaſo bona inuaſoris capere, & ſua facere, & etiã inuaſorē detinere, quouſq; eū dño aſſignet, vt no. j. de ſenten. excō. a nobis. Itē ſi ſup hoc nō fecerit aliquã conſtōnē, pōt tamē damnare de inuaſione facta intra fines ſuæ iuriſdōnis. C. vbi de crimine agi oportet, authē. qua in prouincia. Si autē ille, q tale bellū iuſte agit, nullã hēt iuriſdictionē ſuper eo, ꝑ quo bellū agitur, & tamē qa iuſte pugnat, puta qa alius inuadit ipſum, & ipſe ſe & res ſuas defendit, & tunc licet vim vĩ repellere, & etiã in repellēdo hoīes percutere, & etiã occidere, ſed cū moderamine inculpatæ tutelæ, vt no. ſ. de reſt. ſpo. olim, in fi. tunc tñ non licet ei bona eius capere, nec capiendo ea ſua facere, nec licet inuaſorē detinere. & tunc nō competit inuaſori ꝯ hunc ſpoliatorē actio, vi bono. rap. nec actio iniuriarū, quia obſtat ei exceptio paris criminis. j. de adul. intelleximus, vbi nota. ſed bene cōpetit rei ven. qa dñium remanet penes eū, ſicut

6 prius. ff. de rei ven. l. in rē actio. † Sed quæres, ſi mihi repetenti meū reddere deneges, & ego meū violēter aufero, nunquid tibi cōpetit actio, vi bo. rap. ar. ꝙ ſic, ff. qđ me. cã. l. extat. Sed ex prędictis vẽ, ꝙ dēt tibi obſtare exceptio paris delicti, qa delinquis ita tu denegãdo, qđ meū eſt, ſicut ego, q vi rapio. So. circa diuerſa ſunt hæc delicta, & ideo nō cōpenſanẽ: hic tñ conſtat, ꝙ exceptio culpæ nō impedit ꝓſecutionē actionis de dolo, vel criminis. ff. ſolu. ma. ſi mora. Alij dicūt in prædicto caſu, & vẽ melius, ſ. qñ ſpoliatus ſpoliauit ſuū ſpoliatorē, vtriq; ꝯ alterū competit actio vi bo. rap. & etiã iniuriarū. Sed bene cōpetit alteri ſpoliatori exceptio cōpenſationis in tm̃, quantū æſtimabitur ſpoliū, vel iniuria alterius. ſic. n. intelligiẽ, ꝙ dolus dolo cōpenſatur. ff. de dolo, ſi duo, & paria crimina mu. cō. tol. j. de adul. intelleximus. Itē fit cōpenſatio inter delinquentes quo ad mutua paria debita, ēt ſi nō ſint pecuniaria, vt in redditione debiti coniugalis, & in receptione dotis, & donationis pp nuptias, & ſic intel-

7 ligitur j. de adul. intelleximus. ff. ſol. matr. vito. † Quo ad pœnas autē tēporales, vel ēt ſpirituales, vel ēt quo ad pecuniarias, quę applicātur fiſco, nulla fit cōpenſatio: imò oēs, q delinquunt, & illi tm̃ puniuntur, vt patet C. de mō mul. per totū. j. de his, quæ fiūt a maio. pat. capi. quiuit. Itē vẽ, ꝙ iſte mandator, q vocauit alios ad exercitū, q amiſerūt equos, & arma, hēt actionē vi bonorū rapto. ꝯ raptorē pro rebus ablatis vocatis, cū ſua interſit, qa actione mãdati teneẽ eis ad ſatisfactionē: tu tñ dicas ꝯtrium, & hoc ea rōne, qa res ablatæ nō erant in bonis mandatoris, nec de bonis eius ꝓceſſerant. ff. vi bo. rap. l. 2. §. in hac actione. actio. n. fur. vel bo. rap. nō ꝯpetit nīſi ei, q habuit dominiū, vel poſſeſſionē, vel detentionē, vel aliquod ius, vt eſt ille, cui res obligata ē pignori, ſed nondū tradita. ff. de præſcri. ver. ſi rem. §. ſi quis. ff. de fur. ſi is q rem, & l. hoīes, ergo expoliati ſinguli agere dēnt. Sed ꝯ. j. de iniurijs. c. pe. ſolu. ibi. idē vĩ, ſi etiã mandator eis promiſiſſet, ꝙ ſeruaret eos indēnes. ff. locati. l. quæro. In his autē caſibus, & ſimilib. expediens eſt cōſilium, vt mãdator ſatisfaciat ſpoliatis: ſed ante ſatisfactionē ſibi cedi faciat actionē. ſic enim agere poterit ꝯ ſpoliatores. C. man. l. pen. & vlt. poſt ſolutionē autē non ꝓdeſſet facta ceſſio, niſi & de ipſa facienda antea cōueniſſet. ff. de ſolu. l. Modeſtinus. quid ſi ego mãdaui alicui, ꝙ faceret mihi edificiū in inſula circūdata mari, & mãdatarius volēs adimplere mandatū accepit ſeruos, & pecuniã, & calcē, & aliam materiã edificij, quã prius habebat nō ob hanc cauſam, ſed ob aliã, & ea oīa mittat ꝑ mare ꝓ mãdato edificij ĩplēdo, & oīa naufragio pereant? nullo mō de hoc dãno teneẽ mandator, qa ca ui imputandū eſt, & nō mandato. ff. mãda. inter cauſas. §. non oīa. Sic. n. hæc oīa poterãt venire caſu fortuito domi remanēdo, ſicut perierūt eūdo ꝑ mare, licet plurib. caſib. & frequentib. ſubiacerãt eūdo ꝑ mare, q remanēdo domi. nō. n. caſus

fortuitu

fortuiti æſtimādi ſunt. iſte enim pp mandatū nihil amiſit, ſed pp caſum tm̄, vt dicit lex. præall. Et ſi aliud dr̄, ſequitur magna abſurditas, ſ. ꝙ ſi p vnū ſolū paſſum prædicta portata eſſent, vel etiā ſolū in ōportari deſtinata, & ſulgure, vel alio ſortuito caſu periſſent, ꝙ mādator tenere, quod abſurdū eſt dicere, vel ſentire. Sed ſi ſeruos, vel materiā ædificij emiſſet pp ædificiū, vł pecuniā mutuo accepiſſet, vel pp edificium alienare omiſiſſet, & hoc caſu fortuito periſſet, bene tenet mandator mādati, etiā ſi eodē mō apud mandatarium periſſent. probaſ hoc ff. de cōdi. ob cau. ſi pecuniā. ff. manda. ſi procuratorē. §. vlti. & l. ſeq. §. itē Papi. & §. itē Labeo, & l. ſi quis aliqui, & l. inter cauſas. §. impēdia, & l. q mutuā. §. ſi. ff. de neg. geſt. ſed an vltro: iſte enim nō pp caſum fortuitū tm̄ hoc amittit, ſed ꝑpter mandatū, quia nunq hic emiſſet, vel mutuo accepiſſet, niſi ꝑpter mandatū implen-
8 dū hoc feciſſet, & ideo de eo tenendus eſt. † Sed dices, eodem mō nunquā amiſiſſet prædicta, niſi mandatū præceſsiſſet, quia nunquā mari expoſuiſſet. Reſpond. neſcis, ſi alio caſu fortuito periſſent, etiā ſi domi ſtetiſſent, cū infiniti ſint caſus, qui præuideri non poſſunt. C. de vſu. l. penul. circa mediū. C. de præſcrip. 30. anno. l. ſi. ante finem. In ſocietate tamē ſecus eſt, quia ſocius tenetur ſocio, ſi aliqua amittat caſu fortuito, ſi ea ſecū non tuliſſet, niſi ad negotiandū iuiſſet. ff. p ſocio, cū duobus. §. quidā. & eſt rō diuerſitatis, qa ſocietas eſt quaſi quædā fraternitas, &
9 ideo magis dēt cōmunicare dāna, & lucra. † Itē quia ſocietas ſit cauſa lucri, & ob vberiorē quæſtū, & quaſi fratres participant ſibi lucra, vnde dāna participare dicunt. ff. pro ſo. l. chori ſocietatē, & l. ſeq. & l. cū duob. §. Pap. alias eſt lex, & incipit, ſi fratres, & §. ſeq. equū enim eſt, vt q patitur lucrū, patiatur & damnū. ff. de re. iu. l. ſecundū naturā. Quidam dicūt idē ſeruādū inter mādatorē, & mādatariū. & hoc ccsrū eſt, qa ſi ſic ſeruet, vrbanū eſt certe, & d iure. Itē vł, ſiue prius ſuas, ſiue d nouo ēptas caſu fortuito amiſit, dūmō caſus talis ſit, quem nō incurriſſet, niſi mandatū accepiſſet, vt in l. præal. ff. de condi. ob cau. ſi pecuniam. §. ſi. ff. pro ſo. cū duobus. §. quidam. ff. man. inter cauſas. §. impendia. ff. de nego. geſt. ſed an. Si autē non eſſet talis caſus, qui propter mandatū contingit, ſed etiam aliàs contigiſſet, tunc nō haberet actionē mandati, & ſic intelligitur ff. manda. inter. §. non omnia. [ipſum.] H. [negligit] ſupra eo. peruenit.

CAP. XXX.

Nimis. [Temporale] ſupra de maioritate, & obedien. ſolitę.

SVMMARIVM.

Iuranti non eſſe contra aliquem, quibus in rebus liceat conuenire, & quomō.

CAP. XXXI.

PEtitio. [Extorſit] precib. importunis, vel ēt metu, qui cadcret in cōſtātē virū: alias enim ſecus, vt no. ā. eo. ad noſtrā. [ipſum] hęc verba ſequētē interpretationē recipiunt, quia agebaſ hic inter eos, quod ex illis verbis apparet, cōſpiſationes &c. alias ſi generaliter ageret, ꝙ in nullo negotio eſſent cōtra eū: tunc enim in negotijs eccleſię non aſtringerentur, vt ſupra eo. c. 2. ſed i ſuis propriis deberēt obtinere abſolutionem, ſi iuſtus erat metus, vel alia cauſa rationabilis, quare fuit iuramentū extortum, vt no. ſupra in c. quod me. cauſa, ad aures. [ſpecialibus] ff. loca. l. qui inſulam. §. vlti. C de ſo. inquiſitio, arg. ff. de pac. cum eo. in Auth. vt diffic. iudi. §. ſi vero recu. ff. ſi ſerui. vindi. alterius.

SVMMARIVM.

Teſtis iurans de veritate dicenda, an non tantum quæ vidit, ſed etiam quæ nouit, & quæ alia dicere teneatur.

CAP. XXXII.

EX literis. [G.] debitore. [E.] creditore. [a partib.] per quas pōt melius veritas haberi, vnde & ad eas eſt recurrendū. ff. de procu. ſi actor. C. de procu. l. ſi. ſupra de iura. calum. cū in cauſa, vbi no. Iſtud autē iuramentum licet dicatur de veritate dicenda, non eſt tantum de
a his, quæ quis vidit, ſed eſt tm̄ de his q̄ quis indubitanter nouit:[a] nā non vidi Chriſtū crucifigi, & tamē firmiter hoc noui. Item nō vidi Conſtantinū, nec Iuſtinianū Imperatorē, ſed ipſum bene noui, ar. ī. de teſt. ad hoc. ff. de iureiur. videamus. ad hoc facit, quod dicit Aug. ꝙ ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, qa de futura beatitudine nō pōt haberi certitudo ſcientiæ, ſed credulitas tm̄. ſic eſt in iuramento de veritate dicenda, quia iurat vera eſſe ea, de quib. nō dubitat, licet ea nō viderit, ſed teſtis non tantum iurat de veritate, ſed de his, quæ in eius præſentia ſunt facta. C. de teſti. l. teſtium. Innocen. IIII.

ADDITIO.

a ¶ Nouit. Ad hoc dictum Inno vide Cardi. late in conſilio 56. incipien. in elucidatione præmiſſi dubij, col. 2. verſi. ſed ad hoc ſtatim, & col. ſeq.

CAP. XXXIII.

Intellecto. [illibata] hęc dec. itelligiſ, qm̄ fecit alienationes, pp quas grauiter lędiſ dignitas regalis. ſi n. pp hoc interdiſ ſibi donare, vł aſr alienare, ar. ī. eo. tua nos. 2.

SVMMARIVM.

Contra propriam confeſſionem an & quando liceat venire.

CAP. XXXIIII.

MVlieri. [Hoc]. ſ. ꝯhere. [cōſcientiæ] quidā dicunt hoc ſpeciale in matrimonio pp periculū quod eſſet, ſi cōtinere cogereſ, at. ī. de eo, q cog. conſan. vxor. ſuæ. Iordanæ, vł dic, qđ plus placet. ſ. ꝙ poſt ſn̄iam cuilibet licet ꝯ ſuā ꝯfeſsionē venire. d hoc no. ī. d excep. cū venerab.

SVMMARIVM.

Iuramen. an extendatur ad præterita vel futura.

CAP. XXXV.

CLericus. [Idē] hoc intelligo, qñ poſtea facto nouo ſtatuto dixit ſe, velle teneri ad eius obſeruantiā ex debito prius præſtiti iuramēti. Secus autem, ſi iuraret ſeruare ſtatuta præſentia & futura, ar. ī. c. veritatis, & ī. de teſti. cogen. præterea. nā tunc ex virtute iuramenti teneretur ad ſtatuta facta poſt iuſiurandum, dummodo bona & canonica eſſent, argumen. ſupra c. veniens.

SVMMARIVM.

1 *Iuramen. aliud neceſſarium, aliud iudiciale.*
2 *Iurare quando quis cogitur, etiam ſi nihil contra ſe ſit probatum.*

CAP. XXXVI.

1 IVramentum. [A te] † iudice, & appellatur hoc iuſiurandū neceſſariū. [de cauſa]. ff. de in lit. iur. l. vlti. C. de iureiuran. generali. §. ſin autē. [recuſari] C. de iureiuran. de lata, & l. generali. §. ſin autē is, cui. & appellatus hoc iuramētū iudiciale. [famoſa]. ff. rerū amo. Marcellus, &
2 l. ſeq. [actor.] C. de eden. qui accuſare. [actor] niſi † qñ iudex accuſatur, ꝙ accepit pecuniā pro diffiniēda cā, in quo caſu, & ſi nihil probeſ ꝯ eū, tō iurare dēt ſe nihil accepiſſe, in Auth. vt liti iur. colla. 8. & hoc in alio caſu qūo ipſe ponet, & no. ī. de procu. c. 2. [Præſumptione] vnus teſtis. [obtinere] ſi vero nil probat, reus abſoluitur. ſi autē ſemiplene, puta qa per vnū teſtē defertur iuſiurandum, vt hic. C. de eden. qui accuſare. C. de iudic. properandum. [pro illo] actore. ff. de iureiu. admonendi. [deferendum.] C. de iureiuran. in bonæ. C. de iudi. properandum. ff. quemad. teſta. aper. l. j. in ſi. ff. de do. præ. Theopompus.

De exceptionibus. Rub. 25.

SVMMARIVM.

Ex confeſſione ſua an & quando quis damnari poſſit pœna ordinaria.

CAP. I.

c ¶Auctoritate locatoris. Adde ꝙ hãc opi tenet Fran. Arec. in cõſi. 21. & in l. clam poſſidere. ff. de acq. poſ. & vide latiſſimè per Mod. in l. 2. col 3. cum duab. ſeq. hic alleg & vide Pet. de Anch. in conſi. 274. incip. ad declarationem.

De rerum permutatione. Rubrica 19.

S V M M A R I V M.

Pragmatica, quid ſit.

CAP. I.

SI Princeps. {Pragmatica.} i. confir-
mat1one facta à Principe
cũ cauſæ cognitione. alias aũt pragma dr̃ cau-
a ſa, pragmatica ᵃ ſanctio conſtitutio ſuper cauſa
aliqua promulgata [Promulgata.] Supple & re
liquę ſolennitates iuris interuenerint.

ADDITIO.

a ¶Pragmatica. Quid dicatur pragma. ſanctio, adde gl. in c. peruenit. 101. diſt. & in l. iubemus nullam. C. de ſacroſan. eccle. gl. in c. dic. te, 25. q. 2. Do. in cap. omnes, 19. diſt. & Ioan. de Imo. & Card. in cle. j. de vi. & hone. cle.

CAP. II.

VT commutationes. [Succeſſor.] Et etiã
ab ipſo faciente cõ
mutationem, ſi ſuſtineatur in adminiſtratione, ĩ. de
reb. eccle. non alie. ſi quis præ. & no. ĩ. de elect. noſti.

CAP. III.

MAncipia conuenit. [De honeſto.] Si. n.
aliter fiat, tenet, 12.
q. 2. eccleſiaſticis. {Ad humanos.} i. ſeculares. [Nõ
accet.] De honeſto, vel de facili, ideſt ſine manifeſta cauſa.

S V M M A R I V M.

Vitium ſerui eſt emptori denunciandum, ne redhibitioni ſubiaceat.

CAP. IIII.

IVſtum. {Mãcipio.} i. collatione. [Fugitiuos.] ideſt
qui fuerunt fugitiui, ſed modo deſierunt, 12.
quæſt. 2. fugitiui, & ſic non eſt contrarium C. ad l. Falcid. de
pla. in fuga. debet tamen denunciari emptori vitium ſerui, ne
redhibitioni ſubiaceat. ff. de contrahen. empt. ꝙ ſæpe. §. ſi quis
amico. [Eſt abſurdum.] De honeſto, vel ſine cauſa.

S V M M A R I V M.

Permutatio prebendarum an ſit prohibita.

CAP. V.

QVæſitum. [Prebendarũ.] Quę in diuerſis eccle
ſijs ſunt, vel ẽt in eadẽ eccleſia, ſed di
uerſo iure cenſent, puta quia vni pbendę aliquod ſpe
ciale onus incũbit, qd̃ nõ incũbit alij, vel ſi ſunt in eadẽ eccleſia
diuerſę dignitates, vel diuerſorũ officiorũ pbendę, ſorte q̃a alię
quę deputatę ſunt cantorib. alię alijs officijs. alias aũt bene põt
vnus canonicus vnã pbẽdã cũ alio pmutare, dũmõ collatio p-
bẽdę nõ pertineret ad inueſtiturã alicuius, q̃a tũc vr̃, ꝙ eius dẽt
requiri ꝯſenſus. [Simonię.] j. c. pxi. 4. q. 2. quã pro. bene põt dice-
re, ꝙ ex quo nõ poſſum ſecure in mea eccleſia morari, vel pfi-
cere ibi pp diuerſitatẽ linguæ, vel alia iuſta de cauſa, ſupplico,
vt de mea pbenda, vel eccleſia alij prouideatis, & mihi proui-
deatis

dcatis in alia: credimus ēt, ꝙ poſsit ēt dicere, & tali melius com peteret mea eccleſia, q̄ mihi, arg. ī. de præb. inter cetera: ſed ipſis, qui ꝯmutare debent, hoc inter ſe paciſci & tractare nō licet.

SVMMARIVM.

Permutatio eccleſiarum & iurium ſpiritualium an fieri poſſit.

CAP. VI.

AD quæſtiones. [Habet.] Ad mēſam ſuā deputatā, alias non liceret, ī. de reb. eccle. nō alie. c. j. vel nō ſolū eccleſia erat maioris eccleſię, ſed ēt poſſeſsiones, 16. q. 2. c. j. & no. ī. de p̄bē. de monachis. vel dic, ꝙ permutatio pōt fieri de eccleſijs nō ſolū ad mēſam pertinentib. ſed ēt de alijs, in quib. quantumcūq; iuris hēt. nō. n. p̄hibeī permutationē fieri iuriū ſp̄ualium inter ſe, vt hic dicit. [Eccleſijs.] Et cū eccleſijs trāſibūt alia ſp̄ualia, vt ſunt decimę, & mortuaria. [Miſceanī.] i. ſeparatim fiat ꝯtus eccleſiarū à ꝯtu poſſeſsionū. vel hic vult dicere, ꝙ caueāt permutātes, ne occaſione ſp̄ualiū iuriū, de quib. plus habet vna eccleſia, q̄ alia, plus vel minus pecunię, vel alterius rei tēporalis tribuāt.

CAP. VII.

CVm olim. [Cōmutaſſent.] Et malè, ī. eo. queſitum. [Inficiebatur.] Sed poſtea fuit probarū alio modo, vt ſtatim ſequitur. [Reſignault.] Mentitur, vt ſtatim ſequitur, & per alias probationes conſtitit. [Conſtaret.] Fortè per teſtes. confeſsio enim contradicebat, vt ſtatim dixit. [Errorem.] ſ. permutationem.

CAP. VIII.

CVm vniuerſorum. [Prębēda.] Hoc. n. cōuenicbat inter eos, ꝙ G. p̄bendā ſuā daret cuidā cōſanguineo ipſius L. & L. p̄bendā ſuā daret G. [Cōſanguineo.] Qui ēt illicitè permutationis cōſcius, & fautor erat. [De iure.] ī. eo. q̄ſitū. [Simplicitati.] Hic. n. de benignitate loquiī: ſecus d̄ iure. [Amoto.] Reſignauerat. n. ex eā, q̄ nō fuerat ſecuta: tñ iuſtius vī, ꝙ L. q fuerat deceptor, priuareī: ſed & hoc iuſtū erat. licet. n. G. eēt puniēdus ex eo, ꝙ ſimoniacè reſignauerat, vel renūciauerat: renūciatio tñ ñ tenebat, qa ſimoniacè, ſicut nec collatio bñficij ſimōiacè ſacta tenet, ar. j. o j. ordinationes, & qa ex cā renūciauit, q̄ ñ fuit ſecuta.

CAP. IX.

Exhibita. [Ipſe.] Capellanus.

De feudis. Rubrica 20.

SVMMARIVM.

Feudatarij vocantur ruſtici, qui tenent poſſeſſiones, quarum ratione debent aliqua ſeruitia exhibere.

CAP. I.

INſinuatione. [Gageria.] Villę, vel poſſeſsiones. [Eccleſię.] Id eſt ep̄atus. [Recepiſſe.] In eā pignoris. [Cōputādos.] Et eſt hoc fortè in odiū feudorū, ſicut j. de vſu. c. j. nā cū nō liceat res eccleſiæ alienare ſine neceſsitate, 12. q. 2. neceſsitatem, & c. ſine exce. & feuda de gratia cōcedātur, & ꝯ ius facilis eſt eorū reuocatio, arg. ī. de his, quæ fi. à p̄la. ſine cōſen. ca. cū Apoſtolica. vel hic vocat feudatarios ruſticos, qui tenēāt aliquas poſſeſsiones, quarum ratione debent aliqua ſeruitia exhibere, & non excedant multum fructus valorē ſeruitij. alioquin eſſet ꝯ mandatū Dei, mutuum dantes, &c. vel dic hanc decre. & conſimiles loqui in eo caſu, quando illicitè tenent, ſ. quia in feudo datę fuerunt in caſu illicito, ſicut decimæ in feudo darenī, q̄ tamen ſine ſcandalo recuperari non poſſunt, & hoc innuitur j. de vſuris, c. j.

SVMMARIVM.

Iuramentum de non infeudando circa quas poſſeſſiones iurans aſtringatur.

CAP. II.

EXparte. [De nouo.] Hoc. n. iuramentum intelligitur vt rem feudatariā conſtituat. [Alienare.] Et propter hoc debeat amittere feudum. [Recuperare.] De facto, quia de iure ipſo facto cadit à feudo, vel à iure feudi. [Concedas.] In nullo enim caſuum prædictorum erāt poſſeſsiones de menſa, vnde iuramento non aſtringebatur, qđ tantum loquitur de poſſeſsionibus ad menſam pertinentibus, arg. ī. de rebus eccle. non alie. vt ſuper poſſeſ. vbi no.

De pignoribus & alijs cautionibus. Rubrica 21.

SVMMARIVM.

Pignori obligari poſſunt vaſa & alia ſacra, neceſſitate imminente.

CAP. I.

NVllus presbyter. [Librum.] Hic prohibetur obligari p̄p honeſtatem, quia alias conſecratus non eſt. calix autem certam recipit cōſecrationē, & ad minus, cū ibi confectum ſit corpus & ſanguis dñi Ieſu Chriſti, non debet à profanis tangi: veſtis etiam benedictionem recipit, arg. 12. q. 2. aurum. [Neceſsitate.] No. neceſsitate imminente vaſa & alia ſacra obligari pignori, arg. j. e. a. ſ̃m legem, cōtrarium C. de ſacroſan. eccle. ſancimus. ff. quæ res pig. obl. l. eam. ff. de pig. ſed & quod. §. qui emp. arg.

CAP. II.

LAtor. [Liber.] Contra, ī. de iureiuran. ex reſcripto. ſol. ibi.

SVMMARIVM.

Eccleſia contra deceptionem non ſolum habet rei vend. ſed etiam actionem negociorum geſt. contra ſacerdotem, qui malè adminiſtrauit.

CAP III

EX præſentium. [Pro ſua.] i. propria, nō eccleſię. creditor tamē hęc neſciebat: ſed pro vtilitate eccleſię accipi credebat, & ſic etiā ꝯtus noīe eccleſię celebraī. alias. n. res eccleſię obligatæ nō eſſent, nec cogereī aliquis pro earū liberatione ſoluere pretium. C. ſi res ali. pig. da. l. curator. C. q̄ res pig. ob. poſ. q filius. & eccleſia liberè petere pōt, 10. q. 2. hoc ius, in ver. qui vero res, ī. de reb. eccle. non alie. ſi quis, vel hic de facto recuperare non poterat, niſi pretiū reddi faceret, ſic ī. de reb. eccl. nō alie. ad audientiā. Vel dic ꝯtū factū noīe eccleſię, & ſeruata fuit forma, ſed nō conſtat fuiſſe ꝯuerſum in vtilitatē ipſius eccleſię, & quia nō cogebaī eccleſia, nō cogitur ſacerdos, 10 q. 2. hoc ius. & no. hic, ꝙ nō ſolū habet eccleſia rei vindicationē ꝯ deceptionē, ſed etiam actionē neg. geſt. ꝯ ſacerdotē, qui malè miniſtrauit. ff. de neg. geſt. l. 3. §. vlti. 12. q. 2. ſi qua de rebus, & c. ſi quis quemlibet, & nō ſolū habet actionem ꝯ ſacerdotē adminiſtratorē, ſed ēt ꝯ hęredes. qđ tamen intelligimus, quando dolo & lata culpa aliqđ geſsit ſacerdos, vel ſi qđ ad eū p̄uenit, vel hęredes ſuos. alias. n. hæredes non teneneī, nec de leui culpa. ff. de hære. tut. nō oſtēdimus. C. de hęr. tu. l. j. & vlt. [Et ea.] Pignora. [Ipſius.] Sacerdotis.

SVMMARIVM.

Præſumptionibus ex pluribus indicatur.

CAP. IIII.

ILlo vos. [Cauſam.] Agebant. n. H. & B. ꝯ C. pign. actione. [Prędicta G.] Primo. n. hęc G. propoſuit, dū viuebat, & poſtea ea mortua hoc ipſum p̄poſuerunt hęredes eius. [Propoſitū.] Tāquā exceptio perēptoria poſt li. cōteſt. [Pignus.] Quia ſi pignus eſt, pacto non pōt facere, ꝙ dominiū trāſeat in venditorē, vel ꝙ non poſsit redimere. C. de pac. pig. l. vlt. [Et dunb.] No. ex plurib. p̄ſumptionib. iudicari, ī. đ emp. ad noſtrā. [Numerari] Si. n. vēditor eēt, emptor fructus faceret ſuos. [Emptorē.] ſ. ꝙ ſimulatè egerit ꝯtū ſub ſpecie vēdonis, cū in veritate agereī, vt eēt pignus, & plus valet qđ agitur, q̄ qđ ſimulatè ꝯcipiī. C. plus valere, qđ agiī, q̄ qđ ſi. & per totū, & ita fiat condemnatio in pignoratitia act. in qua actum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in repetitione dotis præfertur omnibus habentibus perſonales actiones, vel tacitas hypothecas.*

2 *Mulier in rebus paraphernalibus & donationibus propter nuptias habet tacitas hypothecas, ſed præfertur tantum poſterioribus creditoribus, & habentibus hypothecas.*

CAP. V.

EX literis. [Diſtractio.] Iuſtū eſt, dūmodo primo extractū eſſet debitū vxoris, & omnium aliorū habentiū hypothecas tacitas vel expreſſas. [Di-
1 cit.] i. petit in libello ſuo. † [Cū mulieribus.] Mulier in repetitione dotis p̄fertur oībus habentib. perſonales actiones, vel tacitas hypothecas. C. qui po. in pig. ha. aſsiduis. habentib. aūt expreſſas nō p̄fertur, arg. eius, qđ dī in fiſco, qui ſīe priuilegiū ha
2 bet. C. de priuil. fi. quāuis. ff. qui po. in pig. l. vlt. hoc aūt † priuilegiū nō habet mulier in rebus paraphernalibus. C. de pac. cōuē. l. vlti. nec in donationibus p̄p nuptias. C. qui po. in pig. ha. l. vlt. in his. n. bene habet tacitas hypothecas, ſed p̄fertur tñ poſterioribus creditoribus & habentibus hypothecas, ſed nō prioribus.

CAP. VI.

CVm contra. [Quæſtionem] Petendo reſtitutionem pignoris, & intentando pignoratitiam actionem: hoc tamen non videtur, cū pignoratitia actio ſit perſonalis, & non detur in rem. [Annullaſſent.] Repete, quod diximus ſupra de iureiuran. ad noſtram.

SVMMARIVM.

a *Debitor non debet expectare, vt creditor petat, ſed ire debet ad locum, vbi creditor habitat, ibique ſe offerre.*

CAP. VII.

SIgnificante. [Cōmiſſorię.] C. de pac. p̄ign. l. j. & 2. quia nō obſtante pacto tali, ſ. ꝙ res pignorata propria ſit creditoris, vel ꝙ vlterius nō reddatur pignus debitori, poterit agere pignoratitia act. ad recuperandū pignus, ſed iuſ̃m bene obſtaret ſibi, ſi in culpa fuiſſet. [Nunciū.] No. malitiā procuratoris nō obeſſe domino, dūmodo in culpa eligendi nō fuerit. ff. cōmodati. argentū. C. qui pe. tuto. vel cur.

5 à matribus. † {Remiſerit. } Quicunq;.n.aliquid alicui debet, non debet expectare, ꝙ is, cui debetur, iſtud petat, ſed debitor debet ire ad locũ, vbi creditor habet domiciliũ, & ibi ſibi offerre, & ſi non eſt ibi, corã iudice loci hoc proteſtetur, arg. hic. C. de vſur. ſi creditricis. C. de ſol. obligat. & idem eſt dicẽdum, qñ aliquis promiſerit alicui facere ceſsionem ac. vel renunciationem, arg. ſ. de offi. ordi. paſtoralis. §. fi. [Captione.] Nã licet per miſsionem nuncij excuſetur, ꝙ nõ incurrerit periuriũ, quia credebat ſolutã eſſe pecuniam creditori, non tamen excuſaretur, ſi cito nõ ſolueret, poſtq̃ ſciuit pecuniã non ſolutã: quia adhuc durat debitũ, & vinculum iuri: quia licet ex pacto non teneretur, quin poſſet recuperare pignus, ex iuſo tamen ſic obligatus eſt, vt vlterius petere nõ poſſet, niſi prædictis excuſationib. defenderet. [Cogatis.] Hoc eſt de iure ſine aliqua diſpenſatione.

S V M M A R I V M.

Vſufructuarius debet cauere, ꝙ vtetur & fruetur arbitrio boni viri.

CAP. VIII.

CVm conſtet. [Mulierem.] Iſta I. habuerat filium, & filiam nomine M. de primo matrimonio, quæ ad ſecunda vota conuolauit. mortuo aũt filio ſucceſsit iſta cũ ſorore defuncti in viriles portiones, ſed in oĩb. q̃ ad filiũ noĩe defuncti ꝑuenerũt à patre, nõ habebat I. mulier, niſi vsũfructũ in donatione ꝑꝑ nuptias, Auct. đ nup. §. huic nos. & §. qñ mulier, ſed M. hẽbit ꝓprietatẽ, tanq̃ heres ꝓximior ab inteſtato, & iõ ipſi caueri debet, vt ſeqr. põt ẽt poni caſus, qñ vſusfructus erat relictus I mulieri, & proprietas. Itẽ põt poni, qñ in iudicio cõi diui. vel fami. ercif. vni erat adiudicatus vſusfructus, & alij ꝓprietas, ſed primo dictũ magis placet. [Mulierẽ.] Sororẽ defuncti filij. [Salua.] ff. đ vſufr l. j. [Pecuniã.] ff. de reb. q̃ vſu con. per totũ, Inſti. de vſufr. §. j. & 2.

De fideiuſſoribus. Rubrica 22.

S V M M A R I V M.

Clericus fideiubere non debet, ſi tamen fideiubeat, tenet.

CAP. I.

CLericus. {Inſeruiens. } Hoc verbum frequentiam & aſsiduitatem notat. vel dic, ꝙ nec ſemel fideiubere debet, niſi in neceſsitate: ſi tamẽ fideiubeat, tenet, infra c. proxi. 11. quæſt. j. te quidem: ſed peccat, & punitur, ſi frequenter, vt hic.

S V M M A R I V M.

Clericus de crimine, licet ad illud non agat, quando puniri debeat.

CAP. II.

PEruenit. [Tranſcripta.] Quæ tñ ad probationem nõ ſufficiunt, vt ſ. de fide inſtr. c. j. & hoc ſatis colligit ex eo, quod ſequit, ſi ex cõfeſsione, &c. niſi. n. trãſcripta facta eſſent cũ ea ſolẽnitate, q̃ eſt notata ſ. de teſti. Albericus, non faciunt fidẽ. [Redditibus.] C. q̃ res pign. obl. po. l. ſpẽ, & vlti. ꝯ. ſol. nõ poſſunt obligari ſpeciali cõuentione: ſed à iudice pro debito canonici, & ex cã iudicati poſſunt obligari, & addici, C. de excep. rei iud. ſtipẽdia. C. de pri. mi. l. j. ff. de reb. eo. q ſub tu. vel cu. magis. §. nõ paſsim. & ex eadẽ cã pñt iter dici ſtipẽdia. ff. de re. tu. cõmodis ꝑdiorũ. [Suſpẽdatis.] Nã licet ad hoc nõ agat, ſi tñ ipſis defendentib. ꝯuicti fuerint de aliquo

a crimine, tã ordinarius, q̃ đlegatus eos punire poterit, maximè a cũ ſit notoriũ in iure, & infamia ĩde orta ſufficiat ad ſuſpẽſionẽ eius, 2. q. 5. presbyter ſi. ſecus aũt eſſet, ſi non eſſet in iudicio, & tunc probaretur aliquod crimen ꝯ eũ, ſ. de ord. cog. cũ dilectus.

ADDITIO.

a ¶Maximè. Hæc dicta Inno. intellige tu & declara, vt per Domi. de S. Geminia. in c. in primis, col. 6. in prin. 2. quæſt. j.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor quibus caſibus debeat liberare fideiuſſorem.*

2 *Referre qui debet negocium, debet etiam referre quanta fides ſit adhibenda teſtibus & inſtrumentis.*

CAP. III.

1 COnſtitutus. [Abſoluat.] Hoc habet locũ in quatuor caſib. † Primus ẽ, ſi reus dilapidat bona ſua. Scđs, ſi fideiuſſor ꝯdẽnatus eſt creditori. Tertius, ſi ex pacto hoc cõuenit à principio. ff. mãdati, ſi ꝑ ea. Quartus, ſi diu ſtetit in obligatione. ff. manda. Lucius Titius, ar. ff. mãd. ſi mãdato. §. quoties. ff. cõmo. ſi vt certo, j. c. vlt. [Ille.] Cancellarius. [Satiſdatione.] Hæc cautio nõ eſt neceſſaria, cũ ſufficiat ſola citatio, & ſi non ſe ꝑſentauerit, procedi poſſit ad teſtium receptionem, ſ. de teſti. c. j. hic aũt ideo petita fuit cautio, quia ꝑſumebat Papa, ꝙ cancellarius malitioſè vellet fatigare aduerſariũ in mittendo Bononiã pro teſtibus recipiẽdis, vt autem ceſſet ab hoc grauamine, vult, ꝙ etiam ipſe ſuum nuncium mittere cõpellatur. [Significent.] ſ. de teſti. cauſam, ſ. de

2 proba. licet. † No. eũ, qui refert negocium, nõ ſolum debere referre, quanta ſit fides adhibenda teſtibus, ſed etiam inſtrumẽta.

S V M M A R I V M.

1 *Debet is, qui mutuum, vel quemcunque alium contractum cum procuratore init, diligenter mandati tenorem animaduertere.*

2 *Procurator habens generalem adminiſtrationem omnium bonorum domini, an poßit obligare dominum.*

3 *An ſit facienda vis, ſi dominus dicat, præficio talem, vel inſtituo tali negociationi: an dicat, facio procuratorem meum talem in tali negociatione.*

4 *Quot modis res aliqua in eccleſiæ vtilitatem conuerti dicatur.*

CAP. IIII.

1 QVod quibuſdam. [Religioſis.] Locis. [Ad vniuerſos.] Religioſos. [Communi.] † Si vltra id, quod capitulũ ſibi mutuandũ mandauit, quando aliquis ꝯhit mutuũ, vel quemcunq; aliũ ꝯctũ init cũ procuratore, debet diligenter inſpicere tenorẽ mandati. ff. mãd. diligẽter, j. de priuil. porro, quia ſi illud exceſsit, nõ tenet dñs, niſi inquantũ probaret verſum in vtilitatẽ dñi, vt hic, niſi illud, qđ facit vltra mandatũ, ex neceſsitate cõſecutiuũ ſit mandato, vt eſt cautio de euict. & ſimĩa, ad q̃ bene ꝓcurator obligat dñm, vt ff. de act. empt. l. Iuli. §. ſi procurator. ff. de ꝓcu. qui proprio, & l. procurator. ſed ſemper caueat iſte ꝓcurator, q adhuc mãdatũ nõ habet, ne pecuniã mutuã accipiat, quia in ea nunquã dñm obligat. C. qđ cum eo. l. fi. nec obligare põt pignus. ff. qđ iuſſu. l. antepen. Si aũt aliquis ꝑlatus cõſtituat aliquẽ procuratorẽ ad procurandã aliquã villam, vel aliquam ꝑbendã, ſi dat ſibi liberã adminiſtrationẽ in ea, vr mihi ꝙ põt agere noĩe eius pro vtilitatibus villæ, vel præbendæ, & põt locare, & permutare res illius villæ, vel ꝑbendæ, & põt ei ſolui debitũ, qđ ei debet, & paciſci, ff. de pac. reſcriptũ. §. fi. & trib. l. ſeq. ff. de procu. ꝓcurator, cui. & l. ſeq. & C. qđ cũ eo, ſi liberã. ff. de rei vin. ſi quis hac. §. fi. & hac ratione vr quibuſdã, ꝙ ẽt poſsit mu-

a tuũ ꝯhere, ſic tñ, ꝙ nõ obliget perſonã dñi, ſed res tñ a villę, vel

2 ꝑbendæ, quas adminiſtrandas recepit. † Si aũt haberet generalẽ adminiſtrationẽ omniũ bonorũ dñi, tunc fortè poſſet obligare dñm, arg. ꝑdictarũ ll. ff. de ꝓcu. gñali, & de pac. reſcriptũ, & trib. ll. ſeq. & hoc ex eo maximè ꝓbat, qa talis procurator põt facere inſtitorẽ, & ex ꝯctu cũ tali inſtitore habito obligabit & ꝓcurator gñalis, qui inſtituit, & dñs. ff. de inſti. cuicũq;. §. fi. & l. ſeq. ex quo ſequitur, ꝙ multo fortius ipſe procurator generalis dominũ obligabit ẽt mutuã pecuniã accipiẽdo. ciuitas tamẽ, vel eccleſia nunquã in mutuo obligat, niſi verſũ ſit in vtilitatẽ ciuitatis, vel eccleſię. ff. ſi cer. pet. ciuitas, ſecus tamẽ eſt in priuato, vt no. in ſumma. C. ſi cer. pet. §. vbi aũt accipit mu. ſi aũt nõ hẽat liberã adminiſtrationẽ, nec ſpãle mandatũ ad ꝑdicta, nõ põt ea facere. ff. de ꝓcu. mãdato generali, ignorãtis, & l. ꝓcurator tutorũ. ff. de offi. ꝓcurator. Cęſa. l. j. §. j. C. de ꝓcuratorib. ꝓcuratore. ff. de peculio, qđ peculij. vr tamẽ, ꝙ huic ẽt nõ libero ſolui debẽt pẽſiões, & alij redditus villę & ꝑbẽdę, & ꝙ ipſos poſsit alienare, arg. ff. de ꝓcu. ꝓcurator tu. arg. C. de admi. tu. lex q̃. hęc aũt habent locũ in procuratorib. ad aliqua ꝓcuranda, & non habẽt locũ in inſtitorib. vel procuratorib. negociationũ. in eis. n. vr, ꝙ ſi quis alicui mãdaſſet ꝙ pannos cã negociationis ei emeret, ꝙ licitè põt accipere pecuniã ꝓ his ꝑficiẽdis, & dominũ obligat inſtitoria. ff. ad Maced. ſed ſi filius. §. interdũ. ff. de inſti. cuicũq;. in prin. & §. nõ tamẽ oẽs, & in oĩbus §. eiuſdẽ l. nec eſt vis, vtrũ de multis reb. mãdauerit dominus, vt tunc habeat locũ directa inſti. ff. de inſti. cuicũq;. §. j. nã ibi in plurali tñ loquit, ſ. agris colẽdis, mercaturis faciẽdis. Si aũt de vna re tñ mandet, & tũc datur vtilis inſti. ff. de inſti. in eũ. j. reſpõ. & §. j. C. de exer. l. 3. & l. ſi

3 mutuã. C. ſi cer. pet. l. eũ qui. † Itẽ non vr eſſe vis, vtrũ dicat dominus, Pręficio talẽ, vel inſtituo tali negociationi, an dicat, facio talẽ procuratorem meũ in tali negociatione. nã ex ꝯctu talis ꝓcuratoris, qui eſt ad negociationes, vel ad certũ quid. ſi. n. eſt procurator ad pecunias recipiendas, datur vtilis inſti. ꝯ dominũ. ff. de inſti. in eũ. ſed ꝯ, ff. de inſti. cuicunq;. §. ſed cũ & fullo. Sol. ibi loquitur de procuratore, qui nullã habet ptãtem negociãdi in reb. domini, ſed tñ diſcipulos regere debebat, & neceſſaria eis miniſtrare. ex ꝯctu. n. cũ tali habito non q̃ritur inſti. q̃ non q̃ritur, niſi quãdo aliquis ſit inſtitor, vel ꝓcurator ad negociandũ pro vtilitate, & q̃ſtu domini, & nõ loquit de ꝓcuratore, qui inſtituit ad colligendos redditus, & faciendũ coli terrã. hic. n. nulla eſt negociatio q̃ſtnaria, & ideo nõ datur inſti. ff. de inſti. ſicut villicus. poſſet tñ aliqñ dari neg. geſt. Itẽ licet dixerint, ꝙ aliqñ põt ꝯhere mutuũ inſtitor, tñ diligenter caueat ſibi ille, qui mutuat: quã aũt cautelã debet habere, collige ff. de exer. l. j. §. non aũt ex cõi cauſa, & l. fi. in cautela. n. hmõi æquiparo exercitoriã, & inſti. licet aliqui aliter dicãt. Ex his aũt legib. ſic diſtinguit: qa ſi ꝑpoſitus alicui rei vt inſtitor, vel exercitor ꝯhat in rẽ, q̃ ei noĩatim eſt permiſſa, ſemper ꝑpoſitores tenentur inſti. vel exer.

ADDITIO.

a ¶Sed res tantum. Adde, quod idem tenet Pet. de Anch. in conſi. 332. incip. Proclarior deciſio. col. 2. circa finem.

exer. nec attenditur, an ſit cõuerſum in rẽ, vel non. ſi antẽ ɔ̃has in rem, q̃ tacitè eſt ſibi cõmiſſa, ſi id, quod accipit, vel in quo ɔ̃hit, vertitur in rem dñi, idem eſt. ſed ſi non vertitur in rem dñi, tunc locũ habet l. fi. ff. de exer. vbi dr̃ creditorem ſcire debere ſe ɔ̃here in eam cauſam, q̃ tacitè eſt ei permiſſa, & ꝙ non credat, pluſquã eſt ei neceſſarium, & q̃ res ibi poſſit cõparari. nec ſufficit ſola aſſertio præpoſiti dicentis, ꝙ in cauſam neceſſariã accipit: imo eo ſciente debet ſubeſſe cauſa. Quid autẽ ſibi tacitè cõ
a mittatur, in ſumma de exer. no. Dr̃ autẽ inſtitor[a] ab inſto: quia præſtat, vel ꝑficitur negociationi, vel negocio etiam ſingulari, ff. de inſt. l. 2. & l. cuicunque, in prin. vbi habes, ꝙ inſtitor dr̃ ẽt, qui edificio præponitur, & inſulanus hic hoc noĩe continetur. & de inſtitore vr̃, ꝙ ſi pro edificio accipit mutuũ, ꝙ bene obligat dñm. ff. de inſti. certũ, §. non tamen omne. ſed ſi tñ eſſet inſtitutus procurator, non inſtitor ad edificiũ, tunc nõ vr̃, ꝙ poſſit accipere mutuũ pro edificio, ſed de ſua pecunia, vel domini facere debet. C. quod cũ eo. l. fi. ſed ɔ̃. ff. de inſti. meũ. C. de exer. ſi mu. Sol. illæ ll. loquũtur, ꝙ ꝓcurator obligat dñm de mutuo, quando ei ſpecialiter mandatũ eſt, ꝙ mutuet, & hoc ipſum dicit l. pal. C. quod cũ eo. l. fi. in prin. ſed ſi non eſſet mandatũ ſibi ſpecialiter, tunc nõ poſſet dñm inſtitor obligare, niſi eſſet procurator & inſtitor, ff. de inſti. cuicũq;. §. ſed ſi fullo. ff. quod cũ eo. l. fi. hec materia licet ſit legalis, tamen multũ neceſſaria eſt clericis, qui ſuis negocijs multos ꝑponunt. ex dolo aũt extra officiũ ſuũ cõmiſſo no tenetur dñs: ſed in officio ſibi cõmiſſo ſi delinquat in ɔ̃ctu, tenet̃ dñs, ff. de tri. ſed ſi ſeruus. & duab. ll. ſeq. niſi q̃ cito ſeruit, purgauit. C. de ero. mi. anno. l. fi. C. de hære. qcũq;. ꝫ. vt li. nõ cõteſt. accedens. ſicut ex dolo defuncti tenet̃ hæres, ſi in ɔ̃ctu admittatur, ff. depo. ſi hoĩem. §. datur. [In vtilitatẽ.] Sed ɔ̃, quia ĩ. ſummã cõi prouidentia cõſtitutus, ſiue ſupra mutuatus fuerit, nõ tenet̃ eccleſia, niſi cõuerſa ſit in ipſius vtilitatem, 10. q. 2. hoc ius, §. is cũ. & inſuper quãtũcunq; recepit, ſi cõuerſa
4 eſt in vtilitatẽ eccleſiæ, ſemꝑ tenet̃, vt hic. †Sol. duob. modis dr̃ cõuerti in vtilitatẽ eccleſię. Primo id tñ, qđ ɔuertit̃ in rẽ eccleſiæ & in poſterũ duraturũ, puta emptionẽ alicuius rei, edificiũ, & cõſilia, & ſic accipit̃ hic, & ff. de impẽ. in re. do. fa. l. j. & 3. & quaſi per totũ. dr̃ alio mõ ɔuerti in vtilitatẽ eccleſię ẽt id, quod nõ accipit̃ ad perpetuã vtilitatẽ, ſed tẽporalẽ, puta pro colẽdis agris, & domib. nõ neceſſarijs, alias tñ vtilib. faciẽdis & magnificè, & vtiliter: ſed tñ eccleſia nõ ſufficit ad tãtas expenſas facere. & ideo hoc inſpecto nõ eſt verè hic vtilitas. & idẽ in alimenſis monachorũ, quos voluit parce viuere, ſed ipſe multa expẽdit, q̃ vtilia fuerunt. ſed tñ nimis grauabat̃, & ipſi paucioribus poterãt eſſe cõtenti, licet cũ difficultate, & ſic accipit̃ ff. de rei vin. ſi fundo, & ff. de peti. hære. ſi à dño. §. vlti. & l. ſeq. quando ergo ſit hæc prouiſio, ꝙ accipiat vſq; ad certã ſummã, poterit obligare & accipere ẽt pro tpalib. & non perpetuis vtilitatib. ſed vltra non pro tpalib. ſed pro perpetuis ſemper tenebitur. Itẽ ſi vſque ad ſummã ꝑtaxatã mutuũ acceperit, & cõuerſum ſit in vtilitatẽ eccleſiæ, etiã ſi poſt perierit, tñ tenetur eccleſia: ſi autem vltra ſummã ꝑtaxatam acceperit, licet cõuertatur in vtilitatẽ eccleſiæ, niſi perduret, non tenetur, ſic ff. de tranſa. cũ hi. §. ſi quis de ali. ſed hoc nõ placet aliquibus, quia in caſu proximo ęquè cõpetit actio, ſicut ſi duraret verſum. ff. de neg. geſt. ſiue. Sed alij dicunt, ꝙ quantũcunq; ſit verſum vſq; ad ꝑtaxatã ſummã, cõpetit actio neg. geſt. ſi ɔtẽplatione eccłiæ mutuauit: ſed vltra ſummã nõ habet actionẽ, niſi duret verſum. C. de neg. geſt. l. vlti. qa vr̃ ꝓhibere vltra ꝑtaxatã ſummã. ſed hoc nõ vr̃ pati hęc litera, cũ ẽt velit, ꝙ ſi vltra ſummã ſit mutuatũ, & ſit verſum in vtilitatẽ eccleſię, ꝙ ad illud teneat̃ eccleſia. probat̃ ẽt hoc ipſum ea ratione, quia ex quo pecunia mea cõuerſa eſt in vtilitatẽ eccleſię, & ſi alias ius nõ ſit, tñ ęquũ ẽ pecuniã mihi reſtitui. ff. ſi cer. pet.
b ſi me. ſed certè hęc vera ſunt, vbi durat verſũ: vel vbi nõ durat,[b] dũmodo certa ſumma nõ eſſet ꝑtaxata: ſed vbi certa ſumma eſt ꝑtaxata, vr̃ vltra ſummã ꝑtaxatã ꝓhibere, & ideo tũc non habet locũ actio neg. geſt. C. de neg. geſt. l. fi. poſſet tñ dici eũ videri donaſſe. ſed hãc ꝑſumptionẽ donationis aufert, qa expreſsè dicit ſe velle recuperare pecuniã ſuã, vſq; ad ſummã aũt ꝑtaxatã certum eſt, ꝙ tenetur monaſterium certi condictione, arg. ff. ſi cer. pet. ciuitas. Itẽ põt dici, ꝙ ſicut ſeruus ɔ̃hẽdo mutuum obligat dominum ex mutuo, ſic & monachus, & etiam fortè clericus.

ADDITIONES.

a ¶Inſtitor. Quis dicatur inſtitor, vide etiam per Abb. in ſuo conſi. 16. col. j. in primo vol. & adde, ꝙ ſi inſtitor alicuius ſcripſit alteri mercatori, qualiter apud menſam domini ſui habebat mille, an officio inſtitoris finito ipſe inſtitor vel dominus ſit conueniendus, vide Soci. in conſi. 154. col. 3. ver. octauus caſus, & de materia vide etiam per Alex. in conſi. 44. per totum in ſecundo libro.

b ¶Vel vbi non durat. Adde, ꝙ hoc dictum Inno. refert & ſequitur Cardi. in conſil. 71. incip. Seriatim ſuper ſing. col. 4. ver. quartum principale.

CAP. V.

EVm, pro quo. [Si diu.] ff. mand. Lucius. [Diſſipare.] C. mand. ſi pro ea.

De ſolutionibus. Rubrica 23.

CAP. I.

AD hæc. [Prædeceſſoris.] 12. q. 5. qa lex. [Hæres] 16. q. 6. illud. [Neceſsitate.] Si verſa ſint in vtilitatem eccleſiæ.

CAP. II.

SI quorum. [Obligari.] Alienis debitis: nã pro ſuis debitis liceret dare literas, & ſigilla. [Suſpenſũ.] Hanc abſolõnem nõ ſeruat ſibi Papa, & ideo cuilibet epo licet, ar. j. de ſen. excõ. nup.

SVMMARIVM.

Egenus quando conuenitur, quibus caſibus intereſſe etiam partis computatur in pœnam corporalem, & quibus non.

CAP. III.

ODoardus. [Relaxetis.] Vr̃, ꝙ locũ habet, ſiue ex ɔ̃ctu, ſiue ex maleficio cõueniatur egenus ad intereſſe alicui reddendũ tñ. ſi vero nõ agitur ad intereſſe tãtũ, ſed ad pœnã & intereſſe, vt eſt in furto, tũc ſi placet actori qđ eſt ibi, bene poterit cõmutari in pęnã corporalẽ, ar. 12. q. 2. fraternitas: ſed pro puro intereſſe nõ ſubijcit̃ pnĩę, ſed reſeruabit̃ res habẽda tpe proſperioris fortunæ. Si aũt ɔueniat̃ quis actione iniuriarũ, q̃ eſt tñ ad vindictã: vel ẽt ſi aĺs ɔueniat̃ criãĺr, vbi debet quis ɔdẽnari pecuniariter, fiet cõmutatio ꝑnę ẽt inuitis actorib. ff. de pęnis. l. j. j. de ſen. excõ. vt ſæpe. Alij tñ dicunt, ꝙ hæc cõmutatio locum habet tñ, vbi pœnæ applicantur fiſco, qđ eſt ſemper, niſi in caſibus exceptis. ſed vbi applicantur certis perſonis, non fit cõmutatio eis inuitis.

CAP. IIII.

IS qui. [Indebitam.] ff. de probationibus, cum indebito, &c.

De donationibus. Rubrica 24.

SVMMARIVM.

Prælatus poteſt additionem eccleſiæ deteriorem facere in modico, cum agitur de damno vitando, ſi vero de lucro omittendo, poteſt in multo.

CAP. II.

FRaternitatem. [Deteriorem.] Hanc regulã intelligo, cũ agitur de dãno vitando, non de lucro captando. C. de acq. poſ. l. vlt. tamẽ in modicũ põt facere deteriorẽ, vt in c. proxi. & 12. q. 5. terrulas. & in hoc differt à procuratore, ꝙ ẽt aliquãtulũ procurator donare non põt. ff. de procurato. procura. & per totũ. in omittẽdo aũt facit cõditionẽ deteriorẽ ẽt in multo, 16. q. 3. placuit, ꝫ. de reſcrip. c. j. [Legitimè reuocare.] Dic, vt no. ꝫ. de elec. noſti.

SVMMARIVM.

Donatio prælati, & ſi eſſet conſuetudo, non tenet in magna quantitate.

CAP III.

CAeterum. {Quantitas.} Quia & ſi cõſuetudo eſſet, nõ tñ teneret in magna quantitate, cũ eſſet onceroſa eccleſijs, ꝫ. de conſuc. c. j. {Ratum.} Et ſi tot faceret, q̃ læſionẽ induceret eccleſię, reuocarẽtur vltimę tñ, ꝑ quas lędit̃ eccleſia, j. c. Apĺicę, 12. q. 2. ſi quos. C. de do. ſi quis, ar. tñ ꝙ totũ reuocaret̃. ff. de iurepa. ſi libertus.

CAP. IIII.

COnſultationibus. {Fiant.} Puta quia eis dantur in beneficium. {Priuatis.} i. clericis. {Momẽti.} Etiam poſtq̃ vacauerint. {Fiant.} Etiam viuẽtibus perſonis carum, puta quia eis deberentur in perpetuũ. {Auctoritate.} Et cũ alijs ſolẽnitatib.

SVMMARIVM.

Speciem qui ſtipulatus eſt, nec meliorem, nec deteriorem, ſed mediocrem dare poteſt.

CAP. V.

PEr tuas. {Modios.} Nõ deſignando in aliquo certo loco hos quatuor modios, ſed ſimpliciter de quatuor modijs inueſtiuit, per quam inueſtituram nec minores, nec deteriores quatuor modios, ſed mediocres dari cogi debebat, ſucceſſor autem duos modios tantum aſsignauit, & de eis ipſos inueſtiuit, cum crederent quatuor eſſe, nec erat certus terminus aſsignatus menſurationi, & ꝙ j. eũdem renunciaret de quantitate. nã tunc ſecus eſſet, ff. de ɔ̃hen. emp. ſi qui fundum. {Quatuor.} i. ac ſi quatuor eſſent modij.

SVMMARIVM.

Priuilegium quo ad iura concedentis ſtrictè interpretatur, & largè quo ad iura aliorum.

CAP. VI.

CVm dilec. {In foreſtã.} ꝓꝑ venationes. {Ac ãnĩa.} Egerat. n. monaſteriũ interdictũ vti poſ. ɔ̃ Alanũ, vt ab ipſorũ moleſtatione deſiſteret: ſuper qua petitione cum eſſet lis conteſt. & teſtes producti, ac plenè de cã liqueret, mandat dominus Papa ſnĩam fieri nc.

[Donationem.]Duplicis generis donationes & diuerſarum re-
rũ continebant in inſtr͡o. prima donatio erat pura, ſecunda cũ
penſione & determinatione tali, ſ. ꝙ poſsit illam donationẽ cõ
mutare, vel reuocare. & ad hanc vltimam donationẽ referetur
clauſula de foreſta, quæ fortè erat, ꝙ liceret ei venari in teb. do
natis, vel in foreſtã dirigere, arg. ꝯ, ſ. de app. ſecundo. ff. de leg. 3.
ſi quis, in prin. de leg. j. talis. §. vlti. & l. ſeq. ſed hoc ideo eſt, q͞a in
donatione eſt pleniſsima interpretatio faciẽda, vt hic. [Plena.]
Vt ff. de ver. obl. in cõuentionalib. C. q̃ res pig. ob. l. vlti. ff. ſi cer.
pet. l. 3. [Plenior.] ff. de reg. iur. in teſtis. ff. de iur. & fac. igno. l. 3.
[Beneficijs.] Id eſt priuilegijs. & intellige ſi alij non ſit enorme
p̃iudiciũ. C. de prec. impe. offi. quotiens. ff. de admini. tut. impu
beri, ſ. de reſcri. ſedes. Item priuil. quæ tangunt iura conceden-
tium, largè interpretamur, vt hic, 16. q. 1. c. 1. quæ autẽ iura alio-
rum tangunt, ſtrictè, ſ. de vſupal. ex tuarum, non tamen calum-
nioſè, j. de priuile. in his, & no. ſ. de transla. epiſcopi, c. vlti.

S V M M A R I V M.

1 *Cum Archipresbytero conceditur eccleſia, quæ ſit intra fines ſui Archi-
presbyteratus, quid intelligatur conceſſum.*
2 *Item quid ſi Papa eximit eccleſiã ab ep͂o, vt det eam Abbati, qualiter ſub-
iecta intelligat quo ad iuriſd. & quid de oblationib. et mortuarijs, in nu. 3.*
4 *Prouentus nomine quid comprehendatur.*
5 *Exemptio quo caſu non dicatur valere, in num. 6. & 7.*

C A P. VII.

1 PAſtoralis. 1 [Religioſis.] Secus, ſi cõcedat ec-
cleſiã alicui Archipresbytero, quæ
ſit intra fines Archip͂sbyteratus. nã tũc non intelli-
gimus, ꝙ cõcedat ei fructus vel prouentus ſuos tẽpo
rales, ſed ꝙ ſibi ſit ſubiecta, tanquam Archipresbytero. & idẽ, ſi
concedat Archid. eccleſiã, vbi non habet iura Archidiaconus:
quia tunc ea cõcedere intelligitur. Ratio diuerſitatis eſt, cũ Ab
bates nihil habeant certi iuris in eccleſijs ſuis, vt aliquid eis cõ-
cedere videantur, locũ habet quod hic dr̃. idem credimus, ſ. ꝙ
hic dr̃, etiã ſi donet monaſterio exẽpto, vel ep͂o alieno, 16. q. 5.
c. j. niſi fortè monaſterium eſſet exẽptum cũ capellis habitis &
habendis, quia tunc vr̃ dare, vel donare eccleſiam, vt ſit exẽpta,
tamen ep͂s ſuos prouentus tẽporales dare non intelligitur. hoc
ideo dicimus, quia ex perſonis dantiũ, & eorũ quæ dantur, de-
bemus cognoſcere quid dari intelligatur, vt hic colligitur. hoc
quod dicit decre. hæc locũ habet, cũ ep͂s dat monaſterijs eccle-
ſias habentes, vel non habentes parochias. & idẽ vr̃, ſi Papa ſuã
2 capellã, quæ populũ non habet, dat monaſterio. † Sed ſi eximit
aliquã eccleſiã ab ep͂o, vt det eã Abbati, ſiue in ea prius Abbas
ius patronatus haberet, ſiue nihil, tunc illa ſuberit Abbati quo
ad leg. diœc. & quo ad leg. iuriſdictionis, quia ex quo eã eximit,
vt eam det Abbati, vtranq; legem tranſtuliſſe vr̃ in Abbatẽ, cũ
Papa ipſum exemerit, & cupiditas Papæ videretur, ſi aliquid ſi-
bi retineret, arg. C. de bo. va. ſi quando. Et eſt hoc verũ, ſi eccle-
ſia donata non habet populũ, tunc eo. modo eccleſia cũ cleri-
cis ſuberit Abbati quo ad vtranque legẽ: quia ſolus Abbas ſu-
per eam & eos exercebit iuriſdictionẽ, hoc ſaluo, ꝙ in grauiori
bus requiret Papã, ſ. de offi. Archi. ad hoc. ipſe. n. inſtituet recto
rẽ in ipſa eccleſia. ſic de alijs, q̃ ad legẽ iuriſdictionis pertinent.
ſed & legẽ ẽt diœc. habebit in ea: quia ſi qua aliunde ei obuene-
rint, q̃ à populo, de illis habebit canonicã portionẽ, & ſic ẽt de
mortuarijs, & aliunde venientibus: ſed cũ p̃dicta exemptio ſit
reſtringenda quantũ ad ep͂m, à quo eximit, non intelligo pp̃l͂m
exẽptum, & ideo quantũ ad populũ debet ep͂o de lege diœc. rñ-
dere, ſ. quia curã populi ab eo retinet, ſine examinatione tñ: ſed
tñ bene poterit ꝯ eũ excipere, & accuſare corã Abbate, & de cu
3 ra eius rñdebit ep͂o. † Itẽ de oblationib. & mortuarijs, q̃ illi eccle
ſiæ à populo obueniẽt, rñdebit ep͂o, arg. j. de priuil. ex ore. & idẽ
dicimus de lege iuriſdõnis: quia ſi quis cauſas populi tractabit,
ad ep͂m appellabit. [Quod ſuũ.] Qui. n. cõcedit eccleſiã, ius, qđ
in ea habet, concedere vr̃. ff. de ꝯhen. emp. qui tabernas. ff. de le-
ga. j. ſi domus. & l. vlti. ff. de vſu & ha. ſi ita. ff. de lega. 2. in eius.
§. pen. arg. ꝯ. [Tẽporale.] Puta tertiã, vel quartã partẽ fructuum
poſſeſsionũ, nõ decimarũ, vel fortè quia de poſſeſsionib. aliquẽ
annuũ redditũ p̃ſtabat. & ſi talẽ partẽ nõ habet in tp͂alib. vr̃ ꝯce
dere prouẽtus ſpiritualiũ, puta quartã decimarũ & oblationũ,
& ſimilia, ſ. ſpiritualiũ redditus, 10. q. j. antiquos, 12. q. 2. Vulte-
rana. [Portio cõnertatur.] Et nõ inſtitutio, & cõſimilia, q̃ inſti-
tutio bene intelligeretur cõceſſa, ſi diceret ep͂s, cõcedimus tibi
eccleſiã pleno iure, 16. q. 2. c. j. arg. ff pro ſocio. l. 3. §. j. & l. cũ ſo-
cietas, j. q. j. ſunt nonnulli. [Nullã.] Certã, quia cathedraticũ da-
tur in ſignũ ſubiectionis in ſpiritualibus, & iuriſdictionis ſpiri-
tualis, & ideo cũ illã remittere nõ intelligantur, per ꝯñs nec ca
4 thedraticũ. † [Prouentus.] Puta moderatũ auxiliũ, j. de cen. cũ
Apoſtolus. §. prohibemus, & q̃ de mulctis, vel iuriſdõne prouẽ-
niunt. nã nomine prouentus oĩa cõprehendit. ff. de vſufr. leg.
à criminib. aũr abſtineat, & ep͂o dimittat, 16. q. 7. viſis, in fi. vel
vt dictũ eſt, cõferre intelligitur quartã decimarũ, & alios ſpiri-
tualiũ redditus, non iuriſdõnem, nec ea, q̃ ex iuriſdõne prouẽ-
niunt. vel is eſt ſenſus, ꝙ ſi ep͂s nullos habet redditus in tẽpora-
libus, quia tunc intẽdit cõcedere religioſis, ꝙ omnes redditus
5 eccleſiæ cõceſſę eis approprient ſibi. † Sed oppones, ſi hoc fiat,
ergo eccleſia cõceſſa eſt in grangica, & ſic nec ẽt cathedraticũ
habebit ibi ep͂s. ſed reſponde, licet approprient ſibi redditus ſu-
perfluos, nõ tamen eccleſia debet abſque clericis remanere, vt
no. ſ. de preben. in Lateranen. & no. quia cũ ep͂s dat eccleſiam,
aliquando intelligitur dare tẽporalia, i. redditus ratione tẽpora
liũ debitos, quos in ea habet, aliquãdo alias obuẽtiones, vt hic,
aliqñ dat inſtõnem cũ pleno iure, 16. q. 2. c. j. aliqñ omnẽ prouẽ-
tum tẽporalium ex quacunq; cauſa prouenientẽ, ſ. de cen. cũ
venerabilis. ſed dando priuilegiũ exẽptionis non eximit à iuriſ
dictione ſuã eccleſiã, cui dat priuilegiũ, vt p̃dictis iurib. ꝓbaẽ,
arg. ff. de offi. prę. legatus. & dicunt quidã, ꝙ nõ valet talis exẽ-
ptio, niſi dicat, in quib. eximit, ſicut ꝙ nõ ſoluat moderatũ auxi
liũ, & in illo valet exẽptio, & ſic de alijs. ꝯ, j. de relig. do. cõſtitu-
6 tus, ſed dic, vt ibi no. † Sed melius vr̃, ꝙ ſi generalis fiat exẽptio
de omnib. tẽporalib. ꝙ valet, j. de cen. cũ ve. & idẽ fortè in ſpi-
ritualibus, q̃ remitti poſſunt. ſuperior ergo eã eximet, non tñ
ſolus Papa, ſed & Archiep͂s & ep͂s, arg. j. de exceſ. prælato. ſicut,
16. q. j. & tpis qualitas, dũmodo cũ ſolennitate debita, vt no. ſ.
vt eccle. bene. ſi. di. con. vt noſtrũ, in fi. & ſi ep͂s eximat aliquam
eccleſiã Abbati, vel Archiep͂o, vel alij p̃lato, intelligitur in totũ
exẽpta cũ clericis, & laicis, & ſoli ep͂o ſubeſt, & illi, cui traditur.
& hoc eſt verum in iure parochiali, ſecus autẽ diceremus in iu-
re ep͂ali. nã licet eccleſia, quę datur religioſis, à iure ep͂ali ſit exẽ
pta per Papã, non tamẽ populus erit exẽptus, vt no. j. de priuil.
7 receptis. † Et eſt ea fortè ratio, quia eſſet grande periculũ, ſi ep͂s
non poſſet miniſtrare populo ſacra, quia Abbas, vel alius prę la-
tus ipſius eccleſiæ exẽptæ non poteſt, vt conſecrare altaria, &
conſimilia. imo plus vr̃, ꝙ etiã ſi ep͂s aliquã eccleſiam eximat,
non videtur illam à ſe exemiſſe. vnde forte videtur, quod ſi Pa-
pa daret eccleſiam alicui alij ep͂o, ꝙ tunc etiam populus vide-
retur exẽptus, quia ep͂alia iura poſſet recipere ab ep͂o cui datur.
[Cathedraticum.] Idem in correctione, etiam ſi pleno iure cõ-
ceſsiſſet eccleſiam, 16. q 7. viſis. idem in procuratione, & iuriſdi
ctione, & viſitatione, ſ. de cenſi. cũ venerabilis, ẽt ſi pleno iure
conceſsiſſet. [Conſenſus.] Et ſine eo non valet. ſi autem colla-
tiones beneficiorum fierent de cõſuetudine, valerent ſine con-
ſenſu capituli, ſ. de his, quę fi. à prę. ſine cõſenſu ca. ca noſcitur.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum an ex diuerſis cauſis proponatur.*
2 *Eccleſiam vnam alij ſubijcere ad epiſcopum pertinet.*
3 *An audiatur turpitudinem ſuam allegans.*
4 *Locus aliquis non poteſt fieri ſacer abſque auctoritate epiſcopi.*

C A P. VIII.

INter dilectos. [Hoſpitali.] Sancti Alutij.
[Hoſpitalarij.] Sancti Sepul
1 chri. † [Diſsimilibus.] Quod licitè fit, q͞a primo ege-
runt interdicto, vti poſ. & poſtea interdicto de recu-
peranda poſſeſsione. ff. de acq poſ. naturaliter. §. nihil, & eadem
res vno interdicto, ſicut vna actione ex diuerſis cauſis, puta tur
bationibus, vel deiectionib. petitur. C. de peti. hęre hęreditas.
ff. de exce. rei iud. cũ q̃ritur. nã & cũ ẽt interdicta p̃ſonalia ſunt,
& ex diuerſis cauſis, ꝓponitur idẽ ĩterdictũ, verbigratia ago in-
terdicto, vnde vi, quia deiecit: & iterũ, ſi primo ſuccubuit, quia
deijci mandauit. & iterum, quia ratum habuit, ſ. de teſti. ſpol. ie
pe, & c. cũ ad ſedem. [Patroni.] Quia patroni cõſentiebant, qđ
ſuum eſſet ius patronatus, cõcedere videbantur, arg. ſ. c. proxi.
[Hoſpitalis.] Sancti Alutij. [Cõmiſerunt.] Sic ff. quod cuiuſq;
vni. itẽ eorũ. §. j. [Aſsignationẽ.] i. ꝯtũ donationis, vel cõceſ
ſionis perficerent, vel cũ iam factus eſſet ꝯtus, ꝙ poſſeſsionem
reciperent, q̃ omnia poſſunt per procuratorẽ fieri, ã. de prębẽn.
2 accedens, ſ. de præſcrip. ſi diligenti. † [Receperunt.] Hæc ſubie-
ctio licet nõ tenuerit de iure, quia ad ep͂m pertinet hoc, ſ. ſubij-
cere vnã eccleſiam alij, ſ, de ſup. neg. prela. ſicut, j. de exceſ. p̃la.
ſicut, ſ. de ꝯſuetu. c. cũ dilectus, tñ eis obeſt, ne ꝯuenire poſsint.
ſic ſ. de tenun. quod in dubijs, 12. q. 5. ſi quis ep͂s, & ſic nõ eſt ꝯ,
ſ. de his, quæ vi, me. cauſa fi. cum dilectus, hæc ſolu. non valet,
quia ſm̃ hoc non adiudicaſſet hoſpitale cũ ſuis pertinẽtijs, ſed
tñ facultatem ꝯdicendi aduerſarijs abſtuliſſet, vel eis tñ ſilen-
tiũ impoſuiſſet. Sed põt tñderi, hoc ideo factũ eſt, quia poſsıde-
bant. Alij dicũt, ꝙ & ſubiectio, & aſsignatio tenuit quo ad eos,
& ideo bona eſt ſnĩa, per quã adiudicat eis hoſpitale, i. qcquid
iuris habebant, & cõferre poterant in hoſpitali, ius. ſ. patro. de
facto; non tamẽ video, quõ in alijs valeat ſubiectio. Vel dic, ꝙ
eccleſia Sancti Alutij poſsidebat quoddã hoſpitale, quod no-
minabatur hoſpitale Sãcti Alutij, & hæc eccleſia donauit illud
hoſpitale hoſpitali Sancti Sepulchri. & ſi verum eſt, qđ ali iſtis
dr̃, bona ſolutio eſt, quia cum eccleſię pingue iuspa. habeant,
16. q. 2. ſanè, bene ſequitur condemnatio hoſpitalis cum ſuis
pertinentijs,

a pertinentijs, vel dic, ꝙ melius a vſ, ꝙ hoſpitale Sancti Alutij, i. quod ſic dicebatur, non erat adhuc religioni deputatum: vnde perſonæ, quæ illud regebant, poterant eſſe ſeculares, & talis locus per dominos eius alienari poteſt in quaſcũq; perſonas, arg. ĩ. de reli. do. ad hoc. Sed oppones, ibi erat eccleſia Sancti Alutij, ergo erat locus religioſus, & eius cura ad Archiepm ptinebat. Sol. nõ erat ibi eccleſia, q̃ dignitatem eccleſię obtineret, ſed fortè erat ibi locus aliquis, qui erat deputatus celebrationi & orationi, ſicut ferè eſt in omnibus palatijs magnarũ perſonarũ: vel dic, ꝙ ad hoc non ſe ſuppoſuerunt, nec ꝯctum inierũt ſuper eccleſia, ſed ſuper hoſpitali tm̃, & hoſpitale non erat eccleſiæ, nec eccleſia hoſpitalis, ſed erant iuxta, nihil ſe adinuicem cõtingentes. Sed oppones, ergo nõ erat ibi rector, vel fratres, cũ non eſſet ibi licitũ collegium. Sed ipſi reſpõdent, ꝙ fratres vocabantur, ſed ibi non erat collegiũ, nec erat ibi religio. vel dic, ꝙ bene erat licitũ collegiũ eorum, ꝙ hoſpitalitati intẽdebant, & hi fratres per dominũ & fundatorẽ hoſpitalis ius habebant in hoſpitali, vt tempore vitæ ſuę ibi deſeruirent, & ibi neceſſaria haberent, & eorũ conſilio omnia facerent. Sed adhuc oppones, non debebant dici patroni, ſed domini, cũ non eſſet locus religioſus. Sed reſpõdemus, ꝙ largè ſumẽdo patroni dici poſſunt propter ſpiritualia, ad quæ locũ illum deputauerant. aliter autẽ, ſi eſſet locus religioſus factus auctoritate epi, ad diſpoſitionẽ epi pertineret, nec primus ſtatus ſine eius auctoritate põt mutari, ĩ. de reli. do. de xenodochijs, & ita nõ eſſet receptus libellus hoſpitalis Sancti Sepulchri, vbi ponebat̃ cauſa iniuſta, ſ. ꝙ habebat ex donatione fratrũ hoſpitalis Sancti Alutij, vt no. ſ. de offi. iudi. c. j. ſolus. n. eps hoc facere põt, ĩ. de excel. pla. ſicut, & no. ſ. vt eccle. benefi. ſi. diſt. cõ. c. j. in fine. [Partis.] i. hoſpitalis Sãcti Alutij. [Partis.] Licet cõtẽpti, non fraudulenti hic ſuo nomine poſſent proponere exceptionem periurij. nõ obſtat ſ. de elect. ꝙ ſicut, & de rebus eccle. non alie. ſi quis presbyterorũ, & no. ſ. de teſt. cum olim, nomine tñ capituli proponi non põt, vt hic. poſſet etiam dici, ꝙ licet excõicati, vel periuri eſſent, tñ donare poſſunt, vt no. ſ. de dolo, veritatis. Item dic, ꝙ capl'm, vel cõuentus bene poterat dicere ꝯctũ nõ tenere, vel ꝙ forma debita ſeruata nõ erat, vel petere reſtitutionẽ in integrum, ſi lęſa erat eccleſia ꝑtextu ſolius malitiæ ſuæ, vel malitiæ perſonarũ de cõuẽtu, dũmodo alias ꝯctus bonus eſſet, nõ patiet ſe iuuare. illud autẽ, quod à minori parte cõuentus celebratus eſt ꝯctus, bene fuiſſet receptũ, ſi probauiſſent illud, quod ſi verum eſſet, nullus eſſet ꝯctus, ſed quia non probauerunt, iccirco ꝯ eos iudicatum fuit. [Litigioſa.] Et ita cũ res litigioſa eſſet, nõ potuit in alũ transferri, & ſi translata ſit, nihil valet. C. de litig. l. 2. C. cõi diuid. l. j. imo alienantes incidunt in pęnã litigij. C. de litig. l. vl. ipſi tamen, qui alienauerunt, ꝯuenire non poſſunt. vel dic, ꝙ licet res diceretur litigioſa, non tamen probatur. & hoc iſti bene poterant allegare, quod eorũ intereſſe videbat̃, de hoc no. ſ. de

3 pręſcrip. auditis. †[Turpitudinem.] C. de ſer. pig. da. man. ſi creditoribus. C. de tranſac. l. tranſactione finita. C. de reuo. do. cum profitearis, 16. q. 3. nulli, arg. ꝯ, ſ. de cõceſ. pręben. ex tenore. C. de lib. cauſa. l. j. 35. q. 3. extraor. & quidẽ allegans turpitudinem ſuã auditur pp periculũ animę, ſ. de re iudi. lator, & in fauorẽ eccleſiæ, 15. q. 9. ꝙ quis. [Sed deceptis.] ff. ad Velleia. l. 2. C. ſi mi. ſe ma. l. 2. ſ. de rerũ permu. cũ vniuerſorum. [Pertinentijs.] No. ergo, qñ aliquid petitur vt acceſſoriũ, feratur ſñia incerta, & no. de hoc ſ. de reſti. ſpol. cum ad ſede, & de ordi. cogn. cum dilect. [Adiudicare.] No. hic, adiudicatur hoſpitali pp ſolum iuſpatronatus, quod in eos transferri poterat per patronos, hoc difficile vſ, & ideo plus placet, qđ no. ſ. in gl. q̃ incipit, hęc ſubiectio.

4 †[Pręiudicium.] Quia ſi prius locus ſacer erat, quod nõ potuit fieri ſine auctoritate epi, eps ibi ius epale habebat, Inſtit. de re. diui. §. ſacrę, niſi fortè hoſpitalarij Hieroſolymitani, de qb. hic agitur, ſuper hoc habebant ſpeciale priuilegium, ꝙ ſacra hoſpitalia poſsint facere, in prædicto caſu, ſ. qñ locus erat religioſus, non tenet ꝑdicta collatio, & aſsignatio. Itẽ & ſi hoſpitalarij pñt hoſpitalia facere, tñ ſemper intelligitur ius plebis, & epi ſaluũ.

ADDITIO.

a ¶Vel dic ꝙ melius. Adde Card. in conſi. incip. pro enucleatione omnium, col. 3. in princ. & in conſi. 13. incipien. pro elucidatione dubiorum, colum. j. ver. ſecundo ad hoc induco.

SVMMARIVM.

Epiſcopus non ſolum quinquageſimam vel centeſimam cenſus, ſed etiam poſſeſſionem dare poteſt.

CAP IX

APoſtolicæ. [In canone.] 12. q. 2. bonę. [Si quis.] An ſolus eps poſsit ſine ꝯſenſu capl'i, dic vt no. ſ. de his, q̃ fi. à ꝑla. ſi. con. ca. paſtoralis. [Cenſus.] i. tot poſſeſsiones, vnde poſsit monaſteriũ, vel eccleſia tm̃ recipere, quantũ eſt quinquageſima, vel centeſima cẽſus epalis eccleſiæ, vel de omnibus redditib. eccleſiæ recipiet quinquageſimã, vel centeſimã. & hoc vſ velle hic dicere, ꝙ ſemper eps directũ dñium ſibi retineat, & vtile trãsferat: vel cenſum appellat omnia bona eccleſię vel cuiuſcunq; alterius. ff. ad Treb. cogi. in prin. [De poſſeſsionibus.] Hic no. ꝙ nõ ſolũ quinquageſimã, vel centeſimã cenſus põt eps dare, ſed ẽt quinquageſimã, vel centeſimam, vel quinquageſimam dabit non ſolum de ſuis poſſeſsionibus, ſed ẽt de poſſeſsionib. cathedralis eccleſię. [Legitimè.] Per beneficiũ reſtõnis. [Oſtenſione.] Puta quia eccleſia grauatur debitis. [Poteſt.] Et Papa debet concedere.

SVMMARIVM.

Donatio facta quibus caſibus reuocatur.

CAP. X.

PRopter. [Reuocare.] Conceditur ex l. vel rei vin. C. de rei vin. his. C. de ꝯhen. emp. cũ res. ff. de do. cau. mor. l. ſi mortis cau. do. facta. [Pręſumpſit.] Vel niſi conditionẽ in donatione appoſitã nõ impleat, vt hoc habes C. de reuo. do. l. vlti. & habent locũ in donationib. factis extraneis, & ẽt filijs emancipatis, vel alijs liberis nõ in ptãte cõſtitutis. hoc tamen ſaluo, ꝙ ſi donator tranſeat ad ſm matrimoniũ, non poteſt reuocare, niſi in trib. caſibus cõtentis C. de reuo. dona. auct. hæc quoq;, & l. his. ſi autẽ facta ſit donatio liberto, reuocatur pp obſequium non præſtitum. & non ſolũ reuocatur donatio, ſed & quod emptum eſt ex re donata. C. de reuo. do. l. j. & C. de lib. cau. ſolo. Itẽ pp liberos poſtea ſuſceptos à patrono. C. de reuo. do. ſi vnquam, alius autẽ totum non reuocat. C. de inoffi. do. ſi totas. [Tacuit.] Quia dixiſſet, ſi prædicta ꝯ me, vel contra hæredem meum fecerit, donatio reuocetur, tunc donatio reuocabitur etiam à ſucceſſore donatoris. [Succeſſores.] Nec contra hæredes donatarij. C. de reuo. dona. l. vlti.

De peculio clericorum. Rubrica 25.

SVMMARIVM.

Prælati quæcunque poſſident, præſumuntur obtentu eccleſiæ acquiſita, ſed hæc præſumptio admittit probationem contrariam.

CAP. I.

INueſtigandum. [Eccleſia.] Præſumuntur eius obtẽtu eccleſię acquiſita, 12. q. 3. c. j. arg. C. de dona. inter vir. & vxo. etiam. tamen ꝯ hanc ꝑſumptionem admittitur probatio contraria, 12. quæſt. j. ſint manifeſtę, & q. 4. c. j. [Canonicam.] 12. q. 5. nulli, & c. fixum, & quæſt. 3. quicunque, 16. quęſt. 3. placuit.

CAP. II.

PResbyter. [Superemerit.] De rebus eccleſię tãtum. nã ſi de ſuis & eccleſię emerit, fit communis diuiſio, 12. quęſt. 3. cap. j.

CAP. III.

VT vnuſquiſque. [Acquiſierit.] De rebus eccleſiæ.

CAP. IIII.

INquirendum. [Alieno nomine.] Quod ſi fecerint præter pęnam peccati, dicimus quod eccleſia poteſt eos vendicare, licet non ſint ſuæ. C. de rei vin. ſi vt proponis. C. de admini. tut. l. 3.

SVMMARIVM.

Presbyter ſi ex lucro rei eccleſiæ, quã ex inculta cultam fecit, aliquid emit, an illud teneat, ſi eccleſiam dimittat propter crimen.

CAP. V.

SI quis. [Feciſſe.] Quia emit aliquas poſſeſsiones de redditibus ſuis, 12. quęſt. 5. fixum. vel de terra inculta fecit cultam, vel vineam. hoc autem tenebit etiã, ſi eccleſiam dimittat etiam propter crimen. quidam tamen dicunt contra, niſi de conſenſu epiſcopi hoc feciſſet. C. de allu. l. vlti. ſupra de rebus eccle. non alie. ad aures.

De teſtamentis & vltimis voluntatibus. Rubrica 26.

SVMMARIVM.

Filios habens an poſsit fieri epiſcopus.

CAP. I.

QVorundam. [In octo.] i. in duab. partibus hæreditatis, Inſti. de hære. inſtitu. §. hęreditas. [Nurum.] Et ſic apparet, ꝙ habens filios poteſt fieri etiam eps, 12. q. 2. eps, qui fi. ſed ꝯ, 61. diſt. Catinen. 28. diſt. de Syra. & Auct. quomodo opor. §. j. colla. 9. vbi ẽt prohibetur de nepotibus. Sed quidam illa intelligunt, quando filij, vel nepotes ſunt mali, vel quando propter nimium amorẽ filiorum pręſumitur, ꝙ pater dilapidet bona eccleſiæ, nos tamen credimus, ꝙ de iure cõi non debet promoueri, qui filios vel nepotes habet, in Auct. de epiſ. & cle. in prin. Et idem ẽt dicimus in quolibet ꝑlato, diſpenſatiuè tñ poſſunt promoueri,

ſi longa ꝓceſſerit continentia, 28.diſt. priuſquā.cū cautione tñ, quæ continetur 28.diſt.de Syra.ſm antiqua tēpora, quando eccleſiæ erant pauperes, hoc licebat, 47.diſt. §.neceſſe. [Pauperit.] De bonis eccleſiæ.[Habuiſſe.] Supple, vel manſit acquiſitum. [Acquiſiuiſſe.] Intuitu epatus, vel intuitu officij, j. c. requiſiſti.

S V M M A R I V M.

Moniales non profeſſæ condere poſſunt teſtamentum.

C A P. II.

QVia ingredientibus. [Sed in veſtibus.] No. quia nō allegabat ſe profeſſam, ſed nō portaſſe veſtem monachalē, q̄ non facit monacham, j.de reg.& tranſ.ad reli. porrectū. ſi autē moniales eſſent non profeſſæ poſſent ꝯdere teſtm̄, 12.q.5.c.vlt.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator ſi in loco certo aliquid fieri mandat, & ibi fieri non poſſit, alibi adimpletur.*

Sacerdotes non debent ſoluere excommunicatum, niſi præſtiterit cautionem de ſatiſfactione, ex qua promiſſione agent omnes quorum intereſt.

CAP. XIIII.

PArochiano. [Hrdes.] Ar.ↄ̃,C.ne ex deli.de-
functe.l.3. ſol.hic non agiť ↄ̃ hæ-
redes ea delicto defuncti:ſed ſacerdos non dēt abſol
uere excõicatū,niſi is,qui eſt publica perſona,de ſa-
tisfaciendo ſufficientē præſtiterit cautionē.ſ.de ap.qua fronte.
§.fane.& ea illa ſtipulatione agēt oēs,quorū intereſt. ff.rē pupi.
salu.fore.l.quæritur.& plus dicimus,qa cõmittatur cautio, vel
ſtipl̃o:tñ intelligitur appoſita,& ex ea agitur,ac ſi interpoſita eſ
ſet,ff.de adopt. his verbis.tñ cū nullū ius det eis ea ſtipulatione
agere,niſi interpoſita ſit,nõ videmus,quo agere poſsint,ſed co
gendi ſunt officio iud.vt ſatisfaciant: & hoc innuitur hic. Item
ratio videtur,quod ex quo pœnituit, nec aliter pœnitere potuit
niſi faceret ſatis fieri, videtur hæredibus iniunxiſſe, vt ſatisfa-
cerent,& ideo cogendi ſunt.

De parochijs,& alienis parochianis. Rub. 29.

SVMMARIVM.

Parochiale ius in quibus conſiſtat.

EXPOSITIO AD RVBRICAM.

IVs parochiale Conſiſtit, vt in dieb. fe
ſtiuis parochiani miſ-
ſam audiant in ſuis eccleſijs, ĩ.eo.vt dñicis, de
conſec.diſt.j.ſi quis.& in decimis perſonalibus,
16.q.j.ſi quis la. & c.quicunq;. ĩ.de deci.ad apo
ſtolicæ.& in oblationib.10 q j. qa ſan. ſanctorū
hanc. Item in pœnitentijs accipiendis a ſacerdote parochiali,
ĩ.de pœ.& re.omnis.Item in ſepulturis,bñdictionib. nubentiū,
& alijs ſacramentis conferendis.ſ.de ſepul.c.j.& 2.& per totū,
13.q.2.ĩ.de ſi.ſuam.Et vr̃ quibuſdam,& forte nõ male,ꝙ ad obla
tiones cogi poſsint parochiani, maxime ſi ſacerdos eſt pauper,
arg 2.di.ad hęc,de cõſe.di.j.omnis. 16.q.j.ſtatuimus. an ad præ-
ſtandum aliqd ꝑ alijs ſacris cogi poſsint, no.ĩ.de ſi.ad apoſtoli-
cā.itē no.ꝙ hic dicimus pceptionē decimatū eſſe de iure paro-
chiali,& idē dicimus de pceptione canonicæ portionis,quā ec-
cleſia parochialis hr̃e dēt ab eccl̃ia, vbi ſuus parochianus ſepe-
litur.ſ.de ſepul.c.j.& 2. & c.de his. ſed & iſtæ eædem portiones
dñt eſſe de iure epiſcopali, ſ.de offi.or. conquerente. & hoc eſt
verum,ꝙ portio,quam percepit eccleſia parochialis ab eccl̃ia,
vbi ſepelitur, de iure parochiali eſt: ſed portio, quam percipit
epiſcopus a ſua eccleſia propter communionem, quæ eſt inter
cos,eſt de iure epiſcopali, ſ.de teſta.requiſiſti.

SVMMARIVM.

Epiſcopi vbi duo inueniuntur in vna diœceſi, vnus ſcilicet catholicus & alius hæreticus, an & quomodo loca partiantur.

CAP. I.

SI epiſcopus. [Eſt epatus] hoc c.loquiť ď diſpē
ſatione. de iure.n.remouendi eſ
ſent, & ppetuo deponēdi,1.q.7.ſi qs oēs, & loqtur in
partib. Africę, vbi Donatiſtę pualebāt, & quaſi qc-
qd dr̃ hic,prouiſio fuit.[Diuidant.]Eps catholicus, & ↄuerſus.
[Eas.]Parochias, ſiue plebes. [Sic.] i.in hæreſi:catholici.n.ſine
diuiſione oēs catholico epo dimitteņť vel melius credimus ſic
exponendū,q̄ ſic inuentę fuerūt,i.vbi ambę.i.q̄ partē hēbāt po
puli adhærentem hæretico, & partē adhærentē catholico: om
nia autē loca,quę adhæſerunt catholico epo,ſua tantū erunt,&
loca,quę adhæſerūt hæretico,tantū ſua erūt:cõia aūt,i.vbi ſunt
hæretici & catholici,cõia erūt. [Vbi.] i.vbi poſſent fieri duę par
tes,puta quia multę ſunt parochiæ,quæ diuidi pñt:ſecus autē, ſi
vnus locus tm̃ ſit,& hoc eſt,qď ſeqť,ꝙ ſi forte. &c. [Alia.]i.vna
ps.[Ad illū.]i.hr̃ticū epm.[Vnus.]tm̃,& ideo alius locus in eius
cambium dari non pōt,cum non ſit.ꝙ autem in vno loco vter-
que partē ſuam haberet,non eſt conueniens, & eſſet cauſa litis
īter eos. [Inueniunť.] puta qa tria,vel quinq; ſint loca,in quib.
cõiter eſſet plebs adhærens hæretico, & adhęrens catholico.

SVMMARIVM.

Clerici parochiani an dieb. dominicis alienos parochianos in ſuis eccleſiis admittere, vel eijcere poſſint.

CAP. II.

VT dominicis. [Contēpto.] de pœ. di.6. pla-
cuit.71.di.primatus. 9.q.2 p to
tū.ſi aūt nõ cõtēneret, ſed ex iuſta cā ad aliā parochiā
trāſiret, vel in trāſitu peregrinationis, nõ expelleret.7.q.j.epi,
vel pſbyteri.92.di.c.vlti.[Abijciant.] forte in hoc caſu eſt licitū
cuilibet prælato cuiuslibet eccleſiæ eijcere violēter nõ ſolū lai
cos,ſed ēt clericos,arg.infra de ſen.ex.c.veniens.ſed potius ſibi
conſulimus,quod verbis moneat, & non inijciat manus.

SVMMARIVM.

Parochianum alterius an epiſcopus iudicare poſſit.

CAP. III.

NVllus epiſcopus. [Iudicare.] ex epiſcopa-
li ordine:alias enim eſ-
ſet ↄ̃,qa quilibet ordinarius tam præpoſitus, quā ar-
chid.iudicare poteſt, non tamen ordinare,ſ.de offi. ord.c.j.

SVMMARIVM.

a *Vbi limites non ſunt diſtincti, locum habet præſcriptio in prouincijs, & in epiſcopatibus, & in parochijs, & quo ad omnia iura.*
2 *Limes quid ſit.*

CAP. IIII.

1 SVper eo. [De finib.] †Nota,ꝙ vbi limites non
ſunt diſtincti, ſm omnes fere locum
hēt præſcriptio in prouincijs,& in epatib.& in paro
chijs,& quo ad omnia iura. 16.q.3.īter memoratos,
& c.dilectio:ſ.de pſcri. ad aures. vbi vero diſtincti ſunt limites,
dicūt fere omnes,ꝙ nec limes, nec qď annexum eſt limiti pſcri
bi pōt,16.q.3.licet,& c.dilectio.qď aūt remotū eſt,quo ad oïa iu
ra pſcribi poteſt, licet inter alterius limites ↄtineatur. Gr̃anus
tñ & Alanus, & quidā alij dixerunt, ꝙ ēt remotū a limite præ-
ſcribi nõ pōt quo ad iura mere epalia, ſiue ſini de lege iuriſd.ſi
na dioec.ſed horum opi.cõuincit vr̃ ĩ.de reli.do.c.j.ſ.de preſcr.
ad aures,& cum dilectis,& c.cum ea offi.in quib. omnib. oſtendiť,
ꝙ iura epalia præſcribuntur. Quidā tñ dicunt, ꝙ iura, quæ pti-
nent ad ordinē epalem,vt eſt cõſecratio, & ordinatio, & ſimi-
lia,& etiā quæ pertinent ad iuriſdõnem,nõ pōt præſcribere, vt
intra limites alterius epi faciat:ſed pōt pſcribere,vt clericos al-
terius diœc. in ſua ordinet,& iudicet. Illud aūt certū ē,ꝙ quo ad
proprietatē, & quo ad ius pa. ea quę ſunt in limitib.& circa li-
mites præſcribi poſſunt. 16.q.4.volumus.& qď dictū eſt de limi
tibus pſcribendi,locū hēt in prouincijs,16.q.3. quicūque. C.de
fu.li.agros,& i epiſcopatib.& parochijs, 16.q.3.inter me.in fi.&
2 in parochijs,vt hic.†itē no.ꝙ proprie limes eſt longitudo,ſiue
latitudo ſpacium a ſpacio diſtinguens,& in tali limite nihil eſ-
ſe pōt,qm̃ eſt linea tantū:veruntamē nõ ſic ſtricte limites epa-
tus accipiunť,ſed flumina,montes,& paludes in epatib. ſolent
eſſe limites,& de hoc limite dicunt quidā ꝙ eſt cõmunis vtriuſ
que,& qď in eo fundatur,cõmune erit:Alij dicunť,ꝙ eſt nullus:
alij dicunt,& forte melius,ꝙ talis limes diuiſus inter epos intel
ligitur ipſo iure,licet nunq̄ actus diuiſus fuerit, vnde ſi fluuij li-
mes exſiccatus ſit per lõgitudinē, vel per latitudinē,diuiſus in-
telligiť,& p iudicem arbitrio boni viri actuali ſigno diſtingueť,
& ſi eccleſia ſit in medio limitis,in duas eccleſias diuidetur,niſi
aliter ipſi epi inter ſe potuerint cõuenire.quandiu aūt nõ ſiunt
duæ,cõmunes intelligūtur quo ad parochialia & epalia iura,
ſicut arbor in cõfinio poſita. ff.cõmuni di. arbor, inſti. de rerū
di.§.inſula.nec pſcribet vnus ↄ̃ aliū, 16. q.3.inter me.Si aūt de il
la eccleſia non poſsint fieri duę, ſuperior ordinabit, ꝙ alternis
annis vel vicibus diſponant.ff.de vſufru. ſi rei. §.ſi ſu. & l.quo-
tiens.vel dic,qď illius ſoli erit eccl̃ia,in cuius parte caput poſi-
tū eſt. ff.de acquirē. re.do.ad eo.§.ſi.item nõ poteſt eps donare
alijs.quę ſunt in limite.16.q.3.licet. [Quę finib.] ff. de rei vin.
quę religioſis. ff.de ↄhen. emp. in modicis, principaliter ita,ꝙ
ſunt partes eius.ff. de rei vin.qui ꝑ re.ff.de ↄhen.emp. in modi
cis.vel vicina ſunt, & ſi non ſunt partes eius:nā rõne vicinitatis
poſſent cõfundi fines, & relinquitur hoc arbitrio boni viri: nā
quædam ſunt, quę potius intellectu accipiūtur. ff. de ſol.ratū.
[Parochiarum.] ideſt epiſcopatuum:nos intelligimus, vt ia-
cet,ſcilicet & plebium,vel capellarum.

SVMMARIVM.

1 *Clericis, vel eccleſiis ſiue diuitibus, ſiue pauperibus exiſtentibus, decimæ integræ eis ſoluendæ ſunt de omnibus, quæ proueniunt de terra, ſiue de animalibus, ſiue operatura manuum, & in nu. 2.*
3 *Prædicatores, q docēt & pdicant nõ dari dēre decimas clericis male faciunt.*

CAP. V.

SIgnificauit. [Temporalia.] decimas pſonales,ob
lationes,& huiuſmodi: nā decimas p̄
diales exigere poſſunt,vt ſtatim ſequitur.[Partibus.] ĩ.ti.
2 proxi. ad apoſtolicę. [†Perſoluunť.] ſup.illis eccleſijs,in quarū
parochijs poſſeſsiones ſitę, ſunt,qa ſi eſſet cõſuetudo, ꝙ alij ec-
cleſię ſoluerētur, ſtabiť cõſuetudini.ĩ.ti.ꝑal.ad apoſtolicę. hoc
aūt cõſuetudine induci nõ pōt, ꝙ quis alicui non ſoluat deci-
mas, ſi ſunt prædia laicorū, nõ religioſorū.quicqd alij dicant,
nobis vr̃,ꝙ clericis,vel potius eccleſijs,ſiue ſint diuites, ſiue pau
peres,decimę integrę eis ſoluēdę ſunt de omnib. quę pueniūt
de terra, ſiue de animalib. ſiue de operatura manuū.Et ꝙ diui-
tię eccleſiarū non debēt impedire dationē decimarū, pbatur,
qa in nullo caſu pōt eſſe verum,ꝙ propter diuitias liceat alijs di
uitib.ſua iura auferre. 14.q.4.c.quid dicā,& q.5.p totū item de
cimę nõ ſunt tantum clericorū,ſed pauperū,& fabricæ.12.q.2.
3 nobis & c.ſeq.†Item decimę ſunt tributa ęgētium animarum,
& ea ſibi dominus reſeruauit in ſignum vniuerſalis dominij,
16.q.j.decimę,infra eodem, tua.quod autem omnes decimę
& perſonales

& perſonales & reales decimæ ſint integrè perſolnendæ: pbaẽ, qa auctoritates ueter. & no. te. generaliter loquuntur. Nã Abrañ obtulit decimas Melchiſedech ſacerdoti de oĩb. Gen. 14. circa fi. Oleę. 7. circa prin. Item Iacob promiſit dño cũctorũ, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. & in Exo. 22. circa fi. legiẽ decimas & primitias nõ tardabis offerre. & in Leui. 27. circa fi. Oẽs decimę terrę ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborũ dñi ſunt, & j. eo. c. ouis, & bouis, & capræ, q̃ ſub virga paſtoris trãſeũt, qcqd decimarũ fuerit, ſanctificabiẽ dño, & non eligeẽ neq; bonũ neque malum, nec altero commutabis. & Numeri 18. circa fi. filijs Leui. dedi oẽs decimas Iſdrael in poſſeſsionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœdet. & j. nihil aliud poſsidebũt decimarũ oblatione cõtenti, quas in vſus eorũ neceſſarios ſeparaui. & Deut. 12. c. in prin. offeretis in tabernaculis victimas, & decimas, & primitias manuũ veſtrarũ. & eiuſdem 14. circa mediũ, Decimã partẽ ſeparabis de oĩb. frugib. tuis, quę naſcuntur in terra. itẽ 2. pal. 31. circa princ. Primitias obtulerunt primi frumenti, vini, & olei, mellis quoq; & oĩum, q̃ gignit humus, decimas obtulerũt. Num. 10. circa fi. ipſi Leuitę decimas accipient ex oĩbus ciuitatib. operum noſtrorũ. Tob. j. Tobias fideliter offerebat oĩa primitia ſua, & decimas. itẽ Eccleſi. 35. circa prin. ĩ exultatione ſanctifica decimas tuas. Malac. 3. & me cõfigitis in decimis, & primi. j. inferte oẽm decimã in horreum meũ, vt ſit cib. in domo mea. itẽ Lucę 13. Do decimas oĩum, q̃ poſsideo. idẽ Matthęi 13. Veh vobis, q decimatis mentã, & anethũ, & cynamomũ & relinquitis, q̃ grauiora ſunt legis, & miſericordiã, iudiciũ, & fidẽ; & hoc oportuit facere, & illa non omit-
3 tere. † Itẽ confundi debent vehementer iſti noui magiſtri & prędicatores, q docent & prędicant ꝯ no. & ve. te. nnnq̃ enim inueniunt Aug. Amb. Greg. vel aliũ Sanctũ Doctorẽ aliud ſenſiſſe. 26. q. 7. decimas, & in cap. ſeq. Sed dicunt aliqui, decimæ datæ fuerunt clericis ꝓ parte ſua, & non debebant aliam portionem hẽre niſi decimas. Nume. 18. circa fi. cum ergo modo multa habeant, non debent hẽe decimas. Sed verũ eſt, ꝙ in diuiſione terrę ꝓmiſsionis nõ debuerũt hẽe ptẽ, ſicut alię Tribus, ſed ꝓ ptẽ debuerũt eẽ ꝯtenti decimis, ſed ſi alias offerenẽ eis, vel alio iuſto titulo darẽẽ, bñ poterãt poſſeſsiones hẽre, vt Leui. c. fi. vltra med. Itẽ decimę ſunt pars dñi, Leui. 27. circa fi. & dñs dedit eas Leuitis, Nume. 17. circa fi. qđ aũt de ſuo dñs dedit Leuitis, nulli licet auferre, q̃tũcũq; ſint diuites, vel mali. j. e. tua. Itẽ mirũ eſt de quibuſdã, q quaſi inſani & hẽtici dicũt, ꝙ ꝑſonales decimæ nõ ſunt dãdæ, cũ expreſſe habeaẽ ꝯ Numeri 10. circa fi. & Deute. 12. circa prin. itẽ maior rõ eſt, ꝙ quis det tributũ de eo, qđ ꝓducit manus ſua tanquam dignius, q̃ de eo, quod producit humus.

De decimis. Rubrica 28.

SVMMARIVM.

Decimæ ſiue primitiæ dandæ ſunt ſecundum conſuetudinem regionis.

CAP. I.

DEcimam. [Traditionẽ.] Ar. ꝓ opinionib. magiſtrorum nobis vl̃; ꝙ primitiæ dandæ ſunt ſm cõſuetudinẽ regionis, & hoc hic ꝓbaẽ, ꝙ nunquã pręceptũ inuenitur de certa quantitate. [Et 60.] ſuo cũ non inueniaẽ expſſa quantitas, in opinione relinquitur dantis, quãtumcunque velit, det, niſi conſuetudo aliud induceret. [Hoc.] Ezechiele, vel in traditionibus Hebræorum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia intra limites alterius baptiſmalis eccleſiæ ſita an ſoluat decimas.*
2 *Clerici cuiuſlibet eccleſiæ teneantur ſoluere decimas perſonales.*
3 *An ſeruus, & monachus teneantur ad ſoluendas decimas.*

CAP. II.

1 NOuum genus. [A clericis.] † Quidam hoc intelligũt verũ in omnibus clericis, & oĩbus ꝓdictis, ſ. rã eccleſię, q̃ hæreditarijs, ꝯ, 16. q. j. ſi quis laicus. ſed illud intelligiẽ de clericis coniugatis, q nec in ꝑſonalib. nec in prędialib. decimis habent exẽptionem: hoc non placet. alij dicunt, ꝙ de dote eccleſię nõ debent clerici clericis decimas ſoluere, & ſic loquiẽ ca. hoc: de alijs aũt poſſeſsionib. in alterius parochia ſitis ſecus, & ſic loquitur c. ſi qs laicus, Alij dicunt, ꝙ de ꝑſonalibus decimis loquitur principiũ huius c. finis aũt huius c. de ꝓdialibus, vel de ꝯiugatis clericis loquiẽ, q & ꝑſonales & ꝓdiales ſoluũt. vel dic, ꝙ ecclia intra limites alterius baptiſmalis eccleſiæ ſita nõ ſoluit perſonales decimas de laborib. eccleſiæ, vel alrẽ, i. de his, q̃ ad eccleſiam pertinent, vel acqruntẽ ei; & ſic loquitur prin. dec. ſed clerici de his, q̃ ſibi ꝓpria acqrũt, bñ ſoluent decimas ꝑſonales, vt
a de aduocatione, & ſimilib. & ſic loquiẽ finis decr. ꝓdiales aũt ſoluũt, ſicut alij nõ priuilegiati. j. c. ſuggeſtũ, & c. ex parte, & c.
2 ꝓxi. & multis alijs ca. † Itẽ plus dicimus, ꝙ clerici cuiuslibet ec-
b cleſię & ẽt ſacerdotes, & qđ plus eſt ꝓlati ᵇ ſuæ eccl'iæ, a qua ꝑcipiũt eccl'iaſtica ſacra, ſoluũt etiam decimas perſonales: licet enim ipſi ſeruiant eccleſię, & alijs miniſtrent ſacramenta, tamen nomine eccleſiæ faciunt, & nomine eccleſiæ ſuſcipiunt decimas, & ipſi ẽt ſeipſis noĩe eccleſiarũ recipiũt ſacra, Quid dices de Ciſtercien. & alijs clericis, qui mercenarios tenent in alijs parochijs, q ibi texunt veſtes, & alia manib. ſuis operantur, & ex taliũ mercenariorũ operib. multa lucrantur monachi, vel clerici? Rñdemus ꝙ mercenarij de mercede ſua ſoluant decimas, ſed de eo, ꝙ ꝑuenit ad monaſteriũ ẽt de mercede, nihil ſoluetur. & ſi ſerui monaſterij, vel monachi in alia parochia operantur, cũ nihil ſibi acquirant, nullas decimas ꝑſonales ſoluent illi eccleſiæ in cuius parochia operanẽ & vbi audiunt officia. Itẽ ẽt vẽ in ſeruis, & mercenaris laicorũ, ſi operantur in alia parochia, quã in qua dñs cõmoratur, qa ibi mercenarius ſoluet decimas de mercede ſua. ſerui aũt nihil ſoluent, cũ nihil hẽe poſſint, imo dominus ſoluet inde decimas eccleſiæ, vbi ipſe dñs ꝑ
3 circulũ anni audiuit diuina officia, & vbi moratur. † Alij tñ dicunt, cũ naturaliter ẽt ſeruo mercedes debeanẽ, ar. ff. de condi. inde. naturaliter, ꝙ eccleſiæ, in cuius parochia operatur, ſoluendę ſunt decimæ, & idẽ forte dẽ in monacho, ſed nõ placet, cum non poſsit quęrere niſi monaſterio, & monaſteriũ decimas perſonales ſoluere nõ tenetur. & idẽ dicimus in his, qui negociãtur noĩe aliorum. Itẽ non credimus, ꝙ licet hodie in aliqua eccleſia audiuit officia, & hodie ibi lucretur centum, ꝙ ex eis det decimã illi eccleſiæ, ſed vbi per totũ annum eccleſiaſtica ſumit ſacra, i. audiuerit diuina officia. 16. q. 1. queſti. j. eo. ad apoſtolicæ. & ſi forte in pluribus audiret officia, & quaſi ꝓ ęquali parte, nõ eſſet malũ, ꝙ auctoritate ſuperioris inter eos decimæ diuiderentur, qa dignũ eſt, vt temporalia metat, qui ſeminat ſpiritualia. De præbendis aũt ſuis clerici nõ debent dare aliquid eccleſijs, in quib. audiunt diuina officia, ſi forte alibi audiunt, q̃ in eccleſijs, vbi habent ꝓbendas. & hoc verum, ſi illę eccleſiæ vñ habent ꝓbendas, nulli debent ſoluere decimas, vel ſi debent ſoluere, decimauerunt bene illa bona, vnde ꝓbendas dederunt. qđ ſic probo, quia pręb endæ datæ clericis non ſunt clericorũ; imò ꝓprietas eſt earum eccleſiarũ, quæ dant ꝓbendas, vnde de eis non poſſunt teſtari. ĩ. de teſta. c. vlt. & c. ad hęc, & c. relatum. Si autem eccleſiæ, quæ dant pręb endas, deberent alijs dare decimas, & non dediſſent, tunc clerici, qui receperunt præbendas, debent inde dare decimas, j. cap. a nobis, & c. tua.

ADDITIONES.

a ¶Prædiales autem. Adde Car. in conſil. 88. inci. conſultus ego Fran. col. fin. poſt principium.
b ¶Prælati. Quòd prælati ſoluunt decimas perſonales ſuæ eccleſiæ, adde Card. in conſil. 90. inci. in diſcuſſione dubij præmiſſi, col. 2.

CAP. III.

EX multiplici. [Derogare] uo. per priuilegiũ nõ derogari pacto, nec tranſactioni.

SVMMARIVM.

1 *Decima lactis & lanæ, an prædiales an perſonales, cenſeantur, & cui eccleſiæ ſint ſoluenda.*
2 *Sacerdos an poſſit agere ad decimam æſtimationis ſegetis combuſtæ, vel arborum cæſarum.*

CAP. IIII.

COmmiſſum. [Paſcuis] quæ vendebantur, & ſic pretia ſoluebantur, vel ſolui debebant eccleſię parochiali. vel decimę debẽt ſolui de paſcuis, i. de lacte, & lana beſtiarũ, quæ paſcebãtur in illis paſ-
1 cuis. fi. j. c. nuncios. † Et ſic eſt ar. ꝙ tales decimę cenſeanẽ ꝓdiales, qa ꝑſonales eſſent, nõ parochiali, ſed illi, vbi audit officia, dari pręcipiunẽ. prima magis placet, & ſi dominus fundi gratis patiatur paſcere beſtias in fundo ſuo, tñ cũ herba deuulſa de terra a beſtia, vel potius ab eo, qui beſtias paſcit, tranſeat cũ onere ſuo decimę, j. c. tua & ca. paſtoralis, dominus beſtię decimã æſtimationẽ totius herbæ dẽt dare eccleſię. ff. de vſufru. ſi vſu-
a fructuarius. & idem vẽ ar. huius l. & pręal. rõnis. † Quod ſi quis comburat, vel aliter deſtruat ſegetẽ, maxime maturã. vel arbores cędat, ꝙ parochialis ſacerdos põt agere ad decimã æſtimationis. Alij aũt ꝯdicunt. de feris aũt, auibus, & piſcibus nõ recluſis bene dandę ſunt decimę eccleſię vbi percipit ſacramenta, & non baptiſmali eccleſiæ, quia in nullius parochia debent eſſe, inſti. de re. di. §. feræ. & §. ſeq.

CAP. VI.

NVncios. [De apibus.] Ideſt de melle apum, & cera. ſi. ĩ. eod. commiſſum.

SVMMARIVM.

Clerici an & quando prædia conducere poſſunt.

CAP. VIII.

DIlecti filij. [Conduxiſtis.] No. licere clericis cõducere prædia, ſi ſua eis non ſufficiũt. [Conduxiſtis.] Sed de proprijs tantum.

SVMMARIVM.

Monachi Ciſtercien. an decimas dare teneantur, & de quibus rebus.

CAP. IX.

SVggeſtum. [Cōponatis.] Cū enormiter lædantur alij decimas recipere debent, niſi ſoluātis. [Ordinis.] l. Ciſtercieñ. [Priuilegiū.] Circa decimas monachorū: no. qđ olim in primitiua eccleſia decimas de laboribus, & pđijs ſuis dabāt, ſicut laici. 16. q. j. gñaliter. 13. q. j. in fi. & c. procedēte. Sed Paſchalis a. & Greg. & ꝯcil. Magun. ꝯſtituerūt, ne religioſi, nec alij cōiter viuentes decimas de ſuis laboribus ſoluerēt. 16. q. 1. quęſti. & c. decimas. & certo tpe hoc priuilegiū arctatū eſt circa Ciſtercien. tēplarios, & hoſpitalarios Hieroſolimitanos. alijs verò monachis ꝯceſſu tm̄ de noualib. q̄ ꝓprijs manibus excolunt, & de hortis, & nutrimētis aīaliū. j. e. ꝑxi. & c. ad audientiā. Eſt ergo ſic tenendū ꝙ monachi Ciſtercien. nō dabunt decimas de poſſeſsionibus ꝓprijs, quas colūt manibus, vel ſumptibus ꝓprijs, niſi pacto, vel tranſactione ſint ligati. ī. c. ex multiplici, & niſi enormiter lędaĩ eccl'ia, vt hic, vel nō ſoluēdo renunciauerūt priuilegio ſuo, vt j. de priuil. ſi de terra. monachi aūt, & alij canonici de oībus tenenť dare decimas, niſi de noualibus ꝓprijs manibus cultis & hortis, & nutrimētis aīaliū, j. e. c. ꝑxi. ſed & eas. ſ. decimas de noua. & hor. & nutr. aīaliū ſoluēt, ſi parochialis eccleſia lędaĩ. j. de vet. ſi. qđ p no. §. ij. de alijs aūt ſoluēt, niſi ſup decimis ſpālc priuilegiū hēant, vel niſi præſcripſerint, & hæc vera ſunt in monaſterijs, q̄ populū nō habēt: alias ſecus, quia tunc ēt pđiales, & pſonales hēbunt vt hic, & 16. q. 1. ſi monachus. de poſſeſsionib. vero poſt ꝯcil. habitis indifferenter oēs religioſi decimas ſoluēt, ſiue ſint Ciſtercien. ſiue tēplarij, ſiue hoſpitalarij, ſiue qcūq; alij ſup decimis priuilegiati. j. c. nup. olim aūt vel hodie de ꝯductis & ꝓprijs manibus cultis decimas ſoluent, ſupra eo. dilcēti. [Sed nunc.] No. vbi priuilegium ex poſt facto ad iniquum grauamen etiam non iniquū deuenit, temperandum eſt per ſuperiorem. ff. de reg. iu. Neratius. in fi. ff. de vulga. & pupilla. ſubſt. ex facto.

CAP. X.

Expreſſe. [Prædeceſſores.] 15. q. 1. tua.

CAP. XII.

Ad audientiam. [Vbi ponimus.] ff. de conſt. prin. beneficium. ſupra de lo. cum dile.

CAP. XIII.

Quoniam à nobis. [Alioquin.] i. ſi non ſunt in alicuius parochia.

SVMMARIVM.

Decimæ quandiu non ſunt ſeparatæ, ſunt in poſſeſsione prioris domini: & qua actione petantur.

CAP. XIIII.

PArochianos. [Domino.] 16. q. j. reuertimini. [Debitū.] per actio. confeſſo. ar. ff. ſi ſer. vin. l. 2. ff. ſi vſuſf. pe. l. penul. de rei vindica. ad fructus. 16. q. 1. reuertimini, moderamine. nec eſt curādū, ſi primo eccleſia non hēat dñium, C. de ſacr. ſan. eccle. vt interdi. ī. de conſu. c. 2. arg. ꝯtra, ff. de polli. l. ij. §. vlt. vbi dr̄, quandiu decima non eſt ſeparata, ſemper eſt in poſſeſsione prioris domini. ſed ibi loquitur de profana decima: hic ſpirituali. vel petantur cōdictione ex canone 16. q. 1. decimæ & c. reuertimini vel officio Iud. pro his etiam intenatur iudicium, communi diui.

SVMMARIVM.

Res eccleſiæ non poſſunt de nouo dari in feudum, nec in emphiteuſim, nec in locationem ad longum tempus.

CAP. XV.

AD hęc. [Per ſucceſsionē.] Non ergo licet concedere in feudū, nec in emphyteuſim, nec in locatione ad longū tp̄s. nullus, n. ꝯtractus ſuper eis iniri dēt, per quem fiat vel feudū, vel alienatio, quæ fit per prædictos contractus. ff. ſi ag. vec. l. vlt. ff. de ſuperfi. l. 1. arg. ſupra de reb. eccle. non alien. nulli, ad firmam autē & ad certum tempus concedi poteſt, ſupra de loc. & cōndu. c. 5.

SVMMARIVM.

Iudæi ad quas decimas teneantur.

CAP. XVI.

DE terris. [Iudęi.] Ad decimas, q̄ ratione pđiorū ſoluūtur, tenētur Iudæi, ad pſonales nō.

CAP. XVII.

Quamuis. [Diſponere.] Et malc. 89. diſtin. quoniam. & c. iudicatur, 16. q. vlt. nullus.

CAP. XVIII.

CVm ſint homines. [Diuerſę.] Non tamen aduerſæ. [Difficile.] nō impoſsibile: puta ſi præſcripſit. vel dic ꝙ pſcribere non pōt, ſi eſt poſſeſsio, vnde decima colligitur in limite. ī. de Paroc. c. pe. & loquitur de poſſeſsionibus in limite ꝯſtitutis.

SVMMARIVM.

Laici an decimas cum peccato teneant.

CAP. XIX.

PRohibemus. [In alios.] & ſic laicus tenens in feudū decimas eas alij infeudare non pōt, tñ ſm quoſdā illi, qui detinent in feudu, non retinent eas cum peccato, vt no. ſupra de his, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu. ca. cum apoſtolica: & ſecundum hoc non loquitur hic de decimis infeudatis, ſed de alijs male detentis.

SVMMARIVM.

Conſuetudo in decimis ſeruanda eſt, & quomodo.

CAP. XX.

AD apoſtolicæ. [Conſuetudo.] No. conſuetudinem valere in decimis, ſed inter eccleſias tantum. ſupra c. cum ſint. ſed ſi de conſuetudine non conſtat, prædiales dandæ ſunt eccleſię baptiſmali, & perſonales capellæ. 16. q. 1. decimas. j. eo. nuncios.

SVMMARIVM.

5 *Nunquid de venatione, & piſcatione ſint danda decima.*

2 *Si alicui donantur immobilia, an de eis teneatur dare decimas.*

CAP. XXII.

5 NOn eſt. [De venatione.] † Iſtæ ſunt pſonales decimæ, qa miniſterio & perſonali opera proueniunt, vñ decimæ ſolui debent, licet in terra, vel in aere, vel in aqua nutriant, & bñficio & nutrimento terræ. & ideo decimæ dandę ſunt, vbi per anni circulū pcipit eccleſiaſtica ſacra: & hæc intelligo vera, vbi libere quiſq; piſcaĩ, nullo pretio dato, nec pie piſcationis, qa ſi inde dareĩ pretiū, vel pars, tūc bñ vr̄, ꝙ de illo ptio, vel parte dādæ ſint decimæ eccleſiæ baptiſmali: qa nō ex miniſterio hominis, ſed ex aqua, & terra ꝓueniūt. Sed ſi eſſet locus publicus, vbi licet cuiq; piſcari, potius reputo pſonales, q̄ pđiales. & idē dicimus in piſcatore, & venatore, & alijs hmōi. Itē vr̄, ꝙ ſi aliqs capiat piſces in mari, & in ſtagno portet, & ibi viuāt aliquot dieb. ꝙ decimas debet inde hr̄e eccleſia, in cuius parochia eſt ſtagnū. & idē vr̄, ſi beſtię recludātur in reclusoriū, cū ibi viuant bñficio aquę vel terrę, q̄ eſt in eius parochia, ar. j. eo. cū non ſit in homine. Alijs tñ vr̄, ꝙ non ſunt dandę decimę de pđictis batiſmali eccleſię, ſed illi, vbi percipit ſacra eccleſiaſtica, qa oīa proueniūt opera & artificio hoīs. nec eſt ꝯ. j. c. cū nō, quia ibi nō prouenit fructus artificio hoīs, ſed ſola grā Dei, qđ inde apparet, qa ſemē mortificaĩ, & deo nō hoīe cooperāte viuificaĩ, & fructum plus affert, ſed piſces & aīalia reclusa non moriuntur. Itē ſi arborē de ſilua excidam nō valentē librā qs portet ad portū, vbi valet mille, non dēt ſoluere niſi decimā eius, ꝙ valebit in ſilua, & melius deductis expēſis quas

2 fecit ī ducēdo, ſoluat decimā, dummō bona fide fecerit. [† Omnibus.] Si alicui donantur immobilia, nō credimus, ꝙ de illis qs debeat dare decimā, cū in veteri teſtā. vbi pcepte fuerunt decimæ, Leuitę habent ptē in poſſeſsione, qa de fructib. tm̄ decimas dari dñs præcepit. alias aūt de mobilib. quocūque titulo ad aliquē peruenerint ſiue ex dono, ſiue ex legato, ſiue ex inſtōne hæredis, ſoluet decimas, quāuis aliqui excipiant ſuos hæredes, q fungantur dñi ēt pře viuente, inſt. de hær. qual. & diſ. §. ſui. alij tñ dicunt, forte nō male, ꝙ de his, quæ dono daĩ, vel ex ſucceſſione qualicūq; obueniunt, nō dēnt dari decimæ, qa nec de humo ꝓducunĩ, nec de opera manuū ſunt. & ſm hoc exponēdum eſt hoc verbū, de oībus bonis, ſ. quæ proueniūt ab humo, vel a manib. Itē ſi aliqs ꝓ mercede militiæ ſuæ, vel aduocationis, vł ꝓ aliquo ope ſuo recipiat ex pacto, vel ſine pacto aliqđ caſtrū, vł villā, vel alia poſſeſsionē īmobilē, nunq̄ de ea tenei dare decimā pđicta rōne, ſ. qa de immobilibus non ſunt dandæ decimæ, alij tñ dnt, qđ in hoc caſu & de immobilibus ſunt dādæ decimæ.

SVMMARIVM.

Meretrices, hiſtriones, & aliæ turpes perſonæ an cogantur ſoluere decimas, & de quibus rebus, & quare.

CAP. XXIII.

EX tranſmiſſa. [Licite] Secus ſi illicite. j. q. 1. nō eſt pu. Quid dices de meretrice & hiſtrione, & alijs in quos transfertur dñium, & nō cōpetit repetitio? dicimus, ꝙ tenenĩ ſoluere, qa nō turpiter accepit. ff. de condi. ob tur. cām, idem & ſi §. quotiens, ar. ff. de inter. & rel. relegatorū. §. vl. ſed eccleſia in deteſtationē crīs nō recipiet, & ne videaĩ tacite approbare, vñ ſcriptū eſt, non accipies mercedē ꝓſtibuli, ſicut & nō recipiet oblationes notorie diſcordantiū. 90. diſt. oblationes. itē opprimentū pauperes, vt ibi dr̄. itē raptorū, & vſurariorū. j. de rap. ſup ea. j. de vſu. qa. itē meretricis & pp qđlibet aliud notoriū crimē, vel horrēdū. 17. q. 4. miror. ſecus aūt vbi dñium nō eſt trāſlatū, vel eſt trāſlatū, ſed cōpetit repetitio. tiam tunc nullo mō, nec aliquo tempore dandæ ſunt decimæ vel eleemoſynę faciendæ, & ſic loqtur hic, & j. q. j. nō ē pu. 14. q. 5. c. vl. a meretrice aūt poſt pniam credemus poſſe exigi decimam, qa iā poſt pniam deſpici non dēt in eo, quod fuit. 50. diſt. ferrum. In decimis autem prædialibus ſecus eſt dicendum, qa ſemper ſoluendæ ſunt de prædictis decimæ, & ſi iniquiſſima ſit malitia poſſidentium. ī. eo. de terris.

SVM-

SVMMARIVM.

Colonus quando,& cui eccleſia teneatur ſoluere decimam prædiorũ q̃ colit.

CAP. XXIIII.

A Nobis. [Fictum.] Puta qa eſt colonus partionatius, ſ.qui certam partem fructuum recipit.ſi autem eſſet penſionarius, puta quia pro 10.co lit agrum,de fructib.cum non ſint ſui, non tenet ſoluere decimam:tñ ſi poſsideat,vel tñ detineat fructus terræ,poſſunt ſicut & a quolibet alio detentore vindicari, ar.16.q.j.c.ſi quis laicus, ĩ.e.paſtoralis.ff.de vſur. hactenus. Item dicimus, ꝙ licet dominus cum penſionario ꝯueniat, ꝙ penſionarius oẽs decimas ſoluat, tñpõt dominus conueniri,de eo,quod recipit,niſi pẽſionarius ſoluat, cũ de oĩbus bonis dẽant ſolui decimæ.ſ.eo.non eſt. Itẽ credimus,ꝙ coloni,ẽt ſi in alia parochia percipiãt eccleſiaſtica ſacra, tamen de fructibus pcipiunt de prædijs,ꝙ colunt,ratione culturæ nõ dẽnt ſoluere decimas ſuæ eccl'iæ,ſed illi,in cuius parochia ſita ſunt prædia,arg. hic;& ratio eſt, ſ. eo.non eſt. & dicimus hoc ſic verum,ſi quartam partem fructuum recipiãt pro labore, ſiue certas menſuras tantum, dummodo de fundo illo recipere debeant illas menſuras, & non aliunde, puta quia ſi in fundo eſſent ſoluerentur illę menſurę, & ſi non eſſent ibi, non ſoluerentur illæ menſurę, & idem videtur dicendum etiã, ſi non de fructibus illorum prædiorũ, ſed ẽt certa pecuniæ ſumma deberet ſolui,dummodo ſic eſſet conuentũ, de fructibus illorũ prædiorũ ſolueretur illa pecunia.arg.ff.de vſufr. hactenus. ff.de iudi.fideicom. Sed ſecus eſſet,ſi de fructibus prędij nõ deberent coloni recipere portionem ſuam, ſed perſona eſſet tantum obligata ad ſoluendum mercedem,ſiue merces eſſet in fructibus vndecunq; perceptis,ſiue in pecunia, quia tunc de mercede illa ſoluit decimas eccleſiæ ſuæ,vbi percipit diuina ſacra. 16.q.1.quæſt. nã ibi loquitur in caſu iſto, & eſt ar. ad hoc ff. de contrahẽ.emp.l.fi.& hoc ipſum probo rõnibus.In primo.n.caſu, cũ oẽs fructus ſint decimandi ante q̃ diuidantur ſine deductione expenſarum.ĩ.e.tua.ergo ex quo ſemel ſunt decimati,vlterius decimari nõ dẽnt ab his,ad quos ex debito ꝑueniũt,ſicut ſunt coloni.ĩ.e.paſtora.Itẽ ſecundo caſu eſt optima rõ, quia eſt lucrũ manuũ ſuarũ, ergo debet hr̃e inde decimas eccleſia, vbi pcipit ſacramenta.Item in primo caſu totus fructus eſt de terra, licet in eo habendo cooperetur opera hominis. ſ. e. non eſt.iõ tũ eccleſiæ,vbi ſunt ſita prædia, dandæ ſunt decimæ:nã ſm pacta, quæ diximus,nihil dẽt hr̃e de mercede, niſi terra fructificet. In ſecundo autem caſu totus fructus, vel potius lucrum, ꝙ merces eſt de opere manuum : quia etiam ſi fundus eſſet ex toto ſterilis,tamen mercedem ſuam haberet colonus.

SVMMARIVM.

Priuilegia,contractus,& præſcripto, quando large, quando largiſſime, & quando ſtrictè ſint interpretanda.

CAP. XXV.

TVa. Et ĩ.[extendenda.]ĩ e.ex parte.contra, ſnl.ibi priuilegium generale dati eccleſiæ ſup decimis alterius parochiæ legitimã recipit interpretationẽ, & ſm proprietatem verborum, ſcilicet, ꝙ ex quo conceſſæ ſunt et decimæ alicuius parochiæ,non ſolum decimę veteres,ſed ẽt de nouaIibus conceſſæ videntur:ſed tamen nec in hoc caſu credimus priuilegium largiſsimè,ſed tñ largè interpretandum eſſe, inquantum ius aliorum tãgit.ff.de vul.ſub.ex facto.ſ.e.dilecti, &ſc. ſuggeſtũ.in quantũ autẽ ius concedentis tangit, largiſsimè interpretandum eſt ſ. de do.cũ dilec. Sed licet hoc ſit in priui. conceſsis eccleſijs: tamen ſecus eſt in feudationibus decimarũ conceſsis laicis,quia ibi ſolũmodo ſunt largè interpretanda verba,vt intelligatur tñ de decimis, quę tpe in feudationis erant, ar.ff.de contrahen.emp. Rutil.cum.n. infeudare ſit cõtractus, ſufficit ſi fiat ibi larga interpretatio,vt in pręal.e.cum dilecti.& ideo ad futura extendi non debet,vt in prædi. l.Rutil quamuis hæc conceſsio decimarum facta laicis ſpãliter ſit odioſa, vt ſ. de his,quæ fi.a præ.ſi.con.ca. cum apoſtolica.& hoc eſt in contractibus,ſi non ſunt extendẽdi ad futura, multofortius iura ex præſcriptione quæſita ad futura nõ extenduntur. verbi gratia, ſi præſcripſit aliquod ius decimandi in tota parochia alicuius, non tamẽ vr̃ præſcripſiſſe in nouaIibus infra eod. cũ contingat nam præſcriptiones non tñ non ſunt largè interpretandæ, ſed ſunt reſtringendæ,vt non intelligatur præſcriptũ, niſi illud, qđ præſcriptum probatur.nã licet quis ꝓbauerit, ꝙ per totam parochiam decimã colligit,excepto vno prædio, de quo non probauit,non adiudicabo ſibi decimã in illo prædio, & ad hoc eſt argumen.ĩ.co.cũ contingat.vnde eſt quòd quãdo aliquis petit decimas, quas præſcripſit extra ſuam parochiam, quod debet probare de ſingulis fundis per ſe, quia decima collecta ex vicinis fundis non probat in alijs deberi.

SVMMARIVM.

Colonus accipiens terram colendam ad tertium,quartum, vel aliam redditũ nunquam deducet ſemen,nec expenſas.

CAP. XXVI.

TVa nobis. [Statutum.] i. redditus,vel cẽſus. [Aut ſemine.] not. ꝙ qñ aliquis dat terrã alicui colendam ad tertium, quartum, vel ad alium redditum, nunquam colonus debet inde deducere ſemen, vel alias expenſas de iure, niſi per ſpeciale pactum aliud fiat.

CAP. XXVII.

EX parte tua. [Laboribus.] l.de terris laboratis per vos intra parochias, in quib. ius patronatus habetis. [De nouaIib.] ſ.e.tua,ꝯ.ſol.ibi.

SVMMARIVM.

1 *Quæ rõ ſit,cur ĩ ſoluẽdo decimas de negociatione deducanẽ expenſæ circa rem factæ.*
2 *De fructibus & redditibus decimæ non diminutæ dandæ ſunt.*
3 *De lucro rei emptæ datur decima, quid autem de mercibus,in nume.4.*
5 *Decimæ prædiales dari debent ſtatim, vbi fructus percipiuntur.*

CAP. XXVIII.

PAſtoralis. Caſus eſt talis, epſ Helien. quæſiuit, an ſi qñ ſoluũtur decimæ de fructibus, vel prouentib. molendinorũ,& piſcariarũ, deducendę ſint expenſæ factę pro eis percipiendis, ſicut deducunẽ, qn decimæ ſoluunẽ de lucro negociationis.huic aũt quæſtioni rndit Papa, eſt differentia de molendinis,& piſcarijs, vel agris, vel gregib. vel quibuſcũque alijs mercibus, qa ſi ipſæ fuerunt emptæ de pecunia decimata, quãtuncũque poſtea vendi contigerit eaſdẽ, ẽt ſi poſt multos annos,& poſtquã multos collegerit fructus ex eis,tñ oẽs expenſas deducet: ſed qñ ſoluit decimas de prouẽtib. vel fructib. molendinorũ,vel piſcariarũ,vel agrorũ, vel quarũcunque aliarũ rerũ, ſiue ſint empti cauſa proprij vſus, ſiue ad reuẽdendũ, nõ dẽt inde extrahere expenſas ſiue fiant pro fructibus colendis, ſiue fiant pro reſtaurandis rebus, vnde fructus proueniũt, ſiue eędẽ pro parte corruant, ſiue in totũ. aliqui tñ dicunt,ꝙ qñ dantur decimæ de prouentib.molendini,vel piſcariæ, ꝙ deduci debent expenſæ,quæ fiunt extra rem, vnde proueniunt fructus,& deinde ſoluũtur decimæ,& intelligunt literam iſtam,vbi dr̃, expenſas tñ,quæ fiunt pro fructib.&c.loqui in tali caſu,ſ.qñ aliquis emit molendinũ,vel piſcariam,& ex eis percipit fructus,& pro illis fructib.vel prouentibus percipientib. fecit expenſas extra rem, puta ꝓ mercenarijs,retijs, poſtea qñ reuendet molendinũ,& piſcariam & ſoluit decimã de lucro, non deducet expẽſas iſtas: ſecus aũt eſſet, ſi circa rem feciſſet expenſas,puta in refectione molendini,vel piſcariæ, qa illas bene deducet,& hoc dicit finis decre.huius. hoc licet ęquitati cõſonet, tamẽ literæ ꝯdicere vr̃ nobis vr̃, ꝙ bene fuit qõ. in hac decr.an ſicut de negociatione deducuntur expenſæ ante decimas,quæ fiũt ꝓ lucro habẽdo,ſ. quæ fiũt in mercenarijs,in mediatorib.in pedagijs,& mercibus deducendis, & in alijs huiuſmodi,ſiue ẽt fiant circa rea in qb.negocianẽ,vt ſunt mercedes, quę dãtur vel textorib.vel ſarcinatorib.vel fullonibus,vel alijs huiuſmodi,an ſic ẽt deduci debeant de molendinis, & piſcarijs. & reſpondit qđ non,qa nec primæ expenſę,ſ.quę ſunt extra rẽ,ſ.molendi,vt quę fiunt in mercenarijs,q ſeruiunt molendo,& iumentis,ſunt deducendę,& hoc dicit ibi, expenſas, quę fiunt &c.nec ſecũdæ ẽt expenſę quę fiunt circa rem, ſ.molendini ſimiliter ſunt deducendę.& hoc dicit ibi, nec pro reſtauratione detrimento &c. aliqui tamẽ dicunt,ꝙ expenſę mercenariorũ nõ ſunt deducendę ante decimas neque in negociatione neque in molendino. ſed hęc eſt differentia inter negociatores,& alios,quia negociatores deducunt expenſas factas circa rem, ſed alij nõ deducunt expenſas neque circa rem factas, neque alias, niſi quando res
5 venduntur.†Sed quęritur circa primũ qui mouit Papã, vel quę ratio eſt, ꝙ deducanẽ hæ expenſę ſiue extra rẽ, ſiue circa rẽ de negociatione,& nõ de allijs? reſpon.rõ eſt ſ.c.nõ eſt,&c.tua,& ĩ.e.cum nõ.vbi dr̃,ꝙ dominus omnium rerum, ſ.orbis terrę & plenitudinis eius, decimas ſibi reſeruauit in ſignũ vniuerſalis dominij,& indignũ eſſet,q de fructu terrę ſuę, vel alterius rei, ſiue ſit molendinũ,ſiue grex, ſiue piſcaria, ſiue poſſeſsio,deduceretur aliqua expenſa extra rem, nec circa rẽ, quãdo nec talis expenſa detrahitur dominis tẽporalibus ſuos fundos, vel alias res locantib.vel ad cenſum dantib. ſecus aũt eſt in negociatione,qa ibi nullus eſt fructus: quõ.n.põt dici fructus, ſi ego emo lanam, & inde facio veſtem? vel ſi emo fundum ꝓ c. & vendo ꝓ 200.certe nũquã põt dici fructus ſed lucrũ eſt & preciũ, qcquid reſiduũ eſt deductis expenſis & pretio,ff.de hęr.vel ac.ven. venditor ex hęre.ff. ad l. Fal.l.3.& de hoc lucro bene danda eſt decima ſ.eo.nõ eſt,ſed in molendino,grege, poſſeſsionib.& alijs rebus elementatis fructus & redditus eſt, qđ inde ꝓuenit, nõ ẽt deductis expenſis:licet enim expẽſę mercenariorũ, & alię,ſiue fiant extra rem,ſiue circa rẽ, ꝓſint, vt maior fructus habeatur inde,tamen nunquam ex eis habetur fructus molendini, ſed tãtum ex re,puta molendino,vel grege & ſic vulgari ſermone dicitur fructus vel redditus huius molendini,vel gregis tantus eſſe:& lucrum huius negociationis tantum eſt,ff. de vſuf. l.vſufr.

2 legatn.†Cum ergo de fructib. & redditib. integræ decimę dandę ſint, nullo modo integræ darentur, ſi expenſę deducerētur. ſ.eo.cum non.ſed de toto lucro dantur bene decimæ, licet detrahantur expenſæ factæ in negociatione, quia eis deductis dr lucrum. Sed ꝯ,ff.de pet.hæ.ſi a dño.§.ſi.vbi dr, ꝙ fructus intelligunt deductis neceſſarijs & vtilib. expenſis. So.ibi appellat fructum lucrum. vel dic,ꝙ illa expoſitio eſt ciuilis, non naturalis: cōſtat enim ꝙ in veritate fructus,vel redditus eſt, quicquid venit de molendino,grege,vel poſſeſſione,licet nullæ expenſę deducantur: vr ergo ſic tenēdum, quia qñ ſoluitur decima a lucro deducendę ſunt expenſę ſed vbi ſoluitur de fructib.vel reddi-
3 tibus, nō deducunt expēſæ. †{Vēdunt.} Quęcūq; vēdant empte res,vel factę,tñ ſp,ſi aliqd lucrū fuerit ī eis,qñ vēdunt, de lucro ſoluit decima, & de decimis detrahent expēſæ, nec diſtinguit, an empta vel facta ſit res cā mercimonij,vel negociationis,vel cā proprij vſus,licet qdā diſtinguāt,vt qñ mercimonij cā emit, tunc det decimas de lucro,ſed ſi cauſa vſus ꝓprij emit, tunc ēt ſi multum inde lucretur,tamē nō dat decimas.ſed certe his ꝯdicit,quod hic dicit,ſ.quia dr,ꝙ cum venduntur, decimari dēt lucrū, deductis expēſis. item vr ꝙ ēt ſi cauſa mercimonii emerit mercem,quæ multum plus valet, quam ſit pretium pro ea datum,ſi tamen retineat ad proprium vſum, non ſoluet decimas de eo,ꝙ res plus valet. Item vr, ſi quis emerit mercem pro c.& poſtea de medietate mercis acceperit c.ꝙ ſi vult de mercibus, quæ remanſerunt. quæ omnes ſunt lucrum,dare decimam, qd pōt, ſiue merces ſint immobiles ſiue mobiles. ſed ſi nolit dare partem de mercib. q̃ remanſerunt, debet dare decimā de ꝓcio rerum venditarum, & hoc ſatis probatur hic, & ſupra eodem,
4 non eſt. † Sed quid ſi de parte, quam vendidit, non accepit totū pretiū,qd dedit pro mercede,ſ.c.accepit tamen ſerre totum puta 90. & non dedit niſi tertiam, vel mediam partem mercis, certe & tunc idem vr, quia facta legitima æſtimatione eius,qd apud eū remanet, ſoluet decimā de lucro rerū venditarū.{Molendinis.} i.ꝓuentib.molendinorū, & piſcariarū. [Neceſſarias] ſ.pro ſeruitorib.& mercenarijs molendini,vel ēt ipſius molendini refectione,vel piſcariæ.{Exhibere} ſ. ex fructib. molendini vel piſcarię. {Conceſſum} rōne naturali conſuetudine approbata,licet nō præſcripta. ſ. ꝙ detrahantur pretia rerum ſuarū negociatarū,expenſas, & alia.{Acquiſitas} in ſua ſorma,vt campus,caſtrum, & ſimilia quocūque titulo vere alienent, vel etiā ſine hac intentione.{Factus} ex alia materia,vt tela.{Decimata} ſi enim nō eſſet decimata, non ſolū de lucro, ſed etiā pretium, qd ēt in re empta datū eſt,decimari debet, vel, vt alij dicunt,res empta,ar.ſ.de pec.cle.c.j.vel pretium, qd de re empta accipitur.{Venduntur} ſi.n.donaret, vel permutaret, vel alio titulo alienaret, tunc licet res plus valeat, quā eam emerit, tñ nullas decimas ſoluere tenet.idē eſt,ſi ſibi retineret:qd verū eſt,ſi pecunia,vnde res empta, vel facta,decimata eſſet,qa ſi pecunia nō eſſet decimata,crederemus, ꝙ res empta pro decima parte eſſet eccleſiæ,cum ipſa pecunia, vnde empta eſt,pro decima parte eſſet eccleſiæ.j.eo.c.§.fructus, ar.op. ſ. de pec. cle.c.j. {Expenſas} quę ſiunt in eundo & redeundo ad negociandum, & quę datur mediatoribus,& conſimiles,& nō ſolū neceſſarias & vtiles,ſed etiā voluptuoſas,& quaslibet,& dūmodo in fraudē non fieret eccleſiarū, & ante omnia deducendum eſt pretium datum pro re: decimę vero prędiales ſoluunt nullis ſumptibus
5 deductis,ſ.eo.cū homines,& c.tua.{†Perſonales} ſi ſurgunt ex rebus decimatis,deducunt expenſę,alias nō, vt hic. Itē prędiales dēnt dari ſtatim, vbi fructus pcipiunt antequā ſeparent inde cenſus, vel tributū,tñ & ſi tunc omiſſa fuerit, poſtea facienda eſt,j.eo. cū non ſint & ſ. eo. tua. ſed & pſonales eodē tpe ſecurius eſt dare,quāuis quidam dicunt, ꝙ melius eſt dari in fine anni pp inimicitias, ar. ſ.de pig. ex literis. Itē in animalibus,& ī alijs non dēt dare deteriores,ſed meliores,vel mediocres,qa nō eſt indignū dandū Deo.49.di.c. ſacer.& 16.q.7.omnes decimę. {Expenſas.} puta in colendo agrum, vel paſcendo gregem, in lignis, & mercenarijs clibani, & molendini. {Fructib.} hic vult dicere,ꝙ expenſas factas in re, vt ſit pręcio ſior,illas detrahet,cū vendet,& nō ante illas aūt,quas fecit ꝓ fructib.percipiēdis de ea rē & cum eis pereunt,nō deducet. Idē eſt, ēt ſi emptā rem & poſt deſtructā reficeret: crederemus tamē, ꝙ ſi poſtea ſi eam rē vendat, & plus ēt inde accipiat pp meliorationē illam, quā accepiſſet,ſed in priori forma res pmanſiſſet,ꝙ expēſas ſm quantitatē meliorationis accipiet.{Decimatæ} expenſæ ꝓ fructib. factę.i.etiā ſi pecunia pro fructibus colligendis ſoluta fuerit decimata.{Salua} eccleſijs. {Onere} 16. q.j. ſi qs laicus, ff. de ꝯhen.emp.alienatio. {Pro reſtaurando} ſ.ꝙ aliquid datum eſt ꝓ reſtaurando furno,vel molendino,vel huiuſmodi.{Deducēdas} ſpāle ī decimis,alias ꝯ,ff.de peti.hę.ſi ad dñn.§.vl.& l.ſe, [Prouentibus] ideſt quando decimantur prouentus, & ſi venderetur grex,& clibanus, & decimatur lucrum, nō intelligeretur lucrum,niſi deductis expenſis in reficiendo factis.

CAP. XXIX.

CVm contingat. [Antiquo] ita ꝙ præſcripſerit, & eſt odioſum & reſtringendū.ſecus, ſi ex priuilegio hēret decimas, qd eſt fauorabile,& extendendū,vt no.ſ. eo. tua.[Ipſas] ſ. eo. ex parte, ꝯ.ſol.ibi. {Cā rationabilis} puta priuilegium, vel tranſactio, vel alia ſimilis,vel ſpecialis pręſcriptio in ſingulis agris noualium,vt no.ſupra eo.tua,quod hic ſignatur contra,& ibi ſo.

SVMMARIVM.

Eccleſia vna an poſſit præſcribere decimas in alia parochia.

CAP. XXX.

CVm in tua. {Parochijs} aliarū eccl'iarum, & certis locis ipſarū parochiarū & determinatis.[Percipiant] ex priuilegio, vel conſuetudine,vel alio iure.[Annuatim] nō poſſet ꝯcurrere pſcriptio, qa ꝓ parte totū retinet, cū nō poſſint decimę eiuſdē agri diuerſo iure cēſeri,ſed ſecus,ſi diuerſi eſſent agri, qa tūc bene in altero pſcriberetur,& in altero nō, ſ. eo.c.ꝓx. nec per vnū aliud teneret.ſed obijcit qd eſt ſ. c. ex multiplici. vbi duę decimę eiuſdē agri alio iure cenſent,q̃ alię decimæ eiuſdē agri.ſol.illud eſt pp ſpāle pactū.ſed ad hoc eſt ꝯ qd leg.ī ſ. c. proxi. & ſ.eo.tua.j.ſolu. ibi diuerſa ſunt, quia diuerſo iure cenſentur: nam alio iure cēſent noualia,q̃ terrę cultę quo ad hoc,ꝙ in priuilegio ꝯtinexi intelligant,licet quo ad ius cōe eodē iure cenſeant, ſ. c.ex parte.Aliq̃ m̃ dicūt,ꝙ bene poſſit pſcribi,ꝙ de certis fructib.nō darent decimę, ex quo pacto pōt induci, ꝙ de certis fructib.non debet.hic aūt,qa nō pſcripſerat, non prodeſt ei,ꝙ licet certis tēporib.non ſoluit,nō m̃ tanto tpe ceſſauit, quod ad pſcriptionē ſufficeret: ſed prius dictum magis placet.{Perceptis.} de eiſdē poſſeſſionibus.de quib. hactenus perceperunt decimas, & percipere debuerunt de alijs fructib.{Perſolutæ.} His, qui de alijs fructibus percipere conſueuerunt vel priuilegio, vel conſuetudine.{debentur.} Dic,vt no.de oſt.arch.c.vlt. [debeat.] 12.q.2. cognouimus.[Cenſeri.] Super eadem re. [Alioqn,] i.ſi fructus prædicti non peruenerunt de terra decimali monaſterij.melius videtur, quod hæc actio fuerit confeſſoria.

SVMMARIVM.

1 *In longa præſcriptione probatur titulus: in longiſſima vero minime.*
2 *Confirmatio nullum nouum ius tribuit,ſed tantum vetus confirmat.*

CAP. XXXI.

DVdum. [Quæſtionē.] Interdictum,vti poſſ.intētando. de facto enim moleſtabat epiſcopum ſuper decimis non pmittendo eas ſolui a ruſticis. & ſm interdictū vr lata ſnīa in ſi.dect. vel dic,ꝙ intentabat actio de dolo,nō ad decimas ſubtractas,ſed ad dānum,qd contigit ex eo,ꝙ hoſpitalarij ſuadebāt ruſticis, ne ſoluerēt decimas, vt ff.de do.cū qs.vel officium iudicis implorabat.melius vr, ꝙ actū fuit cōfeſſoria. [Cōi.] 16.q.7.oēs.12.q.2.quatuor, ſ.c.qm̃, a nobis.in his nihil vr,ꝙ iure cōi & eccleſiæ & decimę pertinēt ad epm dioce.[Eccleſiæ.] Ideſt mēſæ epali.vel dic,ꝙ bene noīe eccleſiæ pōt agere epſ,vt no.ſ.de teſti.ſpol.olim. {Titulum.} Ideſt aliquem titulū dicere, p quē locū haberet præſcriptionē,
1 In qua neceſſarius eſt titu.& bona fides.† [Probaret.] ſ.de prob. licet. in longa.n. præſcriptione ꝓbatur titulus etiam ſm leg. s, ſed in longiſſima non ſm ll. ſed ſm canones ſic, licet ſufficiat probari tempus,& non titulū,ſed allegari, vt C.de præſcri. lon. temp.diuina,C.pro hær. l.vlt. ſ.de præſcrip.ſi diligen.vbi no.de hoc,& c.qm̃ omne.argu.ꝯ, C.de pe. hære.cogi.ſed illud loquit, quādo allegatur præſcriptio, & quādo præſumptio nō eſt ī contrarium,C.de ꝓb.ſiue.præſcriptio.n.ſub ſe habet titulum,& bonam fidē, & ideo præſcriptione allegata allegare vr iuſtum titulum, & bonam fidem, etiam ſi non dicatur. [Qui.] ſcilicet Rex & Regina. [Conceſſerunt.] per hanc cōceſſionem vr cōceſſiſſe id ius,qd habebat, ſ.de teſta.Raynaldus, ſ.ius patronatus, ſ.de dona.paſto.[Confirmationis] in forma cōi. ſi.n.ex certa ſcīa & cū cauſę cognitione cōfirmaſſet,ſecus eſſet, vt no.ſ.de ꝯfir.vti.
2 vel inutil. c.pen.ſ. de trāſa.c.j. †[Confirmatione] cū ꝯfirmatio nihil iuris noui tribuat, ſed tm̃ vetus ꝯfirmet, ſ.de ꝯfir.vti. vel vel inuti.cum dilecta.licet.n.ignorantia iuris,qua ſe putauit iuſte poſſidere,excuſet eum a culpa, eum det bonam fidē,non tñ dat iuſtū titulū. Itē ignorantia iuris nō ꝓdeſt in pſcriptione,ff. de iur.& fac.ign. in vſu. & l.regula, ff.ꝓ emp.l.2. §.ſi a pupillo, ff.de vſu.l.nūquā. ar. ꝙ ſi fluxiſſet tēpus, ꝙ pſcriptio valeret, cū tñ nō pceſſerit titulus: nā donatio regis ꝓ nō titulo eſt. ſed dic idē eſt, ſi efluxiſſet,nō tñ ea rōne, qa titulū nō ꝓbauit, quia in incorporalib.nō tenet titulū ꝓbare.no.ſ.de pſcr.ſi dilig.ſed qa malū allegauit,ſ.donationē regis,hoc vr ſonare litera ſequens, nos igitur &c. [Et confirmationem] ſup. factam. [Derogetur] qa nō intendebat illud tollere Papa ꝑ ter ſuam ꝯfirmationē, ſed tm̃ donationē eis canonice factā cōfirmabat. ſed obijcies, nōne eo ipſo,ꝙ dicebat donationē de decimis tibi a Rege factā confirmamus.vr ſupplere defectum, qui erat in donatione ex perſonis

perſonis donantium,ȷ̄.de tranſac.c.j.Reſpon.hic non fecit mē
tionem,ꝙ hæ donationes factæ eſſent a Rege, vel alia laica pſo
na,ſed ſic ſimplr dixit, cōfirmo decimas,ſicut iuſte poſ. vel dic,
ꝙ ēt ſi confirmaſſet decimas donatas a Rege intelligeret con-
a firmare in eo caſu,in quo donare liceret,quod donaret,ſ.deci
mas, quas in feudū ab eccleſia detinebat, quas donare licebat
cum auctoritate ſuperioris, ȷ̄.de his, quæ fi.a præ.ſi.cō.ca.cum
Apoſtolica. ſed hic non tales decimas donare intendebat ſitas
in locis,vbi erant eccleſiæ,vbi habebat ius patronatus, & ꝙ ius
patronatus hoſpitalarijs donabat: & hoc non poterat facere.

ADDITIO.

a ¶Confirmare.Ad,hæc dicta adde Bal.in l.bonorum,C.qui adm.& dicit do.An.
hic,hoc forte non inueniri alibi.refert Fel.in c.1.ſupra de conſtit.col.8.ver.&
hinc eſt,quod confirmatio,quem vide,& vltra ibi adde Alex.de Imo.in conſ.
59.col.4 circa prin.in 3.vol.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi nunquid cogantur ſoluere decimas prædiales.*
2 *In ſolutione decimarum ſeruanda eſt conſuetudo.*

CAP. XXXII.

IN aliquibus.{Permixtæ.} Puta Saraceni &
Iudæi ſicut in Vngaria.{Chri-
1 ſtiano.} Vt Græci,& Armeni,& conſimiles.†[In in-
tegritate.] Sed nōne Iudæi cogunt ſoluere decimas
prædiales,vt ȷ̄ e.de terris?Reſpō.licet cogant, quia tñ non pñt
de facili cogi per cenſurā eccleſiaſt.iccirco ſpāle eſt,vt eis locā-
re non poſſint:& eſt ſi.ȷ̄.pxi.c.vel ſi locantur eis, locētur tali cō
2 ditione,ꝙ abſq; controuerſia decimas reddant.{†Conſuetudi-
ne.}No.loci cōſuetudinē ſeruari, ſ.in eccleſijs, qb.ſunt ſoluen
dæ,vt ſi conſuetudo eſt, ꝙ vni eccleſiæ ſoluantur, ſ.parochiali,
valet ꝯſuetudo,& idē forte,ſi ſoluit illi eccleſię, vbi percipit ec
cleſiaſtica ſacramenta,ȷ̄.co. cum ſint,& c.ad Apoſtolicæ. in eo
autem,ꝙ non ſoluantur,vel minus plene ſoluantur, nulla valet
conſuetudo.16.q.7.quicunque,ȷ̄.eo.cum homines.

SVMMARIVM.

1 *Dominus tributi quando non teneatur ſoluere decimas de tributo.*
2 *Partionarij,& penſionarij coloni differentiæ.*
3 *De mercede operarum ſoluuntur decimæ.*

CAP. XXXIII.

CVm non ſit.{Prætereunt.} De facto,non de
iure, vel dū nimis potētes ſunt,
a qb ſoluuntur,vel nimis abſentes & remoti.†[Quos]
no.ꝙ ſi de fructib. fundi tributarij ſolutæ ſint plene
decimę,dñs,cui tributū ſoluit non tenet ſoluere decimas de tri
buto,ȷ̄.e.paſtora.& hoc,quod dicit hæc glo.vr̄ verū,qñ de certa
terra dēt hr̄e cenſum,vel tributū: quia tunc habet quoddā ius ī
terra illa,vel ſaltē in fructib.ſed ſi aliquis aliqs reciperet penſionē
pro aliquo ſeruitio ab aliqua perſona, non video rōnem,quare
non eodē modo teneatur reddere decimam de penſione iſta, ſi-
cut de militia,vel de aduocatione, ȷ̄.e.nō ē, ēt ſi pecunia prius
eſſet decimata.ſi autē gratis daretur pēſio ſine vllo ſeruitio, tūc
ſi illa pēſio eſſet decimata, non vr̄ ꝙ iterum a donatario debeat
decimari,vt no.ȷ̄.e.nō eſt. Et hac eadē rōne vr̄,ꝙ ſi dñs, ad quē
perueniunt oēs fructus fundi,eos decimauerit,ꝙ vlterius colo-
nus partionarius, qui dēt recipere certā partem fructuū p cul-
tura,ſuam partem fructus decimare non dēt: qa ipſe colonus
ius hēt in fructib.ſecus aūt eſſet,ſi certā mercedē acciperet co-
lonus pro agricultura:quia tūc ēt dñs dēt decimare oēs fructus,
& colonus dēt decimare mercedē ſuā, ſiue merces fuerit in pe-
cunia,ſiue in alijs reb.iam decimatis.aliqui tñ dicunt,ꝙ ex quo
merces certa ſuccedit loco partis fructuum, quam dēt hr̄e co-
lonus,ꝙ eiuſdem iuris deberet cenſeri pecuniaria merces,ſicut
2 ſolũmodo res corporalis certis finibus diſtincta petitur, licet ſit res ſacra. C. de ſacroſan. eccl. ſancimus. ſed ſi petitur eccleſia cũ iuribus ſuis, puta cũ iure decimandi, & cũ alijs iuribus incorporalibus, non rectè intentatur rei vindicatio, in qua non veniunt, niſi corporalia. ff. de rei vind. l. j. & l. vindicatio. ſed prudenter faciet, ſi primo intentet rei vindicationem ad eccleſiã cũ pertinẽtijs corporalibus, & poſtquã in hac petitione obtinuerit, agat confeſſoria, vel quaſi noĩe eccleſię pro iuribus incorporalibus eccleſiæ cõpetentibus. Alij dicunt, & vt vr, melius, ꝙ quãdo petit eccleſia, ꝙ rectè vindicatur eccleſia: & tunc non ſolũ mandabitur ſnĩa executioni in corporalibus, ſed ẽt in incorporalibus, quia incorporalia nõ veniunt quaſi principale, ſed quaſi acceſſorium, ſicut eſt in interdicto, vnde vi, vbi veniunt res tñ ſoli ex ſui natura, ſed incidenter veniunt res mobiles. ff. de vi & vi arma. l. j. §. illud. nec eſt ſimile de hereditate, & peculio, quia ibi non eſt aliqua res corporalis, cui alia accedat. & vr ꝙ rectè vindicat eccleſiã cum ſuis pertinentijs ꝑlatus tẽporalis eccleſię, ī. de offi. dele. ſi quãdo, & de pac. ↄſtitutus, & c. ſeq. Itẽ perpetuus ꝑlatus eam rectè vindicat cũ pertinentijs ſuis, ſi ad eũ pertinet plenariè, puta quia ſit ei in proprios vſus cõceſſa, ar. j. de priuil. paſtoralis. itẽ ſi dicit eam ſibi ſubiectã, ſolũmodo põt eam vindicare, vt hic dr, tamen melius eſt, ꝙ agat cõfeſſoria, & petat in ea ius ſubiectionis, vt hic, & ī. e. ꝓxi. ff. ſi vſuſ. pe. l. j. in princ. ī. de reſcri. ex parte §. ſi autẽ quis petat Archidiaconatũ, vel ꝑpoſiturã, vel epatũ, vel aliam dignitatẽ etiam ſecularẽ, vt canonicatũ, vel marchiã, non rectè aget rei vind. ſed implorabit cognitionẽ ꝑtoriã, vel officiũ iudicis, quod ſic probo, quia iuſtũ eſt, ſi aliquis habet ius in aliqua dignitate, & illã poſsit petere, ſed nõ cõpetit ſibi alia actio, ergo habebit officiũ iudicis. ff. de mino. ꝙ ſi minor. §. fi. ff. de libe. exhi. l. 3. §. hoc interdictũ, 3. q. 6. hoc quippe, 2. q. j. in primis. & hæc actio erit vel hoc officium vr, ſicut petitio hæreditatis, & ſic procedetur in hoc officio, ſicut in petitione hęreditatis. quidã tamen dicunt ẽt melius, vt no. j. de exceſ. ꝑla. inter, ꝙ in his caſibus cõpetit cõfeſſoria in rẽ. Si autẽ petatur ciuitas, vel caſtrũ, vel villa, ſi ſolũ eſt actoris, rectè vindicabit cũ ſuis ꝑtinẽtijs, arg. C. de fun. limi. l. 2. & de bonis vac. l. 3. ſi autẽ non eſt ſolũ actoris, petat ſubiectionem ciuitatis, vel villę, vel caſtri, ſicut dictum eſt ī. de ſubiectione eccleſiæ. ſed ſi vniuerſitas aliqua hominũ alicuius caſtri, vel ciuitatis eſſet alicuius domini, quo ad forũ, ſeu banna, & aliam iuriſdõnem, & ipſi denegarent de pręductis domino reſpõdere, aget dñs, ſicut ageret ↄ ſingularem hominẽ liberum, quia vniuerſitas corporalis eſt, arg. ff. de rei vind. l. 2. & 3. ff. de leg. 3. ſi chorũ. tñ tutius eſt ei, ꝙ agat confeſſoria pro iuribus denegatis, de hoc no. ī. de maio. & obe. inter, de app. dilectus. [Adiudicauimus.] Eps iſte iuſtè defendit eccleſiã iſtã in ſpiritualib. & tẽporalibus, quia habebat eã in proprios vſus, vel aliorũ, vel ſibi placebat vſus, & ita erat ſua cauſa, quia cõmodũ & incõmodũ ad eã pertinebat ſuo noĩe, 2. q. 6. biduũ, quia ſi in ſpũalibus obtinuiſſet, habuiſſet decimas, & alia ſpũalia iura, ī. de do. paſtoralis. & idẽ eſt de tpalibus. nec eſt vis, ꝙ iſta eccleſia habeat propriũ & perpetuũ ꝑlatũ, vel vicariũ, vel cuſtodẽ, vel cõmẽdatariũ, vel ꝙ bona eius oĩno ſint diſcreta à bonis monaſterij, quia Abbas magis ꝓpriè dr ꝑlatus huius eccleſiæ, q̃ ille ꝑlatus, vel cuſtos, qui ibi moraſ, & ille Abbas dr poſsidere eccleſiã, & eius poſſeſsionẽ retinere per inferiorẽ ꝑlatum vel cuſtodẽ, ī. de reſtit. ſpol. cũ veniſſent, arg. ad hoc, ī. de ſup. neg. ꝑla. ſicut. itẽ apud Abbatẽ ſunt nõ ſolũ dominia, & poſſeſsio eorum, ſed ẽt actiones, ī. eo. c. 2. arg. ad hoc, ī. c. proxi. & ī. de offi. ordi. cõquerente, vbi no. faremur tamen, ꝙ vterq; põt cõueniri, quia vna cenſeſ adminiſtratio amborũ, ſicut dr vnũ conſiſtoriũ officialis, & epi, ī. de app. Romana. vel dic, ꝙ ſecus eſt in perpetuis ꝑlatis & neceſſarijs, q̃ in tẽporalibus & voluntarijs, quia primi, ſicut nec poſſunt remoueri à ꝑlatura ſine cauſa, ſic nec agendo. In tẽporalibus aũt ſecus, qui tantũ cuſtodibus cõparantur, vt no. ī. de iud. c. cũ deputati. Si autem non haberet eccleſiã in proprios vſus, ſed eſſet tñ patronus, tunc ſi quis ageret de iure, qđ patronũ tangeret, & non de alijs, debet ipſe reſpõdere, & de alijs debet reſpõdere ꝑlatus ipſius eccleſię, arg. ad hoc, ī. de offi. ord. cũ vos, ī. de app. bonę, ī. de inſti. cũ veniſſent. quis autẽ cui ſit ꝑferendus, no. ī. de reſti. ſpol. c. olim, & de iud. cum deputati. & vr, ꝙ vbi ſunt plures, qui cõueniri poſſunt ſuper eadem q̃one nomine alicuius eccleſię, quia non debet iudex procedere ad miſsionẽ in poſſeſsionẽ, ẽt ſi vnus ſit cõtumax, niſi omnes vocentur. ff. de mino. Aemilius, arg. ff. ex qui. cau. in poſ. hoc aũt, & hoc plus placet, q̃ quod no. ī. de iudi. cũ deputati, & de reſti. ſpol. olim. itẽ no. ꝙ in hac glo. loquimur de defenſore legitimo, vbi ſi ſnĩa feratur ↄ eũ, mandatur ſnĩa executioni ↄ eccleſiã, nec cogitur ſatiſdare de iudi. ſol. ff. de admini. tut. vulgo, quia alias certum eſt, ꝙ quilibet admittitur ad defendendũ etiam ſine mandato cũ ſatiſdatione. C. de ſatiſda. l. j. & de procur. exigẽdi. {Ius cõmune.} 16. q. 7. omnes. {Eccleſiam.} i. temporalia, quę habebat in eccleſia. [Locauiſſe.] Repete, quę diximus ſupra c. proxi. & ſic ſi locauit, apparet eum dominum etiam finito tempore locationis, vel eã non tenente apparet, ꝙ dominium tam vtile, q̃ directum eſt penes locatorem. {Annotatio.} [Anno Domini M. CC. &c.

SVMMARIVM.

1 *Licet quis ſit in poſſeſsione ſubiectionis aliquorum, non valet tamen excommunicationis ſententia in eum lata.*
2 *Iudicare, vel excommunicare non dicitur fructus iuriſdictionis.*

CAP. VII.

1 CVm dil. fil. [Vel monaſterij.] Si cõſtiterit, ſubaudi. † [Obediẽtia.] Hinc ſatis captiosè colligi vr, ꝙ quãuis aliquis ſit in poſſeſsione ſubiectionis

ieſtiqnis aliquorũ, non tamen valet excõicationis ſnĩa in eum lata. nam vr, ꝙ hic eṗs ſuerit in poſſeſſione ſubiectionis Abbatis huius, & tamen non valet excõicatio ab ipſo eṗo in eum lata. & conſimili ratione vr etiam de alia ſnĩa, puta ſi condẽnaſſet eũ in ciuili, vel criminali actione. & certè quidã hic faſſetur, ꝙ pp poſſeſſionẽ quam habeat ſubiectionis huius monaſterij, non tenet eius ſnĩa excõicationis, vel alia. nec eſt ꝯ, j. de iu. pat. cõſul. & de cau. poſ. cũ eccleſia. vbi dr, qui eſt in poſſeſſione eligendi, vel p̃ſentandi, lite pendente, p̃ſentabit, & eliget: quia illa vera ſunt, ſ. ꝙ ea facere debet poſſidens: qa illa ſunt fructus poſ-
a ſeſſionis, vt no. in illa decre. cõſulta. † ſed iudicare, vel excõicare non ſunt fructus iuriſd. quia nec propriè fructus dici poſſunt, imo labor & onus. itẽ non eſt ꝯ, ff. de offi. preto. Barbarius. vbi dr, ꝙ ſnĩæ latæ ab eo, qui erat in poſſeſſione, tenent, licet p̃tor non eſſet. ſed ibi reſpondeo illud ideo eſſe, nõ quia in poſſeſſione erat, ſed quia verè iudicandi ptãrem acceperat ab Imperatore, & ſnĩa alia faciendi, q̃ ad p̃torem pertinebant, licet nõ eſſet legitimus p̃tor, ſed per obreptionẽ. Et idẽ dicendũ eſt in quolibet p̃lato cõfirmato, & de hoc no. ſ. de elec. nihil. Itẽ in hoc caſu nõ dr p̃latus confirmatus eſſe in poſſeſſione excõicandi aliquos, quia eos excõicauit, vel alias iudicauit, quia non noĩe ſuo eos iudicat, ſed eccleſiæ. vnde ipſa per eum dr quęrere, vel retinere poſſeſſionẽ iudicandi, vel excõicandi. ſed in hoc caſu, ſ. quãdo excõicaret, vel iudicaret illos, in quorũ poſſeſſione erat eccleſia, ſed in veritate ſubiecti non erant, non valebit excõicatio in eos lata, quia ſicut dictũ eſt, non eſt fructus poſſeſſionis, vel cõmodi excõicare, vel iudicare. interim tamen, quouſq; cõſtet de proprietate, debẽt p̃dictæ ſnĩæ inuiolabiliter obſeruari, & mandari ꝙ obſeruentur. Alij tamen aliter dicunt, & vt vr, melius, vt no. ſ. de reſti. ſpol. olim {Repromiſit.} Quia non potuit ſuo priuilegio renunciare, ſ. de arb. cũ tpe, vel exẽptum monaſteriũ alij ſubijcere, cũ monaſteriũ ſit in poſſeſſione libertatis, & Abbas dicatur eſſe in poſſeſſione non ſuo noĩe, ſed eccleſiæ, ſ. de inſti. cũ veniſſent. ſatis apparet, ꝙ per factũ Abbatis ſine ſciẽtia cõuentus non amittat̃ poſſeſſio alicuius iuris, q̃ ſine animo poſſidentis nõ põt amitti, ff. de acq. poſ. peregre. § quibus, qđ dicit hic gl. i. cũ monaſterium, non eſt ita ſimpliciter verũ, quia quãdo aliquis per aliũ aliqd poſſidet, bene ſe neſciente amittit poſſeſſionẽ. ff. de acq. poſ. poſſideri. §. ꝙ ſi ſer. ſed hic non tm̃ poſſidebat Abbas, licet ipſe ſolus agere poſſet, ſed ẽt cõuẽtus monaſterij noĩe, & ideo vtriuſq; ſciẽtia neceſſaria eſt. vel dic, ꝙ bene per factũ Abbatis habuit eṗs poſſeſſionẽ, ſed cũ cõſtet illã fuiſſe iniquã & doloſam, caſſum debet iudicari, quicquid fit ex ea, vt no. ſ. de reſti. ſpol. in lr̃is. [Pręſcriptione.] No. de excep exceptionis fieri tranſitũ ad p̃ſcriptionẽ, q̃ eſt quaſi ꝯria. ſ. no. ſ. de p̃ſcrip. auditis. [Iudicetis.] Snĩas excõicationis nullas, ſi iuſta p̃ceſſit appellatio. [Iudicetis.] Erant. n. duo petita, & ꝙ ſnĩę poſt appellationem latę decernerentur nullæ, & ꝙ monaſteriũ decerneretur liberum, eṗo econtra petente ſubiectionem ipſius. [Abſoluatis.] Et ſnĩam excõmunicationis tenere, ſi erat in poſſeſſione eius, alias non, ſed de hoc no. ſ. de in integ. reſti. c. a.

S V M M A R I V M.

Monachus vnus non debet habere locum in diuerſis monaſterijs.

C A P. VIII.

NE nimia. [Locũ.] Per hoc dicimus, ꝙ monachi monaſterij, licet profeſſionẽ fecerint in maiori monaſterio, & ibi habitũ ſumpſerint, & in Abbatis obedientia ſemper remaneãt, ſi tñ mittant̃ per prioratus, vel cellas, nõ debẽt ad electionẽ Abbatis, vł ad alia negocia monaſterij vocari: qa idẽ monachus nõ dẽt hr̃e in diuerſis monaſte. locũ. & hoc eſt intelligendũ, ſi prioratus, vel cella hẽt electionẽ prioris. alij aũt dicunt idẽ, ẽt ſi non habet electionẽ prioris, dũmodo habeat diſcreta bona, & monachi ibi habitãtes habeãt liberã adminiſtrationẽ. ſi aũt neutrum iſtorũ eſſet, tunc de iure debet vocari ad electionẽ, ſed in his p̃ualet conſuetudo.

De capellis monachorum. Rubrica 37.

S V M M A R I V M.

Abbas quibus caſibus poſſit concedere curam animarum, & ab ea remouere ſacerdotem.

C A P. I.

IN eccleſiis. Quę nõ pleno iure pertinent ad monachos, alias ſecus, 16. q. j. c. j. Itẽ dicunt quidam, & fortè non malè, ꝙ & ſi pleno iure pertineãt ad monachos, dũmodo populus non ſit exẽptus, quia ratione populi debet examinare ſacerdotem, cui populi curam cõmittit, & ſi pernitioſos fuerit, remouebit, & ſic intelligitur c. 16 q. 2. ſanè. ad idẽ, j. de priuil. ex ore. Alij dicunt hanc decre. loqui, vbi monaſteriũ nõ eſt patronus beneficij illius ſacerdotis, qa fortè nihil recęperit ab Abbate, ſed à populo tm̃ ſed ſi Abbas erat patronus, Abbas remoueret, arg. de p̃bẽ. in Lateran. tñ melius vr, vt ſemper, qñcunq; eṗs cõcedit curã aĩarum, ipſe remouebit, nõ Abbas. & expone decre. in Lateran. vt ibi diximus: quia nemo remouere põt, niſi qui ceſſit, niſi hoc faciat ex dele. 50. di. ſtudeat, & in multis alijs c. vel niſi hoc habeat aliquis ex priuilegio, ſicut Pręmonſtratẽ. & Humiliati, & quidam alij. ſi autẽ Arch. vel Abbas, vel quis alius inueniatur aliquẽ remouere inſtitutũ ab eṗo, dicendum eſt hoc eos facere quaſi vicarios, vel ex certo priuilegio, vel ex conſuetudine pręſcripta.

S V M M A R I V M.

1 *Qui valeant petitionem huiuſmodi ſic generalem, vt in hac decre. habetur, proponere.*

2 *Nunquid in eodem libello duæ actiones proponi poſſunt.*

3 *Poſſeſſio generalis iuriſdictionis alicuius ciuitatis qualiter acquiratur.*

4 *Licet parochiani cuiuslibet eccleſiæ à proprio ſacerdote debeant baptizari, & alia ſacramenta, quæ illi conferre poſſunt, recipere, & iura parochialia eis reddere, non tamen ſacerdotes hoc debent iure parochiali, niſi ſpecialis conſuetudo aliud inducat.*

C A P. II.

DIlectus. {Baptiſmate.} i. vt presbyter dictæ eccleſiæ iret ad eccleſiã S. Ceciliæ ad baptizandũ in ſolenni baptiſmo. [Et capitulis.] Vbi. ſ. de correctione clericorũ agitur. {Et ſimilibus.} Hæc adiectio admittitur, vbi multa ſunt iura eiuſdẽ iuris, vel conditionis, ſicut eſt, quando eṗs petit aliqua iura eṗalia, & poſtea ſubijcit generalem clãm, i. ad omnia alia ad ius eṗale pertinentia, vel etiam cõſimilia, i. quæ à iure, vel pacto, vel cõſuetudine generalis prouinciæ, ſi Archieṗs agit, vel diœc. ſi agit eṗs, ſtatuta ſunt, vt ſunt de iure eṗali. eodem modo petere poterit Archid. ſ. de offi. Archid. dilecto. & idẽ credimus hanc adiectionẽ adijcere, ſicut ſi ſolum ius eṗale peteret, ſ. tit. proxi. conſtitutus. nec extenditur hęc adiectio ad alia iura, niſi ad ea, quę eodem iure cenſentur, ſ. de relig. do. c. j. & eodẽ modo ſacerdos petere poteſt iura pa-
1 rochialia. † Item no. ꝙ hanc petitionem ſic generalẽ proponere non poſſunt, niſi illi, ad quos iura pertinẽt de iure cõi, vt ſunt eṗi, Archidiaconi, & parochiales pręlati, & ſimiles. & hoc ea ratione eſt, ꝙ ſi aliter petat iure ſpeciali, oportet, ꝙ ſingula p̃ſcripſerit, vt ſ. de offi. Archid. c. vlti. vel dic, ꝙ quicunq; omnia illa iura poſſidere poteſt, & hnc petere poteſt, ſed non fiet condemnatio, niſi in his, quę p̃ſcripſerit, vel alias approbauerit. ſi autẽ talis eſſet, ꝙ omnia iura ſub generali clauſula cõtenta poſſidere non poſſet, tunc libellus tanquam ineptus reijciendus eſſet, ſ. de iudi. examinata, ſ. de offi. vica. c. j. alij tamen dicunt, ꝙ ea, quę conſuetudine, vel pacto debentur, ſpecificare debet, vt no.
2 ſ. de offi. ordina. conquerente. † [Poſſeſſorium.] Scilicet recuperandæ poſſeſſionis. ſecus ſi retinendæ, quia tunc ſimul vtrunq; intentare non poteſt, de hoc no. ſ. de cau. poſſeſ. c. 2. poſſeſſio generalis iuriſdictionis acquirit̃, ſi vnus actus iuriſdictionis exerceatur, puta quia cognoſcat de cauſa vna ſiue ciuili, ſiue criminali, vel ſi excõicauit aliquem, & idẽ eſt, quicquid aliud faciat, quod ad iuriſdictionem pertineat, dummodo intendat vti iure ſuo, quo ad iuriſdictionẽ vniuerſaliter: nã ſi intenderet per iſtũ actum in ciuilibus cauſis iure ſuo vti, non credimus, ꝙ propter hoc acquiſiuiſſet poſſeſſionẽ in criminalibus, arg. ff. queãd. ſer. amit. l. vlti. ſ. de præſcrip. auditis, & c. cum omni. ſed hæc generalis iuriſdictio non procedet vltra perſonam, in quam eã exercuit. Sed quæres, quare potius extendit iuriſdictionem quo ad partes iuriſdictionis, quam quo ad perſonas: quia, vt dicis, qui cognouit de cauſa ciuili, cognoſcet & de criminali, ſed qui iuriſdictione vſus eſt in vna perſona, pp hoc nõ vtetur in alia perſona? Reſpon. quia ſub iuriſdõne cõprehenduntur omnes partes eius, & actus, ſed ſub perſona nõ cõtinetur alia perſona. Sed oppones, quid erit, ſi quod exercebat in perſonã illius, intẽtabat vti in totũ populum? Reſpõ. in hoc non prodeſt ei ſua intẽtio, ſ. ꝙ ſit illud, quod non eſt, nã non poteſt, intendere in totũ populum exercere, quod in vno de populo exercet, quia non eſt verũ. diuiſi ſunt. n. homines eiuſdẽ populi, & poteſt induci arg huius noſtri dicti, quod dr de gleba, quia vna apprehenſa omnes cõtignæ apprehendunt̃, ſed ſeparatæ non. ſic eſt hic, quia apprehenſa vna poſſeſſione in vno capitulo iuriſdictionis, & in omnibus alijs capitulis iuriſdictionis apprehendere intelliguntur, dũmodo hoc intendant, quia omnia capitula iuriſdictionis cõtigua intelliguntur, ſed ſecus eſt in perſonis, q̃ diuerſę ſunt, & p hoc patet, ꝙ ſi eṗs habeat iuriſdõnem, & poſſeſſionẽ iuriſdõnis in vna perſona, & alius aliquid iuriſdõnis in ea exercet intendendo vti iure ſuo, ꝙ poſſeſſionẽ totius iuriſdõnis in eo amittit, niſi quã cito ſciuerit, doceat ſe animo non dimiſiſſe poſſeſ-
3 ſionẽ, de quo no. ſ. de in integ. reſt. c. a. † Generalis aũt poſſeſſio iuriſdõnis alicuius ciuitatis, vel prouincię acquiritur, ſi publicè per omnes partes ciuitatis & vniuerſaliter poſuit bannũ in ciuitate ſic dicens: Talis dominus huius ciuitatis mandat, ꝙ quicunq; ſic fecerit, incurret talẽ pęnam. iſtud enim. l. ſic publicare dicta iuriſdictionis, ẽt ſi nullus incurrit hoc bannũ, tamen poſ-

ſeſsionem iuriſdictionis acquirit generalẽ. Et hoc eſt verum, ſi
nullus in poſſeſsione erat iuriſdõnis generalis. nã ſi alius erat ĩ
poſſeſsione iuriſdõnis generalis, tunc ille, qui p̃dicto modo, vel
quocunq; alio vult apprehendere poſſeſsionẽ iuriſdõnis gene-
ralis, non q̃rit in poſſeſsione illorũ capitulorũ & hominũ, quos
& q̃ apprehendit. ff. de acq. poſ. quod meo. §. vlt. & ſunt alij mo
di, quib generalis iuriſdõ q̃ritur in ciuitatibus, quos quilibet p̃-
nominatis inſpectis poterit per ſe inuenire. per hoc aũt, q̃ exer-
ceat iuriſdõnem in vniuerſitatẽ, nõ credimus eũ acquirere poſ-
ſeſsionẽ iuriſdõnis in ſingulares perſonas, quia licet vniuerſi-
tas ſit aſtricta, non tamen ſinguli, 12. q. 2. §. qui manumittitur. p̃-
terea ſi faciat hoĩes cõfiteri, q̃ ſunt ſuæ iuriſdõnis, vel ẽt abiura
re & renunciare iuriſdõnem prioris dñi, nõ tamen per hoc ac-
quirit poſſeſsionẽ iuriſdictionis, quia hæc non ſunt iuriſdictio-
nis, nec aliquis actus iuriſdictionis interuenit, per quẽ iuriſdõ
q̃ritur, arg. ĩ. tit. proxi. cum dilec. & idẽ dico, ſi iuẽm fidelitatis
ab eis recipiat. interruptio autẽ qualiter fiat, no. ĩ de p̃ſcri. au-
ditis, & quod no. de acquiſitione poſſeſsionis iuriſdictionis, &
miſsione, & idẽ intelligo in alijs ſimilib. dſtiam autẽ quam feci
inter perſonas, & capitula iuriſdictionis, locum habet, ſi nullus
alius eſt in poſſeſsione iuriſdictionis illarũ perſonarũ, quia tũc
ad alias vel ſuper alias perſonas non extenditur poſſeſsio iuriſ-
dictionis quæſita in vno homine. ſed ſi alius eſt in poſſeſsione
iuriſdictionis ſuper vnũ populũ, & ego exerceam iuriſdõnem
in vna perſona tñ illius populi, ſciente domino & patiente, q̃
ſuper totum populũ intendo q̃rere poſſeſsionem, ſuper totũ po
pulũ acquiro: quia quaſi vna & continua eſt gleba, ſ. vnus popu
lus. & non extenditur poſſeſsio de perſona ad perſonam, quia
ille, in quẽ exerceo iuriſdõnem, nõ poſsidebat in ſe iuriſdõnẽ,
ſed alius, ꝯ quẽ ego p̃ſcribo, qui iuriſdõnem in hanc perſonam
& alias cõiter habebat. [Poſſeſſoriũ.] Ex eo, quod dr̃ in fi. huius
gl. ſ. recuperandę, patet, q̃ ſi ep̃s, vel quicunq; alius, qui habet iu
riſdõnem, vel aliud generale ſtatutũ à iure, vel à conſuetudine,
vel ſtatuto in aliqua loca, vel perſonas, quãtũcunq; tẽpore ſtet,
q̃ in aliquo illorũ locorum, vel perſonarũ non vtatur, vel omni
iure, quod in eis habet, vel aliquo capitulo, non tamen ꝯ eũ pre
ſcribitur, quia ſemper poſsidet, imo exercẽdo ius illud, vel vnũ
capitulũ illius iuris generalis in vno ſolo loco, in omnibus lo-
cis & perſonis & capitulis retinere vr̃, niſi amittat poſſeſsionẽ,
vel quia expellatur, vel reuertens nõ admittatur, vel ſuſpicetur
ſe poſſe repelli. ff. de acq. poſ. l. j. §. deijcitur, & l. ſeq. §. fi. nam cũ
hæc iura ſint contigua, ſufficit in vno p̃dictorũ retinere poſſeſ-
ſionẽ. ff. de acq. poſſ. poſsideri, in prin. imo nec p̃ſcriptio eius tẽ
poris, cuius non extat memoria, currit, de qua no. j. de ver. ſign.
quid per nouale, quia ſemper poſsidet, itẽ ſi ꝯdiceretur, ſequere
tur abſurditas. quid. n. ſi aliqua eccleſia, vel perſona ita bene ſe
habet per 50. vel plures annos, q̃ nunquã potuit exercere viſita
tionẽ in ea, vel iuriſdõnẽ, nunquid p̱p̱ hoc amittet ep̃s ius ſuũ
4 in ea abſit. †[De iure cõi.] Huc ius, vbi ſit, ignoro, imo in mona-
a ſterijs ꝯ vr̃, ĩ. de offi. Arch. c. fi. licet. n. parochiani ᵃ cuiuslibet ec
cleſiæ à proprio ſacerdote debeant baptizari, & alia ſacra, q̃ ipſi
ꝯferre poſſunt, recipere, & iura parochialia eis reddere, ĩ. de ſe-
pul. in nr̃a, & per totũ, & de paro. nullus, & per totũ, & de deci. p
totũ, 16. q. j. Doctos, & c. ex auctoritate, q̃ tñ ſacerdotes hoc de
beant, nõ inuenio inter iura parochialia, niſi ſpecialis conſuetu
do aliud inducat, ĩ. de maio. & obe. his. inſtitutio tamen poſſet
dici in non regularibus eccleſijs ad titulũ pertinere, arg. decre.
p̃al. his. ſed poſſet dici illud obtinere in titulis Cardinaliũ, qui
habent pinguius ius, q̃ plebani, quia inſtitutio & deſtitutio per-
tinent ad ep̃m, ĩ. de offi. ordi. cõquerente, 16. q. 5. c. 2. & no. ĩ. de
offi. Arch. cũ ſatis. nec eſſet dignũ, q̃ ad plebanos pertineret, vel
alios parochiales p̃latos, ad quos nõ inuenio aliqd de iure per-
tinere ſuper minores titulos, niſi quod hr̃ ĩ. de offi. Archipreſ.
c. fi. hic aũt dicunt quidã, q̃ ſi ex cõſue. aliqua iura habeant ple-
bani in parochia illa, iura petere poſſunt, vt no. ĩ. de cõſuetu. cũ
olim. ſed nihil prohibet eadẽ iura eſſe parochialia & ep̃alia, ſi-
cut vides inſtitutionẽ, quæ eſt de iure Arch. & ep̃ali, & etiam
Metropo. ĩ. de offi. Archid. c. j. & c. mandamus, ĩ. de præſcri. cũ
non liceat. aliqua notaui j. de eccl. edi. ad audientiam. [Præſcri
pſiſſet.] ſ. p̃dicta iura. [Confeſſus.] Et hæc confeſsio, ſicut j. ap-
paret, in tantum p̃iudicat & in alio iudicio habito corã Inno.
q̃ ſnĩa fertur ꝯ eũ, arg. ĩ. de iudi. at ſi cleri. Sed reſpon. quia hęc
confeſsio publica erat, vel ideo p̃iudicat, quia hic Papa in hac
cognitione illi ſucceſsit. & de hac materia no. ĩ. de elec. per in-
quiſitionẽ, ĩ. de teſt. Albericus. ſed ſi bene attendas, ꝯtrium pro-
batur: tamen ſi per hanc confeſsionẽ ſnĩam tuliſſet, ſuper pro-
prietate ſnĩaſſet, non ſuper poſſeſsione, quãuis poſſet reſpõde-
ri, q̃ Papa Celeſtinus errauit, q̃ non ſuper proprietate ſnĩauit,
ſed Papa Inno. modo ſnĩat. vel dic, q̃ ideo Papa Celeſti. non iu-
dicauit ſuper proprietate, quia non fuit petitum, ſed tantũ poſ-
ſeſſorio agebatur, vt ex hac litera apparet, vbi dicit, vnde prædi
ctus prędeceſſor noſter eccleſiã veſtram, quã ſe aſſerit ipſo. ſu-
per duobus autem primis, ſ. ſcrutinio & baptiſmo nõ ſnĩet, ſed
Papa reſeruat. {Debebat.} Eccleſia S. Laurentij. [Capitulo.] i.
iure veniendi ad cap̃m. [Illum.] Sacerdotẽ S. Laurentij. [Re-
inueſtire.] i. poſſeſsionẽ reſtituere. [Per hoc.] Non p̱ ſnĩam Ce-
leſti. ſed per cõfeſsionem p̃sbyteri. {Monialium.} Si. n. alia mo
naſteria eiuſdẽ prouinciæ hoc iure cenſerentur, & hoc eodẽ iu
re cenſeri debet, arg. j. de cenſi. ſopitę, 100. diſt. ꝯ morem. de hac
materia no. ĩ. de offi. Arch. c. vlti. ſed vr̃, ex quo deſijt eſſe mona
ſteriũ, q̃ deberet cenſeri iure aliarum eccleſiarũ, q̃ nõ ſunt mo
naſteria, arg. ĩ. de ſtatu mona. recolentes. reſpõ. q̃ verè iure alia-
rum eccleſiarũ cenſeri debet, ſed ei ſubeſſe, cui ſuberat, dũ erat
monaſteriũ, ĩ. tit. p̃xi. qa mo. {Subiectũ.} ĩ. de offi. Arch. dile-
cto, & ita debet illi ſubeſſe, cui primo ſuberat, ĩ. titu. proal. c. 5.
{Cõdemnamus.} No. hãc eccleſiã in quibuſdã iuribus ep̃alib.
cõdemnari, & in alijs abſolui, ex quo vr̃, q̃ aliqua poſsit quis p̃-
ſcribere, & alia non, ĩ. de p̃ſcrip. auditis, arg. ꝯ. ff. de ſerui. ruſt.
pręd. vna eſt via. [Condẽnamus.] Quia p̃ſcripſerat, vel cõfeſſus
erat corã Celeſt. vt ſupradictũ eſt, ſacerdos S. Laurentij, inſtitu-
tio aũt & deſtitutio, quia non p̃ſcripſerat, imo nõ poſsidebat, vt
hic dr̃, non adiudicat ei, nec etiã coram Celeſt. fuit confeſſus de
his, ſ. q̃ pertineret cap̃m ad eccleſiam S Laurentij, ſed de poſ-
ſeſsione tantũ confeſſus eſt. [Et capitulo.] Stultè ſuper capitu-
lo, & omnibus cõſimilibus egit petitorio: nam p̱p̱ hoc abſolu-
ta fuit eccleſia S. Lauren. in toto, quia eius ius & poſſeſſoriũ &
petitoriũ deducit in iudiciũ, licet ſnĩa lata à Cele. ſufficeret ad
poſſeſſoriũ in his, ſuper quibus lata erat, quia tñ non probauit
peti. ſnĩa fertur ꝯ eũ, ĩ. de cau. poſ. & proprie. cũ eccleſia. ſed vr̃,
q̃ non tñ ſuper inſtitutione, & deſtitutione, & cap̃lo debuiſſet
abſoluere eccleſiã S. Lauren. ſed in omnibus & cõſimilibus, ſ.
in omnibus generalibus, cũ generaliter fuit petitũ. Ad qđ m̃. q̃
ſ̃m cõſuetudinẽ vrbis Ro. tantũmodo iura, q̃ hic dicuntur, eiuſ
dẽ iuris eſſe cẽſentur, ſ. de iure parochiali, nec ob. ĩ. de maio. &
obe. his, vbi plura alia dicunĩ eſſe de iure titulorũ ſ̃m cõſuetu-
dinẽ Ro. ſo. ibi, vel dic, qđ licet hęc petitio eſſet gñalis, tñ quia
nõ fuit proſecutus gñaliter de omnib. iuribus parochialib. ſed
de his tñ, q̃ hic dicuntur, ideo ſuper illis tñ debet ferri ſnĩa, &
nõ ſuper alijs. C. de iudi. licet, & no. ĩ. de offi. ord. cõquerẽte. ſed
vr̃ ex quo eſſet in poſſeſsione p̃dictorũ, q̃ & talia deberẽt ei ad-
iudicari, arg. ĩ. tit. proxi. c. j. reſpon ideo hic non cõtingit hoc,
quia alius, ſ. Papa, hęc iura habebat, vt in litera expreſsè appa-
ret. itẽ & eſt alia ratio, quia illa locũ habent, qñ ea iura, quę poſ
ſidentur de iure cõi pertinẽt ad hoĩem illius ordinis, cuius eſt il
le, qui poſsidet, puta iura ep̃alia poſsidebat in ſua diœce. ſacer-
dos iura parochialia in ſua parochia. itẽ qñ eſt & hoc notoriũ,
q̃ nullus alius ea iura, vel aliqua eiuſdẽ ꝯdõnis ibi poſſederat:
ſed in monaſterijs hæc iura non poſsidet de iure cõi tituli.

ADDITIO.

a ¶Licet enim parochiani. Ad hæc dicta Inno. & pro eius declaratione vide Car. in conſi. 65. incip. pro diſiunctione puncti, col. 5.

SVMMARIVM.

Reſcriptum impetrans contra aliquod ius vel concilium, debet in precibus mentionem illius iuris vel concilij facere.

CAP. III.

EX parte. {Mentio.} De hoc no. ĩ. de cõſti. quę in
eccleſiarum. Hic non dr̃, q̃ debeat facere
mentionem in eiſdẽ ꝯci. quia non eſt verũ q̃ in literis,
quas Papa cõcedit, debet facere de iure mentionẽ, 31. q. i. quo
virginibus, ẽt ſi ſint ſtatuta conciliorum, 15. diſt. canones. & de
hoc no ĩ. de reſcrip. c. j. ſed dicit, q̃ credit has literas per obre-
ptionem obtentas, & tamen hoc ipſum non ponit pro conſtan-
ti, imo ſub conditione mandat, vt ſi hoc eſt, non valeat, ſi. C. ſi
contra ius, vel vtilitatem. & ſi legibus. vel dic, q̃ aliquando de-
bet facere mentionem, vt no. ĩ. de conſti. quę in eccleſiarum.

CAP. IIII.

AD audientiam. Repete quę dicuntur 16. quęſt 7. p̃ię.

a *De iure patronatus.* [a] *Rubrica 38.*

ADDITIO.

a ¶Ius patronatus. Adde, q̃ hic titulus nec decretales loquentes de iure patronatu laicorum non vendicant ſibi locum in capellis fundatis per laicos in eccleſijs fratrum minorum, ita Pet. de Anch. in conſi. 113 incip. iura quæ loquũtur. Et ibi, quod ius patronatus, quod conceditur laicis, eſt gratia.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quid ſit, & quomodo acquiratur, in num. 5. & quæ onera, & qui honores proueniant ex iure patronatus, in num. 3. Item quot modis transferatur, in num. 4.*

EXPOSITIO AD RVBRICAM.

5 ¶†Ius patronatus eſt ius quoddã, qđ neq; merè t̃pale eſt, ne-
que merè ſpirituale. ſpirituale vr̃, quia non põt vẽdi, j. eo. ad au-
res. tẽporale, quia tranſmittitur ad heredes, 16. q. 7. filijs, conſi-
derandum,

derandum, prouidentia patroni in duobus conſiſtit, ſ. vt de temporalibus ſit ſolicitus, ne delapidentur. in ſpiritualibus, vt talẽ mi-
3 niſtrũ pñtet, qui digne Deo valeat miniſtrare. † Acquiritur aũt
a aius patronatus trib. ex cauſis, ſ. eccleſiæ cõſtructione, eccleſiæ [a] dotatione, & territorij ad eccleſiã fundandã collatione. De prima, 16. q. 7. monaſteriũ. de primo & ſecundo. e. q. filijs. de tertio hẽs 18 q. 2. abbatẽ. quilibet aũt iſtorũ pronus eſt, & recte ſic vocatur, qa ſicut pr filiũ, ita pronus rẽ, i. eccliã de nõ eẽ ducit ad eſſe nõ. n. põt fieri eccłia, niſi fundus, vbi fiat aſsignetur, & ibi eccleſia ædificetur, & ante fundationẽ dos aſsignetur, de cõſe. diſ. j. nemo alius aũt, qñcunq; poſtea illã eccleſiam dotet, licet bñfactor ſit nunq̃ tñ pronus cẽſendus eſt, qa non duxit eccleſiã de non eſſe ad eſſe. & ex his appet, q̃ poſt fundationem nõ qritur ius pronatus; poſſet tñ dici, licet alij cõdicant q̃ ab initio licet male omiſſa eſſet dos eccleſiæ, q̃ poſt ædificationẽ & etiã poſt
b cõſecrationem ſi [b] eam dotaret, patronus eſſet, cum ſine ſubſtantia terũ non poſſet eccleſiæ deſeruiri. j. q. 3. ſi quis ob. & ſi eccleſia, vbi patronus erat prius, deſtructa eſt alia in alio loco ędificata, cui dos primæ eccleſiæ eſſet aſsignata, cum dicatur in loco prioris eccleſiæ ſucceſsiſſe, idem dotator erit patronus huius etiã poſterioris, ar. ſ. de re. do. c. 2. ſed qui fundũ dedit in prima eccleſia, non erit patronus in ſecunda, nec tamen fundum recuperabit. 12. q. 2. qcunq;, & c. ſeq. 10. q. j. mouere. ſed qui fundum dedit, in ſecunda erit patronus, 10. qõ. 3. abbatẽ, & co. mõ
3 qui ſecũdã ædificauit, patronus erit. † Ex iure autẽ patronatus prouenniunt onera, qa tenetur eccleſiã ab impugnatione defendere, & de rebus eccleſiæ ſolicitudinem gerere, ne fraudentur, 16. q. j. conſtitutum, & .q. 7. filijs. item commodum, quia ſi perueniat ad paupertatem alitur de bonis eccleſię, 17. q. 7. quicũq;. item honor, quia honorificẽ ius recipit & ſtudioſe ei ſeruitur, & in proceſsione præ alijs honoratur. 16. q 7. piç, &c. Frigẽtius. & ſi eccleſia nõ eſſet collegiata, præſentat ibi patronus ſacerdotem. 16. q 7. decernimus. ſi eſt collegiata eligit cum alijs. 18. qõ. a. abbatem. quod tñ non credimus, ſed põt intereſſe electioni non tanquam eligens, ſed tanquam cõſulens: electio enim cui inte. eſt laicus, nulla eſt, ſ. de ele. Maſſana, ſacroſan. & c. quiſqs.
4 † Transfertur autem quatuor modis: primo ſucceſsione tã ad ſuos, ſi inſtituantur hæredes, vel alio modo ſuccedant, q̃ ad extraneos. 16. q. 5. conſiderandum, & c. ſi plures. j. c. qm. ff. de reli. familiaria. quidam tñ dicũt ad ſolos hæredes ſanguinis deferri, ar. 16. q. 7. filijs. intantum defertur ſuis & hæredibus ſanguinis, qa etiam ſi non ſunt hæredes, tñ iuſpa. filij habent, ar. ff. de iure pa. l. filij, & de lib. leg. l. Aurelius. ſed hoc nõ placet [donatione.] j. ex inſi. & c. conſultationib. permutatione, 16. q. 7. memini. & cum vniuerſitate. j. co. ex literis. Et hoc ſatis apparet, q̃ non ad propinquos ſanguinis, ſed inſtitutos hæredes ius pat. defertur. nam ſi ad emptorem villæ cum alijs iuribus villæ defertur, multo plus ad hæredem cum alijs iuribus hæreditatis.

ADDITIO.

a ¶ Donatione. Adde Pe. de Anch. in conſi. 392. col. ſi. poſt me. incip conſi. ſubtiliter & ad plenum.

b ¶ Poſt conſecrationem. Quod dotans eccleſiam poſt conſecrationem efficiatur patronus, adde Car. in conſi. 52. incip. ad dubia præmiſſa. col. 2. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus dicitur eſſe penes hæredem omnem inſolidum.*

2 *Cum eſt controuerſia inter patronos, cui ſtandum ſit.*

CAP. I.

1 PErlatum. [† Diuidi.] ius pa. eſt inſolidũ penes oẽm hæredẽ quo ad omnẽ ſuum effectũ, puta honorẽ, onus, & emolumentum, præter q̃ quoad pſentationem, quæ eſt ita apud oẽs ſimul, q̃ apud nullum ſingulariter, vt hic. & j. ca. pxi. ſicut dominium rei cõis. & hoc, quod primo dictũ eſt, ideo eſt, quia cũ ſit res ſimplex & incorporalis, peruenit ad aliquẽ hæredẽ inſolidũ ẽt in ęqualib. partibus ſint hæredes, ar. ff. de ſerui. viæ. ff. de rel. & ſump. ſu. ſi ſepulchrum. ff. ad l. Fal. l. j. §. ſi vſuf. incorporalia. n. diuidi nõ poſſunt, 7. q. j. nihil. & dicunt quidã, q̃ proni poſſunt inter ſe cõuenire, q̃ vna vice pñtet vnus & alia vice alius. arg. ff. de vſuf. quot. §. i. hoc tñ nobis nõ placet in iurib. eccleſiaſticis. j. eo. querimoniã, tantam igitur vocẽ habebit & ius, q minus habet in hæreditate, q̃tũ q plus, ar. licẽt multũ temorũ, 16. q. 7. filij. & tñ qui parum poſuit in dote, quantũ qui multũ, dũmõ de illis fuerit, q aliquid poſuerant in dote conſtituenda. poſſet tñ dici, q̃ ſicut rõne dignitatis in electionib. aliqñ vnus hẽt duas voces, vel plures, q̃ ſic etiam poſſet eſſe inter patronos, quia ſm partem hæreditatis haberẽt ẽt vocem in electione: ſecus. n. ſi ẽt ante fundationẽ aliquid magnum eccleſiæ darent, ſed nõ pro dote. hic tñ nõ dr ius pa. non poſſe diuidi, ſed eccleſia. & ſi plures vni ſuccedant, tãtũ pro vno vocem habebunt, & loco vnius reputabuntur, arg. ff. de condi. & de. l. cui fundus. fit enim ſucceſsio in linea deſcẽdenti in ſtirpes, non in capita, inſti. de hære. quæ ab inteſt. deferuntur. §. & quia placuit, & magis conſonat æquitati, q̃ iura pponunt etiã ſubtilitatib. alijs. ff. ad l. Aqui. ita vul. §. fi. ff. de inſti. l. j. [Simultates.] i. diſcordiæ [Sacerdos.] inſtituendus. [Nõ poterit.] quia ſi epus ſine ſcandalo facere poſſet, de iure eſſet q̃ in-
a ſtitueret ibi ſacerdotẽ. [† Miſſarum.] ſi cõtrouerſia eſt inter eos, quos conſtat eſſe patronos, ſtabit ſaniori parti: & ſi partes ſunt pares, diſtingues merita electorũ. 63. di. ſi forte; & ſi pares ſunt in meritis, locus eſt gratificationi. j. co. cũ aũt. ſi aũt ſine ſcandalo non põt gratificare, cum per omnia partes ſunt pares, tũc interdicẽtur diuina in illa eccleſia, vt hic. & ſi nec ſic concordabunt, auferentur inde reliquiæ quæ ſunt in capſis. j. cap. proai. & ſi nec ſic poterũt intra ſex menſes concordare, epſ inſtituet aliũ in auctoritate concil. ſ. d concæſ. præben. & eccl. non va. c. 2. & j. c. cum. Quamuis poſſet dici, & nõ male, q̃ antequam interdicantur officia, vel reliquiæ extrahantur, debent tranſire 6. menſes: ſi autem ſit diſcordia inter patronos de iure pa. niſi cauſa finita fuerit intra 4. mẽſes, tunc epſ inſtituet aliũ. j. eo. qm. ſi autem ſit diſcordia inter epm & patronos laicos, ſtatim epiſcopus ponet ibi ęconomum, qui bona eccleſiæ cõſeruet. ſ. de off. ordi. cũ vos. item ſi pp diſcordias patronorum non poſsit ſacerdos inſtitutus in eccleſia ſtare, ſicut hic dicitur, fiet.

CAP. II.

QVęcunque. [Reliquias] Quæ ſunt extra altare in capſis. alias enim nõ liceret. 16. q. 7. conſiderandum, ſi plures.

SVMMARIVM.

Præſentandi ius quando eſt penes multos, & nõ conueniunt de perſona, quid agendum.

CAP. III.

QVoniam. [Fundatores.] Secus de refectoribus, ar. ff. ne quid in lo. pu. l. prætor. §. vicinales. & ea ratione, qa quod humani iuris eſſe deſijt, ſeruitutem non recipit. ff. cõia præd. l. caueri. [Ordinet.] Præficiendo ibi presbyterum poſt 4. menſes, vt in fi. vel dic, q̃ qñ non eſt diſcordia de iure pa. ſed nõ poſſunt concordare de perſona, haberet locum decre. ſ. de conceſ. præben. nulla, ſ. q̃ 6. menſibus expectari dẽt: ideo aut præſentatus a maiori parte põt refutare, qa ex præſentatione nõ quæritur ius, ar. j. e. q̃ aũt. [De iure pa.] Ideſt quaſi poſſeſsione j. eo. conſu. nobis. idem vr, & ſi de proprietate iuris eſt qõ, nec aliquis eſt in poſſ. & idẽ per ſimile vr, & ſi inter eccleſias de iure eligendi ſit qõ, nec aliqs eſt in poſ. qa ſi aliqnis eſſet in poſ. nnn obſtante cõtrouerſia iuris proprietatis ipſe eliget. j. co. conſul. difficile tamen vr, q̃ iter duos poſsit eſſe qõ de aliquo iure, niſi alter poſsideat.

CAP. IIII.

PRæterea. [Priuetur.] i. ſit priuatus ipſo iure. 16. q. 7. ſi quis deinceps. vel priuatur per ſententiam, & ſic per hoc ca. expones illud, & dic, vt not. ſupra de elec. quiſquis.

SVMMARIVM.

Præſentatum a laico ſi epiſcopus idoneum recuſauit, ei prouidere cogitur.

CAP. V.

QVod autem. [Præſentatus.] à patrono. {Poſſidẽtis.} hoc eſt verum in pſentatis a laicis, ſecus in præſentatis a clericis, infra c. cum aũt. epſ tñ, q idoneũ ẽt a laico pſentatũ recuſauit, ei prouidere cogitur, infra. co. paſto. {Dedi.} non ius pa. ſed in pprios vſus, quod nõ poterat. {eccleſiam.} Expone, vt j. c. illud.

SVMMARIVM.

Ius patronatus vendi non poteſt, & quare.

CAP. VI.

QVia clerici. {Aduocatias.} Aduocati ſm diuerſas cõſuetudines habẽt plus vel minus honoris, & oneris. Sed oppones, quare non eſt licitum ius ſuum temporale vendere? reſpon. qa nullũ officiũ, nulla caſtaldia eccleſiaſtica vendi poteſt. j. q. 3. ſaluator. hic aũt appellat aduocatiam ius pa. quia aliter non haberet præſentationem. {Præſentetur.} Quod fieri non põt, ſicut nec patroui, j. c. conſuluit. {Spoliando.} & ſic eccleſia erit libera ab aduocato. 17. q. 4. ſi quis in atrio. infra de ſymo. de hoc autem.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſum videtur, quod non eſt nominatim expreſſum.*

2 *Quid requirat ad hoc, vt ius pronatus trãſeat ĩ emptorẽ alicuius loci, & n. 3.*

CAP. VII.

EXliteris. [Ad firmã.] Talem cõtractum inter ſe celebrauerant, q̃ vtile dominiũ tranſierat in conductorẽ, & ideo de iure in ipſum trãſierat ius pa. cũ vniuerſitate: ſecus in creditore. ſ. de re iud. cum Bertoldus, vbi
5 no. nam in eum nec vtile dominium tranſit, nec directũ. [† Nõ exemplo.] Idem, qđ in iure pa. põt dici & in iure ſepulchri, qđ a laicis poſsidetur. ff. de cõhen. emp. in modicis, ſecus eſt in decimis,

cimis,& in alijs iuribus mere ſpũalibus, quia non tranſeunt cũ vniuerſitate.& eſt rõ diuerſitatis,quia cum ius pa. non ſit mere ſpuale,ſed partim tpale, non eſt mirum, ſi annectatur tpalibus, ſed mere ſpũalia,cum in nullo cõiceant tpalibus eis, nec cũ vniuerſitate,nec ſine annecti poſſunt,ẽt ſi dicatur,vendo,vel dono villam cũ omnibus iurib. ius quia ſpũalia nõ ſunt iura tpalia: imo plus dicimus,ꝙ etiã eṗs ſi diceret, dono tibi villam & oĩa iura,quæ ibi habeo,non tñ intelligitur donare decimas,vel alia mere ſpũalia.nam hoc nomen,oĩa,non habet in dicta propõne ſupponere,vel referri ad ea,quæ ſunt penitus alterius iuris,quã ea,quæ principaliter donantur,qđ eſt hic:nam mere ſpũalia penitus ſunt alterius iuris,quam tpalia,licet alij aliter dicant.ſi ergo vult decimas donare, faciat expreſſam mentionẽ de eis.hoc tñ fatemur, ꝙ ſi aliquod ius ſit, qđ pariter in ſe habet & tpalia, & ſpũalia iura,vt eſt ꝑbenda, quæ qñque habet & poſſeſſiones, & decimas,& donatur alij eccleſiæ, omnia ſ. tpalia & ſpũalia ſimul transferuntur,qa omnia ſunt ſpũalia, & annexa ſpũalibus.

2 †Sed ſi quis obliget vel vendat omnia iura,quę habet in aliqua villa,cum non ſit ſua, ſed ibi tm̃ certos fundos habeat vel certa iura, & villa non ſit ſua,nunqd in tali ꝯctu tranſit ius pa. Rñ.nõ, nã ad hoc vt trãſeat,oportet,ꝙ res,q̃ vẽdit̃, ſit taliſq̃ ẽt ſine expſſione vniuerſitatẽ vel ius pat.in ſe cõtineat ſicut eſt villa,vel caſtrũ,q̃ in ſe ꝯtinẽt,iuriſdõnẽ,honorẽ, & ius pa.ſed qñ dico, vendo tibi oĩa iura, hęc vis ẽ reſoluẽda ĩ ſingulares.i.vẽdo tibi hoc, & illud.cum autem ius pa. vendi non poſsit ſub tali vniuerſali locatione, vel venditione, non comprehenditur:ſi tñ ſit aliqđ ius vniuerſale,qđ multa iura in ſe continet , vt hæreditas , cum

3 illo bene tranſit ius pa.†Item multo fortius, ſi vendit aliqs fundum,vbi habeat eccleſiam, non intelligitur eccleſia tranſire in venditione.ff. de ac. emp. ſi mercedem.§. ſi cum fundũ. quid ſi vendat quis palatium ſuũ,vbi habet capellam, quæ forte multa priuilegia habet, & multos reditus? vr̃ ꝙ ius pa. tranſeat cũ palatio,arg.prædi.l. ſi mercedem.qa ad capellam non eſt iter niſi per palatium.ſed dic ſecus eſſe in iure pa.qđ bene põt teneri,ẽt ſi non vadat ad eccleſiam,ſicut eſt præſentare. & aliud eſt in iure ſepulchri quod nihil valet,niſi ad illud portet̃. & ibi ſepeliat̃. [Suborta.] Maxime,idem enim & ſi ſuborta fuiſſet ante, dummodo in poſ.eſſet,infra cod.conſul.vel magis; ſi alius non eſſet in poſ. hoc enim ipſo , quod alius non eſt,& ipſe eſt in poſ. villæ,præſentabit.prius dictum placet magis.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt ius pa.donari & clericis, & laicis abſque auctoritate epiſcopi.*

2 *Nunquid laicus conferendo eccleſiam ſit excommunicatus?*

CAP. VIII.

ILlud. [Eccleſia.] Intendebat.n.eis dare proprietatem eccleſię,vel eccl'iam in vſus ꝓprios vel inſtõnem & deſtitutionem,vel iura eṗalia,quod nõ poterat, ꝭ.de do.paſto. 10.q.j.nouerint. j.e.ſuggeſtum. j.de priuile.paſto.& pp hoc bene ſequitur, non vacante, quia hoc erat vnum impedimentũ, quare non tenebat collatio in proprios vſus,cum alius, ſ. clericus inſtitutus eã poſsideret.

2 †Sed dices quare non valet donatio quoad ius pa. ff. de ꝯhen. emp. qui tabernas. ff. de leg.j. ſi domus? rñ. quia non intendebat dare ius pa.ius enim pa.donari poteſt & clericis, & laicis ſine auctoritate eṗi, j.eo. ex inſinua. & hic. ſed licet non teneat conceſsio eccleſię,quã fecit laicus, ſi tñ fiat auctoritate eṗi,vel ẽt ſi poſtea conſenſus eṗi accedat , tenet conceſsio, 16.q.7.decimas,& c. nemini,& ẽt pręſcribere poteſt, j.eo. cura. & ſi quęras quid venit in dicta conceſsione. Reſpon. cũ illa conceſsio vigorem accipiat ex cõſenſu eṗi, illud intelligatur conceſſum, quod dr̃ ꝭ.de do.paſtora.præter ius pa.quod vt dictum eſt, con

3 cedere non intendebat. †Sed dices , nonne hoc ipſo , ꝙ laicus confert eccleſiam, excõicatus eſt minori excõicatione.16.q.7. ſi quis clericus,& c.conſtõnis, rñ.non,cum ibi loquunt̃ , qñ laicus intendit cõferre prælationẽ,vel præbendã,hic aũt, qđ inteodit cõferre proprietatem eccleſiæ , vel aliquod ius io eccleſia, quod de iure habere non põt , de facto aũt teoet:in his autem conceditur,qđ laicus poſsit concedere eccleſiam,vel proprietatem eccleſiæ cũ cõſenſu eṗi, vt ſic eccleſiæ de laicorũ manibus eripiant̃.16.q.7.decimas , & c.nemini. [Impedire.] Supra de re iud.cũ Bertoldus,ibi no.[Vacante.] Idem eſt, & ſi non vacãte.

CAP. IX.

QVerimoniam. [Mutationes.] Quando moriebatur patronus,hæres mutabat ſacerdotem.[Et viciſsitudines.] q.d.tu eris vno anno aduocatus,& ego alio.non enim licet laicis iura, quæ inter ſe habent diuidere , vt hic habes , ſed auctoritate ſuperioris epiſcopi poſſunt,ſicut Dauid inter filios Aaron diuiſit miniſteria eorum,Luc.c.j.& Paral.24.

CAP. X.

Cum laici. [Priori.] Supra de elec. ꝯſiderauimus, ar.ꝯ ſolu. vt diximus ꝭ. de re iudi. cũ Bertoldus.

SVMMARIVM.

1 *Mala fide eccleſia a laico donata fuit ſine conſenſu epiſcopi,an impediat præſcriptionem ſucceſſorum donatarijs prædefunctis.*

2 *Præſcriptione finita, ſi conſtat de non legitimo titulo & mala fide habitis ante captam præſcriptionem , an cum bona conſcientia retinere poſſunt, & quare.*

CAP. XI.

CVra paſtoralis. [Eccleſias .] Quo ad ꝓprietatem , vel vt diximus ꝭ. eod. illud. [Legitima.] 40. annorũ, ꝭ.de præſcri. de quarta.

1 †Sed dices,potuerunt pręſcribere, cum non habere potuerunt iuſtum titulum , vel bonã fidem in præſcribenda eccleſia data a laico, cum ſit ꝯ ius,ꝭ. eo. illud? ſed dic ignorabant ius. & ego reſpõdeo ꝙ ignorantia iuris in præſcriptione & ſi quo ad habẽdam bo.fi. valeat, tñ quo ad quęrendũ ti. non valet. ff.de vſuc. nunquã,& l.non ſolũ is.§.ſi apud.ſo.dicio us,ꝙ bo.fi. præſcripſerunt,& iuſto titulo,ſ.pro ſuo non errando in iure, quia bene ſciebat laicum non poſſe dare eccleſiam ſine conſenſu eṗi, ſed ibi conſenſum eṗi acceſſiſſe credebant , & ita potuerunt præſcribere.ff.pro dona.ſi vir vxori , & ſufficit conſenſus eṗi non tm̃,q habitus eſt tpe ꝯctus , ſed ẽt ſi poſt acceſsit, j.co. ſuggeſtũ.vr̃ tñ, quod a die,a quo veriſimile eſt eos,vel maiorem partem cõuẽtus bo.fi. poſſediſſe , incipit currere præſcriptio , puta mortuis illis,qui interfuerũt donationi & eſt ad hoc op.ar.ꝭ.de deci.dudum.vbi dicitur , ꝙ a tpe confirmationis incępit currere præſcriptio:ſed no vr̃ poſſe ſtare,quia vitioſę poſſeſsioni non vitioſa res non accedit,ff.de ac. poſ. Pompo.§.vl. ſed ipſi intelligunt illa,ꝙ rei vitioſæ.i.quæ vitio reatu affecta eſt vt furata & rapta, tales per quoſcunque poſſeſſores tranſeant nũquã vitium amittunt,& ideo preſcribi nõ poſſunt , inſti.de vſuc. §. furtiuæ. nam ſi aliæ res , quæ ſine titulo poſsidebantur vel detinebantur ab aliquo,ſ.ex cauſa depoſiti, vel commodati, vel ſucceſſor eius ꝓ ſuo incipit poſsidere , bene vſuc.pro ſuo. ff. ꝓ hære.l.plerique, & ſic eſt hic: licet enim illi,qui primo acceperunt , non habuerunt iuſtam cauſam poſsidendi, alij tñ, qui poſtea ſucceſſerunt, habuerunt,qui poſtea ſubſecuti ſunt , & qui nihil ſciuerunt.ſed certe hoc non põt eſſe, quia ꝑlati iſti non poſsident eccleſias iſtas ſic donatas ꝓ ſuo, qa ſuo noĩe non poſsident, ſed eccleſię, & ſic eccleſia, q̃ malè cœpit poſsidere,nunq̃ põt mutare ſuum titulum neq; fidem. ſed potes reſpondere , ꝙ licet prelatus , qui male accipit,mala fide poſsideat, eccleſia tñ , cuius noĩe accipit̃ donatio, ſp bona fide poſsidet , & ſi eſt bonus titulus,pro illa vſucapit , ſi autem malus vel nullus , niſi res eſſet rapta, vel furtiua, ſp vſucapit pro ſuo, nec obeſt ei malus ti. vel mala fi.ꝑlati.ſed certe hoc ſtare non põt per id , qđ eſt ꝭ.de deci.põt, ꝙ ſi aliquibus de capitulo noĩe capituli facta eſſet donatio a laico, capitulum tñ credebat eṗm conſenſiſſe. nam in omnibus his caſibus pro ſuo vſucapit.ff.de vſu.pro ſuo.l.vlt. vel pro donato. vel poteſt dici,ꝙ eṗs permittendo donatariũ, qui eccleſiam accipit a laico, pacifice poſsidere , cauſam & titulum poſsidendi & pręſcribendi ſibi præſtitit,ar.ꝭ.de his , quæ fi.a præ.ſi.con.ca.

2 c.a.& 3 .& hic tacitus cõſenſus habet̃ pro tit. [†Pręſcriptione] no.ꝙ ſi finita ꝑſcriptione conſtet de nõ legitimo titulo , & ma. fi.habitis ante cęptam præſcriptionẽ , tñ ſalua conſcientia põt illa retinere,quia tuti ſunt auctoritate eius, qui poteſtatẽ cõdendi ius habet ſup tpalibus, q hanc pęnã amiſsionis iurium ſuorũ induxit in odium negligentiũ. & fauorẽ ſolicitorũ. [Niſi ius.] ergo ius pat.transferre poſſunt, quod habent.ꝭ. cod. illud.

CAP. XII.

SI vero. [Repręſententur.] Hęc pñtatio fit ad ꝓbationem iuris veri patroni . nihil enim iuris ꝑſentato accreſcit , & vt habeat frontem reſpondendi ſibi de iure pa.ſupra cod.ex literis.

SVMMARIVM.

Ius patronatus an ex generali venditione tranſeat in emptorem.

CAP. XIII.

CVm ſeculum. [Emptorum.] Ius patronatus tranſit cum vniuerſitate. ꝭ.eo.ex literis.[Emptorum.] Hoc intelligitur, qñ villa, vel caſtrum data erant in feudum,qa tunc tranſit in feudum ẽt ius pa. eccleſię,quę erat ſita in villa vel caſtro , quia ſi fundũ daret in feudum,vbi eſſet eccleſia, non tranſiret cum feudo ius pa.eccleſię.j.eo.ſuggeſtum,vt no.ꝭ.eo.ex literis.alij tamen dicunt , ꝙ ius pa. ẽt ſine aliqua vniuerſitate dari poteſt in feudũ, ſicut donari,nam feudum beneficium eſt.

CAP. XIIII.

EX inſinuatione. [Cõtulit'er.] Supra c.illud. [Occupauerũt.] Tanq̃ clerici earundem eccleſiarum, [Reſtituant.] De facto,qa nihil iuris habent in eis,cũ non fuerint ab eis præſentati.[Reſtituant.] Ideſt in pace dimittant eos ordinate.

SVM-

SVMMARIVM.

Patronus laicus poteſt filium præſentare.

CAP. XV.

COnſuluit. [Detineant.] Colligendo tñ fructus, & in proprios vſus cõnertendo. [Vel aliquibus alijs.] Deſcendentibus, puta nepotibus pro nepotibus. hoc non placet, credimus enim quod patronus poſſit filium præſentare. hic ergo interdicitur patronis dare eccleſias, ideſt proprietatem, & alia, vt ſupra eod. illud.

SVMMARIVM.

Patronus laicus an ius patronatus, decimas, & eccleſiam, quam de facto detineret, conferre poſſit, & quomodo.

CAP. XVII.

NVllus. [Aut eccleſiam.] Expone, vt ſ. eod. illud. [Et ſi quis.] Hoc non refertur niſi ad decimas, vt ſp ſi laicus vult in aliam decimas transferre, neceſſarius eſt conſenſus epi, ſ. de his, quæ fi. a pl. cum apoſtolica. eccleſiam enim, ſi de proprietate intelligis, nunquam cõferre poteſt alijs; ſ. eo. illud. ſi de iure pa. illud conferre poteſt neſciẽte epo. ſ. eod. ex inſinuatione. vel dic, quod ſi patronus vult cõcedere eccleſiam, in qua habet ius pat. alicui in vſus pprios, hoc non poteſt facere ſine conſenſu epiſcopi, ſed epiſcopus facilis debet eſſe in cõſentiendo, alioquin agendum eſt cũ ſuperiore. vel dic referri ad vtrumque, & loquitur quãdo eccleſiam vel decimas de facto detinent, ar. infra ti. prox. c. eccleſijs.

CAP. XVIII.

SIgnificaſti. [Si epiſcopi.] Hoc vult dicere, quod ſi patroni alicui epiſcopo nomine eccleſiæ ſuæ cõceſſerint præſentationem aliquarum eccleſiarum conſtitutarum in alijs dioe. epiſcopi dioe. ab illo epiſcopo, cui ius pat. donatum fuit, præſentatos admittere debent.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit fructus iuris patronatus.*

2 *Facta patroni, qui poſſidet auctoritate prætoris, tuetur prætor.*

3 *Malæ fidei poſſeſſor non facit fructus ſuos, ſed veri domini ſunt fructus.*

CAP. XIX.

COnſultationibus. [Patronatus.] Repete, quæ diximus ſ. de in integ. reſti. c. ij. [Poſſidebat.] Qui eſt in poſ. bo. fi. & ante li. 9t. & poſt li. 9t. ſp pñtabit: qa ſ. pen. & c. ſ. vt li. pen. c. j. & ij. & p totum. nam ille, qui eſt ab initio bo. fi. poſſeſſor & poſt li. conte. dicetur bo. fi. quantum ad hoc, vt fructus ſuos faciat, & ẽt vſucapionem triennij cõpleat. † Item vt non præſtet introitum, niſi intelligeret ſe debere. ſed ſi intelligeret ſe debere, non tenetur, ſi iuſtam cauſam litigandi habuerit. ff. de rei vin. vtique. ff. de pe. hære. illud, & quia facit fructus ſuos, ergo ſi fructum in alium alienat, ille, in quem alienatus erit, controuerſiam non patietur. eſt. n. fructus iuris pat. pñtare. tutus ergo erit pñtatus, ſed naturali rõne vr quod pñtare cenſendus ſit fructus naturalis. & ideo vr dicendũ, quod non transeat in dñium bo. fi. poſſ. ff. de vſu. fructus. ſed ſi vere inſpicimus, nunquam producit pñtatio, ſed potius induſtria, quis poſſet dici quod & hi fructus reſtituantur euincenti, qa patrono non debebit ea, quæ ad ius pa. ptinent: pſona aũt nõ remoueretur ab eccleſia. ſi aũt eſſet ma. fi. poſſeſſoris, qui in poſſeſſione iuris pa. eſt, vel quia eſſet violentus poſſeſſor, & ſine auctoritate iudi. bñ expelleret de eccleſia præſentatus p eũ, quia cũ ma. fi. poſ. nõ faciat fructus ſuos. C. de rei vin. certũ, & ff. d rei vin. ſi. nanis, ergo nec fructus. ſ. ius in alia eccl'ia p pſentationem ipſius transfert. idem ẽt ſi ſit miſſus in poſſeſſione auctoritate iudicis inor-
a dinate.ᵃ C. ſi per vim, vel alio mõ. l. vl. † Si aũt patronus ma. fi. poſ-
2 ſidens eſſet in poſſeſſione auctoritate iudicis & ordinate, tunc quamuis ma. fi. quoad ſe poſſideret: tñ ille q bo. fi. recipit ab eo eccleſiã, non dimittit eã, at. C. vñ vi, ſi qs in tãtã. nã facta talis, q poſſidet auctoritate ptoris, tuet ptor, vt no. ſ. de ele. niſi. quis poſſet dici quod aliud eſt in pſono, qui non nitit auctoritate ſupioris, nec publico officio, licet pro eo feratur ſnĩa, quod ſit patronus: qa ſp hẽt malam fidẽ, & iõ nõ facit fructus ſuos, ar. ff. de condi. inde. l. Iul. ait. & aliud in plato, qui nititur cõfirmatione ſuperioris in publico officio, & ſic loquitur gl. quæ eſt ſ. de elect. nihil.
1 *Appellatio extra iudicium quando ſit cenſenda iuſta, & numero 2.*
3 *Non debet quis per negationem, vel prohibitionem, vel appellationem vnquam dimittere vti iure ſuo.*
4 *Quando liceat Epiſcopo materialibus armis poſſeßionem ſuam defendere.*
5 *Non valet, quod fit à delegatis, niſi probata delegatione.*
6 *Conſuetudo, & pactum archiepiſcopi & ſuffraganei impedire non poteſt non ſolum procurationem, ſed nec eius viſitationem.*

CAP. XXIIII.

VEnerabili. [Procurationib.] Quia ſępe occurrit qōnes exēptionis oriri occaſione denegatarū viſitationū, & procurationū, vel alia cōſimili, & iō de hac mā ſuppoſito themate plenius tractemus. epſ Eduen. acceſſit ad monaſt. ſancti M. in ſua dioec. ſitum, mādans abbati & conuentui, ꝙ pararent ſe, qa monaſterio illi volebat impēdere officium viſitationis, & pararent etiā procurationem rōne viſitationis debitam. cui abbas reſpondit ꝙ nullo modo ſe pararet nec ad viſitationem, nec ad procurationem, quia exēpti erant quoad hoc a iuriſdictione epiſcopi Eduen. & appellauit ad ſe. ap. ſi in aliquo modo hac occaſione grauaret, & adiecit Abbas, quia coram eo volebat probare exēptionem prædictam, vel coram Papa, ſi epo placeret. ſed epſ nō obſtantibus prædictis excōicauit abbatem, & interdixit conuentum, modo venit Abbas, & aggreditur ꝯ ipſum de iniuſta excōicatione, vel potius nulla, & petit abſolui ad cautelam. pro ſe autem induxit Abbas, quia vr, ꝙ excōicatio ſit nulla, quia lata poſt app. ex legitima cā interpoſita, qđ ſufficit, etiam ſi nō eſt vera. Item quia lata eſt ſine cauſæ cognitione. ſ. de appel. ad audientiam, & c. dilectis, & maxime cum coram epo obtulit ex abundanti ſe probaturum exemptionem. ſ. de appe. interpoſita. Item dicit Abbas epiſcopū oīno eſſe puniēdū, quia ſine manifeſta & rationabili cā excōmunicauit eū anteq̄ iuſta excōicationis cā probaretur. j. de ſent. excō. ſacro. s. q. j. nemo. cū. n. diceret Abbas ſe exemptum eſſe quoad prædicta, & ita ſua negatione eſſet res dubia. C. qui ad li. procla. non licet. l. 3. ſuper re dubia & non ſuper manifeſta tulit ſnīam, & ideo male. Item dicit Abbas, ponamus, ꝙ coram epo Eduen. aliquis parochialis ſacerdos peteret ius parochiale ab aliquo ſuo parochiano, & ille parochianus offerat ſe probaturum, ꝙ alius hēt in eo ius parochiale, nonne audiet eum? vel potius non admiſſa exceptione parochiani, excōmunicabit eum? hoc eſt abſurdum dicere. ſed nunquid erit apud eum acceptio perſonarum, vt ꝯ ſacerdotem parochialem admittat exceptionē, & probationem ſuper ea, & ꝯ ſe non admittat? hoc non eſt ęqui iudicij. 4. q. 4. c. 3. Epſ aūt eꝯ pro ſe allegat, quia ex quo conſtat, ꝙ monaſterium ſitum eſt in ſua dioece. præſumptio iuris eſt, ꝙ in eo habet viſitationem. ſ. de præſcrip. cum ex offi. de cenſi. ſopitæ. c. vene. cum nuper, & ſic præſumptio iuris eſt, & veritas eſt. ſ. quia ei ſubeſt in pdictis, ergo iuſta eſt ſnīa epiſcopi. ideo autē dixit epm, & veritas ſubeſt, quia bene fatetur epiſcopus, ꝙ ſi in veritate pbaret Abbas co-

bas corā ſuperiore quo ad ꝑdicta eſſe exemptum, ꝙ male ſnīaſ
ſet. hic tñ vult defendere ep̄s, ꝙ ſi Abbas defecerit in probatio
ne exemptionis quo ad ꝑdicta, licet probet ſe propoſuiſſe exē
ptionē. & ſe obtuliſſe probationem ſuper ea, ꝙ hoc nō ſufficit
ad pronūciandū excōicationē nullā, vel iniuſtam, vel ad puniē
dum ep̄m, & ſuus proceſſus decernendus eſt legitimus, nec va
let qđ Abbas dicit, quia appellatio ex cā legitima ꝑceſsit excōi
cationē, & qđ ſine cauſæ cognitione lata eſt, ergo excōicatio
1 cenſenda eſt iniuſta, vel melius nulla. †Sed rñdēr, ꝙ nunquā ap
pellatio extra iudiciū quantūcunque fiat ex legitimis cauſis,
& quantūcunq; appellans offerat ſe eē probaturū, eſt cēſenda
iuſta, niſi probauerint eā eſſe verā vt no. ꝫ. de ele. cum inter ca.
ꝫ. de his, q̄ fi. à ma. par. ca. c. j. & hęc appellatio, vt quidā dicunt,
extra iudiciū erat, qđ ex eo apparet, quia ipſe Abbas hoc dice-
bat qñ proponebat ſe exemptū, & ꝑ ꝯñs ep̄m non eſſe iudicē,
ſicut & cenſenda eſſet appellatio extra iudiciū, vt ſi qs appella-
ret ab ep̄o, ne ordinaret aliquā eccleſiam de canonicis, vel ne
confirmaret electum, vel inſtitueret, qa & ad ſe ꝑtinent ꝑdicta.
licet. n. hæc oīa ſint de I. iuriſdictionis, non tñ ſemper requirit̄
iudiciarius ordo, nec ſp̄ ſic pro eis faciendis iudiciū ordinatur,
imò plus extra iudiciū, q̄ in iudicijs hæc agunt̄. vel dic, vt no. ꝫ.
2 de ap. dilectis, in gl. q̄ incipit, hoc fuit & c. ver. no. ꝙ licet. †Item
& ſi in iudicio eſſent partes, tñ hoc non fuit iuſte petitū, ꝙ co-
ram ep̄o offerret probationes, cū eas recipere non deberet in
cā ſua. ꝙ aūt coram Papa offerebat ſe probaturū, ēt non ſuf-
ficit ad hoc, qa reuocari dēt quicqd fit poſt talē appellationē,
niſi probetur veritas cauſæ, ſicut apparet ex litera decr. interpo
ſita, nec valet ſi dicat Abbas, ꝙ vult, ꝙ ipſe idem ep̄s cognoſcat,
quia nec iudex ꝑōt eſſe in cā ſua, nec arbiter. ff. de arbi. ſi de re.
C. ne quis in cā. l. j. nec valet, ſi dicat Abbas, ꝙ nō dēt quis ex-
cōicari ſine manifeſta cā, & niſi eam ꝓbet, quia hæc fuit mani-
feſta cauſa excōicationis, ſ. contumacia recipiendi eum ad vi-
ſitationē & hæc ꝯtumacia bene ꝓbatur hoc ipſo, ꝙ eſt præſum
ptio iuris, & quod ꝓbatū eſt, ꝙ eſt in poſſeſsione, & ꝙ eſt verū,
ꝙ eſt de dioec. ep̄i, nec probat ꝯriū. Nec obeſt, ſi dicas, ꝙ ea præ-
ſumptio iuris, q̄ eſt ex eo, ꝙ eſt de ſua dioece. qđ ep̄s habet in ea
viſitationē, tollitur ꝑ negationē Abbatis, ꝑ quā fiebat tūc res
dubia, qa id locum hēt in iudicijs, ſicut ex tex. l. apparet: ſed ſe-
cus extra iudicia, ſicut hic, vt quidā dicunt, quātū ad exemptio
nem, de qua hic agebatur. vel dic, & melius, res etiam dubia fa
cta per litem impedit, ne noua poſſeſsio detur, vt in ſal. l. ſed
3 non impedit, quin veteri vtatur. ꝫ. vt lit. pend. c. j. †Itē qa nun-
quā ꝑ negationē, vel prohibitionē vel appellationē alicuius
dēt aliquis dimittere vti iure ſuo. C. de rei vin. ſi fundū. C. cre.
eui. plg. l. j. & no. ꝫ. de ma. & ob. dilecti. nec obeſt, qđ opponitur,
quia ſi ep̄s inter ſubditos ſuos cognoſceret, ſ. inter ſacerdotē,
& parochianū de iure parochiali, quia admittere dēt hmōi ex-
ceptionē parochiani, ſ. ꝙ eſſet exēptus: ergo eadē rōne ꝯ ſe ad-
mittere debet. Rñ. qñ ep̄s inter ſubditos cognoſcit, tunc dēt
ordinem iudiciariū ſeruare, & ſm allegata potius, quam ſm ve
ritatem iudicare. 3. q. 7. iudicet. 2. q. j. deus. 11. q. 3. illa. ff. de offi.
præ. illicitas. Non enim perſonam ſuā gerit priuatā in iudican-
do, ſed iudicis, & publicæ perſonæ, cuius non eſt iudicare niſi
de probatis, 6. q. j. ſi omnia, ſed ad viſitationē hanc faciendam
ep̄s non procedit ordine iudiciario ſeruato, nec vt iudex ſecū-
dū quoſdā, maxime quo ad intentionē Abbatis q ſe dicit exē-
ptum, licet in ea ordinē aliquē ſeruare dēat. ꝫ. eo. Romana. ꝫ. de
accu. qualiter, vltra me. ſed tanquā vtens iure ſuo, vñ non dēt
inquirere, ſi hēt ius viſitandi, cum ipſe ſciat ſe hēe, ſicut verum
eſt. nec debet admittere exceptionē, cū non poſsit de hac exce
ptione cognoſcere. Itē iudex, qui eſt medius, debet oīa audire;
ſed pars tm̄ vtilitatē cauſę ſuæ ſm Deum & cū bona conſciētia
ꝓſeq dēt, ꝙ bñ hic ep̄s facit, ſi viſitatio ad ep̄m ꝑtinet. ad hoc
ēt facit, qđ ius dicit, qa nō ꝑiudicat alicui vt priuato, qđ facit vt
iudex, ꝫ. de fide inſtru. inter dilectos, circa fin. vel dic melius, ꝙ
ſi in iudicio corā archiep̄o, vel Papa Abbas ꝓuocaret in liber-
tatē, vel ēt ſi ep̄s interdicto, vti poſsi. ageret ꝯ Abbatē, nihilomi
nus ep̄s pendente lite vteret̄ poſſe ſuo, & ꝯdictores excōicaret
iuſte, dūmodo in veritate poſsideret, ꝫ. vt lit. penden. c. j. Itē di-
cunt quidā, ꝙ cū liceret ep̄o cum armis materialib. defendere
poſ. ſuam, quare nō multomagis cū ſpūalib. ſ. ꝑ excōicationē,
q̄ eſt medicinalis. 2. q. j. multi? qa arma ep̄i & mucro eſt excōi-
catio. 16. q. 2. viſis. 24. q. 3. corripiantur. So. ſi ep̄s exequitur of-
ficium ſuum, ſicut dictum eſt in themate, vadat ad aliquod mo-
naſterium viſitandum, in cuius poſſeſsione ſit viſitandi, quan-
tumcunque Abbas monaſterij allegat ſe exemptum, & ad hoc
ipſum offerat ſe probaturum, dummodo ep̄s ſciat ſe quaſi poſ-
ſeſsionem habere, quæ nō potuit amitti ſine aīo eius, & eo ſciē
4 te, ſi per ſe poſsidebat. ff. de acqui. poſ. peregre. §. quib. †Et quā-
tumcunque ꝯdicat, vel appellet abbas, ſemper viſitabit ep̄s. & ſi
pertinaciter renūciet, & materialib. armis defendet epiſcopus
poſſeſsionem ſuam, de hoc not. de immu. eccle. c. j. & ſpiritua-
libus armis, ꝫ. de præſcri. cum ex officij, & ꝫ. eo. cum nuper. & ſic
bene ꝓbauit epiſcopus in ſuis allegationibus. & idem videtur,
ſi incontinenti recuperet amiſſam poſſeſsionem, ꝫ. de reſt. ſpol.
olim. nam & ſm iura ciuilia licet cuique ius ſibi dicere in his
caſibus & in quibuſdam alijs, qui no. in glo. in generali, C. quan
do licet cuique ſibi ius dicere. ſi autem eſſet in quaſi poſſ. talis
iuris, quæ potuiſſet amitti, etiam ignorante ep̄o, vt ſi aliquod
ius ꝑ ꝓcu. poſsideat, qa id bene amitteret ep̄s etiā ignorans, tūc
pōt differre vti iure ſuo, ſi vult, & ſi nō vult, vtet̄ illo iure, & con
tradictores excōicabit. Et ſi poſtea apparebit coram iudice, corā
quo agitur, de iniuſta excōicatione, ꝙ adhuc tp̄e excōicationis
erat in poſ. viſitandi, vel alterius iuris, rata manebit ſnīa. ſi vero
apparebit, ꝙ nō poſsidebat tp̄e excōicationis, reuocabitur ſeu
rēta: & tñ nō puniret̄ ep̄s de iniuſta excōicatione, vel nulla, ar.
ad hoc, ꝫ. de offi. deleg. ex literis, niſi appareret de eius malicia,
vel craſſa ignorātia, q̄ ſatis apparet, ſi abbas ſeriatim modū amiſ
ſæ poſſ. dicebat, & hoc ei ſe oſtenſurum offerebat. nec obſtant
huic opi. iura ꝑall. niſi de eo ꝙ ſnīa excōicatiōis nō debuit ferri
ſine cognitione & ſine admonitione: qa illa habent locum, qñ
6 ꝓcedit vt iudex. hic autem procedit vt pars, q̄ iura ſua defendit
mucrone ſuo ſpūali. nā & alias ſine cognitione & monitione ꝓ
cedit excōicatio. ꝫ. de offi. or. ſi ſacerdos, ꝫ. de ſent. excō. Roma-
na. §. caueant. 5. q. j. quidam. monitio tñ ſemper vr̄ neceſſaria, ꝫ.
de ſent. excom. ſacro. Sed ſi non exequens officium ſuum viſita
bat, ſed in iudicio vult agere ep̄s ꝯ abbatem ius ſibi eſſe in mo-
naſteriū viſitandi, eliget arbitros cum abbate, qui hāc cām dirī-
mant, 11. q. j. ſi clericus, & abbatem coget ad arbitros eligēdos.
11. q. j. peruenit, ꝫ. de offi. dele. ſuſpitionis. ſi autem ꝯ alium ve-
lit agere, qui dicit ſe viſitationem ep̄alem in eodem monaſte-
rio habere, conueniet eum coram iud. rei. ff. ad muni. de iure, de
decu. l. j. idem, quod diximus, qñ cōſtat, ꝙ monaſterium eſt ſitū
in dioec. ep̄i agentis, idem dicendum vr̄, & ſi cōſtet eſſe ſitum in
alia dioec. quantū ad hoc: quia ſi in veritate eſt in poſſeſsione vi
ſitationis, rata manebit ſnīa: ſed ſi nō ꝓbabit̄ corā ſuperiore, ꝙ
ep̄s eſt in poſ. viſitationis, facilis erit ſuperior ad credēdū, quod
ma. fi. tulerit ſnīam excōicationis, & ad puniēdū ep̄m, quod nō
eſſet, ſi eſſet in ſua dioece. qa tunc eſt iuris ꝑſumptio, ſi pro ep̄o
nō præſumat̄ de ma. fi. nec facilis erit ſuperior ad puniendū. de
hoc plenius no. ꝫ. de ver. ſi. ex parte. vñ prudēter facit prælatus,
cui deneganī iura ſua, quæ poſsidet vt pars, ſi ꝓcedit nō vt in-
5 dex, qa tūc nō aſtringit̄ ad iuris ordinē ſeruandū. †Itē erit reus,
ſi agat̄ de iniuſta excōicatione, qui eſt fauorabilior, q̄ actor. ſi
vero non tanq̄ ius ſuū ꝓſequens, ſed quaſi dele. a Papa, vel alio
vadit ad viſitandū aliqđ mona. quantūcunque ſit del̄. in verita
te, niſi delegōnem oſtendat, nō pōt excōicare viſitandos, & ſi
fecerit, nō tenet ſnīa, qa nō valet, qđ faciunt del̄. niſi ꝓbata de-
legōne, C. de man. prin. l. j. 98. diſt. nobiliſs. ꝫ. de offi. del. cū in
iure. ſed & ſi delegato diceret Abbas, ego ſum exēptus, vel in
poſſeſsione libertatis, hoc nō obſtat dele. ſi ſe eſſe in poſſeſsio-
ne ſciat, viſitabit, & ꝯtradictores excōicabit, ꝫ. vt lit. pend. c. j. ſi
huic aūt dele. vel ordinario obijceret, ꝙ eſſet excōicatus, & of-
ferret ſe ꝓbaturū, & pp hoc appellet, iniuſta eſſet ſequens ex-
cōicatio, vel nulla, ꝫ. de app. interpoſita. Ratio aūt diuerſitatis,
qa ordinarius dēt admittere exceptionē excōicationis, & non
debet admittere exceptionem, ꝙ ſit exēptus quo ad prædicta,
qa qñ excipit de excōicatione, cōfitetur eum iudicē, vnde bene
pōt cognoſcere de exceptione fori: ſed vbi dicit ſe exēptum in
ꝑdictis, conſtat ep̄m non iudicem in prædictis, & ideo non po-
teſt cognoſcere de exceptionibus fori, ſed contra, ff. de iudic.
ſi qs ex. ff. ſi quis in ius voc. l. j. & 2. Sol. qñ conſtat, ꝙ aliquis eſt
de iuriſdōne alicuius, tunc comparere debet: ſi autem certum
eſt, ꝙ non ſit de eius iuriſdictione, tunc nō tenetur comparere,
ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi vero. Si vero dubitatur, tunc comparere
debet, & ratione dubitationis tenet ſententia, ſiue ſententiet
ſuper eo, ꝙ ſua eſt iuriſdictio, ſiue ſententiet ſuper principali,
cum partes non curant de iuriſdictione contendere, arg. ff. de
iudi. l. 2. §. ſed ſi duo, & l. ſi quis ex alie. ff. ad mun. l. de iure, C. de
vſu. ſi ca. ſed hoc hēt locū, ſ. ꝙ iudicis eſt cognoſcere, an ſit ſua
iuriſdō, ſicut dñt ll. pręal. de iu. ſi qs ex. & ſi quis in ius voc. non
ier. l. j. vbi de hoc, ſi de iuriſdictione tantum quæritur. Sed ſi qs
dicat, ꝙ non tenetur reſpondere, quia habet ius reuocandi do-
mum, vel quia non tenetur reſpondere auctoritate literarū, qa
ſunt impetratæ per dolum, ꝫ de præſcr. ſuper literis, & l. pręal.
ſi quis ex ali. ſed vbi non tantum quęritur de iuriſdōne iudicis,
ſed etiam de principali, vt hic. Si. n. abbas dicit, dñe epiſcope
non poteſtis viſitare monaſterium, quia non eſtis iudex, cum
monaſterium ſit exemptum, hic non quæritur tm̄, an ſit iuriſdi
ctio ep̄i, ſed etiam principale, an ſit monaſteriū exēptū, de quo
non pōt cognoſcere ep̄s nec vt iudex, nec vt arbiter, vt ſupradi
ctū eſt. nec etiam poſſet iudex ſententiare ſuper iuriſdictione,
niſi ſimul pronūciaret ſuper principali. vel dic & melius, ꝙ ep̄s
non vocabit hunc abbatem vt iudex, ſed vt pars, vel vt prote-

quereretur officiũ ſuum: vnde non tenetur ſte & allegare priuile
gium ſuum: qa ſi vellet abbas omittere allegationẽ priuilegij,
& procedere in principali, non poſſet: qnia ſequeretur, ꝙ idem
eſſet actor & iudex, & quòd quis eſſet iudex in cauſa ſua, quod
eſſe non debet. leges.n.ↄ̃triæ locum habẽt, qñ quis procedit vt
iudex inter partes, & ꝙ quis eſſet iudex. ſed & ſi ep̃s admitteret
exceptionẽ exemptionis, ꝑꝑ hoc non minus ep̃s pen.li.ſup ex-
ceptione vtetur poſſeſſione viſitandi, ſi in poſſeſſione eſſet, &
ↄ̃dictores excõicaret: quod tñ non video, quõ poſſet eſſe, qa qđ
coram arbitratore fit, non dr̃ fieri in iudicio, vt no. ſ. de iureiur.
Quintauallis. Item tales qõnes in principali negocio ſunt dif-
ferendæ, ſ. de ſo. com. ex parte, & ſ. de li. conte. exceptio. hoc no
bis magis placet, q̃ ea, quæ no. ſunt ĩ. de ver. ſigni. ex parte, in gl.
ſed dices, vltra me. vbi dr̃, ꝙ niſi abbas incontinenti oſtendat
coram ep̃o vel priuilegium, vel aliquam aliam probationem,
ꝙ debet eum excõicare: ſi verò oſtendat, non debet eũ excõica
re, quia facimus vim in exhibendo, vel nõ exhibendo probatio
nes, cum nec abbas teneatur exhibere, nec ep̃s recipere eũ, cũ
non poſsit de hoc cognoſcere, vt prædictum eſt, licet tanq̃ qui-
libet, non vt iudex, poſsit eam videre, vt inde inſtruatur, non vt
de his iudicet. ſi. ſ. de reſcr. cum contingat. hic tñ concedimus,
an in veritate ſit exẽptum, vel non. ſuperior aũt non ſtatim ab-
ſoluet hunc abbatẽ ad cautelam, qa ꝓſumptio iuris eſt pro ep̃o
cũ ſit in ſua diœc. vt dictũ eſt. ſed ſi ſit in alia diœc. vel etiam in
eadem, ſi ſtatim abbas exhibet aliquam probationẽ, per quam
hoc ſemiplene apparet de exẽptione monaſterij, tunc ſuperior
ſtatim abſoluet ad cautelã, vt no. ĩ. de ſenten. excom. ſolet, §. j. in
gl. per hoc dixerunt, & ſ. de except. apoſtolicæ. Item ibi non eſt
vis, ꝙ in alijs eſt ei ſubiectus, qa propter hoc nõ minus eſt nulla
excõicatio, ĩ. de except. præla. cum ad quorundam, vbi no. Item
dixerunt quidam hoc tantum habere locũ, vbi quis exequitur
ius ſuũ, vel ſibi debitũ iure ſcripto, vel ↄ̃ſuetudinario: ſed alij di
cunt, & forte melius, ꝙ quocũq; conſtitutũ aliquis hẽt aliquod
ius, & eſt in poſſeſsione, & ꝙ id põt defendere ꝑ excõicationẽ,
quantũcũq; alius dicat & ſe ꝓbatũ offerat, ꝙ de iure ſuo eſt, vel
ꝙ in poſſeſsione eſt, licet aliter veritas ſe habeat, ſ. ꝙ excõica-
tus eſt in poſſeſsione, verbi gratia ep̃s iſte exiſtens in poſſeſsio-
ne alicuius fundi vult colligere fructus ex eo, alius ſe opponit
dicens, domine nõ colligatis, qa ego ſum in poſſeſsione huius
fundi. ꝑꝑ hmõi ↄ̃dictionẽ, vel appellationẽ non minus eſt iu-
ſta excõicatio ep̃i, dũmodo poſsideat, ſecus aũt eſſet ſi ep̃s non
eſſet in poſſeſsione, & in veritate eſſet de iure ſuo. Ratio diuer-
ſitatis, qa cuicunq; licet defendere poſſeſsionẽ ſuam, & vim vi
repellere. ĩ. de ſen. exc. ſi vero alicuius, ſed ſuam per vim recu-
perare non licet. C. vnde vi, ſi qs in tantã. ff. quod me. cau. extat.
ſ. de reſt. ſpo. in lr̃is. Sed dices, abbas allegãdo ꝓ ſe, ꝙ ſit exẽptus,
nõ ſpoliat ep̃m poſſeſsione ſua: ergo ꝑꝑ hoc nõ dẽt excõicare.
& ego fateor, ſed ep̃s nõ excõicat abbatẽ, qa excipit de exẽptio
ne, ſed qa nõ ꝑmittit viſitari monaſteriũ, qđ eſt eũ ſpoliare poſ
ſeſsione viſitãdi: vnde bñ vr̃, ꝙ abbas propoſita exceptione non
prohibet ep̃m a viſitatione, ſicut non dẽt. ſ. vt lit. pen. c. j. nun-
quã poſsit eum excõicare, quia iure ſuo vtitur. ſ. de ele. c. cum
eccleſia. finis huius gl. melius facit ad ſolutionẽ huius queſtio-
nis propoſitæ, q̃ ea, quę ſuperius ſunt no. quãuis & ea plurimũ
ſint vtilia. [Viſitationem.] Ab archiep̃o ſuam prouinciã ſ̃m
tenorem cõſtitutionis ſuper hoc a nobis editæ, decreuimus vi-
ſitandũ. non obeſt cõſue. quæ ſup ipſius iteratione viſitatio-
6 nis a ſuffraganeis allegatur. [†Iteratione.] No. ꝙ cõſuetudo &
pactũ archiep̃i, & ſuffraganei nõ põt impedire nõ ſolum procu
rationẽ, ſed nec eius viſitationẽ. & hoc ideo, quia ius, qđ eſt de
viſitatione iteranda, eſt publicum vtilitate & auctoritate. ſ. de
fo. comp. ſi diligenti. ſed ſi eſſet publicũ vtilitate, puta ꝙ modi
cam procurationẽ daret, hoc & pacto, & cõſuetudine induci
poſſet, 10. q. vlt. relatũ. ſed ꝙ procuratio remitteret̃, poſſet præ-
ſcribi. ſ. de pręſcri. cũ ex. quia hoc ius, ꝙ aliqua ꝓcuratio det̃,
eſt publicũ vtilitate, quia ſi nulla daret̃, negligeret̃ viſitatio, &
cõſuetudo, quæ occaſionẽ in tali tribuit, nõ eſt tollenda. 12. di.
nos conſue. imo plus vr̃, ꝙ ẽt ↄ̃ſuetudo illa, quæ eſt ↄ̃ ius publi-
cũ vtilitate ex cauſa aliqñ valet, licet tunc tñ, qñ vel expreſſo
cõſenſu populi, vel tacito ex certa cauſa inducitur. 12. di. nos.

CAP. XXVI.

Cum canonicis. {Prioris.} Supra eodem. cum o-
lim.

SVMMARIVM.

Oratoriũ quid ſit, & an & qñ ep̃s viſitare, & procurationem habere debeat.

CAP. XXVII.

AVctoritate præſentium. [Aliqui.] bñ
dicit, aliqui
veſtrum. q. d. nullus ordinatus eſt ibi ad celebrandũ.
Itẽ non eſt ordinatũ, ꝙ ibi celebret̃ ordinate, ſed tñ ordinatũ
erat, vt eſſet ibi locus, ꝙ qlibet poſſet ibi orare, q vellet. nã tunc,
cũ nullus eſſet ordinatus, vel vicarius clericus huius oratorij,
nec eẽt, q viſitari poſſet rõne oratorij. fatemur tñ, ꝙ ſi hi, quorũ
ſunt oratoria, nõ teneant ea honeſte, nec faciant ibi celebrari, ꝙ
ep̃s ea deſtruet, de conſe. diſt. j. oẽs. j. nam ſi eſſet oratoriũ iſtud
ſic ordinatũ, ꝙ ꝑſona, vel aliqua de certis dẽt in hoc ordinario
deſeruire, non video, quare ep̃s ibi procurationẽ non haberet
ratione viſitationis, cum locus ſacer ſit, & in ꝑtãte ep̃i, & tertiã
perſonam habeat, quæ viſitãda eſt, ar. ſ. de relig. do. de xenodo-
a chijs. ad hoc ſ. de conſe. di. j. clerici. eccleſia [a] enim dr̃, vbi cer-
ta dos ſtatuta eſt ꝓ ſacerdote & clericis, ꝙ ibi ſeruiãt, & pro alijs
eccleſiæ neceſsitatibus, de conſec. diſt. j. nemo. Oratorium aũt
dicitur locus, vbi oratur, ſed miſſa ibi non dicitur, de conſe. di.
j. vnicuique. de licentia tamẽ ep̃i aliqñ licet ibi miſſas celebra-
re, ſed nõ in magnis ſolennitatib. de cõſe. di. j. clericos, & c. ſi qs.
b & vr̃, [b] ꝙ ſi ĩ oratorijs ſit ordinatus certus miniſter, ꝙ ſpẽ pñtã-
dus ep̃o, ẽt ſi tale oratoriũ ſit grãgia, ar. 16. q. j. ĩ parochia alij ↄ̃.

ADDITIONES.

a ¶Eccleſia. Adde quod hanc differentiam inter eccleſiam & oratorium ponit & Car. referendo Inno. hic conſi. 8. incip. in themate præmiſſo. & quid ſit proprie oratorium, vide per Abb. in c. parentibus. infra de priuil.

b ¶Et videtur. Vide Car. in conſi. 11. col. 2. in prin qui ſequitur hoc dictũ Inn. & in col. fi. ver. caueant autẽ, & inci. conſiliũ, pro enucleatione oium tangẽdorũ.

SVMMARIVM.

1 *Quis debeat præferri ad viſitationem, epiſcopus, an archiepiſcopus.*
2 *Viſitatio quando dicatur plene facta.*
3 *Suffraganeæ perſonæ viſitari debent.*
4 *Quæ ſint facienda in viſitatione.*
5 *Tenentur viſitati reſpondere de his, quæ ad viſitationem pertinent.*

CAP. I. in VI.

ROmana eccleſia. Et j. [Etiã viſitare.] Per
ſonaliter. ſ. eo. procura
tiones. videt̃ tñ, ꝙ ſi ipſe archiep̃s detineret̃ legiti-
1 mo impedimẽto, ꝙ poſſet alij cõmittere. 10. q. j. ep̃s. †Alij tamẽ
ↄ̃dicunt in archiep̃is, & illud c. reſtringunt tm̃ ad ep̃os, ſi ſimul
concurrant in viſitatione archiep̃s & ep̃s, archiepiſ. debet prę-
ferri, ar. 11. q. 3. q reſi. & c. ſe. Alij dicũt ep̃m ꝓferẽdũ, cui ꝑpãlis
cura cõmiſſa eſt. hoc tñ certũ eſt, ꝙ q primo incipit, primo eã
ꝓficiet, vel qđ melius, eſt, ſimul viſitabunt; nã cũ vtriq; liceat
viſitare, & non prohibeat̃ a iure ſimul viſitare, nec aliqd mali
ſequat̃, ſi ſimul viſitẽt, non vr̃, ꝙ non prohiberi debeant ſimul
viſitare, & ſi cõcordabũt in vnã ſniam, bene: ſi nõ, tenebit ſnĩa
2 pro reo, niſi in caſib. ſ. de off. dele. cãm. {†Plene.} Tunc plene
viſitauit, qa nulla parochia inuiſitata remãſit ſaltẽ quo ad viſitã
tẽm, qa oẽs ad viſitationem vocauit. Sed nunquid intelligitur
diœc plene viſitatã, ſi cõuocatis oĩbus ſacerdotibus ad conſi-
liũ epale, ibi diligenter inquirat. de quib. viſitatores inqrere
debent, ar. ꝙ ſic, 18. diſt. qm̃. ĩ. de accu. ſicut olim. ſed nos non
credimus cõſiliũ ſufficere ꝓ viſitatione; imo ꝑſonaliter per paro-
chias ire dẽt, & oculis ſubijcere loca eccleſiarũ, & videre, quo
ppl̃i cõueniũt ad prædicationẽ, & ſic de alijs. Itẽ non dẽt totã
diœc. ad vnũ locum vocare, vt ſic tota diœce. ꝓ viſitata habeat̃,
ſed ad plura loca conuocare debet, eos tamẽ vocare dẽt ad lo-
cũ, ad quẽ tam clerici, q̃ laici commode conuenire poſſunt, &
hoc arbitrio cõmittiẽ boni viſitatoris. Itẽ diœce. plene viſitatã
intelligimus, licet aliquæ parochiæ remaneant inuiſitatę ꝑſo-
naliter, qa forte in illis nõ eſt neceſſaria viſitatio, vel ſufficit, ſi
ſciat ꝑ aliã diſcretã ꝑſonã, qđ licet. 10. q. j. decernimus, & hoc
ipſum arbitrio boni viri relinquẽdũ eſt. {Accedere.} Hic ſa-
tis apparet, ꝙ loquit̃ de ꝑſonali viſitatione. {Pluribus.} Sic ẽt
credimus, ꝙ ſi iuſta cã ſubeſſet, ꝙ poſsit vnũ collegiũ in diuer-
ſis locis viſitare, licet ſit conuenientius, ꝙ in eodẽ viſitet. {Pro-
uinciã.} Quia ad archiep̃m ꝑtinet cura & ſolicitudo totius
prouinciæ. 11. di. cleros. 9. q. 3. per ſingulas. {Ciuitates.} Supra
3 eo. venerabili. {†Suffraga.} Hic habes expreſſè, ꝙ ſuffraganeæ
ꝑſonę & aliæ viſitandæ ſunt. ſed ſi vis ordinate viſitare ꝑſonas
in cõi, videlicet in capl̃o, viſitare dẽs ſimul cũ alijs. nõ. n. tñ dẽt
procedere ſigillatim viſitatio ↄ̃ ſingulos, licet nõ negemus eam
poſſe fieri, ſi viderit expedire, & ſæpe põt expedire in prælatis,
quorũ viſitatio alijs prodeſt. debet. n. quæri, qualiter ſuos ſub-
ditos corrigant, & alias ſuũ officium exerceant. vnde ẽt eſt ꝙ
facta inquiſitione in capite fit ẽt in mẽbris, ſ. de ac iud. c. cum
4 I. & A. proprie aũt inquiſitio dr̃ fieri ↄ̃ ſingulos. {†Viſitatis.}
Viſitare intellige, & ſi vadat cauſa ↄ̃ſignãdi pueros in frõte, vl̃
conſecrandi eccleſias, vel ꝓ quocũque alio negotio cõmuni,
quod multos tangit, arg. 10. q. 3. relatum, & c. neque. ĩ. de ſimo.
cum ſit. j. q. 2. placuit. ſecus autẽ, ſi pro cauſis expediendis eat,
& ꝙ fiat pro ſalute animarum, vel pro cultu Dei ampliando. lo
ca viſitata appellat, ſiue ſint illa, ad quæ accedit perſonaliter,
ſiue illa, quæ vocat ad viſitationem. & hanc vocationem põt
facere archiep̃s non tñ in ſua diœce. ſed etiã in diœce. ſubdito
rũ, qñ eas viſitat. No. ꝙ qñ archiep̃a viſitat vnã diœceſim, ſi tra
ſitũ faciat ꝑ aliam, illi, ꝑ quos tranſit, nõ tenentur ei facere ꝓcu-
rationẽ, quod hic ſatis collig. ſ. vbi dicit, ꝙ tñ eccleſię viſitatæ
debent

debent facere ꝓcurationē:& idē dicimus ēt de eccleſijs eiuſdē diœce ſi eas nō viſitat. nō aūt credimus, ꝙ qñ vadit eā viſitandi aliquā diœc. vel eccleſiam, ꝙ poſsit petere expenſas, quas facit in via illuc eūdo: qa hoc nullo iure cauet: imo ꝯtrium innuitur, vbi dicit, ꝙ nō grauet eccleſias, & ꝙ non faciat immoderata cō muia. 10. q. 3. cauendū, & c. vlt. hoc. n. conuiuiū, vel procuratio in ſignū ſubiectiōis dat, & pp hoſpitalitatē potius, ꝗ de iuris naturalis neceſsitate: qa pp hoc hēt iura ep̄atus, vt ex eis & hoc & alia ad ſuū officium pertinētia faciat. vnde pp hoc ſtatutum eſt, ꝙ ſi aliquæ ſunt paopcres eccleſiæ, ꝙ ad hoc cogant. ſ. eo. cum ap̄ſ, in ſi. nec credimus prædicta rōne, ꝙ viſitatę eccleſię dēant ſoluere vecturas equorum, vel alia hmōi, quæ ſunt ꝓter procurationem hoſpitij. credimus tñ, ꝙ ſi plurib. dieb. oportet eū intendere circa viſitationē eiuſdē eccleſiæ. ꝙ ip dēnt facere ꝓcurationē, ar. 10. q. j. placuit. & ſi poteſt ſtatim redire, & ꝓcurationē hēt, quare nō poterit ſtare, & ꝓcurationem hēt? Item qa circa iura nō eſt malignandū. nec eſt ꝯ 10. q. 3. Inter cætera: qa ibi loqtur, qñ neceſsitas nō reqrit, ꝙ vltra diē moret. [Et aſſenſu.] Et ſm hoc intelligitur c. 9. q. 4. nullus primas, & c. ſaluo. [Diffinitione.] hæc erat diffinitio: diffinimus p nos ꝓcedendū ad viſitatio oē ꝓuinciæ: nec eſt neceſſe, ꝙ hanc diffinitionē ꝓcedat ſolēnis cauſę cognitio, vel ordo iudiciarius, vt bene hæc litera innuit. Itē nec pōt appellari ab hac diffinitione, cum ſit tñ ſup executione ſui offi. ſ. de offi. or. irrefragabili. [Opportunū.] Et de hoc credimus eius arbitrio ſtandū. [Propoſito.] Per ſe vel p aliū. arg. 10 q j. ep̄s. ſ. de tēp. or. cū ſit, ſ. de of. or. inter cætera. [Quærat.] hic vult dicere, ꝙ viſitator nō dēt quemquā cogere dicere veritatē ſup his, quæ ſunt corrigenda, nec ſup hoc iuſm exigere, ſed ſimplr quærat, & volentes rñdere audiat. & hoc idem credimus in ep̄o viſitāte, & in oib. alijs. [De uita.] 10. q. i. ep̄s, placuit. 18.
5 q. 2. viſitandi, & c. non ſemel. †[Abſq; coactione.] i. nō exigat a viſitatis clericis iuſm ſuper veritate dicenda, nec etiam cogat eos iurare ſuper hoc: ſed bene credimus, qa bene pōt eos cogere dicere veritatem ſup his, de quib. inquirit, ſine iuſo, qa alias deluſoria eſſet viſitatio, & iuriſdō eius, ſi coactionē nō hēret, ſ. de offi. dele. ex literis. ꝙ ad viſitationē ꝯueniat, ꝙ rñdeāt de his, ꝗ ad eius officiū ꝑtinent, bene poſſent cogi p excōicationem, & alijs modis, qa cui cōmittit̄ principale, & cōmittit accesſoriū; ſ. de offi. dele. de cauſis, prudentiā, §. ſi. {Eos.} ſ. clericos viſitatos. {Denunciet.} Et ep̄s ad eius ſolam denunciationē inquirere tenet, argu. 2. q. 5. Mennā, & c. oib. & ſi ep̄s nollet ingredi, archiep̄s ingrat, qa eius curā hēt, & ad eius ꝑtinet officiū, & pp negligentiā ep̄i, ar. 9. q. 3. cum ſimus, & c. ſeq. Alij dicunt, ꝙ p eius negligentiā nō deuoluit̄ ad ſuperiorem hæc cognitio, quæ nō eſt in canonibus expreſſa. {Notoria.} & ſi ſit iudici dubium, an crimina ſint notoria, hoc primo ingrēdū eſt: & non vr ꝙ p hoc debeat aliud pronunciare, niſi ei cum eſt punire hæc maleficia, quia notoria ſunt. hoc. n. modo tñ cognoſcere vr, an ſua ſit iuriſdictio ea puniēdi. {In canonib.} ſ. e. cum Ap̄s. e. ſopitæ, & c. ſuper eo, & c. cum nuper, & ca. procurationes. 10 q. 3. relatum. {Inſtituris.} ſ. de ſta. mona. in ſingulis, & c. ca quæ.

De conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris. Ru. 40.

S V M M A R I V M.

1 *In quibus caſibus ſit eccleſia conſecranda, & quando altare, & non eccleſia conſecretur, in nu. 3.*

EXPOSITIO AD RVBRICAM.

¶ De ꝯſecratione, de hac materia quære de ꝯſe. di. j. eccleſijs, cū
1 quinq; ca. ſeq. †{De ꝯſecratione.} in trib. caſib. eſt Eccleſia reconſecranda. Primus, ſi dubitat, an ſit ꝯſecrata, qa non apparet aliqua ſcriptura, vel in libro eccleſiæ, vel colūna, vel tabula marmorea, vel ēt vnus teſtis de viſu: & qdam idē dicunt de auditu, ar. de conſec. di. j. ſolennitates. & di. 4. paruulos. 14. q. 2. ſane. 22. q. 5. hic vr. & intelligas has ſemiplenas ꝓbationes ſufficere: qa aliis non ſit ꝑiudiciū. Secundus, ſi ſit exuſta eccleſia, ita ꝙ ſit decruſtata, & de cōſe. di. j. eccleſijs, quod forte intelligendum eſt, etiam ſi non tota, ſed pro maiori parte ſit decruſtata, argu. ff. de ꝯhen. emp. domum. Tertius eſt, ſi funditus ſit diruta, & ex toto reparata ſiue de eiſdē lapidib. ſiue de alijs, de conſec. diſt. j. de fabrica. Et eſt rō, quia conſecratio eccleſiæ maxime cōſiſtit in vnctione exteriori, & cōiunctione & diſpoſitione lapidum, de cōſecr. di. j. eccleſias. ſi autem nō ſimul, ſed ſucceſsiue oēs parietes ruerent, & reędificarentur, non eſſet reconſecrāda eccleſia, ſed reconcilianda tñ, de conſecr. di. j ſi motum. alij tñ dicūt eccleſiam reconſecr. in ꝑdicto caſu. pp homicidiū aūt, vel adulteriū nō reconſecranda, ſed recōcilianda eſſet eccleſia, ſ. e. c. ꝓpoſuiſti, ſ. de adul. ſignificaſti. & ſic ēt dicimus recōciliandam eccleſiam, etiam ſi prius non fuerat conſecrata, ne in diuinis laudib.
2 taceatur, ar. ſ. eo. c. vlt. †Propter altaris autem deſtructionē, vel menſe amotionem, ſolum altare, nō eccleſia reconciliabit, ſ. e. c. j. & c. quod in dubijs. quod aūt dictū eſt de menſa, intelligendum eſt, ſi menſa fuerat penitus deſtructa, vel enormiter fracta, vel iunctura mota, quæ ſtipiti adhæret: nam in illa coniunctione ꝑcipue intelligitur eſſe ꝯſecratio altaris, vnde ſi aliqd de lapidib. ſtipitis tāgēs ipſam mēſam eſſet motū, recōſecrabit altare, ſ. e. ad hæc, & c. qđ in dubijs. idē ēt dicunt doctores, vbi fieret altari tantum augmentum, quod amitteret formam, quia forma dat eſſe rei, arg. 10 q. 1. huiuſmodi.

S V M M A R I V M.

Altare quando reconſecrandum eſt, & quod ſit altare viaticum.

CAP. I.

AD hoc ſi altare. [Sigillū.] No. ꝙ in altari eſt quoddam foramē, in quo ponunt reliquiæ, & dr illud foramē ſepulchrum. & hoc foramē qñq; ponit in ſuperiori parte, & claudit qnq; paruo lapide, qñq; tabula magni altaris, & tūc ſi moueatur tabula illa, nō eſt dubiū, ꝙ recōſecrandū eſt altare. Itē ſit qñq; ꝓdictum ſepulchrū in latere altaris, & claudit tñ paruo lapide, & nō magna tabula, & in iſto caſu credimus, ꝙ ſi ille paruus lapis moueret, ꝙ reconſecrādū eſſet altare, qa ille eſt ille lapis, q cōtinet ſigillū ſepulchri, & ſic loquit hic. Itē credimus, ꝙ ēt ſi in iſto caſu, ſi tabula ſupior moueat vel frangat, qđ eodē mō recōſecrādū eſt altare, & ſic loquit ſ. e. qđ in dubijs, in altari ēt viatico ſi moueat lapis, vbi eſt ſigillū, recōſecrandū eſt, ſed bene licet ipſum portare, & mouere de licentia ep̄i, & ideo dr viaticū, ar. de ꝯſe. diſt. 1. miſſarum. ſed innuit, quod non licet celebrare niſi in locis ſacratis. vel dic locum conſecratum appellari altare viaticum, ex quo per epiſcopum conſecratum eſt.

CAP. VII.

COnſuluiſti. [In dedicationib.] Ideſt qđ ſic aſpergat cœmeteriū aqua benedicta, ſicut aſpergit idē cœmeteriū, qñ eccleſia conſecratur. Item aqua iſta dēt benedici cum ea ſolennitate, cum qua benedicitur aqua conſecrationis eccleſiarum.

CAP. VIII.

CVm ſicut ex rela. [Debito.] Not. ꝯtra cōſecratorem competere condictio. ex hac decre. vt dotet eccleſiam.

CAP. IX.

AQua. Per ep̄m audiuimus ante, ꝙ Papa pluribus ep̄is indulſit, ꝙ p ſimplices ſacerdotes poſſent recōciliare eccl̄ias, aqua tñ primū p ep̄m bñdictā.

De celebratione Miſſarum, & ſacramento Euchariſtiæ. Rubrica 41.

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet clericus etiam non conſecratus tenetur dicere diuina officia, vel ea audire. Excuſantur autem infirmi, in nu. 2.*
3 *Non debent laici attractare miniſteria Domini.*
4 *Poſſunt laici dicere pſalmos, qui dicuntur in horis, nō tamē in modū officij.*

CAP. I.

1 PResbyter. †[Mane perſoluat.] Quilibet clericus ēt in nō ſacris ordinibus cōſtitutus oī die dēt dicere officia diuina vel audire, vt ar. 91. di. clericus, videre, & c. ſi. & 92. di. c. ſi. In eccleſia oēs aūt clerici eiuſdē eccleſię debent cōuenire, vt eā officiēt, vt hic, & in pręal. c. 92. di. c. ſi. & qui altari, & c. ſ. de ꝓben. cū ſm apoſtolū. Sed & alij q nō ſunt eiuſdē eccleſiæ, qñ poſſunt, potius dēnt officia dicere in eccl̄ijs, ꝗ in alijs locis: illæ. n. ad hoc deputatæ ſunt, de cōſe. di. j. p totū, imo & laicis illuc adorandū accedere bonū eſt. videret tñ, ꝙ clerici cuiuſcūq; ordinis, & ēt ꝓlati excā poſſunt ab officijs, quæ dicunt in eccleſia, abeſſe, vt ſi oportet eos intendere circa miniſtrationē tēporaliū, ſed tñ dicere dēnt alias eqtando, vel ſtando, vel in domo, vel in via. Et ſicut miniſteriū abſentis ꝓdeſt illis, q ſunt in eccleſia, ita & officiū illorū, q ſunt in eccleſia, ꝓdeſt illis, q ſunt extra p tpaliū miniſtratio-
2 nē, qa oēs ſunt vnū corpus ī dño, de ꝯſt. cū oēs. †Infirmi aūt bñ excuſantur a dicendo, & in eccleſia forte audiendo: talis tamen debet eſſe infirmitas, in qua directo vel occaſionaliter ſibi obeſſet, vel obeſſe timeret, ſi celebrationi diuinorū intereſſet. Infirmis enim non eſt lex interpoſita. Sed nunquid tenentur redicere poſt conualeſcentiā, quæ omiſerant? videtur quibuſdā, ꝙ ſiue ex neceſsitate, ſiue ex voluptate, vel etiā negligentia accurata omiſerit, nunquā tamē vlterius peccat, ſi officia non redicit, ſed pœnitentia eſt indicenda de peccato omiſsionis. & ſatis eſt conueniens, ꝙ ſacerdos in eo ei pœnitentiam imponat, in quo deliquit, ſ. in dicendo eadem officia: ſed ſi in hoc non crederet ei proficere, mutabit ei in aliam pœnitentiā. In magnis aūt feſtiuitatib. ſp intereſſe debent in eccleſia, niſi magna cauſa

excuſarentur, 7.q.j. ſi quis in clero, de conſe.diſt.j.ſi quis extra.
[Cōpetentib.] Horas competentes credimus illas, quib. melius
creditur populum acceſſurum ad officium audiēdum, ſi venit
populus, alias nō tenet. Alii dicunt, q ſp dēt dicere ēt, ſi non ve-
3 niat, vt ipſe ſit excuſatus. † [A ſcholarib. clericis] hoc licet quo
cunque gradu poſitis ēt Pſalmiſtatis, ar. ad hoc, 23.diſt. pſalmi-
ſta. ē. de vi. & ho.cle.c.vt quiſq; 7.q.j.illud, vbi expreſſe dicit de
clericis. laici enim, q non ſunt in ſortē Dei vocati, nō debēt cō
tingere miniſteria dñi. ē. de vi. & ho.cle.c.j.2.q.7.§. de his ēt. 92.
4 di. nō liceat. 89.di.c.j. † Laici aūt bñ poſſunt dicere pſalmos, q
dicunt in horis, ſed nō ī modū officij. ar. 11.q.3.ſi eps, nō dēnt
tñ dicere, dñs vobiſcum. Laicos aūt intelligimus etiā templa-
rios, & hoſpitalarios, & Ciſtercien. & fratres minores, q nō ſunt
clerici. moniales aūt literatæ dicunt officia, qa & ipſe poſſunt
diei accipere aliquē ordinem in benedictione. vnde ēt aliquæ
inter eas ſunt diaconiſſæ. 27.q.j. diaconiſſam. qui ordo licet ſuf
ficiat ad officia dicenda, non tñ eſt de ſeptē ordinibus eccleſiæ.
Et hæc, q̄ dicta ſunt ex cōſtitutionib. fiunt, vel licent. De mona-
chis aūt non eſt dubium, qa ſunt clerici. hoc aūt, quod dicit p-
ſoluant, hoc cōſilium eſt, vbi ſunt pauci, & pauperes pp occu-
pationes ſuperuenientes. [Publice.] Corā populo. [Vt iterū.]
Hic vult dicere, q idcirco debet ſtare ieiunus vſq; ad horā ter-
tiā, vel nonā, qñ celebranda eſt miſſa, vt 44.di. nō licet, de cōſe.
di.j. ſoluet, vt ſi aduenerit neceſſitas celebrandi miſſam, vel alia
ſacramenta conferendi, quod illa poſſint perficere.

S V M M A R I V M.

Miſſæ de nocte nō prohibentur pp ſe, ſed ne miſſæ de die meliores omittantur.

CAP. II.

QVidam laicorum. [Peculiares.] Ideſt quas
ſibi appropriant. {Niſi
fiant.} Non licet has miſſas dicere, & omittere miſ-
ſas de die, ſicut non licet eleemoſynas dare pro-
pter vanam gloriam, argu. j.qō.j. non eſt putanda, & c.inquan-
tum. {Audire.} Præmiſſas miſſas, quia etiam miſſa de S. Mi-
chaele in honorem trinitatis dicenda eſt. {Pro alia.} Quæſtio,
dēat meliores legere hīc. vel hic vult dicere, q ſoli Deo ſacrifi
ciū altaris offerendū eſt, q ſe hoſtiā obtulit p nobis. & hic dicit,
q ſolus Deus adorādus eſt latria, i. ipſe ſolus, qui orationes per
ſe poteſt exaudire. ſancti autem pro nobis apud eū interpellāt.

CAP. III.

Conſuluiſti. [Neceſſitatis.] Quia moriatr aliquis. Idē
dicimus, & hoc cītatis. ē. co.c.j.

S V M M A R I V M.

*Sanguinis Chriſti aliquid poſt aſſumptionem in calice dimiſſum, quomodo ex
cauſa neceſſitatis detur.*

CAP. V.

EX parte veſtra. Et infra. [Perfuſionis.] Non
reprobamus tamen conſue-
tudinem Ciſtercien. & etiam quorundam aliorum, qui
poſt ſumptionē corporis, & ſanguinis Chriſti aliqd de ſanguine
ibi dimittūt, vt ſupponatur vinum purum, & poſtea cōicantes
inde poſſint aliquid ſumere, non eſt illicitum, quia etiam non
ieiunis, non infirmis, & in cauſa neceſſitatis datur, & ita ex iu-
ſta cauſa fit, quia non eſſet decens tantum ſanguinem confice-
re, nec calix inueniretur, qui poſſet tenere.

S V M M A R I V M.

1 *Panis, quo vtimur in confectione corporis Chriſti, debet eſſe triticeus, & vi-
num de vuis expreſſum.*
2 *Quid ſignificet coniunctio vini & aquæ.*
3 *Chriſtus ſub ſpecie panis & vini integer eſt.*

CAP. VI.

CVm Marthæ. & infra. [Quis Doctorū.]
vel maiorū. [My-
ſterium.] Hoc eſt verbum, de quo quæſiuit, quis adie
1 cerit. [† Panis.] Panis aūt debet eſſe de granis frumenti, & vinū
de vuis, de conſe. diſt.2. in ſacramento. vnde vr aliquib. q alia
grana non tranſubſtantiantr. Idē vr aliquib. q de agreſta, vel vi
no ſpiſſato p decoctionē, & facto nectare, & de aceto, & de vi-
no extorto de vuis non fiat ſanguis, ſed in his non eſt bonū iudi
care, ſed bene dicimus, q melius eſt omittere celebrationem,
q̄ de talibus conficere, qa aliqua ex prædictis generant abhomi
nationes, vel non ſunt pulchra, & pulcherrima eligenda ſunt
2 in tanto ſacramento conficiendo. [† Aqua cum vino] Veritas
vr, q panis tranſubſtantiatr in corpus, & vinū & aqua ſimul in
ſanguinē, quia Nicolaus dicit, Calix dñi non eſt tm vinū, nec
eſt tm aqua, ſed vinum & aqua, de conſe. diſt.2.c.j. & 2. quia ſi
eſt ibi tm vinū, eſt ibi tm Chriſtus ſine nobis. ſi eſt ibi tm aqua,
incipit eſſe ibi eccleſia ſine Chriſto. Coniunctio. n. aquæ & vi-
ni, ſignificat coniunctionē Chriſti & eccleſiæ. tñ ſi ex negligen-
tia prætermittatr aqua, nihilominus vr, q ibi ſit verū ſacrm, ſed
non pfectum. & debet tam parum ibi poni de aqua, q vinū eā
abſorbeat, quia Chriſtus nō mutatur in eccleſia, ſed eccleſia in
Chriſtum. Vñ dictum eſt ad Aug. Et manducabis me, & nō ego
3 mutabor in te, ſed tu mutaberis in me. † Et nō. quod licet tātū
panis tranſubſtantietur in corpus, & vinum & aqua in ſangui-
nem, tñ ſub vtraq; ſpecie Chriſtus integer eſt: non enim eſt cor
pus ſine ſanguine & aīa, nec ſanguis ſine corpore & aīa. Itē vr,
q ſi tm aqua ſit in calice ſine vino, q non eſt ibi ſacrm calicis,
& ideo qncunq; ppenderit ante q̄ ſumat, debet reincipere ver
ba, p q̄ fit conſecratio calicis cū oībus ſequentib. orōnib. nec
nocet, ſi aliqñ interſerantur verba, q̄ referātur ad ſacrm corpo-
ris, ſicut ſunt illa, Panē ſanctū vitæ æternæ. & illa, Sacroſanctū fi
lij tui corpus. quia non ſunt illa verba p q̄ conficiatur corpus,
ſed illa, Hoc eſt corpus meū. Si aūt poſtq̄ ſumpſiſſet corpus, ex
guſtu, vel aſpectu dephēderet ibi tñ eſſe aquā, non vr, q dēat
incipere, ſed dimittat, & de negligentia pœniteat. melius videtr
q anteq̄ guſtet de aqua, & poſt ſuſceptionē corporis, ſi ppendat
q ibi ſit tm aqua, apponet in calice vinū, & repetet totā conſe
crationem ſanguinis. Itē vr, q ſi timeret ſcandalū in prolonga-
tione miſſæ q ſufficeret dicere tm verba, per quæ conſecratr
ſanguis, i. orōnes. Itē vr, q ſi hēret aquā in ore, q non debet eā
emittere, quia pp particulum corporis Chriſti quæ poſita fuit
in aqua, eſt cuſtodienda, ne viliter tractetur. Itē timendū eſt, ne
generet ſcandalū his, qui videant ſi eā deglutiat, tanquam non
ieiunus vlterius conficere non debet. 8.q.j. nihil. [Alij vero te-
nent.] Hoc videtur approbari j. {Vinum.} De vino expreſſo
de botro cōſtat, q pōt cōfici, de cōſe. diſt.2. cū oēs, vltra medium.

CAP. VIII.

IN quadam veſtra epiſtola. [Legiſſe.]
Et erat ve-
rum, & legerat, quod credere neceſſarium erat. [Cœlo.] Ideſt
probare eum eſſe verum Deum & cœleſtem. {Pater.} Qui di
cit, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. [Ver
bū.] Quādo transfiguratus eſt in monte potentia diuinitatis.
[Spūs.] Qui in ſpecie columbæ ſuper eū apparuit. [Triſtis eſt.]
Per hoc apparet, q aīa eius rōnalis erat, quia triſtitiam, & læ-
titiam habebat. {Et iterum.} Per hoc oſtendit, q anima eius
æterna erat, non temporalis, vt brutorū. [Vitalem.] Rationalē.
{Corpore.} Ideſt q nō fuerit fantaſma, pbat ſanguis, & aqua
quæ de eius latere effluxere, ſed aquæ effuſio nullo modo pro-
bat eū eſſe hominē. {Componentib.} i. elementis, quæ ad cō-
poſitionē hoīs veniūt. i. de mēbris Chriſti, quæ ad eius cōpoſi-
tionem venerant. {Ex illis.} Elementis {Ex iſtis.} Humorib.

S V M M A R I V M.

1 *Officium non debet dici negligenter, ſed accurate.*
2 *Non eſt de præcepto, quod magis iſti, vel illi pſalmi dicantur, dummodo ſe-
pties in die oretur.*
3 *An peccet ille, qui dum eſt in officijs, aliò mentem habet.*

CAP. IX.

1 DOlentes. {Syncopa.} † Ad eccleſiaſtica officia
eundū eſt in honeſto habitu. ē. de vi.
& ho.cle.c.a clerici officia. & cū deuotione ibi ſtan-
dū, & Deo plus eſt corde, quàm voce pſallendū. 92.
diſt.c.j. & 3. & vr, q clericus, q eſt in diuinis officijs, nō peccat,
ēt ſi qd dicit ibi, non intelligat, ſed cor ſuū debet ad Deum hīc,
& ei pſallere. imo ſi aliquem verſum ommittat ex negligentia,
non peccat, nec etiā a capite pſalmi pp hoc reuertendū eſt, qa
ſi fieret, poſſet aliquib. ſcandalū gnari, ſine magna cāone & ſi
ommittatur pſalmus, non dēt homo ad illum redire pp pdictā
cām, tñ confiteri debet ſuam negligentiā. Sed cō, maledictus, q
officiū ſuū agit negligenter. Sol. illud intelligitr de accurate vr
2 lata & malicioſa negligentia. † Et nos hic loquimur de alia, q̄
forte contingit ex nimia meditatione, vel cōtemplatione. ſed
hic in hoc caſu ſatis poſſet dici q ſi adhuc ſunt in eodē noctur-
no, vel ſi adhuc ſunt in dicendo pſalmos veſpertinos, q pſalmū
omiſſum dicent, & ēt idē forte facere nō eſt periculoſum, etiā
ſi aliū nocturnū dicerent, niſi eſſet timor ſcandali. Non enim eſt
tāti omiſſio vnius pſalmi, q pp hoc eſſet aliqs ſcandalizandus.
q enim ſepties oretur, eſt præceptū. ē. co.c.j. ſed q iſti, vel illi
pſalmi dicantr, nō eſt in præcepto, vñ videmus, q alios pſalmos
3 dicit vna eccleſia, & alios alia. † Sed nunqd peccat ille clericus,
q dū eſt in officiis, cogitat ſup aliquo bono opere ſpūali, vel tē
porali? Solu. vr, q dū eſt in officijs, nō dēt alijs intendere niſi
circa ea, quæ ibi dicuntr, vel leguntr, niſi neceſſitas eſſet, quæ ēt
dilationē nō caperet, qd tunc cogitaret, vel ēt expediret. Sed
qd ſi nō intelligit, quæ leguntr? dēt eſſe in ſilētio, & rogare Deū
vt lectiones, & orationes, & pſalmi, & cantus, q fiunt in eccl'ia,
ſibi & alijs pſint ad ſalutē: nec tñ vr peccare, ſi qñ nimis fatiga-
tus eſſet ſpūs, ſi poſſet fieri ſine ſcandalo, q aliquātulū exiret ec
cleſiā, vel aliqua pter ea, q̄ leguntr, diceret, vel cogitaret: caueat
tñ ſibi, ne in his excedat. Itē ſi aliqs nō interfuit in principio of
ficij ſine malitia, nō oportet, qd à capite īcipiat. & idē dicimus
de fine, ſi ei intereſſe nō poſſit: ſi tñ magnā partē vel nocturno-
rum, vel laudis omitteret, hoc faceret, ſi illud diceret.

CAP.

CAP. XIII.

Pernitioſus. [In prouincia.] Hoc ſpecialiter ſpectat ad officium archiepiſcopi. 12. diſt. de his.

De baptiſmo, & eius effectu. Rubr. 42.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi ſacramentum in quo conſiſtat.*
2 *In ſacramento altaris tria ſunt, ſic etiam in baptiſmo.*
3 *Quid ſit character.*
4 *Si in flumine aliquis baptizatur, ea ſola aqua, quæ corpus tangit, eſt ſacramentum.*

CAP. I.

Iteras tuas. [Baptiſmus] A ſacerdote dēt
et conferri & ſi neceſsitas eſt,
ſupplere, pōt vicem eius diaconus, ſed nō alius,
quāis ꝯſtat, ꝙ a quocūq; collatus non ſit iterandus,
de conſecra. diſt. 4. conſtat. 81. diſt. ſi diaconus.
1 † Conſiteuit autē quæri, in quo conſtat ſacramentu
baptiſmi. Super quo not. triplicem opinionē: quidam
dicunt, ꝙ ipſa aqua abluens eſt baptiſmus, vel ſacrm baptiſmi.
alij dicunt, ꝙ ablutio, ſiue tinctio quæ dr paſsio, eſt baptiſmus,
vel ſacrm, & non tinctio actus, quæ aliquando eſt peccatum. &
huic opinioni aſſentit magiſter ſentētiarū. alij dicunt, ꝙ character
eſt ſacramentū, vel baptiſmus, qui in baptizato confertur,
de conſe. diſt. 4. tūc valere, & non aqua, vel tinctio, quæ velociter
2 tranſeunt. † Et exponunt id quod hic dicit, Baptiſmus eſt intinctio,
i. character in tinctione collatus. nos dicimus, ꝙ ſicut
in ſacramēto altaris ſunt tria, vt ſ. tit. proxi. cum Marthæ. §. diſtinguendum,
ita & in baptiſmo, vnū, quod eſt tantū ſacramentum,
i. aqua abluens, vel ablutio paſsio. ſm, quod eſt tm̄ res ſacramēti,
ſ. gratiæ infuſio, & peccati remiſsio. & tertiū, quod eſt
ſacrm, & res, i. character. dicimus ergo, ꝙ aqua verbo dñi ſanctificata
proprie eſt ſacrm: ſicut & ſpecies panis, & character ſecū-
3 dario, ſicut & verū corpus Chri. † Eſt autem character quædam
paſsibilis qualitas illuminans animā ad videndū facilius, quid
ſit credēdum, & quid faciendū, & quid nō: vel poteſt dici, & forte
melius, ꝙ eſt quædam qualitas diſponens, & habilitans animam
ad ſuſcipiendum gratiam: & hæc qualitas a quibuſdā dicitur
ſanctitas, quia præparat animam ad ſanctificationē. Ioānes
autē Damaſce. dicit, ꝙ character eſt mentis cuſtodia, eo ꝙ inſeparabiliter
cuſtodit mentē, & quia eam præparat, & habilitat
4 ad gratiam, per quā ipſa anima cuſtoditur. † Item not. ꝙ ſi quis
baptizatur in flumine, illa ſola aqua eſt ſacramentum, quæ corpus
tangit, etiā ſi quis eam biberet, aquam ſacramentalē biberet,
& hoc idem eſſet, ſi quis biberet aquā conſecratam de fontib.
baptiſmi. Tamē quidā dicunt totam aquam, quæ eſt in fontibus
baptiſmi, ſacramentū, ex quo ſm ordinē eccleſiæ conſecrata
eſt, ēt ſi nullus ibi baptizaretur, quia verbum conſecrationis
acceſsit ad totam aquam, quæ eſt in fontibus, & eam totam
conſecrare intendit: ſed ſecus eſt ſi baptizaretur in flumine, qa
ſtultum eſſet, nec fieri poſſet, ꝙ totum flumen cōſecraretur. ſed
melius videtur, quod etiam in fontib. illa ſola aqua ſit ſacramētum,
quæ tangit corpus, nec aqua fontiū baptiſmalium fit ſacramentū
per verba conſecratoria, quæ ibi dicūtur, niſi ibi puer baptizatur
cū verbis ad hoc ordinatis. nā priora verba ſunt tm̄ de
ſolennitate, & ideo non faciunt ſacrm. j. eo. proxi. c. Item cuius
rei eſſet ſacramentum, cum nulla anima ſit in aqua, quæ ſignificet
infuſionem gratiæ, vel characterem infuſum.

SVMMARIVM.

1 *Forma baptiſmi data ab eccleſia in tantum eſt ſeruanda, quod eam etiam per æquipollentia verba mutare non licet, & in nu. 2. & 3. & in nu. 11.*
4 *Quæ ſint verba ſubſtantialia formæ, & in nu. 5. & 6.*
7 *Eccleſia non dicitur infigere characterem, ſed ſolus Deus.*
8 *Quæ requirantur de neceſsitate ad hoc, vt aliquis ſit baptizatus, & nu. 9.*
10 *Nunquid ſi baptizatus petit baptiſmum, ſed tamen non intendebat baptizari, dicatur eſſe baptizatus?*

CAP. II.

SI quis puerum. [Ter.] Idem eſt, ſi ſemel, de
conſe. diſtin. 4. c. de trina.
1 † [In noīe.] Et intantū ſeruanda eſt forma data ab eccleſia,
ꝙ eam ēt per æquipollentia verba mutare nō
liceat, vt dicat, ego te baptizo in noīe generantis, generati, & procedentis.
Itē non licet aliquod verbū vel vulgariter, vel literaliter
pponere, vel inſerere, vel poſtponere in forma, intēdēs illud
eſſe de forma, & ſine ipſo nō eſſe formā, vt v. g. ego ſacerdos baptizo
&c. vel ego baptizo te Ioannem &c. vel ego baptizo te in
noīe patris, & filij & Spūſancti, & beati Ioannis. alias aūt, ſi nō
crederet illam formam eſſe, vel additā eſſe de forma, ſed ex ſim-
2 plicitate, vel ex deuotione prædicta adderet, baptizatus eſt. † Idē
dicendum eſt, ſi ex malitia, vel hæreſi diceret, vt ſi adijciat, &
diaboli, & hæreticorum, dummodo hoc non credat de forma,
& baptizare intendebat. & hæc omnia contingunt propter formam
baptiſmi, quæ inuiolabiliter eſt obſeruanda, vt alibi nota.
Item ſi formam veram dicat, & non credat illam veram formā,
ſed aliam, non erit baptizatus. & hoc ideo, quia non intendit
baptizare, quod ex eo apparet, quia formam veram dicere non
intendit, cum tamen ſciat vel credat ad hoc certam formam
ſtatutam, quia ſi nō crederet certam formam ſtatutam, & baptizare
intenderet nō obſtantibus prædictis adiectionib. baptizatus
eſſet, qa recidit hæc qō in primū caſum, qn ex malicia, vel
3 ex ſimplicitate ea addit. † Sed ſi quis certus eſt certā formam præſcriptam
in baptiſmo, & præter illā formā non conferri baptiſmū,
& poſtea baptizaret cū ea forma, de qua dubitat, an ſit vera,
nunqd erit baptizatus? Rñ. ſic, qa licet dubitaret de forma, intendit
cū baptizare ſm illā formam, ſi eſt vera, vnde cum ſit ve-
4 ra forma, vere baptizatus eſt. † Verba aūt quæ ſunt de ſubſtantia
formæ, ſunt hæc, ſ. Baptizo, nec eſſet baptizatus, ſi diceret,
baptizat te Chriſtus, vel Petrus, vel ſacerdos ſe demonſtrato, vł
baptizat Petrus a tali. verum tm̄ ſi aliqua prouincia eſſet quæ
nunquā noſtram formā accepiſſet, & verba dicta, vel alia æqpollentia
noſtris diceret, debent haberi pro baptizatis. Sed oppones,
quare non idem dicis de vna ciuitate quæ nunquā accepit
noſtram formam, vel de ſingulis ſacerdotibus? Reſpon. qa ibi
eſt iuſtus & probabilis error, & ideo ad illos cōſtō eccleſiæ non
extenditur niſi ex quo ſciunt formam, & ſic fuit diffinitum de
Græcis Calabriæ q hanc formā ſeruarunt, imo fuit eis conceſſum,
i. etiā ꝙ in futurum baptizentur ſm primam formam, ſed
in alijs non eſt probabilis error, & ideo extenditur ad eos ꝯſtō,
ar. 82. di. qđ propoſuiſti. & hæc forma ex conſtōne eccleſiæ prædictas
vires habet, qđ ex eo apparet, quia aliquando mutata eſt
hæc forma, de cōſe. di. 4. firmiſsime a quodam, & c. ſe. Item loco
huius verbi baptizo, non pōt poni lauo, vel balneo. & hoc ea rō-
ne qa hoc verbum, baptizo, plus importat ex inſtōne, ꝗ ſit eius
propria ſignificatio. nam baptizare eſt in aquam conſtringere
5 ſub certa forma verborū ī. eo. c. j. Sequitur. † {In noīe patris &
filij & ſpūſancti.} nam & hæc verba multiplr ſunt de ſubſtātia
formæ, nec poſſent mutari, vt diceretur ī virtute, vel in noībus,
nec liceret inde tollere copulatiuam coniunctionē: & tm̄ ſatis
credendū eſt, ꝙ valeret baptiſmus, ſi diceret: In nomine patris,
filijque, ſpūſque ſancti. quia nulla eſt differentia inter pdictas
copulatiuas. ſed diligens lector multas notabit dñas inter hoc
nomen, virtute, & hoc nomen, nomine, & inter ſingulare, qđ
indicat vnitatem eſſentiæ, & plurale, qđ hoc non facit. & idem
eſt fere in omnibus alijs verbis hic poſitis. De hoc autem pronoīe,
ego, cum ſubintelligatur, pōt dici, nō eſt de ſubſtantia, ſed
hoc pronomē te, bene eſt de ſubſtantia. nam expreſsior eſt demōſtratio
per pronomen & actum, ꝗ ſi loqueretur in tertia perſona,
vt ſi diceret, ego baptizo in nomine patris, & filij & ſpiritusſancti.
& huiuſmodi verba ſunt de ſubſtantia verborum, ſed in
forma facti ſecus eſt, verbigrā, nam ſi quis bis vel ter immergat,
vel ēt quater, vel pluries, ſemper baptizatus eſſet, dummō baptizare
intendat, ēt ſi credat vnam vel trinā immerſionē nō ſufficere,
ſed quatuor neceſſarias eſſe. Et hæc rō diuerſitatis, quia
in forma verbali certa verba ſunt, quæ ſunt de ſubſtantia, & ēt
ipſa forma eſt de ſubſtantia: ſed in his, quæ facti ſunt, nihil eſt
de ſubſtantia, niſi ipſa tinctio aquæ: vnde etiā ſine immerſione,
i. licet non immergatur in aqua, ſed tātum ſuper eum proijciatur,
baptizatus eſt. & ideo, cum tm̄ ad ſolennitatē pertineat, eorū
omiſsio non vitiat baptiſmū, in ſumma de conſ. di. 4. c. j. & 2. &
c. de immerſione. ꝙ eodē mō non eſt curandū, quotiens immer-
6 gat, ſed qcqd dicat de poſsibilitate. † ſemp tm̄ & in verbis, & in
factis exacte ſeruanda eſt forma. De his aūt, qui corrūpūt verba
7 formæ, dicemus j. eo. c. vl. † Et caue tibi, qa non dicimus ꝙ eccleſia
infigat characterem aīæ, ſed ſolus Deus, ſed eccleſia pōt
facere conſtōnes ſuper baptiſmo, non ꝙ non ſit, vel ꝙ non credatur
ab omnib. tm̄ circa baptiſmi collationem pōt facere conſtōnes,
& pfigere formas, quas quia Deus ratas hēt, & qa bonæ
ſunt eis, infigit characterē, q ſm tales conſtōnes baptizati ſunt,
Idē facit eccleſia in matrimonio, & in alijs ſacrīs, & diſpenſat
in voto, & iurō, & in omnibus alijs fere, niſi ꝯ fidē, de quib. alias
8 no. † Not. ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis baptizatus ſit, neceſſarium eſt, ꝙ
baptizans intēdat baptizare, nō tm̄ balneare, vel carnes lauare,
nec tm̄ vō neceſſe quo ad effectum baptiſmi, quod ſciat, qd ſit baptiſmus,
ſ. ꝙ ibi infundatur grā, vel ꝙ ſit ſacrm, nec etiā oportet
ꝙ credat hoc ipſum, imo & ſi ꝯ ꝯriū credit, & totū reputat truſ-
9 ſam, & deceptionē, tū baptiſmū ſuū habet effectū. † Itē non eſt
neceſſe, ꝙ baptizans ſciat quid ſit eccleſia, quid baptizatus, vel
vnde ſcit, nec qd gerat in mente facere, quod facit eccleſia imò,
ſi ꝯriū gereret in mente, ſ. non facere, quod facit eccleſia, ſed tm̄
facit, quia formam ſeruat, nihilominus baptizatus eſt, dummō
baptizare intēdat. vnde ſi aliquis in eam neceſsitatis ꝯſtitutus,
vel ēt ſine neceſsitate vadat ad Saracenū, & dicat, baptiza me,
& doceat eum formam, & ille Saracenus baptizet non credens
per immerſionē aliquid aliud fieri, niſi madefactionem, & non

intendat eſt baptizare, vel ẽt madefacere, ſm̃ intentionẽ petẽ-
tis bapriſmũ, i. vt baptiſmus operet, quicqd operari pōt, & ipſe
baptizans tanq̃ miniſter conſerat, qđ alij baptizantes conſe-
runt, licet non credat ipſum poſſe aliquid operari, vere baptiza
tus eſt, ſed ſi hoc non intenderet, nõ baptizaret, nec eſt neceſſe,
ꝙ aliqd ſciat quid in his eccleſia intelligat, vel etiã qđ ſciat, vel
10 credat eccleſiam eſſe. †Sed quid ſi baptizatus petijt baptiſmũ,
ſed baptizari non intendebat, nec aliquid ꝑ baptiſmũ conſerri?
Et videtur ꝙ non ſit baptizatus, quia nunquã conſenſit baptiza
ri, ſicut non eſt matrimoniũ, vbi nõ conſentit, licet verba con-
ſenſus exprimat. j. de ſponſa. tua. Sed ꝯ videtur, qa nedum ſiat-
dulẽtus. ſed etiam coactus accipit baptiſmũ. in decre. 45. diſt.
de Iudæis. & furioſus, & dormiens, ſi prius erat in voluntate ba
ptizandi, j. eo. ti. c. maiores. So. hic, qui ſic ficte accedit ad baptiſ
mum, non eſt baptizatus, licet propter ignorantiam eccleſia
eum cogat ſeruare legem baptizatorum. Nec obeſt de coacto,
quia habuit voluntatem, licet coactam, ſed ſi nunquã ꝯſenſiſſet
baptiſmo, licet illum verbo petijſſet, idem dicimus, qđ in caſu
ſuperiori. Furioſus aũt & dormiens voluntatem creduntur ha-
11 bere in habitu, licet non in actu. [†Baptizatus,] Et ideo ſic exa-
cta forma ſeruatur de iure poſitiuo, quæ tñ ſumpta eſt de euan-
gelio, quia ſi formam mutare liceret de facto, in hæreſes qs labi
poſſet: tñ credimus, ꝙ eccleſia poſſet ex cã aliam formã ſtatuere
ſicut aliqñ ſtatutum fuit, ꝙ in nomine Chriſti baptizaret, de
conſe. diſt. 4. a quodã. ſicut etiam poſſet ſtatui, vt quidam dicũt,
ꝙ baptizaret in nomine Patris vel in nomine Spiritusſancti, qa
in expoſitione vnius perſonæ & aliæ intelligunt, in ſumma de
conſ. diſt. 5. ca. penul. & fi. & de conſe. diſt. 3. c. ij.

CAP. IIII.

DE quibus. [Dubium.] De facto, nã de iure non pōt eſſe dubiũ. [Dubium.] Vehemẽ
ter, puta qa natus in captiuitate Saracenorũ: ſi enim
de parentibus & inter fideles natus ſit, præſumitur baptizatus,
infra ti. proxi. veniens.

SVMMARIVM.

1 *Tria eſſe dicuntur in anima pueri nondum baptizati, quæ hic habes.*
2 *De peccato originali hic nonnulla pulchra referuntur.*
3 *Non eſt ullus compellendus fieri Chriſtianus.*
4 *Duplex eſt via, quæ ducit nos ad vitam.*
5 *An liceat bellum indicere infidelibus, & Saracenis.*

CAP. IIII.

MAiores. [Eum.] Petrũ. [Quærenti.] Ideſt inter-
1 rogantι Petrũ. [Ipſum.] Chriſtũ. †[Par-
nulis.] In aĩa pueri nondũ baptizati ſunt tria, pro-
nitas ad peccandũ, q̃ eſt ex corruptione carnali, &
macula, q̃ eſt quædã ſordes aĩæ, quã ꝯtrahit in ſua infuſione & ꝯmi
xtione carnis, & ꝑꝑ hanc ſordem indignũ eſt Dei conſpectui ꝑ-
ſentari. tertiũ eſt reatus, ſiue debitũ pœnæ æternæ. & magiſter
Pet. Lombardus in ſententijs vr̃ fuiſſe in ea opinione, quod præ
dicta pronitas ad peccandũ ſit peccatum originale, quæ etiam
dr̃ concupiſcentia, & fomes. Sed ꝯ eũ eſt, qa illa ꝓnitas remanet
poſt baptiſmũ, & ita videretur, ꝙ ẽt pctm̃ originale remaneret
poſt baptiſmũ. ſed reſpondebat illi pronitati acceſſorium eſſe,
quod eſſet peccatum. propter hoc fere omnes dicunt quod pec-
catum originale non eſt fomes, nec pronitas peccati, ſed quæ-
dam macula aĩæ annexa fomiti, & illa macula in baptiſmo
deletur. ſed quia illa macula annexa eſt fomiti, ideo aliquando
fomes, ſiue illa pronitas dr̃ originale peccatũ. Et ſm̃ hoc intel-
2 ligit, ꝙ dicit Aug. qa peccatũ originale trãſit reatu, † ſed rema
net actu, quia macula quæ facit hominẽ reum pœnæ æternæ,
tranſit, vt de cætero rõne illius peccati originalis nõ ſit pœnæ
æternæ aſtrictus, ſed idẽ peccatũ originale, licet minus proprie,
dr̃ remanere actu, qa ibi remanet ꝓnitas, ex qua ſurgunt actua-
les concupiſcentiæ. Sed dices, quõ ſine vlla culpa voluntaria
adijcit̃ pœnæ æternæ? Rñ. hæc pœna eſt tm̃ pœna carentiæ. ſ. qa
caret viſione Dei, & nõ eſt pœna actualis, & ideo nõ puniunt̃ ſi-
ne volontate pœna actuali, niſi voluntate peccent, & malunt ſic
eſſe, q̃ nõ eſſe. [Quẽ per ſe ſortiuntur.] Ideſt quæ ſine alterius
fide, vel operañõe dant remiſſionẽ peccatorũ [Sed ficti.] Ideſt
3 adulti nõ vere credentes. [Cõpellatur A.] † Et ſic nullus eſt, vt
fiat Chrĩanus, compellendus. nec ob. qđ ſeruo dr̃, vt ad nuptias
inuitatos ꝯpellat intrare, Luc. 14. 24. q. 4. diſplicet, verſ. repete,
qa ibi intelligr̃ de compulſione facta per inſtantiam rationis, nõ
per ſeueritatem gladij materialis, ſeu per violentiam tpalẽ, 45.
di. de Iudæis, quia executio talis gladij eſt iſti ſeruo. i. ordini ꝓ-
dicatorum vel apl̃is in perſona Petri a dño interdicta. 23. q. j. §.
item cũ Petro. vel dic ꝙ primo ꝑcepit ſeruo, i. ordini prædicato
rum, qui magnus eſt in eccleſia Dei, j. de hære. cum ex iniuncto,
vt exiret in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes & debiles, cæ-
cos, & claudos introduceret, & non compelleret ipſos intrare,
poſtmodum ei dixit, vt exiret in vias, & ſepes, & illos intrare cõ
pelleret, quos ibi inueniret, vt in præalle. c. diſplicet, ver. repe-
te. habetur, innuens per hoc, ꝙ Iudæi, & ſimiles, qui fidem non
habent, non ſunt gladio materiali ad fidem cogendi, ſed intro-
ducendi per efficaciam rationis & legis, vt ex ſuis codicibus cõ
uincantur, vt in præal. c. de Iudæis. ſed illi, qui a gremio eccleſiæ
diuerterũt, vt hæretici, & ſchiſmatici, ad eam ſunt redire cogen
di, cum ſint de foro eccleſiæ etiam per potentiam ſecularẽ, vt
hic. Nam per hoc, ꝙ dicit ipſum exire in plateas, & vicos ciuita
tis, tãgit Iudæos, q tanq̃ ciues legẽ, ꝓphetas & eloquia certa ha
bebant, ſtatuta ſupernæ ciuitatis ſcientes, quos quidẽ de ciuita
te ad nuptias vult vocare, ſine cõpulſione tamen, quia nihil ad
nos de his, qui foris ſunt, infra de diuor. gaudemus. ſed ꝑ hoc,
quod dicit, quod exeat in vias & ſepes, notat hæreticos, & ſchiſ-
4 maticos. †Eſt. n. duplex via, quæ ducit ad vitam. j. de hære. cũ
ex iniuncto, & q̃ ducit ad mortẽ. j. de ſpon. inter, & in hac ſunt
hæretici. Per ſepes tñ deſignat ſchiſmaticos, q ſchiſmatici ſpi-
nis inconſutilẽ dñi tunicã. i. eccleſiæ vnitatẽ lacerant, & iſti tam
q̃ de foro eccleſiæ ſunt cogendi intrare, & fidẽ tenere, quã in ba
5 ptiſmo receperũt, vt hic. † Ex his ergo apparet, Saracenis, vt fiãt
Chriſtiani, bellũ indicẽdũ non eſſe, ſi tñ terras Chriſtianorum
inuaſiſſent, vel occupatas tenerent, vel Chriſtianos hoſtiliter
impugnarent, tunc tã per eccleſiã, q̃ a principe cuiuſcũq; terræ,
cui vel ſubditis dãmna, vel iniuriæ inferuntur, pōt eis iuſtũ bel-
lum indici. 23. q. 8. diſpar. ſed ſi Saraceni tributũ conſuetũ dene
gant reddere principi Chriſtiano, & ſi tũc ille princeps eis iuſtũ
bellum indicit, nõ tñ ꝑ eccleſiã id fieri debet, ſi nec terrã Chri-
ſtianorũ ſuis ſordib. fœdant, nec ipſorũ ꝑſonas impugnant, Illis
tñ Saracenis, q terrã ſanctam detinent, vel impugnant, nõ ſolũ
ꝑ eccleſiã, ſed ꝑ quemlibet principẽ Chriſtianũ ꝑt bellũ indici,
qa in omniũ ſcit̃ iniuriã, qđ in opſtri Saluatoris cõmittit̃. C. de
hære. Manichæos. Qui vero vere pœnitẽtes ſunt, ſi occubuerũt
in talibus bellis, præter quam in illo, quod eſt pro tributo nega
to, ad patriam euolant. 23. q. 5. omni. B.

SVMMARIVM.

Baptizatur vt quis ſit, oportet quod alius baptizans ſpargat, & non ſufficit ſeipſum balneare.

CAP. V.

DEbitum, & infra. [Scipſũ immerſit.] Opor
tet. n. ad hoc, vt ſit bapti-
zatus ꝙ alius baptizãs immergat, nec ſufficit ſi ipſe imme
gat, & alius verba apta dicat, qa q nõ immergit, nõ ꝑt dicere, ego
te baptizo. ʒ. c. c. j. ſed ſi nõ immergat, nec ẽt cũ tãgat, ſed aquã ſu
ꝑ eum ſpargat, dummõ totũ balneet, vel maiorẽ partẽ, vel ſolũ
caput corporis, ſufficit, ar. ff. de reli. & ſump. fu. l. cum in diuer-
ſis. Alij dicunt, & forte melius, ꝙ ẽt ſi modica ſtilla aquæ ꝓiectæ
a baptizante eum tangat, baptizatus eſt, & ſatis hoc videtur cõ
ſonare iuri & æquitati, licet primum ſit tutius.

SVMMARIVM.

1 *Verbalis forma in baptiſmo eſt neceſſaria, & in nu. 2. & 3.*
4 *Quamuis intentio baptizantis & baptizati impediat ſacramentum, non tamen patrinorum intentio unquam impedit.*

CAP. VII.

LIcet. Græcos. i. diuerſas rõnes conſiderando ba-
ptizare dubitaſti, & diſtuliſti. ſi. n. introduce-
re intenderet errorẽ, puta qa nnĩe patris intenderet
inuocare virtutẽ diaboli, & pr̃is carnalis, vel aliqd
1 hmõi, nõ eſſet baptizatus. †Et idẽ dicerẽ, ſi expreſſe diceret ver
ba Romanæ eccleſiæ, ſed dices idẽ, ſi dixiſſet in noĩe parietis,
tecti, & fundi, cum ꝑ hæc tria intẽdat inuocare virtutẽ pr̃is, & fi
lij, & Spũſſancti. Rñ. nõ eſt baptizatus, qa ad minus oporteret eũ
aliquas principales ſyllabas retinere, vt ſaltẽ ſi non bñ tñ aliqua
liter exprimere videatur noĩa ꝑſonarũ. Sed idẽ dicẽdũ vr̃, ſi di-
2 ceret, in noĩe pr̃is & filio & Spũs ſancto. †Quid ſi eſſet Latinus,
q baptizaret, ſed illiteratus? Rñ. idẽ, qđ de Græco, imo plus vr̃,
ꝙ ẽt ſi eſſet bonus clericus, & ſic baptizaret, tñ vere baptizatus
eſſet, tñ ſuperior vehemẽter ꝓſumet ꝯ eũ, ꝙ voluit introducere
3 errorẽ, niſi certis indicijs ꝯtrariũ cõſtet. †Sed dices nõ eſt forma, er
go non eſt baptizatus. Reſpon. forma verbalis ex toto non eſt,
ſed eſt quaſi forma, vel iuxta formã verborũ, & inſup eſt forma
intellectualis integra, qa in noĩe earũdẽ ꝑſonarũ intelligit̃ ba-
ptizare, ſicut ille qui verbaliter plene formã exprimit, & ſi aliter
diceres, oporteret dicere, ꝙ mr̃, q̃ baptizat filiũ ĩ neceſſitate, nõ
baptizat, ſi ꝑ verba vulgaria dicat, & ẽt ꝙ Græcus baptizare nõ
poſſit in ſua lingua neq; vulgari, neq; Latina, ſ. vt ſacr̃m baptiſ-
4 mi accipiant, ſed vt ſani ſint. †Et no. ꝙ licet intentio baptizan-
tis & baptizati impediat ſacr̃m, vt alias no. ʒ. eo. c. j. tamẽ inten-
tio patrinorum nunquam impedit. Sed etiã hic pōt dici, quod
& ſi baptizans, & baptizatus non crederent in baptiſmo ali-
quid conferri, niſi ſanitatem, dummodo baptizare intenderẽt,
bene eſſet baptizatus. Sed quid ſi non intenderent aliud per la-
uationem conferri niſi ſanitatem? & tunc idem dicerem, qa ba
ptizare intendunt, licet malã credulitatẽ & intẽtionẽ hñãt de
viribus

viribus baptiſmi. ſed ſi non intenderent conferre baptiſmum,
ſed quandā medicinam facere ꝯ infirmitatem, ſed verba formę
exprimerent, tamen non crederem eum baptizatum.

De presbytero non baptizato. Rub. 43.

SVMMARIVM.

Ordinum inferiorum nullum habens, ſi quis in ſacerdotem ordinetur, an accipiat ordinem.

CAP. I.

SI quis presbyter. [Baptizatum.] Si
autem aliquis nul
lū inferiorū ordinū hñs ordineť ī ſacerdotē, di-
cūt aliq eū nō accipere ordinē, ar. 40. diſt. ſicut.
Sed ꝯriū vť verius, ar. qa à principio tpe apřorū
erāt minores ordines. eccleſia. n. eos primo ꝯſtl
tuit. 21. di. §. j. & tñ ipſi apoſtoli ſacerdotes fuerunt. 20. di. in no
uo. Sed poſſet rñderi eccleſiā ꝯſtituiſſe minores ordines anteq̃
aliqs apoſtolus ordinaretur, & hoc ēt ſonare vř illa litera. [Ordi
naretur.] Cum enim baptiſmus ſit ianua omnium ſacrorum. 32.
diſt. §. verum, ſine baptiſmo non recipit characterem.

CAP. II.

APoſtolicam ſedem. [Deo offerri.] Fuit
enim baptizatus ba
ptiſmo fluminis. ī. tit. proxi.

CAP. III.

VEniēs ad apoſtolicam ſedem.
[Quod ambigitur.] Etiam de iure.

De cuſtodia Euchariſtiæ, & aliorum ſacramentorum. Rubrica 44.

SVMMARIVM.

Sacramenti ſi quid in terram, in linteum, ceciderit, vel euomerit ſacerdos, vel mus comederit, quid faciendum.

CAP. I.

STatuimus. Quid debeat fieri, ſi de ſacri-
ficio, vel ſacramento aliquid
ceciderit in terram, vel in linteum, vel ſi quis il-
lud euomuerit, vel ſi mus illud comederit, habes
de conſe. diſt. 2. ſi per negligentiam, & c. ſequen.
& capi. qui bene.

De reliquijs, & veneratione ſanctorum. Rub. 45.

SVMMARIVM.

1 *Canonizare quid ſit, & quando fiat, & de quo fiat, & a quo fieri debeat, in nu. 2. & quid conſequatur eccleſia per huiuſmodi canonizationem. nu. 3.*
4 *Etiam ſi eccleſia erraret, tamen preces bona fide porrectas deus acceptaret.*

CAP. I.

AVdiuimus, quòd quidam.
1 Venerādi ſunt omnes ſancti canonizati. †Cano
nizare eſt ſanctos canonice & rřē ſtatuere, ꝙ ali
quis ſanctus honoretur pro ſancto, puta ſolen-
ne officium pro eo facere, ſicut ꝑ alijs ſanctis, q
ſunt eiuſdem conditionis, vt ſi canonizetur confeſſor fiat ꝑ eo
officiū cōfeſſorū, & ſi martyr, fiat ꝑ eo officiū martyrū, & ſic de
alijs. Et fit rřē hæc canonizatio, qñ ꝑ probationes conſtat de fi-
de & excellentia vitę, & miraculis eius, q petitur canonizari, ī.
de teſti. venerabili. Et oportet tantā eſſe excellentiā vitę, & talia
eſſe miracula, q̃ ſint vltra vires & potentiā naturæ. Itē nō dēt eſ
ſe vnica tñ excellētia vitę, imò oportet eſſe multas & ꝯtinuas,
vt hēs in Eccleſiaſti. 45. vbi dř, Laudemus viros glorioſos & pa-
rentes noſtros in generatione ſua, multā gloriam fecit dñs ſua
magnificētia a ſeculo. Per hoc ꝙ dicit, laudemus viros glorio-
ſos, oſtendit ꝙ canonizati erant, quia aliter non mandaret ec-
cleſiæ, ꝙ eos laudaret. Per hoc, quod dicit, parentes nřos, oſten
dit, ꝙ nullus canonizandus eſt, niſi fidē habeat. ſoli. n. parentes
eius erant Iudæi, & penes quos ſolos erat fides, canonizandi
erant. Per hoc autē, qđ ſequitur, multam gloriam fecit dñs, ſup-
ple cū eis. apparet, ꝙ non ſufficit, ꝙ in vno fuerit glorioſus, vel
ſemel tñ: ſed ꝙ in multis, & multotiēs, imo ꝙ ꝯtinue eius vita
fuerit glorioſa. Per hoc, qđ dicit, ſua magnificētia, i. ſua magna
potētia, oſtēdit, ꝙ excellētia vitæ & miracula talia eſſe debent,
q̃ excedant vires & potētias naturales. non ſufficiūt miracula ſi
ne vitę excellentia, cū magi Pharaonis multa fecerint, q̃ ſupra
naturam eē vñr. & in euāgelio legiř, qa multi dicturi ſunt, nōne
in noīe tuo demonia eijcimus &c. & rñ dñs rñdebit eis, nō no-
ui vos. vitā tñ ſine miraculis crederē ſufficere quo ad virtutē, tñ
eccřia nō dēt tales canonizare ꝑp hoc: qa in ſecreto potuerūt
2 laxiorē vitam ducere. †Solus aūt Papa pōt ſanctos canonizare,
qđ ex eo apparet, qa cū ꝯſtituař oīb. fidelib. adorandū, & nullus
oīb. ꝑſit niſi Papa, apparet, ꝙ ſolus Papa hoc pōt. Nec valet, ſi
dicas, ꝙ ſaltē cuiq; dēt eſſe licitū, ꝙ in ſua diœceſi faciat, qa offo
eis facta dēt eſſe cōis, & eccřia, vbi dēt venerari, dēt eſſe cōis. Itē
ꝑ hoc incideremus in illā reprehēſionē, qua qdā reprehēſi ſunt
3 ab apřo, q dicebant, Ego ſum Petri, ego Pauli. †Per hanc aūt ca
nonizationē conſequitur, ꝙ eccleſia ſolenniter dicit officiū ꝑ
eo, ſicut pro ſancto, & in litanijs in numero ſanctorū licite enu-
meratur: vnde in ſupradicto capitulo Eccleſiaſtici legitur, Sapiē
tiā ſanctorū narrēt populi, & laudē eorū annūciet eccleſia. Ex
prædictis apparet, ꝙ pueri baptizati & incōtinenti mortui non
ſunt canonizandi: qa nec multam gloriā fecit cum eis dñs ſua
magnificentia, ſpeciale tñ eſt in innocentib. qui vice Chřī mor
4 tui ſunt. †Itē dicimus, ꝙ ēt ſi eccleſia erraret, ꝙ non eſt creden-
dum, tñ preces per talem bona fide porrectas Deus acceptaret,
ar. 32. diſt. §. verū 15. q. ſi. c. ſi. Itē nō negamus, qn cuilibet liceat
alicui defuncto, quem credebat bonū virū, porrigere preces, vt
pro eo intercedat ad Deum: quia Deus fidē eorum attendit, nō
tñ pro eis licet facere officium ſolenne, vel preces ſolennes.

De obſeruatione ieiuniorum. Rub. 46.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium quid ſit, & vnde dicatur.*
2 *Quotuplex ſit ieiunium.*
3 *Ieiuniorum quædam dicuntur generaliter, quædam ſpecialiter indicta.*
4 *Qualiter dicatur quis ſoluere ieiunium, & in nu. 5. 6. & 7.*

CAP. I.

1 EX parte veſtra. †Ieiuniū eſt parſimo-
nia victus, & abſtinen
tia ciborum. Et dicitur ieiuniū a quodā inteſti-
no, quod vocař ieiunum, qđ ſemper eſt vacuum
& ſubtile, & ieiuniū ſine medio viſcera vacua &
2 exinanita dimittit. †Et eſt tripex ieiuniū. Primū
eſt cuiuslibet dici, & cuiuslibet rei edibilis abſtinentia ſm pro-
priam voluntatē, & non ſm aliquod ſtatutū vel ſcriptū, vel cō-
ſuetudinariū. & ſm hoc, ēt ſi quater in die comedat, & abundā
ter, tñ ſi ab aliquo cibo placito abſtineat, dř facere ieiunium. i.
cibi abſtinentiā. Secūdū ieiuniū eſt, qñ quis abſtinet a cibis hu-
mectantibus, vt ſi tñ comedat ſicca, vt panem, & nuces, & po-
ma, non carnes, nō piſces, non olera. & hoc ieiuniū dicił xero-
phagia, a xerō quod eſt ſiccū, & phagin qđ eſt comedere. Tertiū
ieiunium eſt abſtinētia victus ſm ordinationē eccleſiæ ſiue ſcri
pto ſiue cōſuetudine approbatā. hoc ieiunium eſt neceſſarium
omnib. ſanæ mentis & doli capacibus potentib. ieiunare, cū ipſi
peccare poſſint, & peccata deflere. ī. de deli. pue. c. j. diſpenſa-
tiue tū enim impuberib. & ēt in maiori ætate poterit diſpenſari,
vt ab indictis ieiunijs abſoluanř. & idē dicimus in ſenibus, ſicut
& infirmis, & debilibus. Mulieres. n. ꝑp prohibitionē virorum
indicta ieiunia non debent dimittere, licet votiua voluntaria
dimittere debeant, 33. q. vlti. manifeſtū, licet cum his forte ꝑp
ſcandalum vitandū poſſet ſacerdos diſpēſare etiā in indictis: nā
ꝑp ſcandalum vitandum legitima eſt diſpenſatio. 50. di. vt con-
ſtitueret. ī. de cle. excom. mi. latores. non credimus, ꝙ iſta ieiu-
nia poſſint redimi pecunia, vel alio modo, niſi cā vel neceſſitas
in ieiunante ſubſit. Voluntaria aūt ieiunia ēt ſine cā, quæ in ie-
iunante ſubſit, dummodo ſit alias vtile, redimi poſſunt auctori-
tate ſuperioris. 82. di. c. ſi. Sunt autē ieiunia indicta & neceſſaria
quatuor temporū, quæ a veteribus initium habuere. 76. diſt. c.
ieiuniū. Itē in vigilijs natiuitatū, natiuitatis Dñi, & bti Ioannis.
Itē in vigilia omniū ſanctorū. Itē ī vigilia aſſumptionis. Item in
vigilia beati Laurentij. Item in quadrageſima. Itē in ſexta feria
pręter exceptuatas, quæ ſunt poſt Paſcha, etiam ſi natiuitas dñi
in ea venire contingat, ī. eo. c. ſi. 76. diſt. non aūt. Dicunt tñ qdā
& non male, ꝙ hoc non eſt ieiuniū neceſſitatis, quia ſi eſſet, nō
liceret Ciſtercieñ. illud mutare niſi quo ad carnes. Voluntaria
aūt ieiunia ſunt, ad quæ aliqui voto, vel propoſito ſe aſtringunt,
vel ēt quæ ſacerdos præter indicta ꝑp magnitudinē peccati im-
ponit, 82. diſt. c. ſi. & hoc licet cōmutare & redimere, ēt ſi nulla
cauſa ſubſit in ieiunante, dummodo vtilior ſit compenſatio, ar.
3 ī. de uo. & uo. redemp. c. j. †Itē no. ꝙ inter indicta ieiunia quæ-
dam ſunt indicta generaliter, vt prædicta: alia ſpāliter, vt ieiuniū
aduentus, qđ nec in omnib. prouincijs celebrař, nec ab omnib.
illius prouinciæ fit, ī. eo. c. 2. tale etiā erat, qđ matronæ Romæ
cōſueuerant ieiunare in Sabbato. 11. diſt. illa. Itē no. ꝙ licet ie-
iunia indicta nō debeant cōmutari vel redimi ſine cā, tñ ea poſ
ſunt mutari, ſicut ieiuniū feſti, quod eſt die Lune, ꝑt in ſabba-
to. Et dř, ꝙ in quibuſdā locis Franciæ, ſ. vbi ſunt eccleſiæ ſancti
Quintini, nō ieiunař in vigilia oīum ſanctorū, ſed tertia ꝑcedēti
die. Itē circa hæc indicta ieiunia credimus poſſe ſtatui, ꝙ bis, ſed
parū comedatur in die, ſicut etiā faciunt Ciſtercieñ. q ad remo-
uendum ſcandalū, & charitatē cōſeruandā ſtatuerunt, ꝙ illi q
faciunt aliquid, aliquid præguſtent, nec ſoluūt ieiuniū ab eccle-
ſia indictum. Item ex cauſa liceret ſtatuere, quod etiā cibis qua-

4 drageſimalibus nõ vterentur, j.eo.c.2. §. cum aũt. †Item credi-
mus, ꝙ ſi carnib. vtatur qs in ieiunio indicto, ſoluit ieiunium.
& eodem mõ, ſi plus ꝙ ſemel comedat, niſi vbi aliter eſt ex cã
ſicut eſt in Ciſtercieñ. tñ & hoc ea ratione dicimus, quia ſic vſu
ieiunantium approbatũ eſt. ſed ſi alias vel horam anticipat, vel
latius capiat, vel ſi belluas marinas comedat, vel ſi nimis arden
ter comedat, nõ credimus, ꝙ pp hoc ſoluatur ieiunium, ſed in
his & alijs exceſſibus eñ peccare credimus, & ſic intelligit̃ de
conſe. diſt. j. ſolent, & di. 5. qcunque. Itẽ licet ieiuniũ ſit abſtinẽ
tia victus, tñ credimus eũ ieiunare, qui in p̃dictis cõſuetudiñe
obſeruat, licet ad ingurgitationẽ comedat, & qcquid ſibi pla-
cet, quia in ieiunio nõ tm̃ abſtinentia attenditur, ſed conſuetu-
do eccleſiæ. Alij tñ dicunt nunquã eſſe ieiunium, niſi & ibi ſit
5 victus abſtinentia. †Itẽ nõ credimus ſolui ieiunium indictũ, ſi
qs comedat in ieiunijs indictis, niſi in quadrageſima, oua & ca-
ſeum, ſed tñ peccat, & ſic intelligitur di. 4. denique. alij tñ ꝯdi-
cunt. Credimus tñ, ꝙ ex cauſa in aliquib. prouincijs poſſit pro-
uideri, ꝙ & his vtãtur ſine peccato, cũ hæc tm̃ ex cõſtõnibus &
obſeruationib. hominũ proceſſerint. Electuarijs aũt delicatis
nõ credimus quod aliter liceat vti, niſi ſicut alio cibo delicato.
6 †Medicinã aũt ꝓ remouenda infirmitate vel fugienda accipere
licet ſine peccato in die ieiunij, ſed pro cõſeruanda ſanitate tm̃
vbi nõ eſt ſignum infirmitatis, nõ credo. Alij tñ dicunt, ꝙ ꝓ nul
7 la medicina, nec ꝓ electuarijs ſoluit̃ ieiuniũ. †Pro potu aũt ẽt
ante cibum, vel poſt cibũ nõ credimus ſolui ieiuniũ, ſicut vide-
mus cõſtitutum eſſe in cõſuetudine eccleſię ieiunantis. Seneſ
calcos, vel portantes enxenia, vel quoſcũqꝫ alios ſeruiẽtes præ
guſtantes cibos ante dños timentes de toxico nõ credimus ſol-
uere ieiuniũ, & idẽ credimus de medicis prægustantibus medi
cinas, & ĩ his caſib. credimus, ꝙ monachis licet p̃guſtare carnes,
& hoc dicimus propter gñalem cõſuetudinem, quę ſic obtinet.

De purificatione poſt partum. Rub. 47.

Volens. Et infra.

De eccleſiis ædificandis, vel præparandis. Rubrica 48.

SVMMARIVM.

Decimæ quibus caſibus laicis concedantur.

CAP. II.

Cum dicat Apoſtolus, & infra: [Tot.] Et tam diuites, & ideo bene ſequit̃, ꝙ eccleſia &c. [Conſtruere.] Et de ſuis facultatib. [Gaudere.] Ideſt neceſſaria proprio presbytero miniſtrare. [Permittant̃.] Ideſt epiſcopus cõcedat licentiam eis. ipſi aũt auctoritate canonis facere nõ poterant, ſed cũ ſuperiore agent, vt cogant̃. [Tribuere.] No. decimas laicis cõcedi tanquã pauperib. & quia eſt religioſum collegium & licitum, & ob hoc videtur approbatũ.

SVMMARIVM.

Patroni plures in vna eccleſia eſſe poſſunt ex donatione, & ex fundatione.

CAP. III.

Ad audientiam noſtram. [Sine magna.] 93. di. cum longe. ff. de iudic. ſi locus. ff. de exceptio. ſi cum dies. §. ſi arbitet. de conſe. di. j. ſi qs extra. 18. di. qm̃ qdem. [Prouentus.] Spirituales. nõ. n. credimus, ꝙ eis dare dẽret campos, vel alia bona, quę haberet in ipſa villa. [Fundatoris.] Et ambo ſunt patroni, matrix eccl̃ia pp dotẽ, qa de redditib. eius debitis dotat eccleſia: fundatoris pp fundationẽ, & qa pro parte dotat, vnde eſt, ꝙ ex dotatione poſſunt plures eſſe patroni & ſimiliter ex fundatione. [Honor.] Scilicet annuus cenſus, q debet̃. vel faciat ſeruitiũ baptiſmi. ĩ. de cap. mo. dile. de ma. & obe. his. & ꝙ alia iure parochialia ſoluat in decimis & alijs, quæ de iure, vł, cõſuetudine debent̃ capellæ matrici eccleſiæ: & hac ratione parochiæ nõ ioris pa. debent̃. [Honor.] Matrices eccleſiæ in alijs eccleſijs intra ſuam parochiam cõſtitutis aliqñ hñt certum ius ſtatutũ, vt hic, & ĩ. de conſue. cum dile. aliqñ ꝯſuetudinariũ terræ, vel ꝓuinciæ, vt in vrbe baptiſmum, ſeru. & capitulum, ĩ. de capel. & mo. dilectus. plebibus autem & maxime parochialib. eccleſijs, conceditur, quod cum habeant curam clericorum, & laicorum in eadem parochia conſtitutorum. ĩ. de offic. archipresb. vt ſingulæ. quamuis in omnibus his prævalere debeat cõſuetudo, vt no. ſupra de offi. ordi. c. j.

CAP. IIII.

De his prælatis. [Et inſtitutionem.] Ad fundãdum eccleſias de nouo, ſi forte populus creſcat, vt j. c. px. j. c. vl. [Cogi.] Si pcipiũt quartã fabricæ. 10. q. j. decernimus, & q. 3. vnio, & ſi illa nõ ſuffi cit, de bonis proprijs conferre debent. 12. q. j. Pontifices.

SVMMARIVM.

Seruitus futuræ rei conſtitui non poteſt. ſed valet obligatio, vt facto ædificio conſtituatur.

CAP. V.

Ad audientiam noſtram. [Priuile.] ff. de iure codi. qdam reſerunt. §. j. ff. de ſer. vt. præd. ſi ſeruitus. §. vlti. ar. ꝯ ff. ſi ſer. vin. l. vlt. ff. de ſer. vrb. prædio. Labeo. So. futuræ rei nõ põt conſtitui ſeruitus, ſed poteſt qs ſe obligare, vt facto ædificio conſtituat̃. ff. fami. her. hæredes. §. an ea. vel ideo Papa nõ cõcedit priuilegium futuræ eccleſiæ; quia nõ ſubito, ſed cum deliberatione concedi debet. 23. diſt. committis.

De immu. eccle cœmiterij. & rerum ad eas pertinentium. Rubrica 49.

¶Eccleſiæ dicuntur immunes, ideſt extra munia, ideſt officia, vel munera.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo oneroſa eccleſiis non prodeſt.*
2 *Licet vnicuique ius ſuum, & poſſeſſionem defendere, & vim vi repellere.*

CAP. I.

Et in domibus eccleſiarum.
1 [Conſuetudine.] †Conſuetudo. n. in his caſib. nõ prodeſt, cũ eſſet oneroſa eccleſijs. ĩ. de conſue. c. j. Sed ſi aliqs vel eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona pro recognitione beneficiorũ ſuorum reſeruaſſet ſibi aliquod hoſpitiũ in aliqua eccleſia, illud bene
2 debetur. 18. q. vlt. Eleutherius. †Sed quid ſi negaret̃ hoſpitium, põt ne ſua auctoritate intrare domũ, & neceſſaria in hoſpitio recipere, ẽt violẽter, cũ ius hẽat hoc recipiendi, & ẽt ſit in quaſi poſſeſſione? vł ꝙ ſic, licet cuique ius ſuum, & poſſeſſionẽ defendere, & vim vi repellere. C. vnde vi. l. j. ĩ. de reſt. ſpo. olim. & vł, ꝙ ſibi licet domũ eccleſiæ frangere ad hoſpitandũ, ar. ff. qđ vi aut clã, l. ſi. §. ſi ad. C. quod cũ eo, ſi ſeruus. ff. ſi ſer. vin. ſi eo loco. ff. ad l. Aquil. quemadmodũ. §. j. & 2. & hoc quidã dixerunt. ſed nobis vł, ꝙ nulli laico, vel ẽt clerico licet violenter rũpere domos eccleſiæ rõne alicuius iuris ſibi debiti, cũ omnia bona eccleſiarum ſint ſancta ſanctorum, & dño conſecrata, & in eis ſacrilegium cõmittatur. 12. q. 2. nulli li. quicũque, & c. ſeq. eadem ẽt loca immunitate gaudent, vt hic. 27. q. 4. id ꝯſtituimus. 11. q. j. neceſſaria. Itẽ alia rõne dicendũ eſt, ꝙ nõ põt violenter tollere neceſſaria in hoſpitio, & violenter ingredi domũ, qa in prædicto caſu nulla domus, neque aliqua res deberet hanc ſeruitutẽ, vel ẽt ſunt ad hoc obligatæ, ſed tm̃ eccleſia eſt ad hoc obligata: & perſonalis actio, nõ realis ꝯ eccleſiam competit, fatemur tñ, ꝙ ep̃s vel alius, q haberet iuriſdõnem in aliqua eccleſia, ſi alius ipſam eccleſiam inique intraret, habens iuriſdõnẽ poſſet violenter rumpere domũ, & violentũ expellere. & ſic loquit̃ decre. de reſti. ſpo. olim. & idẽ ẽr vł, ſi iuriſdõnẽ nõ hẽr, ſed hẽt ius in eccleſia quaſi prælatus, vel poſſeſſionem ſuõ ea rõne, quia cuique licet poſſeſſionẽ ſuam defendere, vt in præalle. decre. olim. Sed ꝯriũ dicerẽ in canonico, q nõ poſſidet eccleſiam, ſed canonicatũ in eccleſia. nã huic nõ credo licere per violentiã rumpendo oſtia intrare domos eccleſię, quia eas non poſſidet, vnde non licet ſibi ius dicere, ar. ff. quod me. cau. extat. C. vnde vi. ſi qs in: & idem & eadẽ rõne credimus de illo, cui ſubiecta eſt eccleſia, puta de abbate, ꝙ nõ põt p violentiã rumpere domos capellæ ſibi ſubiectæ, qa eam nõ poſſidet, licet in ea habeat ius ſubiectionis, ar. ff. ad l. Aquil. quemadmodũ. §. j. & 2. credimus tñ, ꝙ ſi canonico deputata eſſet aliqua domus pro ſua habitatione & aliud inuaderet, ꝙ incontinenti poſſit irruere in camerã, & eum expellere ea rõne, qa ſibi licet ſuam poſſeſſionẽ defendere, & vim vi repellere, vt in iuribus præal. itẽ qa in cameram ſibi deputatã irrumpit, & qa nõ facit iniuriam eccleſiæ. Itẽ credimus, ꝙ ſi aliquis opponeret ſe canonico, vel abbati, vel alij ad vtendum iure ſuo, qđ hẽt in aliqua eccleſia, ꝙ põt per violentiã illũ expellere, licet nõ poſſit domũ, vel oſtia, vel ſepẽ ſimpliciter rumpere. Rõ diuerſitatis eſt, qa qñ eijcio perſonã mihi ꝯdicentẽ, videor vti poſſeſſione mea, qđ licet, & vim vi repello. ſed vbi intro violenter poſſeſſionẽ rumpendo oſtia, vel ſepem, tũc dico mihi ius, quod nõ licet niſi in ſpãlibus caſib. q notant̃ C. qñ licet ſine iudi. ſe vin. p totum, cũ ſuis concor. Et idẽ, qđ dicit̃ de eccleſia, & domibus eccleſiarum, dicimus in rebus profanis: nam ſi quis dicit ſe habere ſeruitutem in fundo alterius, & eſt etiam in poſſeſſione, ſi fiat murus vel ſepes, quo minus vtatur ſeruitute, non poteſt illum rumpere, ſed ſe impedientes poteſt expellere, ar. cõtra, omnibus ſupradictis, ff. de viuſfru. l. 3. in prin. vbi videtur, ꝙ pro viuſfructu inducitur in poſſeſſionẽ fundi vſufructuarij: vnde videretur, quod ſicut dñs proprietatis poſſet

rumpere

rumpere murum, qui ſuper ſuo fieret, ſic & vſufructuarius, &
alij, qui ſunt in poſſeſsione aliquorũ iurium. ſed reſpondeo ideo
licere proprietario rumpere domum, quia ceſsit ſolo, & per cõ
ſequens dominio. ſed ſecus in vſufructuario. C. de rei vindi. l. 2.
de hoc tamen conſtat, ꝙ qui habet ius in re, agere poteſt, vt re-
moueatur murus. ff. ſi ſer. vind. ſi eo loco, & l. j. Alij tamen con-
tradicunt prædictis. [Hoſpitium.] Ex debito. C. de ept. l. j. gra-
tuitum autem debet, 42. diſt. §. j. & c. j.

CAP. II.

PEruenit, & infra. {Nomen} Quaſi non ca-
cuſetur aliquis per hoc, ꝙ
ſit meus homo, vel alterius eccleſiæ, nec per hoc proba
tur, ꝙ hoĩes eccleſiarum ſubeant angaria, vel perangaria, cum
illa ciuitas ſit Archiep̃i, vt j. eo. nõ minus. Itẽ hoc habet locũ &
eſt ſpeciale, vbi timor eſt communis & ſubitus & improuiſus.

CAP. III.

INdicatum, & infra. [Ruſtici.] Hoc intelligo
de aſtrictis glebæ. C. de
agri. & cenſi. cum ſatis, ver. omnis omnino.

SVMMARIVM.

1 *Clerici dicuntur immunes eſſe ab omni exactione ſecularium perſonarum, & in num. 5. & 6.*
2 *Eccleſia non ſubit ſordida munera.*
3 *Quotuplicia ſunt onera.*
4 *In aduentu Principis ſpeciale eſt vt angaria, vel per angaria præſtet eccleſia, & vide in num. 7. & 8.*

CAP. IIII.

NOn minus, & infra. [Tallia.] Tallias &
collectas imponi.
1 {Prohibemus.} †No. ſacerdotes & clericos immu-
nes eſſe ab omni exactione ſecularium perſonarũ, 23. q. vlt. cõ-
uenior, ver. quamuis. C. de ſacroſan. eccl. placet, & l. adminiſtra-
tionem, 11. q. j. ſi tributũ, 16. q. j. §. nouarum, 11. q. j. ſacerdotib.
arg. cõ, 23. q. 8. tributum, 11. q. j. magnũ, ſ. de cẽſi. c. j. C. de epi. de
his. ff. de publicia. Imperator. Sol. q̃ vſibus eccleſiaſticis dedicã-
tur quo ad fundationem, vel ortũ, vel manſum, vel dotẽ eccle-
ſiæ, immunes ſunt, cętera cum ſuo onere tranſeũt, ſ. de cẽſi. c. j.
2 †Vlti. no. ſordida munera, ſicut calicis coquendæ, arenæ ſodiẽ-
dæ nunquam ſubit eccleſia. C. de ſacroſan. eccle. placet. ſed nec
hoſpitia ſuperinducta, ſiue alia munera extraordinaria, vt C. de
epiſ. & cleri. l. 2. 16. q. j. §. nouarũ, & l. iuxta ſanctionem. multa au
tem ſordida munera habes ff. de munc. l. munerum, vſq; ad § pa
3 trimonium. †{Onera.} Alia ſunt ordinaria, alia extraordina-
ria, & quidẽ ordinaria, ſiue ſint angaria, hęc alio nomine dicun-
tur munera perſonalia, ſ. quæ operibus cum labore & omni ſo-
licitudine perſonali principaliter exiſtũt, ſumptibus tamẽ alie
nis. ff. de munc. l. j. & l. munerum, vſq; ad § patrimoniorũ. anga
ria, q̃ conſiſtunt in exhibitione operę, ſiue perangaria, hęc dicũ
tur mixta. ff. de munc. munerum. §. mixta. perangaria, q̃ conſi-
ſtunt in exhibitione operæ cum ſumptu, vel periculo miniſtran
tis, hęc non ſubit eccleſia. C. de ep̃is. l. j. & l. 5. & l. p̃sbyteros. C.
de ſacroſan. eccle. neminẽ. Sed ſolue, quia ibi non dicit eccleſiã
ſubire angaria, vel perangaria, ſed neminẽ dicit excuſari, etiã ſi
poſſeſsiones pertineant ad eccleſiam, quod intelligo, quod ru-
ſtici & coloni poſſeſsionũ eccleſię non excuſantur in aduentu
Principis, clerici tamen excuſantur, cũ tamen alias ſerui & co-
loni eccleſiarũ angarijs vel perangarijs non fatigentur, 12. q. 2.
4 eccleſiarũ. C. de epiſ. oẽs. †Vel dic ſpeciale eſſe in aductu Prin-
cipis, vt angaria, vel perangaria p̃ſtet eccleſia, dũmodo ad ſordi
da munera non cogatur, & ẽt fortè alias ſi eccleſia poſſeſsiones
habeat, ratione quarũ debeat perſonale munus, vel patrimonia
le, puta exercitũ, vel legationem, vel aliquid ſimile, illa p̃ſtabit,
18. diſt. ſi quis me. 23. q. 8. ſi nobis, ſępe. ſed certè nec tunc prædi
cta ſubit tanquam munera, ſed quia ex pacto, vel alias ad ea præ
5 ſtanda obligata eſt, ſi tamen ſint honeſta & ordinaria. †Item ab
his ẽt intelliguntur exẽptę eccleſiæ quo ad dotem, & quædam
alia, vt diximus in gl. q̃ incipit, no. ſacerdotes, & hęc propriè di-
cuntur patrimonialia, & rerũ, quæ alio nomine dicuntur patri-
monialia, quę, ſ. principaliter & in ſumptu conſiſtunt, & pericu
lo miniſtrãtis. ff. de munc. l. j. §. patrimoniale, & l. munerũ. §. pa-
trimoniorũ. ea bene ſubit eccleſia, niſi ſint ſuperinducta. C. de
epiſ. oẽs, 11. q. j. ſi tributum. ff. de munc. munerũ. C. de indictio-
nib. l. j. C. de exact. tri. l. ſi diuina, & de munc. profeſſo, & c. l. vlti.
& ab his ſuperinductis intelligo immunes clericos, & vxores,
& liberos, 16. q. j. §. nouatũ. C. de epi. oẽs, niſi ſit neceſsitas, ſ. eo.
peruenit. ſed nec tũc, ſi ſunt decimæ, vel oblationes, vel alia ſpi-
6 ritualia, vel manſus eccleſiæ, ſ. in quo fundata eſt eccleſia. †Vel
vt quidã dicunt, de quo dotata eſt ex 10. 23. q. vlti. ſuper ea. ſ. de
cenſi. ſanctũ. & ſi fundus prius erat tributarius, redimetur, ſed
tributũ non ſoluet, 14. q. 6. cõperimus. extraordinaria autem, q̃
reſpiciunt ad pietatem, ſubit eccleſia. C. de epiſ. & cle. admini-
ſtrationem. & ſic pot intelligi ſ. eo. peruenit. quamuis ad ea nõ
ſint per ſecularem iudicẽ cogendi, ſed per eccleſiaſti. ũ, de cu-
ius foro ſunt perſonæ, licet res ſint de foro laici, ſ. de foro cõ-
7 pe. ſi diligenti. †Extraordinaria aũt, quę tantum reſpiciunt pu-
blicam vtilitatẽ, non ſubit eccleſia, niſi in aduẽtu principalis &
felicis ſobolis. & probantur hęc cũ ſuperioribus, C. de ſacroſan.
eccle. placet, iubemus, nulli, neminem. Item à lucratiuorũ in-
8 ſcriptionibus ſunt liberę eccleſię, 24. q. 8. ſancimus. †Et ꝙ eccle
ſia, vt dictum eſt, non cogitur ſubire munera à Principe ſecula-
ri, & pro ſuis negocijs, ſed eccleſia pro ſuis negocijs, & pro miſe
rabilibus perſonis, & etiam pro Principibus, vel neceſsitatibus
natiuitatum cogitur, ſ. de cenſi. cum Apoſtolis, j. eo. aduerſus,
ſ. de offi. deleg. paſtoralis, 77. diſt. c. 2. 88. diſt. c. j. [Et clerus.] Eſt
etiam neceſſaria auctoritas Papæ, j. eo. aduerſus. [Excommuni-
cationi.] No. prędictos ipſo iure excommunicatos.

CAP. V.

CVm eccleſia Dei. [Cauſas.] Idem eſt. n. in
cauſis ciuilibus, ſed ſe-
cus in eccleſiaſticis, 2. q. 2. pręceptum. [Refugij.] Non
debent incaſtellari ad offenſiones alicuius, 41. diſt. c. vlt. 10. q. j.
c. penulti. ſed ad hoc, vt ibi fugiant & defendantur Chriſtiani,
2 vel alias boni à malis, ſatis licitè credo poſſe incaſtellari, a cũ &
alias ingruente neceſsitate poſſunt ibidẽ hoſpitari, 42. di. nulli.

ADDITIO.

a ¶Incaſtellari. Adde Io. An hic, & Pet. de Anch. qui refert in conſ. 99. incip. ſuper dicto dubio, col. j. in fi.

SVMMARIVM.

Fugientes in eccleſia nondum conſecrata, & in palatio epiſcopi, an tuti ſint.

CAP. VI.

INter alia, & infra. {Sacrorum.} 17. q. 4. diffini-
uit. cõſtituit, reum, ad eccle-
ſiam, venientes. [Legum.] C. de his, qui ad eccle. confu.
pręſes {Ad eccleſiam.} Non conſecratam, dũmodo auctorita
te ep̃i ſit ędificata, cum in non conſecrata fiant diuina officia, j.
c. penul. arg. ſ. c. proxi. ſ. de conſec. eccle. c. fi. & maximè cũ hoc
habeat cõſuetudo, quę quia pia eſt, obſeruãda eſt, j. de ſimo. ad
app. j. de cogna. ſpi. ſuper eo. Itẽ idem dicũt quidam in palatio
ep̃i, 17. q. 4. id. ſed alij, qui dicunt cõ, illud intelligunt, cũ palatiũ
ep̃i eſt intra fines deſignatos eccleſię, 41. di. ep̃s. idem in Iudęo.
C. de his, qui ad eccle. confu. l. j. [Ad pęnam corporalẽ.] i. ſan-
guinis effuſionẽ. poſſet tamen in monaſterium detrudi ad pœ-
nitentiã agendam, arg. 50. diſt. ſi ep̃s. C. de adul. auct. ſed nouo.
{Ad pęnã.} 17. q. 4. id conſtituimus. {Membra.} i. promiſsio-
nem de vita, & membris ſaluandis, & ſi neceſſe fuerit iuramen-
tum, & ẽt maiores cautiones, ſ. de reſti. ſpol. literas. Puniendus
pecuniariter: vel alias pręter pęnam ſanguinis, 17. q. 4. reum, id
conſtituimus: ſed nunquã in carcere mittẽdus. {Niſi.} Lex plu
res excipit perſonas, in Auct. de man. prin. §. ꝙ ſi fidelis, ſed il-
lud non admiror. {Niſi.} 21. q. 5 cũ homo. C. quãdo li. vni ſine
iu. l. j. {Nocturnus.} i. ſic dictus, quia in nocte ſegetes deſtruit,
d ĩ ibi ſe abſcondit, vel latet, vel propter homicidia, vel rapinas,
quas facit in ſtrata, cõburit & deſtruit agros eorũ, qui eis nõ ſer-
uiunt. [Qui.] Hic vult dicere, quod duo prædicta genera homi
nũ, ſi in ſtratis publicis per inſidias aggreſsi fuerint aliquem, ꝙ
non gaudent immunitate, quaſi ſi non in ſtratis publicis hoc fa
cerent, immunitate gauderent, quamuis poſſet dici, ꝙ quicun-
que inſidiosè offendit, hoc priuilegio non gaudet, quia nõ de-
bet gaudere priuilegio, qui committit in lege, j. de vſur. quia.
ſi autem non inſidiosè facit, puta ex impetu, vel caſu fortuito;
ſemper immunitate gaudet. Sed dices, quare ergo decre. fecit
mentionem de his duobus generibus hominum? Reſpon. quia
de his ſemper p̃ſumitur, ꝙ inſidiosè fecerint. Item ẽt poteſt dici
in eo, qui in eccleſia aliquẽ occiderit, quia non debet ab eccle-
ſia defendi, qui eccleſiã violat, arg. 12. q. 2. de viro, ſ. de app. an
ſit, j. de vſur. quia. alij tñ cõtrium dicunt, ſed dic cõſuetudinem in
his, q̃ pia ſunt, ſeruandã. dic vt c. fi. j. eo. tit. [Canonicas.] 17. q. 4.
ſicut, metuentes, id conſti. {Compellitur.} 18. q. 4. diffiniuit,
metuentes, reum. C. de his, qui ad eccle. confu. ſi ſeruus.

SVMMARIVM.

Prædeceſſor ſi excommunicatus fuit, an & quibus caſibus ſucceſſor eandem incurrat excommunicationem.

CAP. VII.

ADuerſus conſules. {Excõicationi.} Cre-
dimus ꝙ canon hic ſit
latę ſñię. [Et neceſsitates.] Iuſtas & honeſtas. [Quo-
rundam.] Pręlatorũ, qui ſine cauſa iuſta & ſine vlla neceſsitate
ſoluebant, & dabant ſubſidiũ, & ſic repete quę diximus ſ. de ex-
cep. exceptionẽ. [A talibus.] ſ. de imponentibus collectas. [Su-
ſtineat.] Tenetur etiam depoſito officio, quia ex ſuo maleficio
conuenitur, 11. 6. q. vlt. iubemus. ff. de act. emp. lul. §. idẽ. ſi autem
ex cõtractu ageretur, finito officio non conueniretur. ff. de app. re-
cip. ad procuratores. §. in vnũ. ff. de admini. tut. eſt quidam. ff. de
euic. illud. §. j. procurator finito officio tenetur. ff. de procura.
procurator.

procurator. [Infra.] Et etiã ante, ſi ſucceſſerit ei, propter quod
prædeceſſor excõmunicatus fuit, & excõicatus eſt, j. de ſen. ex-
com. nuper. Sed dices, quare non ſtatim onus excõmunicatio-
nis ad eum peruenit, arg. ẽ. de offi. dele. quoniam Abbas? Re-
ſpõ. quia hoc peruenit ex delicto, vnde non deſcendit ad alios,
24. q. 3. ſi hæres. & quia poteſt dare operam bono pacis. ⁅Satiſ-
fecerit.⁆ Omne damnũ emendando eccleſiæ, quod ex ipſius re
gimine ipſi contingit. ſed & ſi conſilium dedit de collecta impo
nenda, ipſam cum emendare oportebit: ſed ſi conſilium nõ de-
diſſet, forte non engeretur ad emẽdationem collectæ, ſed alias
intereſſe, quod eccleſiæ de eius regimine obuenit, emendabit,
& fortè et pœnam ſpiritualem, & etiam pecuniarias eum ſubire
oportebit, ſm ꝙ bonus iudex arbitrabitur. Item hæc habent lo-
cum tantum, qñ ſuccedit in regimine illius, qui eſt excõmuni-
catus ex prædictis cauſis, vel propter libertatem eccleſiæ, ſed
ſecus eſt, ſi eſt alia cauſa, vel ipſe poteſtas, vel etiam conſilium,
vel commune eſſet excommunicatum, vel interdictum, quia
tunc ſucceſſor poteſtas non eſſet excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Ad reſtitutionem tenetur quis, vbicunque ſit furtum, rapina, oppreſſio, dolus, vel calumnia.*
2 *Si mathematicus, vel meretrix, vel conſimiles dolo, fraude, vel ſuaſionibus quempiam induxerint, vt eis crederet, & pecuniam daret, non competit repetitio.*
3 *Non debet quis vnquam aliquid facere, quod fratri ſuo ſit cauſa peccati.*
4 *Quo caſu teneatur quis reſtituere id, quod in ludis lucratus eſt.*
5 *Hypocrita, qui ſub nõie boni Chriſtiani multa quæſiuit, ea reſtituere tenet.*
6 *Conſtitutiones, quæ ſunt contra animæ ſalutem, ſeruari non debent.*

CAP. VIII.

1 QVia plerique. [Reſtituat.] † No. qd ad reſti-
tutionẽ tenetur quis, vbicũq;
ſit furtũ, rapina, oppreſſio, dolus, vel calũnia, 13. q. 5.
c. ſi. Et per hoc comprehẽdo omnes caſus, in quibus
competit repetitio ſiue per actiones, vt puta met. cau. vel do-
lo, vel conſimiles, ſiue iudicis officio. Item idẽ dicimus, ſ. ꝙ re-
ſtituere tenetur, ſiue iure naturali & ciuili ſit debitum, ſiue iure
naturali tantũ, quale eſt, quod debetur ſeruo, & ideo nõ inde fa
2 ciat eleemoſynã, ſed illud reſtituat. † Si aũt mathematicus, vel
meretrix, vel cõſimiles dolo, fraude, vel ſuaſionibus induxerint
aliquẽ, vt crederet, & pecuniã daret, non cõpetit repetitio, cum
vtrobiq; verſetur turpitudo, vnde potior eſt cauſa poſſidentis.
ff. de condi. ob tur. cau. ſi aũt. & cum ſit hęc iuſta pnĩa, etiam in
foro pnĩali eſt ſeruanda. ſi autẽ ſit indebitum iure ciuili tantũ,
vt ſi legatum, de quo potuit trahere Falcidiam, integrum ſoluit
credens hęreditatem ſufficere ad omnia, nõ tenetur legatarius
mihi reſtituere. Idem vr̃ in eo, qui ſcripſit ſe debere ſpe futuræ
numerationis, cũ nihil acceperit, licet tranſactum ſit tp̃s bien-
nij, vltra quod non habet exceptionẽ non numeratę pecunię:
tamen licitè totum ſuum dabit in eleemoſynam, nec tenetur
3 reddere aliquid, vel potius dare illi creditori ciuili tantũ. † Idem
eſt etiã in eo, qui condemnatus eſt iniuſtè. quãuis. n. ſi cõuenia
tur, vel alias executioni mandetur ſnĩa, parere debet, nõ tamen
iniuſtè condẽnatus tenetur dare ſponte, quod ſic probo, quia
nunquã debet aliquid facere, quod fratri ſuo ſit cauſa peccati.
frater aũt ſemper peccat recipiendo iniuſtè iudicatum, maxi-
mè ſi victor iniuſtã ſnĩam facit, x. q. 7. negli. quidã tamen in le-
gatario dicunt ɔ̃trium. Eſt autẽ ea ratio diuerſitatis, quia licet
vtrobiq; ſit tantum debitũ de iure ciuili, tñ ius ciuile, quod di-
ctum eſt de Falcidia detrahenda, habet æquitatẽ, & pp æquita-
tem facta eſt lex Falcidia, ſed quod dicit in re iudi. & in verbo-
rum obligatione, ſ. quia leges, quę dant actionem ad ſnĩam exe
quendam, vel ad petendũ, quod promiſſum eſſet ſpe futuræ nu
merationis, factæ ſunt tñ pp ignorantiam. nã etiam ſi ſciretur,
quod indebitum eſſet poſt ſnĩam, puta quia confiteatur victor
ſnĩam iniquam, vel non numeratam pecuniã, non habebit pe-
titionẽ, j. de pur. vulg. c. 2. Item qui tutus eſt p̃ſcriptione odio-
ſa, bona fide, vel ẽt exceptione tñ, vbi tamen non fuerit crimẽ,
credo, quod debet iſtud reſtituere, vt eſt in p̃ſcriptione 30. anno
rũ, vbi nullus requiritur titulus, nec bona fides. Quidam tamen
dicunt, ꝙ licet nullus ſit titulus, dũmodo bona fides ſit, non te-
netur reſtituere. ſecus aũt in alijs p̃ſcriptionibus, quę non ſunt
inductę ɔ̃ naturalem ęquitatem, ſed pp bonum. & ęquũ: nam il
la p̃ſcripta non tenetur reſtituere, cũ de iure ciuili habeat do-
miniũ ad minus vtile, Inſti. de vſu. in prin. & Principũ eſt aliqñ
ɔ̃ naturalẽ ęquitatẽ ſtatuere, ſicut no. extra de biga. c. 2. & 8. di.
quo iure. nec obeſt, quod diximus de p̃ſcrip. 30. ann. quia ibi ius
non dat aliquod ius, vel dominium poſſidẽti, ſed tñ in odium
aduerſarij datur exceptio. C. de p̃ſcrip. 30. ann. ſi emptor. ſed in
eo, cuius eſt exceptio odioſa, vt Macedonianũ, dicimus, ꝙ tene-
tur reddere, quia illa exceptio, & illud ius non eſt tñ factum in
odiũ creditoris, ſed ẽt pp bonum publicũ, vt vitentur mortes pa
rentum. ff. ad Maced. l. j. in prin. vel melius, quia nihil eſt apud
hunc filiũſa. cuius dñium nõ habebat. nã etiam rei ſibi mutua-
tæ dominiũ in eum trãſiuit. Contra actionẽ autem, q̃ ɔ̃ eum in-
tentari põt, qui legitimã exceptionẽ habet, cũ ſit ei data ɔ̃ actio
nem ab eo, qui actionẽ dedit, ſibi ſufficit, & tutus eſt ẽt quo ad
Deũ. Sed quid dices in eo, à quo aliquid aduocari põt petita re-
ſtitutione, nunquid, ſi nõ petatur, reſtituere tenetur? non credi-
mus, niſi malitia ɔ̃hentis lęſus eſſet. ſi aũt ex donatione mino-
ris, vel ex alio ɔ̃ctu inito, qui tenet ipſo iure, aliquid habet, vt ſi
in alienatione minoris abſuit auctoritas tutoris, vel decretũ prę-
ſidis, reſtituere tenetur. Ad hoc. n. vt reſtituere nõ cogat, opor-
tet, ꝙ adſint bona fides, iuſtus titulus, qui hic non fuit, cũ talis
titulus pro non titulo habeatur. Si aũt qui p̃tatem, vel iuriſdõ-
nẽ non habet opprimendi aliquẽ, item non dolo malo, ſed pu-
blicè, immoderatè tamen extorſit, i. accepit aliquid ab aliquo,
v. g. aduocatus, vel medicus, vel minores officiales, puta curſo
res, non vr̃, ꝙ teneantur reſtituere, 14. q. 5. c. vlti. niſi fortè in me
dico aliud diceres, vel niſi tñ eſſet vltra exactum, ꝙ iudex offi-
cio ſuo deberet eũ cogere ad reſtituendum, & tunc etiam in fo
ro pnĩali reſtituere p̃cipietur. ſi autẽ eſſent maiores officiales,
qui poſſunt alios ratione iuriſdictionis punire, tunc ſi quid in-
debitum recipiant, reſtituere tenentur, arg. p̃al. c. 14. q. 5. c. vlti.
ſed vbicunq; aliquid malè quęretur vel ex negociatione, vel ex-
torſione, ex qua tamen reſtituere non tenetur, prudenter facit,
ſi oĩa in eleemoſynas dat, 13. q. 5. qui habetis, & c. vlti. nõ tamẽ
damnamus eos, ſi hæredibus relinquãt. Si aũt illicitas negocia-
tiones faciat, vel alias iniuſtè aliquid q̃rat ſine calumnia alieni
facta, ſacerdos debet ei iniungere, vt in bonos vſus expẽdat, pu-
ta erogãdo pauperibus, vel eccleſijs, vel alijs, arg. 24. q. 3. ſi quis
4 Roma. ẽ. de vo. & vo. redẽp. magnę, ꝙ ſuper his. † De eo aũt, qd
quis lucratur in ludis, ſi tractus fuit, non tenetur reſtituere, quia
tunc nihil dolo feciſſe vr̃: ſecus eſſet, ſi alium traxiſſet, quia tunc
reddere tenetur, quaſi qui dolo fecit: ſed hic fortè melior erit
conditio poſſidẽtis: ſed ſi aliquid amiſit, poteſt repetere. Item
qui cauſa recreationis modicũ ludit, non tenetur reſtituere. ff.
de aleato. per totũ, 14. q. 5. non ſanè. ff. ſi quadru. pau. l. j. §. cum
5 ariete. † De quęſitis in bello, & dãnis ibi datis, alibi no. j. de ho-
mi. ſicut hypocrita aũt, qui ſub nomine boni Chriſtiani mul-
ta quęſiuit, ea reſtituere tenetur, quia per fraudẽ q̃ſiuit, 14. q. 5.
c. ſi. ſed fortè non illi, qui dedit, qui cõſecutus eſt mercedẽ ſuã.
Sed de hoc fortè probabiliter dubitari poſſet, ſi ſine cauſa Im-
perator, vel alius Princeps faceret aliquã conſtitutionem ɔ̃ ius
naturale, puta ꝙ dominia de vno in alium transferentur ſine
cauſa, ſi conſtitutio in foro animę eſſet ſeruanda? Et vr̃ nobis,
ꝙ non, imo nec in foro iudiciali, quod plus eſt, vt no. ẽ. de cõſti.
quę in. imo plus vr̃, ꝙ etiam ſi conſti. iuſta fuerit ex cauſa, ſ. iu-
ſta, ſed illa cauſa iuſta ceſſat in caſu, de quo modo agitur, vel in
foro animę, vel cõi, tamen conſtitutio tñ reſtringẽda eſt ad eũ
caſum, vbi fuit iuſta conſtitutio, vt verbi gratia, iuſta cõſtitutio,
quę dat exceptionem Macedoniani pp iuſtã cauſam, ſed ſi cer-
tum eſſet, ꝙ illa cauſa non ſubeſſet, vt ſi in neceſſitate mutuaſ-
6 ſet, peccaret, qui exceptione ſe defenderet. † Conſtitutiones au
tem, quę ſunt ɔ ſalutem animę, vt de vſuris, & de iuramẽtis nõ
ſeruandis, ſeruari non debent, ẽ. de iureiu. cum ɔ̃tingat. ſacrę. n.
leges in his non dedignantur ſacros canones imitari. Quidam
tamen alij dicunt, ꝙ ex quo facta eſt cõſtitutio, licet ſit ɔ̃ ius na-
turale, dũmodo iuſta cauſa fuerit conſtitutionem illam facien-
di, licet poſtea eueniat caſus, vbi ceſſãt cauſa iuſta, tamen con-
ſtitutio eſt ſeruanda, quę generaliter fuit facta. nõ potuit enim,
nec fuit etiam expediens omnes articulos ſigillatim compre-
hendere. ff. de leg. non poſſunt, niſi talis caſus, qui à iure excipia
tur. ⁅Pauperibus.⁆ Vbi neſcitur, cur reſtitui debeat, alias ipſi re
ſtituẽdum eſſet, j. de vſur. cum tu. vel dic melius, ꝙ id, quod tol-
litur pro pœna, totum eſt pauperibus erogandum.

Ne cleri. vel mona. ſecularibus negocijs ſe immiſceant. Rubrica 50.

SVMMARIVM.

1 *Negocium ſeculare quot modis dicatur.*
2 *Sumens victualia, vt carius vendat, grauiter peccat.*
3 *Negociationes honeſtæ ex quibus cauſis fiant inhoneſtæ.*

CAP. I.

1 MVlta ſunt negocia. † Tribus modis
dr̃ negocium ſe-
culare. Primo, quilibet actus ſecularium rerum,
ſicut hic enumeratur, à quibus turpibus actibus
ſit abſtinendum. Secundo dr̃ negocium, ſecula-
re iudicium de rebus ſecularibus, quod licet cle
ricis inter clericos tantum, 11. q. j. §. ex his. Tertio dr̃ ſeculare
negocium inter ſeculares homines, quod non licet clericis, niſi
de his, quę pertinent ad iudicium eccleſiæ, puta de decimis, &
conſimilibus, ẽ. de iudi. quanto, 88. diſt. per totum. ⁅Ad quę.⁆
Scilicet,

Scilicet, negocia ſecularia. [Cōdoctores.] De hoc no. ſ. de obl.
2 ad rati. c. vnico. [Propoſito.] i. ordini, vel religioni. † {Nego-
cium.} Si quis. n. tēpore fertil itatis emat multa victualia, vt tē-
pore famis abundet, vt Ioſeph Propheta fecit, licitū eſt: imo ēt
ſi non tm̄ pro ſe, ſed vt ēt alijs vendere poſsit tēpore famis eo ꝓ-
tio, quo tunc ab alijs vendebatur, dūmodo in hoc vltimo caſu
hoc faciat. quia homines pp abundantiā ad gentes alias diſpor-
tabant, vel quia debitam curam circa victualia non adhibebāt
vel diſsipabant. Sed ſi emant, vt carius vendant, nulla vtilitate
penſata, peccant omnes, & grauius clerici, 14. quæſt. 4. quicun-
3 que. † [Negocium.] Negociationes aliàs honeſtæ fiunt inhone-
ſtę ex cauſa, puta cupiditatis. Item ex parte, puta in feſtiuitatib.
Item ex loco, vt in eccleſia, vel perſona, vt clerici. Item quędam
ſunt, in quib. nullo modo licet negociari, vt in his, quę nec per
ſe, nec cum admixto poſſunt eſſe vtilia, de quibus dicit, ff. de cō-
trahē. emp. quod ſæpe. §. veneni mali. Sed ſi ſit venenum, quod
poſsit eſſe vtile cum admiſto, vel pro feris beſtijs occidendis,
vel ſint gladij, vel colores: quia poſſunt eſſe vtilia ad aliqua, ſci-
licet ad ſui defenſionem, vel ad colorandum hominem, vel mu
lierem pro bono, licita eſt in his negociatio.

SVMMARIVM.

Clericus an conueniri poſſit ſub ſeculari iudice occaſione adminiſtrationis, ſibi à canone prohibita.

CAP. II.

SAcerdotibus. [Miniſtri.] Generales. [Miniſtri.] Repete, quod dixi ſupra de obli. ad rati. c. j. [Subueniri.] Vt det ei pecuniam ad ſatisfaciē-
dum de fraude, vel etiam vt det ei aliud auxilium, vel fauorem.
non tamen dicimus, ꝙ ſub ſeculari iudice debeant capi, vel cō-
ueniri, quamuis quidam contradixerunt.

SVMMARIVM.

Clericus legibus ſtudens quando incidat in canonem.

CAP. III.

NOn magnopere. {Legendas.} Ex hoc vi detur, ꝙ ſi aliquis de prę dictis exit eccleſiam ſuam, vel clauſtrum, & legit le-
ges quaſi ſtudens in eis, licet non vadat ad ſcholas, tamen inci-
dit in canonem. [Duorum.] Hodie ſtatim eſt excōmunicatus,
j. eo. ſuper. [In nulla.] Vt no. ſ. de poſtul. c. j.

CAP. IIII.

SEd nec. [Procurationes.] Generaliter.

SVMMARIVM.

Clericus cauſas ſanguinis etiam vice alterius tractans peccat, & efficitur irregularis.

CAP. V.

CLericis. [In ſacris.] Idem ēt ſi non in ſacris. [Agi tare.] Cognoſcendo de ea vice eius iudi-
cis, qui ſanguinē fundere cōſueuit in ſimilibus caſib.
ſed ſi de cauſa criminali cognoſceret vice alicuius epi, qui non
pęnas ſanguinis, ſed retruſionem in monaſteriū facere conſue-
uit, non peccat, nec fit irregularis, arg. ſ. de procura. tuæ.

SVMMARIVM.

Clericis quando liceat aliorum poſſeſſiones conducere.

CAP. VI.

SEcundū inſtituta. [Lucri.] Niſi lucrum pro ueniat ex opere, vel ex re
ſua, ſ. e. proxi. & ſ. eo. c. j. [Suo.] Nomine. n. monaſterij, ſi
pauper eſt, poſſunt aliorum poſſeſsiones conducere. [Firmas.]
Terrarum, vel eccleſiarum, quas laici non poſſunt poſsidere.

CAP. VIII.

SIcut te accepimus. {In ſacris.} Secus in nō ſacris. ſi tm̄ inſtr̄a fecerit,
antequam eis interdicatur, tenerent, ſed poſtea non.

SVMMARIVM.

1 *Clericus nec iudex, nec aduocatus eſſe debet in cauſa ſanguinis.*
2 *An clericus poſſit eſſe præpoſitus in bello.*
3 *Clerici cur prohibeantur eſſe chirurgici.*

CAP. IX.

1 SEntentiam ſanguinis. †[Dictet.] Etiam ſi non faciat vt iudex,
quia ad minus eſt conſilium, vel auxilium. idem credo, ꝙ
nec teſtes in cauſa ſanguinis recipere debet, nec ſcribere auctē-
ticē, arg. hic, quia ſi non debet eſſe iudex in tali cauſa, ſ. eo. cle-
ricis, 23. q. 8. his, ergo eadem ratione nec teſtes ſcribere, recipe-
re, vel auctenticare. ſcribere tn̄ non in forma auctentica fortè
non faceret irregularē. Item nec aduocatus ſit in cauſa ſangui-
nis, 51. diſt. c. j. 50. diſt. ſi quis vi. {Interſit.} Hoc non facit irre-
2 gularem, niſi interſit auctoritatem præſtans, vel auxiliū. † {Præ-
ponatur.} Et ſic nec bello preponi debet. poſſet tn̄ dici, ꝙ bello
prępponi poſſunt, quod non eſt rectè ad occidendum, ſed ad ſua
recuperanda vel defendenda, vt no. de reſti. ſpolia. olim. ſed tā
non in his perſonis, quę quaſi rectè viri ſanguinum ſunt, vt ba-
3 liſtarijs, & ruptarijs. † [Chirurgiæ.] Iſti chirurgici nō prohibent,
niſi pp periculū, in quod quis ſemper errare poteſt. ſed ſi in lai-
catu aliqui hoc officium exercuerint, licet multi in eorum cu-
ra, ſed non pp eorum negligentiā mortui ſint, non ſunt irregu-
lares, arg. j. de homi. tua: ſed in clericatu omnibus prohibitum
eſt, quia non eſt officium clericale, vnde deponendi ſunt: non
tn̄ omnes credimus irregulares hoc ipſo, ꝙ hoc officium exer-
ceant, ſed ſi mors ſecuta inde fuerit etiā ſine culpa eorum, ſatis
poſſet dici, ꝙ ſunt irregulares, arg. j. de homi. tua, vbi no. Itē nec
ſequentes ſunt irregulares, niſi mors inde prouenerit. {Baliſta-
rijs.} Dicūt quidam, ꝙ ſi quis in iuſto bello baliſtario & ad ſui
defenſionem, non impugnationem miniſtraret baliſtam, vel ſa
gittas, & ipſe baliſtarius poſtea occidat quēquam, non eſt irre-
gularis, dummodo nō intendat principaliter, ꝙ baliſtarius ad-
uerſarium occidat, nec baliſtarium credebat intendere ad occi
dendum, ſed ꝙ ſe vel ſua defendat, vel recuperet, licet in verita-
te eum occiderit: quia alienū dimittere noluit, nec ab alterius
impugnatione deſiſtere, & ſic probatur. hic enim qui baliſtam
parauit, facto homicidium non fecit, nec conſilio, nec manda-
to, quia nec eum occidi voluit, imo voluit eum alieno iuri ce-
dere, & hoc intendebat, ergo non eſt homicida, 50. diſt. ſi quis vi
duam, & infra de cle. percuſſ. c. ſi. & c. j. j. de homici. ſignificaſti.
ſed ſi alterum prædictorum interueniſſet, ſcilicet ꝙ ipſe, qui pa
rauit baliſtam, intendebat principaliter occidi quenquam per
eum, vel credebat baliſtarium ad hoc intēderē, eum crederem
irregularem: quia ad minus auxiliatur ad homicidium facien-
dum, arg. j. de homici. ſignificaſti. principaliter autem ideo di-
co, quia ſi non principaliter ad hoc intendat, ſed ſecundario, vi
delicet, vt ſi aduerſarius noluerit aliena dimittere, ꝙ impugne-
tur baliſtis & ſagittis, non crederem irregularem: quia ſi cōtra-
rium diceretur, iam nulli bello intereſſe liceret, cum ibi quaſi
ſemper homicidia præparentur, 24. q. j. noli æſtimare, & c. ſeq.
tamen melius credimus, ꝙ bene eſſet irregularis, quia nunquā
etiam in iuſto bello licet miniſterium, vel conſilium ita imme-
diatum præbere bellis, j. de pęnis, quod in dubijs. Si vero in in-
iuſto bello etiam ad ſui defenſionem miniſtraret prædicta, di-
cunt eſſe eum homicidam & irregularem, quia cauſam & auxi-
lium dedit homicidio, cum nulli licito operi inſtaret, imo illi-
cito, ſcilicet iniuſto bello, vnde ſibi debet imputari, & ꝙ nō ad-
hibuit diligentiā, quam debuit in homicidiū vt non fieret, imo
diligens fuit, vt fieret, arg. j. de homici. Ioan. & c. vlti. & in mul-
tis c. eiuſdem tit. Sed dices, quare ergo reputatur homicida &
irregularis ille, qui ſcribit ſententiam contra damnatū ad mor
tem? Reſpon. ille directo, & principaliter morti, licet iuſtè, cō-
ſilium vel auxilium præbet. dicunt tamen alij, ꝙ iſtis, qui quaſi
rectè ſunt viri ſanguinum, parare baliſtas, vel huiuſmodi eſt pro
hibitum etiam in iuſto bello, ſicut & eis pręeſſe eſt prohibitum
vt hic: ſed enſem, vel lanceā eis miniſtrare non eſt prohibitum,
nec inducit irregularitatem.

SVMMARIVM.

Monachus vel ſacerdos leges, vel phyſicam audiens, an ſtatim ſit excommunicatus, vel poſt duos tantum menſes.

CAP. X.

SVper ſpecula, & infra. {Exeuntes de clau ſtris ſuis.} Si. n. ibi
audirent, vel legerent, ſecus. [Statuit.] ſ. eo. non magno-
pere. [Excōicati.] Abſolui tamē hos poſſe credimus à quolibet
epō. {Diuerſas} Quia quidam dicebant, ꝙ canon latæ ſenten
tiæ, alij ferendæ. {Ipſo facto.} Si per duos menſes exiuerint ad
legendum leges, vel phyſicam. non. n. videtur, ꝙ hoc ipſo ꝙ au-
diuerint, niſi per duos menſes perſeuerauerint, ꝙ ſint excōmu-
nicati, & hoc ſatis innuit infra, vbi dicit, ꝙ decani & alij conſi-
miles non incidunt in canonem, niſi per duos menſes perſeue-
rauerint. Alij tamen dicunt, ꝙ ſtatim ſine expectatione tempo-
ris ſunt excommunicati. [Loco.] i. ſtudio. [Funiculos.] i. diſci-
pulos. {Bellatorum.} i. Pręedicatorum. {Perſonatus.} Si autē
curam habeat aliquis animarum, ſi non ſit ſacerdos, nec in di-
gnitate, vel perſonatu conſtitutus, dixerūt quidam, ꝙ poteſt au-
dire leges & phyſicam. ſed certè nos non videmus, quod hoc
eſſe poſsit, niſi ſit ſacerdos, vel perſonatum habeat, niſi ex di-
ſpenſatione fortè: quia diſpenſaretur ſecum in delatione or-
dinum, & tunc ita credimus eum teneri, ac ſi eſſet ordinatus,
niſi fortè ex delegatione, vel vt vicarius faceret, de quibus non
eſt dubium, quod non tenentur hac conſtitutione. {Præſcri-
ptum.} Scilicet duorum menſium computandorum ab exitu
monaſterij: vel ex quo leges vel phyſicam audire cęperunt, ſu-
pra eo. non magno. [Extendi.] Scilicet, ꝙ ſi de eccleſijs ſuis ex-
iuerint perſonæ prædictæ. & per duos menſes fuerint in ſcholis
huiuſmodi, quod ſint excommunicati.

Finis Tertij Libri.

LIBER QVARTVS.

De ſponſalibus & matrimonijs.
Rubrica I.

SVMMARIVM.

Conſuetudines regionũ circa etiam non ſubſtantialia matrimonij, peccatum eſt omittere.

CAP. I.

DE Francia quidam, & infra. [Lege.] i. conſuetudine. [Iiſdẽ vtuntur.] Alias.n. ſolennitatea habẽt Saaones, alias Franchi, quę tamen nõ ſunt de ſubſtantia matrimonij, licet peccatum ſit omittere, 30. q. 5. noſtrates fœminæ. {Subijciatur.} Quo ad ſubſtantiam enim matrimonij conſuetudo oihil potuit ſtatuere, quoad accidentia fortè poſſet, puta circa dotem, argumen. ſupra de teſtamen. Raynutius.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij diffinitio, & vnde dicatur.*
2 *Quo in loco fuerit inſtitutum matrimonium, & quibus de cauſis fuerit inſtitutum, in num. 3.*
4 *Quis poſſit contrahere matrimonium.*
5 *An per procuratorem poſſit quis contrahere.*
6 *Tria ſunt bona matrimonij, & qualia ſunt.*
7 *Quot ſint impedimento matrimonij.*

CAP. III.

IVuenis. [Nõdum ſeptennẽ.] Sed ſeptennio proximã, ĵ. eo. ſponſam, pura quia erat ſex annorũ & dimidij vel amplius, arg. ĵ. tit. proa. atteſtationes, Inſti. de obl. ꝙ ex delic. naſ. §. ĩ ſumma. ff. de munc. & ho. ad rẽ. & doli capacẽ quo ad ſponſalia. ſic.n. oritur publicę honeſtatis iuſtitia, ĵ. tit. ꝓxi. literas. vel dic, ꝙ ducta fuit ante ſeptenniũ, ſed in domo detẽta poſt ſeptenniũ, ĵ. tit. proxi. duo, ſi autẽ nõ eſſet ſeptennis, nec proaima, nec in domo poſt ſeptenniũ detenta, bene poſſet ducere conſobrinã, vt ĵ. tit. proai. literas, & c. dno. [Dubitationẽ.] Licet non ſit veriſiſe, quia tñ tutius eſt, ꝓcauendum eſt. vel dic oõ eſſe vertſiſe, ꝙ eã corrumperet, ſed ꝓ malitia ſupplet ętatẽ, & ꝙ aliquid intendũt de ſpõſalib. & ideo oritur impedimentũ publicę
1 honeſtatis iuſtitia. †[Mrimonio.] Mrimoniũ eſt viri & mulieris ↄiunctio, indiuiduã vitæ ↄſuetudinẽ retinens, 27. q. 2. c. 2. Dr matrimoniũ quaſi matris muniũ. i. officiũ: quia plus eſt officiũ matris in matrimonio, ꝗ patris. Cõtrahitur aũt matrimoniũ ſo-
2 lo cõſenſu, 27. q. j. ſufficiat. †Fuit aũt inſtitutum matrimoniũ in paradiſo per illa verba, Hoc nũc os ex oſsibus meis, ĵ. de dinor.
3 c. gaudemus. †Cauſæ principales quare matrimoniũ fuit inſtitutũ, ſunt duæ, ſ. ſuſceptio prolis, & vitatio fornicationis, 22. q. 2. §. his ita. aliæ cauſæ ſunt multæ, reformatio pacis, pulchritudo vaoris, & multæ aliæ. Et licet ille, qui ↄhit, nullã de principalib. cauſis attendat, tñ tenet matrimoniũ, niſi ↄ illas cauſas inten-
4 deretur, puta ꝙ nõ naſceretur ſoboles, 32. q. 2. ſolet. †Poteſt aũt ↄhere quiſquis, qui poteſt ↄſentire in carnalẽ effectũ, niſi expſsè prohibeatur, vt minor 14. ann. ĵ. eo. tuæ frater. & qui vtroq; teſticulo caret, ĵ. de frigi. & male. ꝙ ſedẽ. Itẽ nec furioſus, 33. q. 3. neq; furioſus. Eſt.n. edictũ de matrimonio ꝓhibitorũ, ĵ. eo. cũ
5 apud ſe. †Itẽ poteſt quis ↄhere per procuratorẽ, dũmodo duret voluntas eius, vſque quo cõſentiat alius, ſ. abſens: ſed ſi eũ pœniteat, anteꝗ abſens cõſentiat, non tenebit factũ procuratoris, ẽt ſi ad procuratorẽ, vel abſentẽ, cum quo ↄhitur, nõ perueniat reuocatio, quia ibi deficit conſenſus in idẽ tps concurrens, ſine quo non tenet matrimoniũ, 28. q. 2. inſiciat, arg. ↄ, s̃. de procu. in noſtra. ſed hoc ſpeciale credimus in matrimonio, ſmꝙ ẽt ſi non perueniat reuocatio ad procuratorẽ, dũmodo cõſtet, ꝙ nõ
6 tenet matrimoniũ. †Bona matrimonij ſunt tria, fides, proles, & ſacrm. Fides eſt, vt neuter coniugũ adulteretur. Proles attenditur, vt eã amet, ſi Deus dederit, ſuſcipiat, & educet. Sacrm attẽditur, vt matrimoniũ non ſeparetur. licet.n. thori diuiſio fiat ꝓ adulteriũ, non tñ ſeparatur matrimoniũ, 32. q. 7. c. 2. niſi qñ alter coniugũ de ꝓſenti ad religionẽ tranſit, s̃. de conuer. cõiu. ex
7 publico. †Impedimenta matrimonij ſunt 12. ſ. ꝗ dirimunt matrimoniũ. Primũ furor, 32. q. 7. neq; furioſus. Secundũ omnino ſectus & impotens coire, 32. q. 7. illi qui. Tertiũ affinitas, ĵ. de eo qui cog. conſan. diſcretionẽ. Quartũ, ſi errat in perſona. Quintum, ſi eſt in conditione ſeruili. Sextũ, votum ſolẽne. Septimũ, ſi machinatus eſt in mortẽ prioris cõiugis, vel ſi eã in coniugẽ ducere ꝓmiſit. Octauũ, ſi eſt alterius cultus, ſ. Saracenus, vel Iudęus. Nonũ, ſi per vim coactus eſt ↄhere. Decimũ, ordo, vt in ſacris ordinib. ſit conſtitutus. Vndecimũ, ſi eſt alteri nupta. Duodecimũ, publicę honeſtatis iuſtitia. ſunt & alia duo, quæ impediunt, ſed non dirimunt, ſ. tps feriatum, & interdictum eccleſię.

SVMMARIVM.

Publicæ honeſtatis iuſtitia oritur, quando cõtrahentes intelligunt quid agãt.

CAP. IIII.

AD audientiam, & infra. {Quod ſi ille.} Hęc adiectio nihil facit. {Implere propoſitũ.} Impediente publicę honeſtatis iuſtitia, vt no. s̃. c. proxi. Et no. ꝙ vbi ↄhentes intelligunt, quod agatur, licet illud non teneat, ſurgit tamẽ inde publicæ honeſtatis iuſtitia, vt hic dicitur. vbi autem non intelligunt, ſecus, ĵ. c. proxi. literas, & c. acceſsit. idem intelligo, ſi frigidus contraxit, quia nullus conſanguineus eius eam habere poterit, 27. quæſt. 2. quidam deſponſauit. & idem fortè dicendum eſt in monacho, & ſacerdote, & alijs huiuſmodi.

CAP. V.

DE illis, & infra. [Promittunt.] Hic ſunt ſpõſalia de futuro. {Trãſferentes.} Mulier virum vagabundum ſequi non tenetur. ff. de ope. lib. ſuo, 34. quæſt. 2. ſi quis.

CAP. VI.

DE muliere, & infra. [Vim.] Alia.n. cadit in conſtantem virũ, & dirimit matrimonium. alia, quę in meticuloſum, & hæc non dirimit, de hoc no. s̃. quod met. cau. cum dilectus.

SVMMARIVM.

Contrahentibus non licet ignorare ius ſponſalium.

CAP. VII.

EX literis. [Intelligit.] Hęc decre. loquitur, qñ aliqui intendebant ſpõſalia ↄhere, ſed non intelligebãt vires & effectus ſponſaliũ, vel qa ꝓ eodẽ reputabant ſpõſalia, & matrimoniũ, vel quia nõ credebãt per ſpõſalia ſe ligaros, quin cũ alia ↄherent, vel alia hmõi: quidã ẽt intelligunt, qñ ſm diuerſa vulgaria loquebantur, nec ſe inuicem intelligebãt. Sed hoc nõ vr verũ, quia qui nõ intelligit, non cõſentit, s̃. de bap. maiores, circa ptin. Nec eſt mirũ, ſi eſt aliud, qñ nõ intelligit vim datã verbis, & effectũ datũ á iure, quia nemini licet ignorare ius, & maximè ius ſponſaliũ non licet ignorare ↄhentib. ſed factũ vel vulgare alterius bene licet ignorare. tñ & illa expoſitio põt ſuſtineri, qñ diuerſa vulgaria habebant ↄhentes, nec vnus vulgare alterius intelligebat. nec valet, qđ dicit, ꝙ non põt eſſe cõſenſus, ſi ſe non intelligunt: quia hæc decre. loquitur, qñ tractatus pręceſsit de matrimonio ↄhendo, & in hoc ipſum cõſentiebat, & hoc agebatur: & tunc, ex quo vterque dicit verba in ſuo vulgari, ꝗ ſonant pręſentẽ conſenſum, ſufficit. [Intelligit.] Vt dicit, cum tamen ꝓſumatur intelligere, cum ſint euiſdẽ vulgaris. {Scientia.} Quod non furioſi. [Aetate.] Quia non minores. {Quo cognito.} i. quod ſunt idonei ſcientia, & ætate. {Non intellexerit.} i. ſi dicat ſe non intellexiſſe, cũ tamẽ ↄtrium præſumatur. {Intelligentiam.} Non ſolum quã poterat ex verbi proprietate, ſed etiã á iure appropriatam ſibi. [Solent.] ff. de leg. 3. non aliter, j. de verbo. ſignifi. intelligentia.

SVMMARIVM.

Matrimonium contrahitur, licet verba ſonent in futurum tempus.

CAP. IX.

EX parte. [Eam ab eo.] Per hæc verba intelligo ↄhi matrimoniũ de ꝓſenti, quod eſt notã. [Hauiturã.] Licet verba iſta ſonent futurũ tps, tñ ſponſalia nõ ſunt de futuro: imo ſtatim matrimoniũ ↄhit, ſed quod promiſit de fide ſeruanda, reſpexit ad futurũ. & idẽ dico in omnibus verbis, ꝗ ſonant in futuro, v. g. promitto, ꝙ tenebo te in vxorem. idẽ, ac ſi dicat, habebo tecum matrimonium, vel accipio te mecũ, & promitto, ꝙ de facto tenebo te ꝓ vxore, ꝗ tamẽ modo es vxor de iure, & ẽt ſine promiſsione tenetur ad hoc ipſum. ſecus eſſet, ſi diceret, Promitto, ꝙ ↄham tecũ, vel accipiã te in meã: quia verba hæc non referuntur ad factũ tantum, ſed ẽt ad ius, vt ſit ſenſus, Promitto, ꝙ tunc fiam tua legitima vxor. alij dicunt, ꝙ ideirco per verba de futuro fit matrimoniũ, quia in ptin. decre. ponuntur verba, quæ trahũt futurũ ad preſens, ſ. ab eodem tẽpore, & eadem repetita intelliguntur in verbis vxoris, & non habent locum, niſi vbi præceſsit tractatus de matrimonio contrahendo. [Tunc.] Ideſt enim fornicatur. [Inducta.] Et ſi nullam ſuperduxiſſet, tamen eam recipere tenet, quia mulier non fuerat fornicata: ſed & ſi mulier fuiſſet fornicata, eam accipere tenetur, quia aliam ſuperduxerat.

SVMMARIVM.

Vxorem qui iurauit ſe vnam ducturum, an illam accipere ſit compellendus.

CAP. X.

EX literis, & infra. {Impubeſcentes.} Quęritur, ſi quis iurauit accipere vnã de filiabus alicuius, & poſtea cognoſcat vnã, an ꝓciſe cogatur accipere illã. arg. ꝙ ſic, ff. de ↄhẽ. emp. ſi emptor, ff. de

ff.de ſoln.Stichũ aut Pãphil.quia ſe coarctauit.ff.ſi quis can.l.3. 55.q.j.ſi quis in ſa. Sol.quidam dicunt eũ cõpellendum eã accipere.alij dicunt plus, ꝙ cognoſcẽdo eam ratificantur ſpõſalia, vel prius fit matrimoniũ. nos dicimus, ꝙ cũ non interuenerint inter eos neq; ſponſalia,neq; matrimoniũ,nec ẽt poſſunt interuenire,niſi inter certas perſonas, ꝙ licitè ↄhit cum alia. {Partes.} Hoc iuſm intelligit, ꝙ bona fide dabit operam, ꝙ inuicẽ ↄhant.{Alterius.} i.ſupradicti.{Cõpellas.} j.eo.requiſiuit,ↄ. Sol.hic de rigore, illud de miſericordia. Sed ↄ,mortaliter peccat veniendo ↄ iuſm, ergo põt cogi ad eius obſeruationem,24.q.3.tã ſacerdos. pp hoc Hugutio dixit illã nõ eſſe decre. alij dicunt. ꝙ illa eſt decre.& ius cõe continet, & eſt ſpeciale, vt non cogatur quis ſeruare iuſm pp futurum periculum. alij dicunt, ꝙ cogendi ſunt,vt de nolentibus fiant volentes, vt ibi, ſed non finaliter,vt in contrario alij exponunt ibi, potius, i.prius.

S V M M A R I V M.

Interdicti tempore quæ ſacramenta excipiantur.

CAP. XI.

NOn eſt. [Petaut.] Vxor petitur per interdictũ de lib.exhi.ff. de lib.exhi.imo. C.de nup.ſi inuita,& hoc cũ inuita tenetur: ſecus aũt, ſi voluntarie, quia tunc cõpetit officiũ iudicis.[Ibi.] Eis aũt exeuntib.ſine aliqua abſolone poſſunt dicere officiũ, 81.diſt. ſi qđ, quia non eſt terra ĩterdicta, ſed organa ſuſpẽſa ad tps: tñ irregulares fiũt, qui ibi celebrant.[Officia.] Ergo nec chriſma, nec extrema vnctio,nec ẽt matrimoniũ,nec ſepultura, j.de priuil.vt priuilegiũ, nec ad ordines poterit aliquis laicus loci interdicti promoueri, qui aũt ante erãt clerici,cũ non ſint interdicti, ad alios ordines poterunt promoueri.ſed de corpore Chriſti melius dr, ꝙ cõferri poteſt interdictis pœnitentibus,j.de ſen.excõ. permittimus. Item matrimoniũ credimus poſſe fieri apud interdictos, quia & apud infideles eſt, ſ.de presby.non bap.veniens,26.diſt.denique.Item chriſmare debent,j de ſen.excom.c.reſponſo.

CAP. XII.

PRæterea,& infra. {A viro.} Cum quo ↄxit per verba de futuro.[Impetitur.] Vt cogatur matrimoniũ conſummare.[Confiteri.] Etiam ſi publicè confiteretur,non videtur ei credendũ, quia vnus teſtis,4.q.3.§.item, & quia turpitudinem allegat,14.q.5.non ſanè. ſed hoc eſt ſpeciale pp periculum animæ.{Iuramentum.} Secus ſi iuraſſet,j.de conſangui. & affi. ſuper eo.

S V M M A R I V M.

Tertia perſona,quæ dicit ſe priorem in matrimonio,quod iudicium intentare debeat aſſiſtendo coniugi,quamuis non præferatur principali.

CAP. XIII.

VEniens,& infra. {Alij.} Qui deſponſauit eam per verba de pſenti, alioquin nõ eſſet obiectio,nec dubitatio, ꝙ ſequens matrimoniũ teneret.[Eos.] Inter mulierẽ, & primũ virũ.[Cauſa.] Inter mulierẽ, & ſm virum: melius credimus,ꝙ cauſa ageretur inter mulierẽ & primũ virum per id,quod ſequitur, A priori viro iudicio Eccleſiæ, &c.[Cõſentire.] Quod eius eſſet vxor, {Ipſe.} ſ.vit. {De illo.} ſ.T. cui tertio nupſerit, vel de primo: [Alio.] ſ.ſecundo viro C. [Defunctus.] Antequã ↄxiſſet cũ ſecundo,cui fuit inuita tradita.[Ille.] Idem vir.[Deceſsit.] Maximè, nã ſola coactio ſufficit, vt matrimonium ſm impediatur. [Maritali.] Prima.n.ſponſalia non poterant impedire hoc matrimoniũ, quia fuerunt iudicio Eccleſiæ ſeparata.nec ſecunda, quia fuerunt coacta,& quia mortuus erat maritus.[Alioqnin.] Ideſt ſi noluerit ipſam M.maritaliter tractare.[Reſtiterit.] Niſi proponendo de iure,ſ.quod ipſe T.non ſit maritus M.ſed ſuus, nã hic illa,quę dr ſuperinducta, põt proponere corã ipſo iudice delegato, vel ẽt ordinario, licet alias nõ ſit eius ordinarius, vel delegatus,arg.ff.de quibus re.ad eũ. iu.ea. per totũ: imo & poſt ſñiam põt appellare, & executionẽ ſñiæ de iure impedire, ff.de re iudi.à diuo.§.ſi ſuper, ſ. de re iudi. cũ ſuper contro. vbi no.hoc verũ eſt,ſi agat petitorio:ſed ſi agit poſſeſſorio, nõ eſſet admittenda.ſed nos ↄtrium dicimus,ſ.ꝙ eſt admittenda,& aſsiſtet hæc mulier viro,vt no.plenè ſ.de re iudi.cũ ſuper cõtro. & non poterit proponere hęc mulier ad impediendũ reſtitutionẽ de proprietate, ſ.ꝙ prius fuerit deſponſata, vel ꝙ nõ teneat matrimoniũ cũ alia ↄctum pp aliquod impedimẽtũ, niſi fortè incontinenti probare vellet,ſ.de reſti.ſpol.literas, in fi. ſed poterit dicere, ꝙ alia mulier nunquã fuit in poſſeſsione viri tanquã mariti,vel ꝙ vir non ſpoliauit mulierẽ poſſeſsione ſua, ſed ipſa mulier virũ ſpoliauit poſſeſsione ſua, vel alias legitimas exceptiones.[Reſtiterit.] No.ꝙ licet tertia perſona,q̃ dicit ſe priorem in matrimonio,ſit admittenda,vt aſsiſtat illi,qui principaliter cõuenitur ſuper matrimonio, non tamen ſibi eſt pferenda in pſecutione cauſę, quia nõ ad eã primo loco pertinet defenſio huius cauſę, & tunc tñ pferri debet tertia perſona. ff. de re iudi.ſæpe.Itẽ dicimus,ꝙ ſi alia,q̃ cõuenitur ſuper matrimonio, inducat teſtes ſuper vno arti.videlicet, ꝙ quãdo ↄxit cum illo, qui eã petit in vxorẽ,erat minoris ætatis,& defecit in probatione, & poſtea alius vir, qui tenet eã, ſuper eodẽ arti. velit inducere teſtes, admittendus eſt,ſi ignorauit, qñ primo mulier induxit teſtes ſuper eo,de hoc no. ſ.de re iudi. cũ ſuper. Nec obſt. ſi dicit,ꝙ debet probare de pũaricatione prioris mulieris.ff.de præua.pũaricationis: quia illud loquitur, quando ſñia lata eſt. hic aũt loquimur,qñ ſñia non eſt lata: imo plus vr, ꝙ in cauſa matrimoniali ſm omnes, ẽt ſi ſciuit,quãdo prima mulier teſtes inducebat, tamen tertia perſona admittenda eſt ſuper eo articulo ad producendũ teſtes: quia ẽt eadem perſona admitteretur etiam poſt ſñiam diffinitiuam, ſ.de re iudi.lator, cõſanguinei.

S V M M A R I V M.

1 *Metus alterius, quàm eius qui contrahit, quando impediat matrimonium, & in num. 2.*

3 *Officium iudicis eſt aſſignare partibus locum tutum.*

CAP. XIIII.

CVm locum. [Metus.] Qui caderet in conſtantem virũ.ff.quod met.cau.metũ, 32.q.6.indignanter.de hoc no. ſ.quod met.cau. cũ di-

1 lectus, j.c.veniens.†[Coactio.] i.vis,quia capitur, vel tenetur, vel ligatur, vel hmõi.metus aũt alterius,q̃ eius, qui ↄhit, impedit matrimoniũ, vt ſi pater timet mortẽ,vel captiuitatẽ ſibi imminere, & pp hoc filia cõſentit nuptijs, quas pater pro ea ↄxit, vel ẽt ipſa hoc timore, vel alio ſimili ducta ↄhit, nõ valet matrimoniũ,arg.eius,quod econuerſo dr de patre: quia iuſtus metus eſt in eo, ſi timet ſtuprũ, vel ſeruitutẽ filiorũ. ff.quod met. cau. iſti quidẽ,arg.31.q.5.ſi verum, & c.de nep. ſed illa c. loquũtur, quando ẽt ſponſæ erant inuitæ.ſed certè non vr,ꝙ ibi alia de cã inuitę fuerint,niſi pp pericula eorũ, qui habebant eas in ptãte. & hoc non vr ſolũ locum habere in patribus, ſed in alijs, qui filios habent in ptãte. hoc aũt conſtat, quia ſi cõſenſus ↄhentiũ eſſet liber,quãuis patres haberent iuſtũ metũ, tamen matrimonium tenet. Alij tamen dicunt,ꝙ non impeditur matrimoniũ,

2 licet filia timeat mortẽ patris.†[Vel coactio.] i.ſi metus, vel coactio interuenit ſuper eo,vbi cõſenſus requiritur,v.g. ſi cogitur ↄhere matrimoniũ.ſed ſi ſuper diuerſis interueniat vis, & conſenſus, verbigratia, incarcerauit quis aliũ vt ab eo pecuniã extorqueret,ſi idẽ vim & vincula patiens conſentiat in matrimonium,vel ẽt alium ↄctũ,tenet: nã & agere poteſt per procuratorẽ, & per ↄñs procuratorẽ cõſtituere, & vſucapere. ff.de mino. Papi.ff.ex qui.cau.ma.in inreg.ait ptor,niſi fortè in vinculis cõſtitutus captus eſſet ab hoſtibus, & pp hoc eſſet ſeruus: nã tunc conſenſum non haberet, vt in pal. l.ait ptor, in ver. ventilatur. Quidam.n.petebat eã, quia dicebat ſe ↄxiſſe cum ea per verba

3 de pſenti,vel de futuro.†[Eam.] No.ad officium iudi.pertinere partibus locum ſecurũ aſsignare, 3.q.9.hortamur.ff.de arbi.Põpo.§.ſi arbiter, ſ.de teſt.cum olim. [Timere.] Sicut mãdat eam in obſcuro loco poni,quia timebat, ne vir eam raperet, etiam ſi de iure eam non poſſet habere.[Donec.] Idcirco differretur reſtitutio, quia agebatur petitorio, vel quia timebatur ſæuitia viri, ſ.de ord.cog.intellexim9,ſ.de reſti ſpol.literas,& c. ex trãſmiſſa,& c.ex parte,vbi no.de hoc,quia nunquam eam tranſduxerat, & ideo non habebat locum petitio reſtitutionis.

S V M M A R I V M.

Proteſtatio viri, ꝙ cognouit adulterino affectu, quando proſit, & quando non admittatur.

CAP. XV.

VEniens,& infra. [Cui.] Sponſalia fuerũt de futuro. [Cognouit.] Matrimoniali affectu: alias.n.ſi proteſtaret ſe eã cognoſcere adulterino affectu, ſecus,arg.j.eo.tua.alij ↄdicunt. quantũcunq;.n.proteſtetur,ſibi non prodeſt ſua proteſtatio, cũ non fuerit iuſta cauſa proteſtationis,de hoc no.ſ.de conſti.cum M. nec obſt.decre.tua:quia ibi nõ fuit ſubſtantia ↄctus coniugalis, nec forma ↄhendi matrimonium & hoc eſt verũ, niſi fortè ipſi mulieri proteſtaretur,quia tunc in hoc ambo conſentire videntur. ſed & tunc non prodeſt ſibi proteſtatio, quia nõ admittitur probatio in ↄrium,j.eo.eis qui.Itẽ ea rõne nõ credimus ſibi pdeſſe proteſtationẽ, quia turpis eſt, ſicut nec prodeſt eis turpis conditio, imo ea reiecta teneret matrimoniũ,j.de cõdi.app.c.j.

S V M M A R I V M.

Iuramento non obſtante,an quis poſſit vitam eligere monachalem.

CAP. XVI.

COmmiſſum,& infra. [Dedit.] Iſte, qui promittit cũ aliqua ↄhere matrimoniũ, ſtatim ſponſalia ↄhit.ↄ, ſ.de cõuer.cõiu.ex publico,ſ. de iureiu.peruenit, ſ.de vo.& vo. redemp.ſcripturę,17.q.j.qui bona,28.q.j. ea his. Sol. iſte nõ fecit votum,vnde ↄhendo non fit tranſgreſſor voti,ſ.de vo.literaturam,& ſi ↄbit propoſitũ gerens in mente continendi & vouendi,non facit ↄ cõſcientiã,57.q.2.beata:quia firmiter nõ propo-

nit

nit ad religionē tranſire: ſed nec à ſe propoſitū repellit, ſed ſuper hoc liberā deliberationē reſeruat poſt ꝯtractum matrimoniū. vnde bonum fuit conſiliū, vt adimpleat, quod iurauit, quamuis iuſto nō obſtante poſſit vitam monachalē eligere: quia melius eſt vtrunq; ſeruare, quam alterū tantum. ſic ſ. de iureiuran. debitores, 22. quæſt. 4. innocens. dicunt alij, ꝙ hic vir circa finem biennij erat, & tunc cępit ſuſpirare, i. cogitare, ꝙ in futurum, ſ. poſt duos annos intraret monaſteriū. Sed fortè interim intrare nolebat, quia adhuc in domo propria volebat melius probare onera ordinis: vel fortè tenebatur aliquibus debitis, quæ primo ſoluere volebat, vel ex ſimilib. cauſis ingreſſum monaſterij protrahebat. vnde bene conſuluit ei Papa, ꝙ ex quo non alligat ſe monaſterio, & alligatus eſt iam, ꝙ in fine biēnij aliud ligamen ſuperadderet, quod illud ligamen ſuperaddat, cum nullum ſit quid futura pariat dies vel per mortem, vel per mutationem voluntatis. ſed ſi vir dixiſſet, præterea ego ſtatim volo intrare monaſterium, reſpondiſſet ei, intra, & non contrahas, cum ille contractus eſſet ad decipiendum tantum.

CAP. XVII.

REquiſiuit, & infra. {Cogenda.} ſ. eo. ex literis, ꝯ. Sol. vt ibi.

SVMMARIVM.

Matrimonium quod de iure non tenet, quando præſtet impedimentū ſecūdo.

CAP. XVIII.

CVm in Apoſtolica, & infra. [Propoſuit] Cuilibet credendū, non eſſet, arg. C. de mand. prin. l. j. tamen propter fauorē matrimonij & bonam fidē, quam habuerunt, licet non ſm conſcientiā, tenet matrimoniū. [Poterunt.] j. de eo, q dux. in ma. quā pol. ex literarū, & c. cū haberet, ꝯ. Sol. dicunt quidā, qđ ſi ſcienter ꝯbunt, non tenet: ſed ſi ignoranter, ſecus. nos dicimus, ꝙ primū tenuit de iure, ſm nullū eſt, cū eodē tpe quis non poſſit habere plures vxores. verumtñ ſi ignorātes ꝯxerunt, ſoluto matrimonio morte, cogēdi ſunt de nouo ꝯhere, arg. j. de eo, qui dux. in ma. quā pol. c. j. & c. veniēs, quāuis ibi non dicatur, ꝙ ſint cogendi, vel tollerādi. ſi vero ſciēter, nullo modo tollerādū eſt ſm matrimoniū, j. de eo, qui dux. in ma. ex literarum, & c. cū haberet. ſi vero primum matrimoniū non tenet de iure, ſemper tenet ſecundum matrimonium, vt hic.

CAP. XIX.

IN præſentia. {Annorum.} C. de repu. in auct. hodie. ff. de diuor. vxores, contra, ſed illa correcta eſt per canones.

CAP. XX.

INter opera charitatis. [Remiſsionem.] 32. q. j. nō eſt, 32. q. j. c. j. ꝯ. Sol. illud loquiť de incorrigibilib. hic de corrigibilibus.

SVMMARIVM.

Matrimonium eſſe per ſolam cohabitationem non iudicatur.

CAP. XXI.

AD id, quod per tuas. {Copulauit.} Ad ſuaſionnē vitrici mulier alij nupſit, vel mulier prima ſponſalia eius nomine ꝯcta rata habuit, licet ꝯ propriū velle. [Cohabitās.] Et ab eo carnaliter cognita, alias per ſolā cohabitationē non iudicarē matrimoniū, vt no. j. tit. proxi. atteſtationes. [Excludit.] Niſi vis, vel metus in detinēdo interueniſſet, arg. quod met. cau. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Si quis cum duabus contrahat ſponſalia, debet primæ tantum adhærere.*

CAP. XXII.

SIcut ex literis. {Iuramētum.} Idem credo, ſi in primis ſponſalibus nō interuenit iuſm, & in ſecundis interuenit, arg. ſ. de iureiuran. quanto.
1 to. †{Cōpellas.} No. ꝙ ſi quis cum duabus ꝯhat ſponſalia, primæ tantū adhærere debet, & cogēdus eſt ad eam redire, vt hic. Fallit in caſibus. Primus eſt, ſi alter ſpōſorū ad religionem trāſeat, ſ. de conuer. cōiu. ex publico. Secūdus eſt, ſi ſpōſus vagus nō inueniť, ſ. eo. de illis aūt. Tertius eſt, ſi alter coniugū leproſus, vel paralyticus fiat, vel naſum amittat, vel aliqd ei deterius cōtingat, ꝯ de coniug. lepro. c. literas, ſ. de iureiur. quēadmodū. Quartus eſt, ſi ſuperueniat affinitas, 27. q. j. ſi quis ſponſa, filij, & ſufficit in hoc caſu ſolum famā probare, ſ. eo. præterea. Quintus eſt, ſi mutuo ſe abſoluāt, ſ. eo. præterea, j. Sextus, ſi alter fuerit fornicatus, ſ. de iureiu. quēadmodum. Septimus, ſi cum alio contraxit per verba de præſenti, j. de ſponſ. duo. c. j. Octauus eſt, ſi in minori ætate fuerunt contracta ſponſalia ab ambobus: nā cum ambo ad legitimam ætatem venerint, vterque altero inuito licentiam nubendi obtinebit, j. de deſponſ. impub. de illis.

CAP. XXIII.

CVm apud ſe. {Signis.} Speciale eſt in matrimonio, vt nutibus contrahi poſſit propter periculum, quod eſſet, ſi contrahi nō poſſit, & contrahere non poteſt, niſi ſuus adſit conſenſus, ſecus autem in alijs contractibus, qui poſſunt per procuratores talium celebrari. {Signis.} ff. de leg. 3. nutu.

SVMMARIVM.

Matrimonij ſacramentum non ſolum conſenſum, ſed verba etiam illum denotantia in valentibus loqui expoſcit.

CAP. XXV.

TVæ fraternitatis. {Conſenſum.} Sponſalia ſine verbis fiunt, ſ. per annuli ſubarrhationē. {Conſenſum.} Licet n. ſolus conſenſus ſufficiat ad matrimoniū ꝯhendum mutis, vt ſ. eo. cum apud, in loquentibus tamen nō ſufficit quo ad eccleſiam ſine verbis, arg. 22. q. 2. is qui. ff. de leg. 3. nutu. imo plus vř, ꝙ etiā ſi cōſtet modo, ꝙ ad inuicē conſenſerunt, quia hoc confitenť, tñ eſt matrimoniū ſine verbis, vt hic. Et eſt hęc ratio, qa ſic ſtatuit eccleſia, licet ſit ꝯ ius naturale, quod eſt, ꝙ ſolo cōſenſu ꝯhitur matrimoniū, ſed fuit iuſta cauſa ſtatuti huius, ſ. ne tantū ſacřm eſſet in incerto. & ſi ꝯtrium diceretur, ſequeretur abſurditas, ſ. ꝙ ſi vir & mulier eundo per viā ſibi inuicem placerent, & in corde ſuo deſiderarent, ꝙ eſſent coniuges, ſequeretur, ꝙ inter eos eſſet matrimoniū, quo nihil eſſet periculoſius. ſi autem parentes pro filijs ꝯhant, ſufficit filiorum taciturnitas, 30. q. 2. onerantur. ff. de ſpōſ. ſed qui patris, j. de deſpōſ. impub. acceſsit, de illis. Item vbi pceſſerunt aliqua verba apta ad ſponſalia ꝯhenda, vel matrimoniū, propter aliquod tamen impedimentū non valeant ſponſalia, vel matrimonium, poſtea tamen per ſolam carnalem copulā pręſumitur matrimoniū, j. de eo, qui dux. in ma. veniens, j. de coniu. ſeruo. c. vlti. {Nam.} Et ꝙ poſsint ſine verbis ꝯhere, probatur. [Nam.] &c. [Et pueri.] Item probat, ꝙ non ſemper verbis contrahitur matrimonium. [Quia & pueri.] &c.

SVMMARIVM.

In foro animæ iudicatur ſecundum confeſſionem, ſed in foro eccleſiæ requiritur probatio.

CAP. XXVI.

TVa nos duxit. {Fortè.} Hoc fortè non poniť dubitatiuè, ſed aſſertiuè. [Videmus.] Nā licet hic proteſtatus fuerit, ꝙ non cōſentiebat in eā, vel non ꝯhere, ſed decipere intendebat, nō proficit ſibi, quia non ſubeſt iuſta cauſa proteſtationis, vnde per ꝯtrium factum renunciare intelligitur proteſtationi, vel potius ſibi prodeſſe non debet, quia facto ꝯtria dicit, arg. ſ. de appel. ſolicitudinem, & no. de hoc ſ. de conſti. cum M. Ferra. ſ. eo. veniens. præterea in his ad cōem intelligentiam recurrendū eſt, ſ. eo. ex literis. Alij ꝯtrium dicunt, i. ꝙ proteſtatio ſufficit, vt non probetur matrimoniū. ſed ideo dicit Papa, ꝙ non vř, qualiter ſibi hoc conſtet, quia cū nullus interfuerit ſponſalibus, de proteſtatione ſibi conſtare non potuit, vt in foro Eccleſiæ iudicare poſſet non fore matrimoniū. ſed in foro animæ iudicare poteſt, vbi iudicatur ſm confeſsionē, ſed in foro Eccleſiæ ſecus eſt. [Nos autem.] Quia licet quo ad eccleſiā non poſsit de hoc conſtare, tñ ſi ita foret, ſic eſt reſpondendum. [De facto.] ſ. deſponſationis. [Subſtantia.] Puta cōſenſus, 27. q. 2. & ſufficit. & hoc intellige ſm interrogationē epi, quamuis in veritate ꝯtrium præſumatur, vt ſ. dictum eſt. [Forma.] Quia non fuerunt verba apta matrimonio contrahendo, ſine quibus non perficitur matrimoniū, ſ. eo. tuæ. vel dic, ꝙ verba ſatis erant apta, ſi vocaretur Ioannes, ſed quia ſic non vocabatur, nō ſeruabatur forma. Sed obijcies, quare ergo dictū eſt ſ. ꝙ pſumendū eſt matrimoniū? Reſpo. qa deſpōſatio apparebat, q ſufficit pro ſpōſalibus etiā ſine verbis, licet nō ſufficeret ad matrimoniū, & quia non licebat ei allegare, ꝙ ſuū nomen fraudulenter mutaſſet, ſ. de dona. inter dilec.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non impeditur ſola denunciatione, niſi adſit fama.*
2 *Fama quomodo probetur.*

CAP. XXVII.

CVm in tua. {Contrahentiū.} i. ꝯhere volētiū. [Maiorū.] i. antiquorū ſuorum propinquorū. [Quæſiuiſti.] Dubitat iſte eps. an in hoc caſu liceret recipere iurā propinquorū, qui iurare volebant nullū impedimentū cōſang. eſſe inter eos. & erat cauſa dubitationis, quia non videbantur recipiēda, cū nullus actor ꝯ matrimoniū appareret, & ſic videbantur ſine cauſa iurare. vel cauſa dubitationis fuit, quia videbatur, ꝙ per talē denunciationē & famam nō deberet poſtponere recipere ſacřa, nec prohibere matrimonium. [Grauis.] Idē vř, & ſi turpis, ſ. eo. præterea. Sed illud ideo eſt, quia enim perſona denunciante dicebatur perpetratum peccatum. [Fama.] No. famam probari, ſupra de teſti. tam literis, &
1 c. cauſam. & idem de ſcandalo. † No. ſolam denunciationem non impedire matrimonium, niſi adſit fama. {De plano.} In-
2 fra de accuſa. ſicut olim. † No. plenariam inquiſitionem fieri de fama: nam multiplex clamor facit fidem de ea, infra de accuſa. qualiter. item & ſine ordine iudiciario & ſine teſtibus poteſt

quis

quis certiorari de fama. [Famam.] Hi habebant neceſſe iurare, quod fama falſa eſt. {Contrahentes.} Ideſt ꝯhere volentes.

CAP. XXVIII.

COnſultationi tuæ. [Audiētia deneg.] Et ſi poſſeſſorio agatur, ſupra de reſtit. ſpolia. ex tranſmiſſa, & c. ex parte. Alij tamen contradicunt.

SVMMARIVM.

Matrimonium ſi remaneat per dantem arrhas, amittit eas, ſi per recipientem, reddit duplicatas.

CAP. XXIX.

GEmma mulier. [Stipulatio.] Pro P. [Pœnæ.] ff. de verbo. obl. Titia, in prin. ſecus. n. dicimus in arrhis: nā ſi per dantē arrhas remaneat matrimoniū, amittit eas. ſi vero per recipientē, reddit duplicatas, niſi expreſſè dictū ſit, ꝙ quadruplicatas reddat. C. de ſpōſ. mulier, rñ. j. §. quadrupli. & idē dicimus ī pignorib. cū pignora arrhę dicant. C. de re. pig. l. j. ceſſat aūt hæc pęna arrharū ſi intra bienniū nō exequit nuptias. C. de ſpon. ſi is. ff. de ſpōſ. ſæpe. Itē pp mortē ſponſi, vel ſponſę. ff. de ſpōſ. arrhę. Itē pp perſonam ſpōſi, cū quo matrimoniū interdicitur. C. de ſpōſ. mulier, §. qui vero, & §. his quoque. Item propter minorem ętatem, vnde ſecutius eſt parentibus dare. C. de ſponſ. l. vlti.

CAP. XXXI.

SI inter virum & mulierē. [Alia.] Qualia ſunt ſ. eo. ex parte, ſ. promitto tē pro coniuge tenere. [Similia.] Puta contraham tecum, ſ. eo. requiſiuit, & ſ. c. proxi.

SVMMARIVM.

Matrimonium non fit, niſi verè carnalis copula interueniat.

CAP. XXXII.

ADoleſcens. Ideſt maior 14. ann. {Deſponſatam.} Cum iam eſſent ambo puberes, quia tunc non fit matrimoniū, niſi vera carnalis copula interueniat. ſi. n. ante pubertatem ꝯxiſſet ſponſalia, tunc per aduentum pubertatis cum talibus facta, ratificantis diceretē verū matrimoniū factū, ſicut no. j. tit. proxi. atteſtationes: alij tñ ꝯdicunt. [Cognoſcens.] Et de hoc conſtet per cōfeſſionem: ſecus, ſi dubitaretur, ſ. eo. iuuenis, quia tunc p̄ſumeretur carnalem copulam interueniſſe, j. tit. proxi. continebatur.

De deſponſatione impuberum. Rubrica 2.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia ſi inter impuberes contracta ſiat altero inſciō, an publicæ honeſtatis iuſtitia impediat matrimonia cum conſanguineis.*

2 *In ſponſalibus tacitus conſenſus non habet locum, niſi in patre.*

CAP. I.

1 DVa nos. [Adulto.] l. pubere. †[Cōtrahere.] Matrimoniū, vel ſponſalia. ſi autē eſſet maior ſeptennio, ſed impubes, etiā ſi ꝯtā ſponſalia ſint eo inſcio, tamen pu. ho. iuſti. impedit matrimonium cū conſanguineis, j. eo. acceſſit. alij ꝯ, cum non fuerunt ſponſalia, niſi tacite vel expreſſè conſenſerit, ideo nec pu. ho. iuſti. impedit ꝯhere cū conſanguineis, & hoc magis placet. {Conſentit.} Tacitè ſaltē non ꝯdicendo, cum p̄ſens eſſet. ff. de ſponſ. hæc ita, ſic dic neceſſarium eſſe, ꝙ in matrimonio expreſſè cōſentiat, ſ. tit. pro-

2 xi. tuę. †Item in ſponſalibus tacitus conſenſus non vr̄ habere locum, niſi in patre, arg. ſ. de ſponſalib. §. vlti. & §. ſed quę. in alijs autem, & ſi pro alijs ꝯhere poſſunt, eſt tamen neceſſarius conſenſus expreſſus, vel ratihabitio, ſ. tit. proxi. ad id, præalle. l. hæc ita ſi. & no. j. de ma. ꝯ trac. ꝯ interdic. eccl. c. j. imo nec ratihabitio tacita ſufficit, ſ. de reſtit. ſpol. ex parte. {Poſſe.} Et fortè in hoc caſu non impediente pub. ho. iuſtitia poterit cū conſanguineis contrahere. [Filius.] Adultus. {Voluntas.} Puta quia ſit minor 14. ann. qui in matrimonium conſentire non poteſt. {Tradere.} i. tradendum promittere, & ſic ꝯhuntur ſponſalia.

SVMMARIVM.

Sponſalia infra 7. annum, & matrimo. infra 14. ann. prohibentur, & quare.

CAP. II.

VBi non eſt conſenſus. [Legibus.] Puta in ſpōſalib. vſq; ad 7. ann. & vſq; ad 14. in matrimonio. [Coniungantur.] Contrahendo ſponſalia vel matrimoniū, ideo fit hęc prohibitio, quia cum poſſint poſtea variare, & cū faciles ſint pueri ad diſſentiendū, timetur, ne tranſeāt ad alia matrimonia, tñ facta tenent. [Cōiungantur.] Carnaliter: & fit iſta prohibitio pp dubitationem, ne per talem commiſtionem ratificentur ſpōſalia, ſ. tit. proxi. iuuenis, vel matrimonium, j. eo. continebatur.

SVMMARIVM.

Ætas 12. ann. in muliere, 14. ann. in mare præſumitur potens generare, & ſi tunc non poſſint, matrimo. tamen an tunc contrahere poſſint.

CAP. III.

PVberes à pube. {Exiſtimant.} Et bene. [Certum.] q. d. habente 14. ann. & non potente coire: ſuit dubitatū, an poſſit ꝯhere matrimoniū, ſed de potente coire, licet ſit minor 14. ann. certum eſt, ꝙ ꝯhere poteſt. [Ex habitu.] Secus, quando agitur de tutela, quia ibi ſufficit habere ann. 14. & ſi generare nō poſſit. C. quādo tut. vel cura. de indecora. ſed hoc verū eſt, quod in hac decr. dicitur, etiā ſi ante 14. ann. poſſit generare: nam in 14. ann. & ſi generare non poſſit, tamē matrimoniū ꝯhere pōt, arg. j. eo. tit. c. vlti. alij tamen dicunt, ꝙ etiam ſi habeat 20. ann. & nō poſſit cognoſcere mulierē, nec contrahere poterit, arg. hic, & idcirco ponit ætatem 12. vel 14. ann. quia tunc præſumitur potens generare, niſi probetur ꝯtium, arg. ad hoc, & de frigi. & male. c. 2. ſed aliud eſt in frigidis, vt ibi no. prius dictum placet.

SVMMARIVM.

Sponſalia ante ſeptennium nulla ſunt, in ſeptennio tamen eorum ſcientia confirmantur.

CAP. IIII.

LIteras tuas. [Poſtquam.] Licet. n. à principio nō tenuerint ſponſalia, niſi tamen poſt contradixerunt, ſi ſciuerunt, in ſeptimo confirmantur, j. c. proxi. & c. duo. {Filiam.} Filiam enim habere non poteſt impediēte affinitate, 30. quæſt. 3. nec eam, nec matrem propter publicę honeſtatis iuſtitiam, ſ. eo. iuuenis.

CAP. V.

ACceſſit. [Conſenſerit.] Expreſſè vel tacitè. Lapſo enim ſeptennio, ſi ſciuit, niſi contradicat, conſenſiſſe videtur in ſponſalia, j. eo. duo. {Abſolutus.} Antequam ad 7. ann. perueniſſet: ſed & ſine abſolutione crederem ſufficere, ſi in ſeptennio alter proteſtetur, ſe nolle conſentire.

SVMMARIVM.

1 *Statur ſemper dicto viri dicentis ſe cognouiſſe vxorem maiorem 11. ann.*

2 *Quæ ſit ætas legitima ad contrahendum.*

3 *Sola cognitio non ſufficit ad hoc, vt ſit matrimonium.*

4 *Nunquid ex hoc, quod mulier ſit cognita, dicatur eſſe in ætate pubertatis, & vide in num. 5. & 6.*

CAP. VI.

COntinebatur. {Conſenſiſſe.} Supple, etiā ſi vir ꝯdicat eā ſe carnaliter

1 cognouiſſe. †[Standum.] 24. q. j. c. a. ꝯ, 27 q. 2. qui inter, ꝯ. Sol. vir dicit ſe cognouiſſe vxorem maiorem 11. ann. ſiue illa confiteatur, ſiue neget, ſemper ſtabitur iuſo viri, vt hic, niſi per aſpectū corporis mulier aliud probaret, i. virginitatē. quidam tamen dicunt, cū ſæpe oculus fallatur, niſi ꝯtium expreſſè indubitanter per teſtes appareret, ſemper eſt ſtādum pro eo, qui dicit ſe cognouiſſe. [Si autem.] q. d. dictū eſt in p̄cedenti parte huius c. quid iuris ſit, ſi mulier peruenit ad nubiles annos, nunc aūt dicendū eſt, quid iuris ſit, quando nondū

2 peruenit ad annos nubiles, ſed tñ vicina eſt eis. †{Vndecim.} Ita, ꝙ diſtet à 12. ann. i. ante 12. cęptum vltra 6. mēſes, arg. ff. de

a execu. tut. notandum. nos dicimus • eā eſſe circa 11. ann. ſi habet 11. cōpletos, & dimidium. & hoc eſt ea ratione, quia legitima ætas ad ꝯhendū eſt 12. anni cōpleti, non cępti, ſ. eo. puberes, & hic, tamen tene quicquid dicant gl. aliæ. ſed etiam ſi ante 12. vel 11. ann. eſſent cōiuncti, & aliqua p̄ſumptio apparet pubertatis,

3 iudicarē pro matrimonio, arg. j. eo. à nobis. †[Cognita.] Hoc ſolum; ſ. cognitio non ſufficit, vt matrimoniū ſit, & ſine hoc ſola deſponſatio cū verbis aptis matrimonio ſufficit, ſi eſt proxima pubertati, & ex aſpectu corporis pōt aliquo modo deprehendi eā eſſe potentē ad generandū. vel dic, ꝙ nunquam ſufficit, ꝙ ſit proxima pubertati, qñ in ſola verbis matrimonij, vel ſponſaliū ſteterūt ad hoc, vt matrimoniū pręſumatur, niſi 12. ann. habeat cōpletos, ſ. eo. puberes, vel niſi ex aſpectu corporis appareat eā pubeſcere, ſ. eo. puberes. quare. n. poſuiſſet decre. 12. ann. ſi ſufficeret 11. vel 10 & dimidiū, non video: ſed ſi ſit, vel dicatur cognita à viro, tunc habet locū hæc decre. ſ. quia ſufficit, ꝙ ſit in

4 11. vel etiā amplius circa 12. †Sed dices, nonne ſi cognouit eā, apparet eſſe puberē eam? Reſpon. poteſt. n. eſſe, ꝙ lanuginē in fęmore non producit, q̄ ſola eſt ſignū pubertatis, & tamen clauſtra pudoris aperta ſunt, & ſic cognita apparet, vel p̄ſumitur, li-

5 cet ſigna pubertatis non appareant. †Sed oppones, nonne & ſi in 10. vel 11. ann. aperta eſſent clauſtra pudoris, idem p̄ſumeres, ſ. de ſponſ. iuuenis? Reſpon. nō, quia ibi non loquitur, ꝙ p̄ſumatur carnalis copula interueniſſe, ſed conſenſus, vel cognitio aliqua ſponſaliū ante 11. ann. licet aperta ſint clauſtra pudoris, non p̄ſumitur matrimoniū, vel carnalis copula interueniſſe de

facili,

ADDITIO.

a ¶Nos dicimus. Hanc opin. tenet etiam Card. in conſ. 4. incip. in dubio præmiſſa, & refert do. Inno. hic.

facili, niſi apertioni clauſtrorũ alia indicia adminicularentur,
fortè magnitudo perſonæ, vel aliæ, q̃ mulieres melius norũt, ex-
pedit dicere, vel literis adnotare. vel dic hãc decr. locũ habere,
vbi in minorib. annis ɔ̃xerunt, ſed poſtea peruenièntes ad maio-
rẽ ætatẽ, ſi vnus petat ſeparari, & alter dicat, cognouit eam dum
erat in 11. ann. vel magis vicina 12. nõ ſeparabit̃ matrimoniũ,
quia põt dubitari, ꝙ tunc fuerit potẽs cũ permiſit ſuper ſe virũ
aſcẽdere, & iõ in tutiorẽ partẽ interpretandũ eſt, ſ. de ſpõ. iuue-
6 nis. †Sed de hoc oportet ɔſtare, ꝙ vilus ſit eã cognoſcere: nõ. n.
ſola ætas 11. ann. ſufficeret. ſed hęc opi. in hoc ɔ̃dicit proxi. quia
dicunt, ꝙ licet hi in 11. ann. viſi ſint cõmiſceri, ſi tñ de hoc põt
conſtare mulierẽ non eſſe puberẽ, ſ. quia lanuginem nõ habet,
non iudicabitur matrimonium, niſi peruenerit ad ann. 12.

SVMMARIVM.

Iudicium eccleſiæ quando circa matrimonium ſit neceſſarium.

CAP. VII.

DE illis. Hic primo loquitur, qñ ambo ſunt infra
annos pubertatis: nã tunc vterq; eorum ad
pubertatẽ perueniẽs iudicio eccleſię de iure petit ſe-
parationẽ, ante autẽ petere non põt. Secũdo ponit, qñ tpe, quo
ɔ̃hunt, alter eſt maior, alter minor: nã tunc minor, cũ ad puber-
tatẽ venerit, ſeparationẽ petit, maior aũt nullo tpe iudicio ec-
cleſię petet ſeparationẽ, q̃uis ſi ɔ̃hat m̃rimoniũ tenet, ſ. tit. pxi.
c. pen. & ſm hoc intelligo c. ſeq. [Si vero.] Ex tunc loquitur, qñ
tpe quo ɔ̃hũt, vnus eſt pubes, & alter impubes. [Iudicio eccle-
ſię.] Hoc iudiciũ eſt neceſſariũ, vbi ſpõſalia tenẽt, ſed poſtea ex
aliqua cauſa ſeparantur. ſed ſi nõ tenerent, puta quia inter cõ-
ſanguineos, vel quia prius cũ alia ɔ̃xiſſet, vel ẽt quia ſub condõ-
ne erant celebrata, vel quocunq; alio modo ſint nulla, nõ eſt ne
ceſſariũ hoc iudiciũ eccleſiæ, licet quodãmodo ſit honeſtũ. Itẽ
dicimus, ẽt ſi matrimoniũ ſit nullũ, ꝙ tunc nõ eſt neceſſarium
hmõi iudiciũ, niſi fortè cõiuncti eſſent matrimonialiter, quia
tunc ſi recederet ab eo ſine iudicio eccleſię, daret̃ ſibi reſtitutio
vxoris, j. de diuor. porro. [Diſſentire.] Ita ꝙ eccleſia approbet:
ſed ſi ɔ̃xit cũ alio, matrimoniũ tenet. & eſt hoc verum, vbi tenẽt
ſponſalia: ſecus autem, ſi non tenerent, quia tunc maior poſſet
ſeparationem petere per iudicium eccleſiæ, ſ. eo. c. acceſsit.

SVMMARIVM.

Matrimonium per verba apta ſi impuberes contrahant, nec matrimonium, nec ſponſalia inde ſiunt.

CAP. VIII.

A Nobis tua. [His.] ſ. ambobus ɔ̃hentibus. [Ma
trimoniũ.] ſ. futuri. [Eorũ.] ſ. ɔ̃hẽ-
tiũ. {Aſſenſum.} Vnde dicũt quidã, ꝙ ſi impuberes
per verba matrimonio apta ɔ̃hant matrimoniũ, & hoc ẽt intẽ-
dant, non eſt matrimoniũ, quia illud ɔ̃here nõ poſſunt, nec ſpõ-
ſalia, quia ad illa nõ intendunt, arg. ff. de ſpon. quæſitũ. ff. de ritu
nup. minorem, verũtamen ſi vſq; ad legitimã ætatem in eadem
voluntate perſiſtant, ratificatur matrimonium, arg. j. c. proxi. &
d. l. minorẽ. Põt tamen probabiliter dici, ꝙ ſponſalia ɔ̃hunt iu-
ris poteſtate, licet illa ɔ̃here non intendant, vel verba nõ dicãt,
arg. j. de ɔd. appo. ſuper eo. j. eo. c. vlt. [Tenẽtur.] Neuter. n. an-
te pubertatem petet ſeparationem, ſed poſtquam ambo, vel al-
ter tantum ad pubertatem peruenerit, petere poteſt, ſ. c. proxi.
[Anticipare.] Malitia ſuppleente ætatem, j. c. proxi.

SVMMARIVM.

Pubertati proxima illa ſola in matrimonijs dicitur, quæ cognoſci poteſt.

CAP. IX.

DE illis. Quod apparet ex lanugine, vel facti expe-
rientia. [Carnali.] Hoc vr̃ ſatis innui in ma
trimonijs illã ſolã dici proximã pubertati, q̃ cogno-
ſci poteſt, arg. ſ. c. puberes. In tutelis aũt ſecus dicerem, vt no. in
decr. puberes. & idẽ ꝙ in matrimonio dicã in ingreſſu monaſte-
rij, alij ɔ̃. {Conſenſiſſe.} Vel dicendo verba apta matrimonio,
vel cognoſcendo eam, & hoc innuit litera ſequens, conu. &c.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa matrimonij non ſolum publicatis atteſtationibus, ſed etiam poſt ſententiam auditur.*

2 *Impuberes licet contrahant, non tamen dicitur matrimonium contractum, niſi per carnalem copulam ratificetur.*

3 *Licet ſponſalia inter infantes minores ſeptennio contracta non teneant, ratificantur tamen, niſi in ſeptimo anno contradixerint verbo, vel facto.*

4 *Verba ſunt de neceſſitate interuenienda in matrimonio contrahendo.*

CAP. X.

A Tteſtationes. [Credit.] Hic credit̃ cõfeſsio-
ni mulieris, quia eſt ɔ̃ ſe, & vir
non dicebat ɔ̃riũ. aliter. n. eius dicto ſtaret̃, ſ. eo. cõ-
tinebatur. vel dic, ꝙ ẽt ſi mulier fuiſſet corrupta, & nõ vir, tamẽ
eſſet matrimoniũ cõſummatũ, de hoc no. j. de eo, qui cog. con-
1 ſan. vxo. ſuæ. fraternitatis. †[Teſtes.] Speciale eſt in cã matrimo
nij, ꝙ nõ ſolũ poſt publicatas atteſtationes, ſed ẽt poſt ſniam au
dit̃, ſ. de re iud. lator, & c. cõſan. vel dic, qd hic erat nouus articu
lus, ſuper quo licet poſt publicatas atteſtationes, de nouo pro-
2 ducere teſtes, ſ. de teſt. ex tenore. †[Probare.] No. ꝙ ſi impube-
res ɔ̃hant, quantocũq; tpe ſteterint poſt pubertatem, nõ tamẽ
de ſponſalibus ſit matrimoniũ, niſi de nouo cõſenſerint per car
nalẽ copulã, q̃ ſecuta inducit p̃ſumptũ matrimoniũ, ſ. tit. pro-
3 xi. is qui. †In ſponſalib. tñ dicimus, ꝙ ſi infantes minores ſeptẽ-
nio ɔ̃hant ſponſalia, ea non teneant, tñ ratificantur, niſi in ſepti-
mo anno ɔ̃dixerint verbo, vel facto, puta cũ alio ɔ̃hendo, ſ. c. li-
teras. & c. acceſsit, j. e. duo. & eſt mirabile, quod de nihilo lapſo
tẽporis ſit aliquid, puta de nõ ſponſalib. ſponſalia, ſed id, quod
aliquid eſt, non mutat naturã, quia non ſit de ſpõſalibus matri-
moniũ. Alij tamen ɔ̃riũ dicunt, hic incũbere probationẽ mulie
ri, quia ſigna apparebant diſſenſus, puta quia vir diſceſſerat ab
ea: ſecus ſi nec ſigna diſſenſus, vel cõſenſus apparebãt, quia tũc
deberet p̃ſumi de ſponſalib. factũ eſſe matrimoniũ. primũ dictũ
magis placet. [Cõſenſiſſet.] Cognoſcendo vel de nouo ɔ̃hẽdo.
alias. n. & ſi oſculatus eſt eã, vel ſi habitaret cũ ea nõ p̃ſumerem
matrimoniũ, j. de ma. ɔ̃. ɔ̃ interdic. eccl. c. j. [Iuro.] Speciale eſt
4 in hoc caſu, vt actore nihil probante reus iurare cogatur. †[Cõ-
ſenſit.] Si. n. vir cõfiteretur, ꝙ poſt ann. 14. cõſenſit & voluit, ꝙ
ipſa eſſet vxor eius, licet non interuenerit carnalis copula, vel
ſignũ ɔſenſus exterioris, tñ matrimoniũ debet inter eos indica-
ri, cũ ſponſalia præceſſerint, q̃ pp cõſenſum ſequentẽ tranſierũt
in matrimoniũ: ſecus aũt eſſet, ſi non p̃ceſsiſſent ſponſalia, quia
tũc licet adinuicẽ eodem tpe cõſenſus occultus ſine verbis, vel
aliquo tractatu p̃cedente interueniſſet inter aliquos, non face-
ret matrimonium, cum in eo ɔ̃hendo in potẽtibus loqui neceſ-
ſaria ſint verba, vel tractatus præcedens, vt no. ſ. tit. proxi. tuæ.

SVMMARIVM.

Sponſalia licet nõ teneant, ſi tamen cognoſcat mulier, videt̃ illa habere rata.

CAP. XI.

EX literis. {Liberã tribuas.} ſ. eo. de illis, à nobis,
ɔ̃. Sol. hæc mulier nunq̃ conſenſit ſpõſa-
lib. parentũ, vnde cũ eſſet pubes, non tenuerunt ſpõſa-
lia, ſ. eo. c. j. vnde ɔ̃dicere põt, & ibi ipſa libera volũtate ɔ̃xerat,
vnde ɔ̃dicere nõ pot. hic tñ no. ꝙ licet non teneant ſponſalia, ſi
tamen poſtea cognoſcat, rata habere vr̃ ſponſalia ſuo nomine
ɔ̃cta. vel hic de æquitate, vel ibi interuenerat iuram, hic non.

SVMMARIVM.

Sponſalia infantium lapſu temporis ratificantur.

CAP. XII.

DVo pueri. [Per tres annos.] No. ſponſalia infan
tiũ lapſu tẽporis ratificari. {Copula
uit.} Hoc matrimoniũ tenuit ſiue ſtatim peruenerit
ad pubertatẽ, ſiue poſt, cũ eam cognouit. [Reliquit.] Et malè.
[Accepit.] Et malè impediente publ. ho. iuſtitia. {Compulit.}
Et malè, cum alium virum haberet, & ſi copula interueniſſet,
propter affinitatẽ. [Dabitur.] Hæc inhibitio ſit propter delictũ
vtriuſque, ſic 27. q. j. §. Chriſtus, vel propter ſcandalum.

SVMMARIVM.

1 *Accuſationis, & denunciationis differentia.*

2 *Comparatio matrimonij ſpiritualis ad carnale quo ad denũciationem, & de virtute denunciationis, in num. 3 4. & 5.*

CAP. XIII.

1 AD diſſoluendum. {Remouere.} Et ſup
hoc inĩatur. †[Denũ-
ciari.] No. accuſationẽ non habere locũ, niſi ſuper
crimine iã perpetrato, denunciatio autem ſuper perpetratis, vt
pnĩa agatur, & ſuper perpetrandis, vt ceſſet̃, locũ habet, j. de ac-
cuſ. qualiter, 22. q. 5. hoc vr̃, 93. diſt. diaconi. ff. de dam. infec. l. 2.
2 †[Denunciari.] Hoc eodẽ modo dicimus poſſe agi in matrimo-
nio ſpũali: nã electo nõ petente confirmationẽ, vel conſecratio
nẽ poſſum denũciare ſuperiori, dñe, talis eſt in tali peccato, vn-
de non põt, nec debet cõfirmari & cõſecrari, 22. q. 5. hoc vr̃. ſed
caueat ſibi ille, qui denunciat, quia non põt denunciare pecca-
tũ, quod ſit in forma electionis, ſi eius executionẽ nõ impedit,
nec de crimine, de quo egit pnĩam, niſi ſit tale, qd' poſt pnĩam
impediat executionẽ ordinis, ſ. de renũ. niſi cũ pridẽ. §. j. & no.
2. q. j. ſi peccauerit, ar. ɔ̃, 50. di. ex penitẽtib. ſed illud loquit̃ ĩ ir-
regularitate, & criminib. vbi diſpẽſatio eſt neceſſaria. Itẽ ɔ̃, j. de
ele. excõ. mi. ſi celebrat: ſed expone, vt ibi. Itẽ denũciatione agi
3 tur ɔ̃ electũ poſt cõfirmationẽ, ſ. de app. cõſtitutis. †Itẽ no. ꝙ li-
cet denunciatio impediat cõfirmandũ, & conſecrandũ, non tñ
debet tñ operari, vt electores reuocet ab electione, niſi credãt
verũ eſſe, qd dr̃. nec pp hoc eſt impedienda, vel prohibenda à ſu
periore celebratio electionis, niſi fortè incõtinenti haberet pa-
ratas probationes, ſ. de his, q̃ ſi. à ma. par. cap. c. cum in cunctis.
4 †Alij dicunt fortè melius, ꝙ non eſt dr̃ia inter ordinationẽ, &
conſecrationẽ, & electionẽ, quia vtrobiq; & ordinator, & con-
ſecrator, & elector diligentes debent eſſe, vt inquirant de perſo
na ordinandi, & cõſecrandi, & eligendi. ſi. 23. diſt. c. qñ, 61. diſt.
miramur, 7. q. 2. dilectiſsimi. & denunciationes audire debẽt ɔ̃
prædictos,

prædictos, ſi credunt denunciantes bona intentione moueri, &
verũ eſſe quod obijciunt. ſi aũt non credant, nihilominus poſ-
ſunt procedere ad ordinationẽ, & cõſecrationẽ, & electionẽ, &
tenebit quod factũ eſt, ẽt ſi denunciator appellet, & ẽt ſi dicat
ſe habere paratas probationes, quia hęc ꝓdicta, ſ. ordinario, cõ-
ſecratio, & electio nõ fiunt in forma iudicij, ſed officia, vel mini
ſteria ſunt. hoc tñ fatemur, quia ſi corã ſuperiore ꝓbauerit ve-
ras cauſas, ex quibus appellauit, ꝙ totũ caſſabitur, qđ factũ eſt,
ad minus quo ad executionẽ, ſ. de elec. cũ inter, & ſ. de app. cõ-
ſtitutus. poſſet ẽt ſuperior ordinatori & cõſecratori imponere
pęnã, ſi inueniret ꝓdictos perperam proceſſiſſe, vr̃ tñ, ꝙ ſi ſit cõ
miſſa denunciatio, & procedatur ordine ſuo, ꝙ poſtea pẽdente
denũciatione, nec ipſe, qui in denũciatione procedit, nec alius
ad ordinationẽ, vel conſecrationẽ, procedat, arg. hic, licet in ele
5 ctione forte eſt aliud, de hoc aũt no. j. de ſimo. accuſatũ. †In cõ-
firmatione aũt, cũ procedit in forma iudicij, & cũ cauſę cogni-
tione, bene admitteret talis appľo, & caſſaretur, quicquid fie-
ret poſt talẽ appľonẽ, ẽt ſi non probaret veras cauſas appľonis,
ſ. de app. interpoſita. & quod dictũ eſt in ordinatore, cõſecrato-
re, & electore, ſ. ꝙ nõ obſtante ꝯdictione, & appľone cuiuſquã,
tenet, quod ab eo fit, idẽ vr̃ ẽt in eo, cui mãdatũ eſt, ꝙ prouideat
in aliquo beneficio alicui, & eo, qui deputatus eſt executor ad
dandũ. & hoc dicimus ꝓdicta ratione, quia iudex non eſt, nec in
forma iudicij procedere debet, imo ẽt idem dicimus, ſi alias ha
beret iuriſdõnem, vt ẽps, & ad eũ pertinet collatio beneficiorũ,
quia non teneretur admittere hmõi exceptiones, vel denuncia
tiones, nec appľo ob hoc interpoſita impediret proceſſum eius,
niſi probaretur veritas cauſarũ, ſ. de app. ꝯſtitutus, & c. ſeq. imo
ſi prouiſor, vel executor vult audire exceptiones, vel denuncia-
tiones hmõi, il e. qui debet prouidere, poſſet dicere, non perti-
net ad te, quia tñ executor es, ſ. de re iudi. de cętero. licet ſecus
eſſet in ordinario. ſi aũt prouiſor haberet cauſæ cognitionẽ, vt
ſi mandatur, ꝙ prouideat, ſi eſt idoneus, vel ꝙ alias cõpellat, tũc
oppoſitã exceptionẽ, vel denunciationẽ audiet, & appellari po
teſt, & quicquid fieret poſt talẽ appľonem ſi offerret probatio-
nẽ cauſarum, caſſaretur, ſ. de app. interpoſita, prudenter tñ fa-
cier merus executor ſi audietur, quod eum monet, & ſi cõſulue-
rit ſuperiorẽ. {Contrahendũ.] Maximè vbi de eorũ ſponſalib.
agitur, quia tunc ſunt vicini ꝑcipitio, 22. q. 5. hoc vr̃. {Exceptio
nibus.} Quia nõ ꝓceſſit monitio, j. de accu. qualiter, vel quia
eſt criminoſus denunciator, 2. q. 7. accuſator, 3. q. 7. in grauibus.
{Attentetur.} i. ne ſpõſalia de nouo ꝯbantur. {Ceſſet.} Quia
apparebit lapſo termino denunciationi ꝓfixo. [Attentatũ.] Per
extorſionem, vel violentiam. {Irritum.} i. puellæ non præiudi-
cat. vel dic, ꝙ ideo dr̃ irritum, quia pendente cauſa ſeparabitur.
vel dic, quod obtinet in ſponſalibus, non in matrimonio.

C A P. XIIII.

TVæ nobis. [Mutuo.] Per verba de pñti. [Aetatis] i. 12. ann. cõpleuerit. [Aetatis.] Quia 12. an. nõ hẽbat. [Aetatẽ.] Hic ſatis colligit̃, ꝙ ſiue mu
lier hẽat 12. ann. ſiue cognoſcibilis ſit, põt ꝯhere matrimoniũ.

De clandeſtina deſponſatione. Rubrica 3.

EXPOSITIO AD RVBRICAM.

¶Clandeſtinũ matrimoniũ dr̃, quod nõ põt probari ꝑ teſtes, j. c. j. & 2. Itẽ quod non fit cũ ſolennitate, j. eo. c. 3. 30. q. 5. aliter, licet, quę non debeant fieri, tamen facta tenẽt, 30. q. 5. noſtrates.

S V M M A R I V M.

Matrimonium clandeſtinum, quid ſit.

C A P. I.

SI quis clam. Ideſt nõ publicè, ſed tamẽ tot fuerint præſentes, quot ſufuciebant ad probationem, alias malè ſequeretur, viro incumbit probatio. {Viro.} Petenti vxorem, & ſi mulier petat virum, quia negantis factum, & c. 6. q. 5. actor., ff. de proba. ei incũbit.

C A P. II.

QVod nobis. {Compellendi.} Vt ſe habeant pro coniugibus. {Rationabilis.} Vt conſanguinitas, vel aliud impedimentũ, puta quia fiat præiudicium alij matrimonio, vel aliæ conſimiles.

S V M M A R I V M.

1 *Cur fuerit ſtatutum, quod fiat publicatio ſolennis in eccleſiis cum quis vult contrahere matrimonium cum aliqua, & in quibus eccleſiis fieri debeat, in num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

C A P. III.

CVm inhibitio. [In eccleſijs.] Nõ in vna tñ, ſed in omnib. eccleſijs illius
1 loci, vbi habitãt, vel ſaltẽ in plurib. †[Proponatur.] Cũ
periculoſum ſit illicita matrimonia ꝯhere & ꝑꝑ peccatũ, & ꝑꝑ
illegitimitatẽ filiorũ dignũ eſt, ꝙ hęc ſolennis publicatio in ec-
cleſia fiat, ad idem j. qui ma. accu. poſ. cum in tua. nã circa ma-
iora maius periculũ vertitur, 42. diſt. quieſcamus, & hac eadem
ratione poteſt dici, ꝙ hęc publicatio debet fieri in eccleſijs, vbi
antiqua habitatio eſt parentũ vtriuſq;. illi. n. ſunt, q melius no-
runt conſanguineos ſuos, ſ. de teſti. c. licet ex quada, j. qui ma.
accu. poſ. vr̃. Item q̃rendum eſt de conſanguinitate, vbi melius
2 veritas ſciri poteſt, ſ. de elec. ſcriptum, j. de purg. ca. cũ P. †Item
deriſio eſſet dicere, ꝙ publicatio hęc alibi fieret. ſi. n. Scotus, vr̃
Hibernicus vult ꝯhere Bononiæ cũ aliqua ſiue Scota, ſiue Lõ-
barda, quis erit, qui de eorũ cõſanguinitate ſciet teſtificari, cum
nec terrã nouerit, & ſi alibi eſſet eorum antiqua habitatio, alibi
moderna, vtrobiq; fieri deberet. nã in primo loco, quia melius
ſciunt gradus conſanguinitatis: in ſecundo, quia melius ſciunt,
ſi cũ alio ꝯxiſſet. Tamen dicunt quidã, & non malè, quia licet
bonũ ſit vtrobiq; nunciate, tñ ſi ſolũmodo fiat, vbi eſt eorũ anti
qua habitatio, ſufficit ad hoc, vt filij eorũ non iudicentur illegi-
timi, quia hęc cõſtitutio nõ iudicat illegitimos ꝑꝑ ceſſationem
denunciationis, niſi illos, qui in caſu prohibito ſunt coniuncti.
tñ quidam credunt idẽ, & ſi aliud impedimentũ adſit, j. qui fil.
ſint legi. ex tenore. nã ibi dr̃, ꝙ ad hoc, vt filij ſint legitimi, opor-
tet, ꝙ matrimoniũ ꝯtum poſt aliud matrimoniũ ſit ꝯctũ in fa-
cie eccleſiæ & ignorante altero cõiugũ, ſed vbi non fit publica-
tio ſm̃ tenorẽ huius decre. nõ fit in facie eccleſiæ, ergo nec filij
ſunt legitimi. Alij dicunt, ꝙ in facie eccleſię fit, ſi fit publicè ẽt
ſine ſolẽnitate huius decre. & ideo ſufficit, ꝙ tñ publicè ꝯhat̃,
3 & erunt filij legitimi, dũmodo ſit alterius ignorãtia. †Sed quid
ſi vbi eſt eorũ antiqua habitatio, non habeat cõſanguineos, ſed
alibi, & in pluribus locis, nunquid vbiq; erit neceſſe fieri publi-
cationem? Reſpon. non: non. n. oportet circa hoc nimis ſubtili
zare ꝑꝑ periculũ illegitimitatis filiorũ, licet ab initio multa ſit
diligentia adhibenda, ſed ex poſtfacto ꝑꝑ cauſam ꝓdictam, quã-
4 tum põt, debet negligentia tollerari, vel potius excuſari. † Sed
quid ſi publicè ꝯxit, & tenuit aliam, ſ. primam pro vxore, nun-
quid hęc publicatio facta in eccleſijs ſufficit, vt ſine peccato cõ
iungatur ſibi alia, ſ. ſecũda, an debet q̃rere ſñiam diuortij, & ẽt
iuſtitiam ſñiæ, i. ꝙ iuſtè ſeparatus ſit à prima? Reſpõ. ꝙ hęc mu
lier, quæ ſciuit prius matrimoniũ, non excuſatur à peccato, nec
eius filij erunt legitimi, ſi poſtea appareat legitimũ primũ ma-
trimonium, & nunquã per eccleſiã ſeparatum. debuit. n. quęre-
re ſñiam diuortij. negligens. n. fuit, & ideo non debet excuſari,
quin ſciuerit impedimentũ. debuit. n. diligentius inquirere, quã
per ſolã publicationẽ, arg. ſ. vt li. non cõteſt. qm̃, ſ. de ſpon. in ꝓ-
ſentia, 35. q. j. cũ per bellicam, quo ad alia impedimenta ꝓter cõ
ſanguinitatẽ modicũ operatur, niſi quia facit aliq̃n præſumi,
quia ſi crederet aliquod impedimẽtũ eſſe ſuo matrimonio, nõ
feciſſet ſuum matrimoniũ per eccleſias publicari. ſed hanc prę-
ſumptionẽ tollit, ſi publicè credebatur, vel ſciebatur, ꝙ cũ alio
ꝯxiſſet. ff. de iur. & fac. igno. regula iuris. Diſcat igitur cautius
negociari. C. de ſurtis, in ciuilem. & hęc vera ſunt, ſi erant perſo
næ notæ ſibi adinuicẽ: nã ſi eſſet vnus de vna prouincia, & alius
5 de alia, ibi facilius prę ſumeretur probabilis ignorantia. †Si aũt
nihil ſciret de priori matrimonio, licet publicè ꝯxiſſet, nec ipſa
eſſet in peccato, nec filij illegitimi, quia ab impedimento excu-
ſat eos ꝯctum matrimoniũ publicè, & ignorantia, q̃ ambo in-
teruenire oportet, vt excuſetur, vt expreſsè colligitur j. in pal.
decre. qui fil. ſint legi. ex tenore. Item & ſi ſñia lata ſit, dũmodo
non ſit appellatũ, ſufficit ad excuſationẽ matrimonij, & legiti-
mationis filiorum, quamuis poſsit poſtea ipſa ſñia retractari, &
ẽt retractetur, ſ. de re iudi. tenor, quia probabilem cauſam ha-
bent erroris. imo vr̃ etiã, ꝙ ſi ſciuerunt matrimoniũ primũ, &
ignorante altero ꝯhant, ſm̃ quod credebant primum matrimo
niũ ſeparatum probabiliter, ꝙ ſine peccato ſunt, & filij ſint legi
timi, etiã ſi nulla fiat publicatio in eccleſijs, ſ. de ſpon. cum in
Apr̃ica. ſed hoc non credo, nam ex quo mulier ſciuit virũ habe
re aliã vxorem, non debet cũ eo ꝯhere, vel ei credere ſuper ſepa
ratione primi matrimonij, niſi per veritatẽ hoc ſciat, arg. ſ. de
ſpon. in ꝓſentia. nec ꝯdicit decre. cum in Apoſtolica, quia licet
ignorantia illa excuſet, vt poſtea poſsit cum ea ꝯhere, non ob-
ſtante ꝙ de ea ducenda fidem dedit prima viuente, non tamen
6 filios defendit ab illegitimitate. †{Probabilis.} No. ꝑꝑ proba-
bilem coniecturam interdici matrimonium, ſ. de ſpon. cum in
tua. {Interdicatur.} Per ipſos presbyteros. Alij dicũt per ſolos
ordinarios. [Si ambo.] Secus ſi alter, j. q fil. ſint legi. ex tenore.

De ſponſa duorum. Rubrica 4.

S V M M A R I V M.

Sponſalia bina quando in iudicium vertuntur, & dubitatur de altero, quæ partes ſint iudicantis.

EXPOSITIO AD RVBRICAM.

¶Vnde no. ꝙ ſi aliquis petat aliquã in vxorẽ, & probet ꝙ ipſe ꝯxit cũ ea de ꝓſenti, & mulier ſimiliter probet, ꝙ ꝯxit cũ alio

de præſenti, nec probet aliquid de antecedenti tpe, reus abſol-
uetur, quia vbi obſcura ſunt iura partiũ, pro reo interpretandũ
eſt, ſ.de fi. inſtru. inter dilectos, ff. de re.iu. fauorabiliores. & idẽ
vr̃, ſi duo egiſſent ꝯ eandẽ mulierẽ, & de vtroq; ſimul ↄſtaret, ꝙ
cũ ea ↄxiſſet, ſed non conſtaret de anteriori tpe, ꝙ abſoluenda
eſt ab vtroq;, vel potius differenda eſt ſnĩa, quouſq; de anterio-
ri tpe probetur. ſi autẽ primo cõſtaret de vno, quam de alio, qui
fortè non habuit ita paratas probationes, tunc ẽt idem dicen-
dum vr̃, ſ. ꝙ differenda eſt ſnĩa, ne præiudiciũ fiat alij matrimo-
nio, arg. j. de eo, qui cog. conſang. vxo. ſuæ. ſuper eo, j. de frigi.
c.j. vbi no. & c. laudabilẽ. quo ad hunc tñ articulũ poſteriorẽ ſe-
cus eſt, ſi agitur de pbenda, vel poſſeſsionibus, quia tunc ſtatim
ẽt pro primo probante fertur ſnĩa, ſed caueбis cõdẽnato, quod
ſeruabis eũ indemnẽ, ſi fortè aliquas faciat expenſas pro eo, ꝙ
rem pendente lite reſtituit. ff. de rei vindi. 1s à quo, & l. ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſalia quot modis contrahantur.*
2 *Cum in ſponſalib. apponitur conditio, tamen intelliguntur cõtracta ſpõſalia.*
3 *Matrimonium ratificari dicitur per ſubſequentem copulam.*
4 *Signum expreſſum matrimonij contracti eſt manum ſtringere annulo.*

CAP. I.

DVobus modis. [Fides.] Quo ad ſpõ-
ſalia ↄhenda, vel ma-
trimonium. [Pactionis] i. per verba de futuro,
1 [Et cõſenſus.] ſ. per verba de pſenti. †{Ducet.}
Quatuor modis ↄbuntur ſpõſalia, ſ. nuda pro-
miſsione, ſ. cũ dicit vnus alteri, accipio te ĩ meã
vxorem, & ↄ, vel æquipol. j. eo. c. j. & hte. Idẽ ẽt credimus, ſi in-
habiles ad ↄhendum matrimoniũ verbis vtantur matrimonio
aptis, ſ. accipio te in meã, & ecõuerſo, arg. ſ. de deſpõ. impu. at-
teſtationes, & c. duo, & c. à nobis. ibi. n. dicit matrimonialiter
coniungebantur. Itẽ datis arrhis ſponſalitijs. C. de ſponſ. arrhis.
Itẽ annuli ſubarrhatione, 27. q. 2. ſi quis deſponſauerit. Sed aſt
melius probare vr̃, ꝙ per annulũ tm̃ ſpõſalia ↄhuntur, quia ma-
trimoniũ nõ ↄhir̃, niſi verbis aptis matrimonio interueniẽtib.
dũmodo ↄhentes loqui poſſunt, ſ. de ſponſ. iuẽ. Item iuro ↄbũ-
2 tur ſponſalia, ſ. de ſpon. de illis. †{Si promiſerit.} Hic ſatis ex-
preſsè habes, ꝙ ſponſalia intelliguntur ↄcta, qñ conditio in ſpõ
ſalibus apponitur. hoc. n. conſtat, ꝙ ante aduentũ conditionis, i.
anteq̃ eã cognoſceret, fuerunt ſpõſalia de futuro, poſtea. n. fuit
matrimonium, ſ. de ſpon. 1s qui fidẽ. Item talia ſponſalia indu-
3 cunt publicę honeſtatis iuſtitiã, ſ. de ſponſ. ad audientiã. † [Rẽ
ſecum.] Siue intelligat de fornicario coitu, ſiue de matrimonia
li, ſemper ſecuta copula ratificatur matrimonium, ſ. de ſpon. 1s
qui. {Conſenſus.} Obtinendo, nõ obtento, i. ſi in me conſenſe
ris, ego cõſentiam in te, vel ſi dederis centũ, ego accipiam te in
4 meã. †[Stringit.] Annulo, & ſic vr̃, ꝙ manũ ſtringere annulo ſit
expreſsius ſignũ matrimonij ↄcti, q̃ aliquod aliud, ſed certè hoc
vult dicere, quia & ſi cõſuetudo ſit, quod qñ matrimonium ↄhi
tur, ꝙ mulier ſubarrhatur annulo, tñ & ſine ſubarrhatione an-
nuli ſit matrimonium ſolo conſenſu, & verbis de præſenti.

CAP. II.

ACcepiſti. {Deſponſatam.} Per hæc verba de
præſenti.

CAP. IIII.

TVa fraternitas. [Deſponſatione.] i. ꝙ aliquas
petũr, q̃ ſe eas deſpõſaſſe di-
cũt. [Irritare.] Perpetua diuortij, vel ad tps ad agẽdum
pniãm, vel melius, quouſq; cognoſcar̃, an teneat primũ mr̃imo
niũ, 33. q. 4. nõ oportet, & ſic intelligo ſ. de deſpon. impu. duo,
& c. ad diſſoluendum, & ſic non eſt ↄ, 35. q. 3. contradicimus.

De conditionibus appoſitis in deſponſatione. Rubrica 5.

S V M M A R I V M.

1 *Nunquid inboneſta conditio inducat matrimonium, & vide in num. 4.*
2 *Sponſalia, in quibus honeſta conditio interuenit, ſuſpenduntur quouſque fue-
rit adimpleta, & in num. 3.*

CAP. I.

1 QVicunq;. †[Sub cõditionis.] Etiã inhone-
ſta, ſed non ↄ nãm matrimonij,
puta ſi furtũ fecerit. idẽ in impoſſi, ſecus ſi eſſet
inhoneſta, & ↄ nãm matrimonij, j. eo. c. vlti. 32.
q. 2. c. a. aliqñ, & c. ſolet, quia tunc matrimoniũ
2 nõ tenet. † Itẽ ſecus in honeſta & voluntaria cõ-
ditione, quia hæc ſuſpendit ſpõſalia, quouſq; fuerit adimpleta,
vel carnalis copula ſubſecuta, vel cõſenſus de pſenti, j. eo. de il-
3 lis. † Itẽ eſt conditio honeſta & neceſſaria, vt ſi Chriſtianus ↄhẽs
cũ Iudæa dicat, ſi facta fuerit Chriſtiana: alias. n. non tenet ma-
trimonium, 29. q. 2. c. non oportet, & 28. q. 2. idolatria. vbi in-
nuitur, ꝙ quælibet turpis conditio diſſoluit matrimonium. ſed
dic illud loqui de diſſolutione, quę fit quo ad thorũ, & nõ quo
ad diſſolutionem vinculi coniugalis. non autẽ habet locum in
collationibus factis eccleſijs, quia ibi ſi apponatur cõditio ↄ na
turam ↄctus, tñ tenet ↄctus, 10. q. j. c. j. & idem eſt in collatione
ordinum, 28. diſt. diaconi, & monachatus, j. tit. proxi. inſinuan-
te, vbi no. Sed in alijs ↄctibus conditiones ↄ naturam, ſicut cõ-
ditiones impoſsibiles, vitiant contractum, Inſtit. de inuti. ſtipu.
§. impoſsibilis. ff. de act. & obl. non ſolũ. ſed in vltimis volunta-
tibus pro non adiectis habentur. C. de inſti. & ſubſti. l. reprehẽ-
denda. {Voluerit.} Forte ꝙ non adimpleuit conditionẽ furti fa
4 ciendi. †[De ſponſatio.] Nam ſi interuenerunt verba pſentis tẽ-
poris, puta cõſentio in te ſicut in vxorem, ſi feceris furtũ: ſtatim
eſt primũ matrimonium, nec ſuſpenditur per conditionẽ. ſi ve-
ro dixerit, accipio te in vxorem, ſi dederis centũ, ſuſpendetur,
quouſq; det centũ, j. eo. ſuper eo, & ſi interim ↄhat cum alia de
præſenti, tenet, j. eo. de illis. ſi vero dixerit, ↄham, ſi dederis cen-
tum: datis centum, non eſt matrimonium, ſed ſponſalia. vnde ſi
datis centum cum alia ↄhat, tenebit matrimonium. ſimiliter ſi
dicat, impono tibi annulum ita, ꝙ ſi dederis centũ ſit matrimo
nium, datis centũ matrimoniũ firmũ erit. & eodẽ modo ſi dixe
rit ſint ſponſalia. nã dans centum erunt ſponſalia, alij contra.

S V M M A R I V M.

Libertas an ſub conditione detur.

CAP. II.

CVm ſit propriũ. {Presbyter.} Huius pſby
teri intererat, quia erat ſa-
cerdos illius monaſterij, vbi hi manumiſsi morari de
bebant. [Hanc conditionẽ.] Minus bene ſumũt hic quidã, arg.
ꝙ in ſpũalib. interuenit conditio, imo libertas ſub cõdõne dar̃.
nec. n. pp hoc pcisè cogir̃ monachus fieri. [Fuerat.] Clericus, vr̃
patronus. nã ſi eſſet monachus, cũ non poſſet habere ſeruos, nõ
poſſet eis dare libertatem, 12. q. j. non dicatis. vel libertati onus
ſpirituale adijcitur, ſ. de ſerui. non ordinan. eo. Iterum repete,
quę diximus ſ. de ſeru. nõ ordinan. de famulis. {Exhibe.} q. d.
ſic de tranſgreſſo mandato pœniteat, & etiam ſic firmas cautio
nes ab eo habeas, quod vlterius ſimile facere non attentet.

S V M M A R I V M.

Conditiones inboneſtæ matrimonio appoſitæ ſunt reijciendæ.

CAP. III.

DE illis autẽ. [Accipiam.] Quid ſi dixerit accipio?
Rñ. idem, j. eo. ſuper eo. {Accipiã.}
Quid ſi talis ſit conditio, ſi inuenero te virginem, ſi
mihi in primo coitu placueris. dicimus tales conditiones inho-
neſtas, & ideo reijciendas, ſupra eo. c. j.

S V M M A R I V M.

*Conditiones à iure non improbatas quiſque in alienatione rei ſuæ appone-
re poteſt.*

CAP. IIII.

VErum cũ aliqui. [Interpoſita cõditione.]
Ergo ſi dixiſſet, modo, ita
qd donatio ſtatim teneat, ſed imponir̃ onus donata-
rio, v. g. dono tibi hãc poſſeſsionẽ, vt oĩ die celebres vel cõſilĩb.
alias aũt bene licet eccleſiæ donare ſub cõditione, ſicut alij, &
niſi extiterit cõditio, nõ tenebit donatio, quia tũc donatio ca-
pit vires ex cõditione. [Reuocari.] Sed & ſi ſub tali cõdõne, ſ.
vt non alienet̃, ſit collatũ, & alienet̃ ob redẽptionẽ captiuorũ, &
alijs caſib. à iure conceſsis, tenet alienatio, ſi non ſint aliæ res, q̃
alienari poſsint, 12. q. 2. aurum, 10. q. 2. hoc ius. alias autem non
tenet, vt in Auct. de ſanct. epiſ. §. ſanctiſsimos. de hoc notatũ eſt
10. q. 2. c. 2. & no. ſ. de teſtamen. Raynaldus. Item nec in hoc ca
ſu reuocatur in ipſo iure, ſed neceſſaria eſt retraditio.

S V M M A R I V M.

Conſenſus de præſenti ſuſpenſus per conditionem de præſenti, an adueniente conditione faciat matrimonium vel ſponſalia.

CAP. V.

SVper eo. [Cõſenſit.] Per verba de pſenti. [Si pater.]
Idẽ credũt quidã de Papa: nam pñt ſic ↄhi
a ſponſalia, ſi Papa diſpenſauerit. alij dicunt, a & melius, ꝙ
cũ ſponſalia, vbi requiritur diſpẽſatio, nõ teneãt, quia ius ea p-
petuo prohibet, nec ſub condõne ↄhi potuerũt. ff. de verb. obl.
inter ſtipulantẽ. §. ſacram, & l. cõtinuus. §. pen. {Si cõſenſus.}
Hæc oratio vr̃ adducere cãm ↄrietatis: nã ſi poſt ſponſalia de fu
turo ſuperueniens cõſenſus de pſenti facit de ſpõſalibus matri-
moniũ, multo magis vr̃, ꝙ ſi à principio interuenit cõſenſus de
pſenti, ſed ſuſpẽſus fuit per condõnẽ, ꝙ per talẽ conſenſum ↄhi
deberet matrimoniũ, & non ſpõſalia. Sed tñ reſpõder̃ ↄtium, q̃a
non eſt verũ, ꝙ ſit cõſenſus de pñti, qui ſuſpenſus eſt per condi-
tionem de pñti, & quia hic conſenſus de pñti non eſt, ſed de fu-
turo,

ADDITIO.

a ¶Alij dicunt. Adde ꝙ hic refert & ſequitur Card. in conſ. 57. incip. ad primum quod de iure. col. 5.

turo, dicendũ vr̃, ꝙ ẽt poſtea interueniente conſenſu patris, tñ non erit matrimoniũ, ſed ſponſalia tñ. & ſatis dici poſſet, ꝙ cogi debet conſummare ſpõſalia. ſed dicunt quidã adueniente cõſenſu patris fieri matrimoniũ. cõſenſus.n. tunc interueniens ſignũ eſt conſenſus de ꝓſenti, dũmodo ꝯhentes ipſum cõſenſum requirant. & idẽ vr̃ ẽt, ſi ipſum cõſenſum non requirant, dũmodo non ꝯdicant, quia ſi ꝯdicerent, tunc ſine conſenſu de ꝓſenti non poſſet ꝯhi matrimoniũ. ſed ſi nõ appareat de ꝯditione, ꝓſumitur cõſenſus, quia pro matrimonio eſt ꝓſumendũ, j. c. proxi.

S V M M A R I V M.

Conditione honeſta matrimonio appoſita, ſi carnaliter copula ſequatur, matrimonium eſt.

C A P. VI.

PEr tuas literas. [Conſentirent.] Hæc conditio honeſta eſt, & ideo ſeruãda eſt, licet hæc conditio ſit appoſita, tñ ſi carnalis copula interueniat, ꝓſumitur à conditione receſſum, & eſt matrimoniũ, ĩ. eo. de illis. [Sibi.] Mulieri. [Pro matrimonio.] In hoc eſt fauor matrimonij, quia cũ teſtes dixerint de cõditione & copula carnali, ꝓſumitur copulã ꝓceſſiſſe ꝯditionẽ. [Quod ante.] Niſi hoc ꝓbaret, ꝙ ante copulã ꝯdixiſſent, ex tunc carnalis copula nõ ratificaret ſpõſalia, cũ iam ceſſaſſent ꝑ aduentũ conditionis. alij tamen dicunt, ꝙ ẽt ſi poſt ꝯdictionẽ patentẽ, vel alias impletam conditionẽ, ignorantes tamen impletam ſimiliter cõmiſcerentur, ꝙ ſit matrimonium, & renunciare intelliguntur cõditioni.

S V M M A R I V M.

Conditio in contrahendo appoſita, altero tacente nõ ſuſpẽdit matrimoniũ.

C A P. VII.

SI conditiones. [Melius diceret pacta.] Repete, ꝙ diximus ĩ. eo. c. j. [Dicat.] Altero cõſentiente: nã niſi ambo cõſentiant, nõ impedit matrimoniũ, 32. q. 2. aliqñ. ſi vnus dicat, ꝯho tecum, ſi generationẽ prolis vites, vel quouſq; pulchriorẽ aliã inueniam, ſed alius ꝯdicat, matrimonium eſt, vt in prĩcip. c. aliqñ. ſed ſi taceat, idẽ, quia præſumitur contradicere in fauorem matrimonij, ĩ. c. proxi.

Qui clerici, vel vouentes. Rubrica 6.

S V M M A R I V M.

1 *Votum quid ſit, & quis poſſit vouere, vel non, in num. 2.*

EXPOSITIO AD RVBRICAM.

¶[Vouentes.] Votum eſt cõceptio boni propoſiti cũ deliberatione firmata, qua quis ad aliquid faciendũ, vel nõ faciendũ ſe obligat. Et licet multa ſint vota ſm diuerſitatẽ rerũ ꝙ vouent, tñ votũ cõtinẽtiæ, & matrimoniũ impedit, & dirimit iam ꝯctũ.

2 †Põt aũt vouere quiſq; ſanę mentis votũ cõtinentię, niſi expſſè prohibeat, quia vouens, i. ſpiritu, ſ. ducit. prohibent aũt vouere cõiuges, niſi per cõſenſum. Itẽ nec furioſus, nec ſeruus. Itẽ nec impubes, i. puella minor 12. ann. & puer minor 14. ann. ſicut in m rimonio, & no. ĩ. de deſpõ. impu. puberes, & c. ꝯtinebat. imo fortè plus dicerẽ, quia votũ nõ teneat, niſi ſit potens coire, quia ꝙ nõ eſt expertus aculeos carnis, vouere cõtinentiã non põt, ẽt ſi ſit maior 14. ann. qđ tñ nõ placet. Alia aũt vota facilius crederẽ poſſe quẽquã facere, poſtquã diſcretus eſt, quia ſicut põt ſe diabolo obligare ꝑ pctm̃, ſic Deo ꝑ votũ, tñ votũ factũ ĩ minori ętate de monachatu tenet, ſi nõ ꝯdixerit maior factus, 20. q. j. illud, & q. 2. c. j. & 2. & ĩ. de reg. & tranſ. c. ad noſtrã. De voto ſolenni ſimplici dictũ eſt ĩ. de reg. & tranſ. ad relig. vidua, & c. porrectum.

C A P. I.

DE diacono. [Diſpenſatiuè.] No. laxam diſpenſationem epiſcoporum.

C A P. II.

EX literarum. [Ordinem.] i. religionẽ. [Ad vlteriores.] De conſilio loquitur: nam etiam in ſuperioribus diſpẽſare poteſt, ĩ. c. proxi.

S V M M A R I V M.

Votum quod dirimat matrimonium contractum, & quod impediat contrahendum.

C A P. III.

MEminimus. [Cogendus.] No. ꝙ ſemel ꝓfeſſus, dũmodo faciat in manibus eius, qui ptãtem habet recipiendi profeſsionẽ, vlterius ꝯhere non põt, ſed cogẽdus eſt ad rẽam, quã ꝓfeſſus eſt, trãſire vt hic. Itẽ dicimus in vouente & proponẽte ſeruare religionẽ, dũmodo votum, vel propoſitũ ſolemnizet per ſuſceptionẽ habitus ſiue profeſsionis, ſiue nouitij, vt hic, ĩ. de reg. cõſulti, j. eo. inſinuante. ſi vero alias votũ emittat ſiue de intrãdo religionem, ſiue de continentia, impedit matrimonium ꝯhendum, ſed nõ dirimit ꝯctum, vt hic, j. eo. rurſus. Idem dicimus, ſi ſuſcipiat habitũ ſine emiſsione voti, j. c. proxi. ĩ. de cõuer. cõiu. ex parte.

S V M M A R I V M.

Poſſeſſio quã a??? præiudicat.

C A P. IIII.

COnſuluit. [Velamen.] Probationis, nõ profeſſionis, nec fecit votũ, quia tũc ſecus, ĩ. c. proxi & ĩ. de reg. & trãſ. ſtatuimus. [Intrauit.] Idẽ eſſet, & ſi intraſſet ſine voto, vel propoſito perpetuo mutãdi vitã, ĩ. de reg. & trãſ. ſtatuimus. [Altare.] Hęc ꝓfeſsio ſic facta ſuper altare tunc prodeſt & ꝓiudicat, qñ hoc agitur de voluntate monachorũ, & ipſius profitẽtis, ꝙ obligatio ꝓfeſsionalis hinc inde ꝯhat, alias aũt non ꝓiudicaret. vel dic, ꝙ ſemper ꝓiudicat, qñ poſtea ſuſcepit habitũ ſine proteſtatione, ĩ. de reg. & tranſ. ꝯſulti, & c. ſtatuimus. [Obedientiã.] Hoc nõ ſufficit, cũ ẽt canonici ſeculares hanc promittant, ĩ. de maio. & obe. his, niſi obedientiã monachalẽ promitterent, puta quia omni ſuæ voluntati renunciarent, & oĩa cõmitterent voluntati Abbatis, quia tũc talis obedientia pro profeſsione ſufficeret, 12. q. j. non dicatis.

S V M M A R I V M.

Votum ſolenne ſicut non tenet poſt matrimonium contractum, ita ſimplex non tenet poſt ſponſalia de futuro.

C A P. V.

VEniens ad præſentiã noſtram. [Promiſit.] Sponſalia fuerunt de futuro. [Seueritate.] Nõ fuit hic metus, qui caderet in cõſtantẽ virũ. [Suis.] Eremitæ. [Votũ.] Secus, ſi profeſsionẽ feciſſet, vel habitũ ſuſcepiſſet, vt ĩ. eo. meminimus, vel ſe ei tradidiſſet, ĩ. de reg. & trãſ. porrectũ. [Licentiã.] De miſericordia: nã de rigore iuris ẽt poſt votum ſimplex non datur ei licentia nubendi, licet ꝯctum teneat, ĩ. c. proxi. vel ideo datur ei licentia, quia in perturbatione animi hoc facit, 17. q. 2. Gonſaldus, vel fuit potius permiſsio comparatiua, quàm licẽtia. Alij dicunt, ꝙ ſicut non tenet votũ ſolẽne poſt matrimoniũ ꝯctum, ĩ. de conuer. coniu. quidã, ſic poſt ſponſalia de futuro nõ tenet votũ ſimplex, arg. j. c. proxi. vt hic. cũ ergo non tenuerit, nõ debet ei nubendi licẽtia denegari, nec poteſt impediri matrimoniũ ꝯhendum, ſed licet non teneat votum propter conſtitutiones eccleſiæ, tamen peccat ꝯfaciendo, & ſeruare debet, ſic ſupra de conuer. coniu. quidam. & expone tribuere non poſtponas, ideſt non prohibeas.

C A P. VI.

RVrſus quidam. [Emittẽs.] Sine aliqua ſolẽnizatione. [Iurauit.] Hęc fuerunt ſponſalia de futuro. [Non minus.] i. nõ minori tempore, quia vtrunque ad pęnam ęternam, 22. q. 5. iuſi, vel apud Deum, ſecus tamen apud eccleſiam. [Votum.] Sicut enim in ſponſalibus priora ſponſalia ſunt conſummanda, ĩ. de ſpon. ſicut, ſic etiam in voto & ſponſalibus, ſi autem ſpõſalia ꝓcedant votum, credimus, ꝙ eſt cogendus vel ſolennizare votũ, vel perficere ſponſalia, ſupra de conuer. coniu. ex parte, in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Poteſt mulier in propria domo fieri monacha.*

2 *Non eſt contra ſubſtantiam monachatus, quod quis in certa loco moretur, & de certis redditibus viuat.*

C A P. VII.

INſinuante. [Supplicatum.] Quod faciendum nõ eſt, 36. q. 2. nullus. C. ſi nuptię ex reſcripto prin. l. j

1 †[Vt in domo.] Cum hæc conditio ſit ꝯ ſubſtãtiam monachatus, vr̃, ꝙ non teneat, ĩ. de ſtatu mona. cũ ad monaſterium, ĩ. tit. proxi. c. vlti. 32. q. 2. ſolet. Reſpon. illud in matrimonijs, & hic ſecus in monachatu. ſi. 28. diſt. diaconi. vel dic, ꝙ potuit fieri monacha in propria domo, 27. q. j. de viduis, & hoc ipſo, ꝙ ẽt ſit monacha, omnia bona eius quo ad proprietatem fiunt epĩ, vel monaſterij, cui ſpecialiter ſe reddit. C. de epiſcopis. nulli, 19. q. vlti §. vlti. & epĩs, vel Abbas poteſt ſibi concedere vſumfructũ ad voluntatem ſuam. Alij dicunt, ꝙ deueniant ad ſuccedẽtes ab inteſtato, arg. C. de epiſ. ſi quis presbyter. Alij dicunt, ꝙ ſunt in pendenti, ff. de iudi. non quẽadmodũ, & in canonem latæ excõicationis incidunt, ſi verberatur ab his, qui nouerunt, vel ab omnibus, qui habitũ portantem vident, j. de ſen. excõ. non dubium.

2 †Itẽ dic, ꝙ non eſt hæc conditio ꝯ ſubſtantiã monachatus, ꝙ in certo loco moretur, & de certis redditibus viuat, ſed aliquando Abbas, vel quilibet ſuperior poteſt hoc cõcedere ex cauſa, ĩ. de ele. cum inter R. ſed tñ nullus præter Papã põt ſe obligare, vt perpetuo dimittat aliquam eccleſiã, vel locũ alicui monacho, ĩ. de ſtatu mona. cum ad monaſteriũ, ſed & ſi obliget, nõ eſt ꝯ ſubſtantiã monachatus, quia nõ ponit ꝙ oportet, ꝙ habeat proprium, cũ in certo loco morãdo poſsit eſſe ſine proprio & in obedientia, ſed tñ, quia eſt turpis conditio, eſt reijciẽda & monachatus tenet, & ſi occurreret caſus, ĩ quo Abbas, vel ſuperior vellent ex malitia remouere illũ à loco, quẽ ei deputarunt, poſſet ſupplicare ſuperiori, & ſuperior eum audire deberet ad ſimilitudinẽ ſerui. C. de ꝓci. impe. oſſ. l. j. inſti. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. vel dic, qđ plus placet, ꝙ hęc mulier nõ erat monacha, & bene poterat habere propriũ, & tñ non pote-

rat nubere pp votum ſolenne, quod emiſerat, quod qualiter fieri poſsit, no. ſ. de reg. & tranſ. porrectum. [Propria.] Bona au-
3 tem ſunt epi. vel monaſterij.] {Habitu.} Per hanc habitus ſuſceptionem ſolennizatum eſt votum, & ideo dirimit ſequens matrimonium, vt no. ſ. co. meminimus. & hoc ideo eſt, quia apparuit voluntas eius de vita mutanda, imo plus dicimus, ꝙ ſine habitu ſolennizatur votum, vt no. ſ. de reg. & tranſ. porrectum. {Coercere.} ſ. de conuer. coniu. ex parte, in fi. Sol. ibi.

De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulte. Rubrica 7.

SVMMARIVM.

Vxore viuente, qui contrahit cum alia hoc ignorante, prima mortua an matrimonium ratificari, an de nouo fieri dicatur.

CAP. I.

PRopoſitum. [Mulier.] Quæ cũ nõ deliquerit, nec matrimoniũ teneat de iure, põt ab eo recedere, ſi poſtquã ſciuit impedimentũ, nullo modo cõſenſit, quia cũ ante mortẽ ſecundæ vxoris non fuerit matrimonium, quia nõ potuit pp impedimentũ alterius vxoris, nec poſt mortẽ fuit matrimonium, ſi ab eo diſceſsit, vel alia ſigna diſſenſus oſtendit. & ſufficit pro ſigno diſſenſus, ꝙ ẽt quando mulier credebat ſe legitimã vxorem, ab eo diſceſsit, & etiam ꝯ conſcientiã. Et hoc ſic probo: primus conſenſus nõ fecit matrimonium pp impedimentũ, nec potuit facere toto tpe vitæ alterius vxoris; nec poſt mortem põt fieri ſine conſenſu, quem conſtat non adeſſe, ex quo ab eo ſeparata eſt, licet iniuſtè, quia ſine iudicio eccleſiæ recedere ab eo non debebat, j. de diuor. porro. ſed ſi de nouo conſentiret in eã ſiue expreſsè ꝯhendo ſecum de nouo per verba formata, ſiue tacitè cohabitando ſibi carnaliter, ſiue non carnaliter more ſolito cohabitando ſibi in domo, vel alio modo, dicimus, ꝙ quaſi nouo conſenſu ſit matrimonium, & non tñ pp nouũ conſenſum, ſed ẽt pp veterem, quia licet nullum eſſet de iure, tamen effigiẽ matrimonij geſtabat, & quia præſumuntur in eadẽ volũtate permanere. C. de nup. & ſi ꝯ. ff. co. nuptiæ, eos, ſi quis. Sed dices, quõ ratificabitur per hunc conſenſum tacitũ, vel expreſſum id, quod nullum & illicitũ erat ꝯ id, quod eſt ff. cõmo. l. a. & ff. de verb. obl. inter ſtipu. §. ſacrã? Reſpon. hoc ſpeciale eſſe in matrimonio, ſ. de deſpon. impu. duo, & c. acceſsit, & c. atteſtationes. Vel dic, ꝙ generaliter verum eſt, quod diximus, quia quotieſcunq; ex alicuius ꝯſenſu pendet, ꝙ aliquid valeat, ſi eius ꝯſenſus accedat tacitus, vel expreſſus, dũmodo talis ſit, qui à iure non reprobatur, quod prius factũ eſt, ẽt ſi prius nõ valebat, tñ modo ex quaſi nouo conſenſu valere incipit vt ex nũc, nõ vt ex tũc. ff. de offi. procõ. obſeruare. §. fi. ff. ad Treb. ſed & ſi. C. cõia vtr. iu. l. j. & x. ff. de do. inter vi. & vxo. cũ hic ſtatus. §. ſi maritus. & pcedẽtes ꝯſẽſus tñ ad illũ vltimũ trahuntur. ff. de ſer. ruſt. pd. per fundũ. nec facimus vim, vtrũ ſciuerit aliã vxorẽ mortuã, necne, cũ tpe, quo põt eã habere vt vxorẽ, conſentiat in eã vt in vxorẽ, & ſolus cõſenſus facit matrimoniũ, 27. q. 2. ſufficiat. ſed in hoc facio vim, ꝙ bona fide ꝯxit matrimoniũ cũ iſto viro, ſ. ignorans eũ habere aliã vxorẽ, quia ſi ſciens eũ habere aliã vxorẽ ꝯxiſſet cũ eo, non crederẽ, ꝙ per hmõi tacitos cõſenſus ratificaretur primũ matrimonium, ſed ꝙ tñ ſicut prius, ſ. per adulterium cõmitteretur ei. & hoc eſt verum, ſ. ꝙ ſicut prędictum eſt, ratificatur matrimoniũ ex parte mulieris ignorantis & bona fide, vbi ẽt ex parte viri interuenit conſenſus cõiugalis. Sed ſi vir, qui ſciebat impedimentũ, nunc, cũ poteſt, nollet matrimonialiter cõſentire in eã, cogi debet de nouo ꝯhere, vt no. ſ. de ſpon. cum in Apoſtolica. ſi tñ poſt mortẽ prioris vxoris coniuncti ſunt, ſiue ſciuerint de morte prioris vxoris, ſiue nõ, amodo ſeparari nõ poſſunt, cũ ſemel ꝯſenſerint matrimonialiter cõiungi, & eo tpe, quo erãt ſoluti. alij ꝯ, vt no. ſ. de condi. appo. ſuper eo. Et idẽ credunt, ſi liber ꝯhit cũ ancilla ignorans eã ancillam, quia ſi poſtea fiat libera, ẽt ſiue ſciat eam fuiſſe ancillã, ſiue non, ſi poſt cognoſcat eã, ratificatum eſt matrimonium, arg. j. de coniu. ſer. c. 2. alij tamen bene, vt nobis vr, ꝯdicunt: nam ex conſequentia prioris conſenſus vr cognoſcere, arg. ff. de adul. quãuis, & l. ſi mulier. ff. de mino. l. 3. §. Scio, niſi aliquo probabili arg. appareat, ꝙ ei vellet matrimonialr cõmiſceri, vt no. j. eo. veniẽs, & quod dicimus de muliere, qñ eſt inſcia, idẽ intelligimus de viro inſcio, & multo fortius, qñ ambo ſunt inſcij, quidam tñ in multis ꝯdicunt his, q̃ hic notauimus.

SVMMARIVM.

Sponſalia de præſenti ſine carnali copula, an ſufficiant, vt non teneat matrimonium cum ſecunda conſummatum.

CAP. II.

SIgnificauit. {Conſenſerit.} Per verba de præſenti, quia ſi ſponſalia tantum interueniſſent, non diſſolueretur ſecundum matrimoniũ, ſ. de ſpõ. duo, licet. [Cognouerit.] No. ſufficere ſponſalia de præſenti ẽt ſine carnali copula, vt non teneat matrimonium cum ſecunda, cui fidem dedit, & cognouit tali ſponſa viuente, ſcilicet de præſenti {Alioquin.} i. ſi non interuenerit coactio. [Ad ſecũdam.] Scilicet quam deſponſauit prima viuente.

SVMMARIVM.

Vxore viuente, qui contrahit cum ſecunda, quando poſt mortem primæ impediatur eam habere in vxorem, & quando non.

CAP. III.

SVper hoc. [De facto.] Quia de iure nihil agitur in matrimonio ꝯhendo per verba de pręſenti. {Fidem.} De ea ducenda poſt mortem ſuæ vxoris, j. eo. cum haberet. [Fidem.] Idem eſt, & ſi cum ea ꝯhat ſtatim per verba de præſenti, & cognoſcat, j. c. proxi. & ſeq. ſecus aũt, ſi eam cognoſcat, vel in domum adducat tanquam concubinã, j. qui fil. ſint legiti. tanta, j. eo. ſignificaſti. Item ſi ꝯhat tantum, ſiue per verba de pręſenti, ſiue de futuro, & non cognoſcat, legitima viuente non impeditur poſt mortem cum ea ꝯhere, j. eo. c. vlt. ſi autem cognouerit eam, antequam cum ea ꝯhat, ſiue poſt, non poteſt cum ea ꝯhere, j. eo. c. vlti. machinatio autẽ ſufficit, ẽt ſi copula carnalis nõ interuenerit, & ẽt ſi fidẽ non dederit de ea ducẽda, ſed hãc intentionẽ habebat in occidendo marito, ſ. de cõuer. infi. c. j. in fi. ſi aũt occidiſſet eũ, ſed nõ hac intẽtione, licitè poſſet eã habere vxorẽ, arg. ſ. de cõuer. infi. c. j. in fi.

CAP. IIII.

EX literarum. [Sumpſit.] Et ideo non valuit, vl etiã aũt poſſet. [Aliam.] Facti cõſciã. {Superduxit.} Tanquam vxorem, vt no. ſ. c. proxi.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium ſolum non impedit matrimonium.*
2 *Filij illegitimi qui, & à quibus parentibus ali debeant.*

CAP. V.

1 CVm haberet. [Adulteriũ.] † Hoc adulteriũ, ſi non dediſſet ei fidẽ de ea ducenda, vel niſi facto contraxiſſet cum ea de præſenti, non impediret matrimonium inter eos, ſ. c. 2. & hic. [Eam.] Facti conſciam. {Contrahere.} De facto, & hoc fuit legitimũ impedimentum. {Quaſi.} Ideo dicit, & quaſi, quia in veritate ma-
2 trimoniũ nõ eſt. [Neceſſaria.] † In alimẽtis, nã in debitis exſoluendis & alijs neceſsitatib. nõ tenetur ſubuenire. ff. de lib. agn. ſi quis ab. §. ſi vel parens. Itẽ quod hic dr, intelligo ſm canones. nã ſm leges patres & aſcendentes per lineã paternã non tenentur alere filios, niſi iuſtos: matres aũt & aſcẽdentes per maternã lineã ẽt vulgo q̃ſitos alere tenẽtur. ff. de lib. agn. ſi quis, rñ. j. §. j. De alimentis aũt legitur & notatur ſ. de cõuer. cõiu. in fi. c. vlt.

SVMMARIVM.

Machinatio in mortem prioris vxoris impedit matrimo. cum ſecunda.

CAP. VI.

SIgnificaſti. {Alter.} No. ſufficere alterum machinatum in mortẽ prioris: vnde ẽt ſi vir in mortẽ ſuæ vxoris machinatur, adulteram, propter quã ducendam machinatus eſt, ducere nõ poterit, arg. 31. q. j. ſi quis viuente, & ſi machinatus eſt in mortem mariti cõcubinę, multo fortius, ſ. eo. ſuper hoc. [Formam.] No. etiam iniuſtè excõmunicatum abſoluendum ſecundum formam eccleſiæ.

SVMMARIVM.

Sponſalia priora ex cohabitatione ſublato impedimento præſumuntur ratificata.

CAP. VII.

VEniens. {Cohabitauit,} Ex quo copula interuenit, ſiue ignoret mortuam priorem vxorem, ſiue non, ratificantur priora ſponſalia, quia bene præſumitur, ꝙ ex quo timore peccati receſsit ab ea, ſi poſtea reddit ad eam, cũ ſine peccato poteſt ei cohabitare, ꝙ matrimonialiter ei cohabitare intendit. {Adulterę.} Ducendo eã poſt mortem vxoris primę, quod non poteſt eſſe, niſi ſciat eum habere aliam vxorem. {Adulterę.} Scienti, ꝙ aliã haberet vxorem: nam vir ei fidem dederat viuente vxore prima, ſicut ex litera apparet. {Concedatis.} Et non compellatis.

SVMMARIVM.

Contrahens cum ſecunda viuente prima, quam non cognouit, an ea mortua matrimonium cum ſecunda eſſe poſsit.

CAP. VIII.

SI quis vxore. [Ante.] Fidẽ datã, vel matrimoniũ de facto ꝯtũ cognouit, ꝙ ſi primã nunquam cognouit fortè pueniam morte, vel religione, dicunt quidam, ꝙ licet non tenuerit matrimonium, quod viuente prima contraxit, ſ. c. proxi. tamen poſtea cum ea cõtrahere potuit, cum primam non cognouerit. Alij dicunt contra, & pro eis ſufficere videtur ſ. eo. c. proxi. & c. 2. & hoc placet.

SVMMARIVM.

Vir tenetur ſequi vxorem neceſſaria cauſa: Vxor vero virum ex quacunque.

De

De coniugio leproſorum. *Rubrica 8.*

CAP. I.

PEruenit. {De conſuetudine.} 33.q.2.hoc ipſum. {Et viri.} No. virũ teneri ad ſequẽdum vxorem, cũ ex neceſſaria cauſa abeſt: aliter.n.vxor tenetur ſequi virum ex quacunque cauſa recedat, 13.q.j. vnaquęque, arg. 33.q.5.cum apud, niſi vellet eam trahere ad maleficium, j.de diuor.quanto, niſi eſſet vagabũdus, 34.q.2. ſi quia neceſsitate. [Sequatur.] Ad reddendũ debitũ, non ad iacendum in eodem loco, vel morandũ in eadẽ domo. [Poterunt.] Quidã credunt hoc ius cõe. alij dicunt eos præciſè cogendos, ſed hic de benignitate aliud tollerari, 32.q.5.horrendus, j.c.proxi.

CAP. II.

QVoniam nemini. {Separandæ.} Quin ſit matrimonium. {Soluẽdum.} Supra c.proxi.nota.

CAP. III.

LIteras. [Cogi.] Supra de iureiuran.quemadmodum, vbi no.

De coniugio ſeruorum. *Rubrica 9.*

SVMMARIVM.

Serui coniugati non debent ita à dominis diuidi, quod ſibi aliquando debitũ reddere non poſſint.

CAP. I.

DIgnum. {Seruitia.} Et ſi ſimul concurrat vxor ad petẽdum debitum, & dñs ad petendum ſeruitium: quia de debito reddendo ſe cito expedit, vñ dominus malitioſè faceret, ſi nec modicum momentum det ſeruo ad ſatisfaciendũ vxori, vnde eius malitiæ non eſt indulgendum. ff.de rei vindi.in fundo. quia tamen non potuit ſe obligare in præiudicium prioris obligationis, & quia res trãſit cũ onere ſuo, primo obediet domino, arg. ĩ.de iureiur.tua, niſi timeatur de adulterio, & tenetur eũ ſequi, quocunque dñs miſerit eum. ſi tamen vellet eum vendere Græcis, fortè nõ poſſet, quia ſeparari non debent, arg. C.cõmunia vtri. iudi. poſſeſsionum, 54.diſt. fraternitatem ſed alicui propinquo cogi poterit ad vendendũ bonis cõdõnib interest.n.ne qs re ſua malè vtaẽ, Inſti.de his, qui ſunt ſui vel alie.iu.§. pen. ff.eo.ſi dñs. Itẽ credimus, ſi diuerſorum ſerui & ancillę copulentur, quod non debẽt ita diuidi, ꝙ ſibi aliquando debitum reddere non poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Error deterioris conditionis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.*

2 *Edictum de matrimonio, prohibitorium eſt.*

CAP. II.

PRopoſuit. {Carnaliter.} Pendente autem lite non reddet ſibi debitum, ſed prius excommunicationem ſuſtinebit, j.de ſenten. excom. inquiſitioni. ſecus eſt in adultera, quam in vxore, de qua no. j.de ſenten.excom. inquiſitioni. [Audiuit.] Et credidit: non.n.cuilibet referenti credendum eſt, 23.q.4 quam magnum. ff. quod cum fal.tu.l.2.& titubans pro ignorante habendus eſt.C.de cõ-
1 di.indebi.l.vlt.ff.de lib.ho exhi.l.3.§.his. {Diuortij.} † Et qdẽ error deterioris cõditionis impedit matrimonium ꝯhendum, & dirimit iam contractum, vt ſi liber contrahat cum ancilla, vt hic per totum. ſed ſecus eſt, ſi ſit ibi error maioris vel paris cõditionis, vt ſi ſeruus cum libera contrahat, vel etiam cum ancilla, etiam ſi credat eam liberam, quia non habet quid ſibi obijciatur, 31.q 7.per totũ, arg.j.de diuor.ſignificaſti. †Item alia ratione, quia edictum de matrimonio eſt prohibitorium, & tenet matrimonium ſeruorum etiam dñis contradicentibus. [Mulieris.] Ideſt dño mulieris, vel de ęquitate canonica loquitur.

CAP. III.

LIcet. {Conditionem.} Aliter enim eſt de iure, 35. quæſt.4.liberi.C.de rei vindi.partus. {Patris.} Quantum ad patrem ſufficiebat quinquennium. C.ne de ſtatu deſun.l.j. & l. ſi pater. {Iudicandum.} Non eſt diuortium faciendum.

CAP. IIII.

AD noſtram. [Intellexit.] Et credidit, vt no. ĩ. eo.c.j. [Cõſenſerit.] Repete, qđ diximus de eo, qui duxit in ma.c.j.

De natis ex libero ventre. *Rubrica 10.*

CAP. I.

INdecens eſſe. {Ad ſeruitium.} Ideſt in ſeruitutem, C. de natis ex libero ventre, lege ptima.

De cognatione ſpirituali. *Rubrica 11.*

SVMMARIVM.

1 *Cognationis ſpiritualis diuiſio.*

2 *Cognatio ſpiritualis inter quos prohibeat matrimonium.*

EXPOSITIO AD RVBRICAM.

1 ¶Cognatio† ſpiritualis diuiditur in paternitatẽ, & filiationẽ,
2 & fraternitatẽ, ſororitatemq́. † non.n.procedit ad nepotes, & vlteriores: filia.n.ſpũalis mea põt ꝯhere cum filio filij mei, licet nõ cũ filio meo, arg.30.q.3.c j.& ſufficit ea ſola ratio, quia prohibitũ non inuenit matrimoniũ inter tales, & credimus, ꝙ non ſolũ filio legitimo nõ põt copulari filia ſpiritualis, ſed nec illegitimo, filio autem adoptiuo filia ſpiritualis legitimè copulaẽ.

SVMMARIVM.

Conſuetudo in contrahendo matrimonium valet, in contracto non.

CAP. I.

VErũ autẽ. [Mfimoniũ.] Fortè illi, q ſunt, 30.q.4.ſuper quib. [Poſt ſuſceptũ.] Sed ꝯ vñ, quia primus canõ intitulatus eſt noĩe Paſchal.ij.qui fuit poſt Vrbanũ, qui eſt ſecundus intitulatus. ſed potes dicere, ꝙ Gra. errauit in titulo: debuit.n.dicere Paſchal.j. vel loqtur de alijs canonibus, qui nõ ſunt in noſtris cõpilationib. [Cõſuetudo.] Quæ in ꝯhendo matrimonio valet, ſed in ꝯcto minimè, arg. ĩ.de ſpon. duo. licet, & c.tuas, j.eo.ſuper, cõtra. ibi ſol. quamuis dici poſſet, ꝙ cum iſta impedimenta ſint per conſtitutionem eccleſiæ inducta, per ꝯtiam conſtitutionem, vel cõſuetudinem legitimè introductam poterit contrarium introduci.

CAP. III.

SVper eo. [Ita ꝙ.] Hic reddit ad primũ caſũ, ſ.ꝙ qñ filius, per quem ꝯcta eſt ꝯpaternitas, ꝯhit. alij intelligunt de alijs filijs, & exponunt verbum, ſeparare, ad pęnitentiam agendam, nõ ad thorum, vel in perpetuum.

SVMMARIVM.

1 *An poſſit quis ducere in vxorem commatrem.*

2 *Item qua commaternitas impediat matrimonium.*

3 *An fornicarius poſſit accipere in vxorem commatrem fornicariæ ſuæ.*

CAP. IIII.

MArtinus Bertam. [Suſcepit.] Poſtq̃ ꝯxit cũ T.& eam cognouit, quia tũc ei cõpaternitatẽ q̃ſiuit, 30.q.4.ſi quis vnus.
1 ſecus aut ſi copula ſecuta eſſet cõpaternitatẽ, 30.q.4.c.j.†[Qui ſpiritualem poſt ſuſceptũ.] Tunc.n.nõ ſunt effecti vna caro ante cõpaternitatẽ, licet eſſet ſponſa de pſenti, tñ non q̃reret cognationẽ ſpiritualem: vnde non prohibetur aliquis cõmatrem, quã vxor q̃ſiuit, dũ ſponſa erat, ducere in vxorẽ. alij tñ dicunt ꝯ.
2 †Quib.aũt caſib.qs poſsit habere duas cõmatres vxores, & q̃ ꝯmaternitas hic impediat matrimoniũ, & q̃ nõ, his verſib.notaẽ.

Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit,
Hæc mea commater fieri mea non valet vxor.
Si quæ mea natum, non ex me fonte leuauit,
Hanc poſt fata meæ non inde vetabor habere.

3 †De fornicaria dicũ quidã, ꝙ ſi leuauit filiũ alterius de ſacro fonte, nihilominus fornicarius põt accipere in vxorẽ cõmatrẽ fornicarię ſuę, quia ſpiritualẽ proximitatem nõ poteſt quęrere fornicaria. Alij dicunt, ꝙ ſicut q̃ritur carnalis affinitas per fornicarium coitũ, j.de eo, qui cog. cõſang. vxo. ſuę, diſcretionẽ, & eadẽ ratione & ſpiritualis proximitas, maximè cũ canones idẽ cõſtituant in vnione carnali, quantũ ad acquirendũ ſpiritualẽ proximitatẽ: ſi autem duo leuauerũt eũdem de ſacro fonte, ipſi duo nõ prohibentur ꝯhere. Item ſi Martinus prohibetur accipere Thebergam, cuius filiũ Berta ſuſcepit de ſacro fonte, multo fortius prohibetur accipere filiam ſpiritualem vxoris ſuę.

SVMMARIVM.

Compaternitas per quæ ſacramenta contrahatur.

CAP. V.

COntracto. [Sal.] De conſec. diſt.4. ſal cęleſtis. [Pabulo.] Arg.ex his, q̃ præcedunt baptiſma, non ꝯhi cõpaternitatẽ, 32.diſt.in §.verũ, ꝯ, in fi.30.q.3.non oportet, ſuper quibus, & q.j peruenit, de cõſec. diſt 4.dehinc, & c.in cathechiſmo. Sol.hic dixit, per ſeptem ſacr̃a, quę ſunt à primo pabulo ſacrati ſalis vſque ad confirmationem, ꝯhi ꝯpaternitatẽ, q̃ & impedit & dirimit matrimonium. & hęc decre.reſpõdet, ꝙ puer erat tñ filius cõcubinę, non Petri. vel ꝙ hęc non ſit decre. Bar.dixit, quia per tria tñ ſacr̃a contrahitur cõpaternitas, per cathechiſmum, baptiſmũ, & confirmationem, de conſec.diſt.4 in cathechiſmis.& hec decr. reſpõdet, vt H.vel non tenuit ad totum cathechiſmũ, ſed ad miſsionem ſalis tantum. Ideo G.dicit, ꝙ per dicta tria ſacr̃a tantum ꝯhitur compaternitas, quorum duo, ſ.baptiſmus, & confirmatio dirimunt matrimonium, ſed cathechiſmus tñ impedit, & non

dirimit.& eſt ratio, quia præcedit baptiſmum, qui eſt ianua omnium ſacramentorum, 32.diſt.c.verum, ſupra de presbyt. non bap.c.j.& 3.Item eſt alia ratio, quia ante baptiſmum non eſt filius eccleſiæ, quia ſine baptiſmo nullus ſaluatur, 15.quæſt.j.firmiſsimè, & ſi non eſt filius eccleſiæ, non eſt filius ſpiritualis, & ſic non eſt ſpiritualis cognatio contracta. nō ergo propter hoc debet matrimonium ſeparari.

CAP. VI.

Veniens. {Ante.} Secus ſi poſt.

CAP. VII.

TVanos. [Filiam.] Per quam contracta eſt compaternitas.

De cognatione legali Rubrica 12.

SVMMARIVM.

Cognatio legalis, ſcilicet arrogatio & adoptio quibus caſibus impediat matrimonium, & quibus non.

CAP. I.

SI qua. {Per adoptionem.} Legalis cognatio ſuperioris ad inferiorem hoc ſemper prohibet, quia & collateralis impedit, dūmodo duret, vt hic, & ff. de ritu nup. per adoptionem. Item filius adoptiuus cum vxore adoptantis, & adoptans cum vxore filij adoptati etiam finita adoptione contrahere non poteſt. ff. de ritu nup. adoptiuus. & hæc vera ſunt in filio abrogato, qui in poteſtatem adoptantis tranſit, non autem in adoptato, qui non tranſit in poteſtatem adoptantis. hic enim licitè contrahit cum filijs adoptātis. item abrogatus licitè contrahit cum filijs illegitimis abrogantis, cū non ſint in eius poteſtate. Alij dicūt idem in abrogato & adoptato, arg. C.de adop.l.penulti.§.penulti.

De eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. Rubrica 13.

CAP. I.

SI quis cum filiaſtra. [Nec à matre.] Ipſa autem licitè exiget.

CAP. II.

VEniens. [Spōſæ.] De futuro. [Diſpenſatione.] Diſpenſatio neceſſaria eſt, vbicunq; aliquid fit contra ius, ſiue ſint clerici, ſiue laici. [Eam.] Scilicet matrem.

CAP. III.

DE illo. [Publicum.] Ita q probari poſsit: nam melius eſt tacere, quam deficere in probationibus, 2.quæſt.7.plerique: ſecus ſi eſſet ſponſa de futuro, ꝭ. de ſponſ. præterea.

CAP. V.

ſis,vel eodē loco, vel diuerſis,qa cū hoc, de quo hic dr̄, tm̄ infa-
miā ꝓbare teneatur,ſufficit,qđ in hoc concordent teſtes,ꝙ in-
famatus ſit,ar.ff.de pe.hę.ſi qs.l.j.§.quotiens.ff.de proba. ſi ar-
biter.ff.de ędi.ędi.l.j.§.cā.C.e.de rur.& ſac.ign.cū falſa. nō aūt
in cauſis ſcientiæ cōcordare tenetur,cū nec eas probare tenetur,
verbi gratia, qūo ſcis eū diffamatū , & ipſe rn̄det, qa audiui eos
ſic loq &c.quare enim probare dēt,qđ ab eo audiuit,vel quare
ſup hoc cū alijs ꝯcordaret,cū de hoc nulla inter eos qō ſit! Tūc
aūt hēt neceſſe ꝓbare & ꝯcordare de tpe,qn̄ tp̄s eſt de ſuba qō-
nis,& ſic intelligiꝫ 3.q.9.nihilominus.35.q.6.de parē. v.g. ſicut
qn̄ vult ꝓbare eū,de quo dr̄ in ꝯctu,vel in inſtr̄o, vel teſtō, alibi
eo tpe fuiſſe,C.de ꝯhē.ſtipu.optimā,ꝫ.de teſti.ex tenore,ſcies,
& ſicut ē in eo,q dēt ꝓbare ſe tpe deiectionis poſſediſſe, ff. de vi
a & vi ar.l.j.§.interdictū. † Et idē, qđ hic dr̄, intelligitur, ēt ſi quis
vult probare iuriſdōnem,& per alios probat ſe exercuiſſe iuriſ-
dōnē in loco,de quo agitur,licet in cauſis diſcrepēt, & in loco,
a & in tpe,& perſonis,non nocet a, verbi gratia, quęritur a teſte,
qūo ſcis ꝙ iuriſdōnē exercuit?& vnus teſtis rn̄dit,qa vidi eū ſu-
ſpēdere Ioannē die Lune, alius dicit,qa vidit,ꝙ excōicauit Pe-
trū die Martis,alius, qa vidit, ꝙ cognouit de tali cā die Mercu-
rij,& ſic de alijs,& idē dicunt,qn̄ petūtur decimæ , & vnus dicit
3 ſe vidiſſe,qn̄ collegit granū,alius dicit ordeū. † Et idē dicunt in
p̄ſcriptione,& in oībus ſilib.& idē attēde in ꝯctibus,qa ſi teſtes
diſcordāt de loco & tpe inter ꝯctus, non valent , qa de ſuba ſunt
ꝯctus, & ei cōcomitantia,ꝫ.ſen.& re iud. abbate, in fi. ſed ſi di-
ſcordarēt in cauſis,vel circūſtātijs,puta,qa vnus teſtis dicit,ſcio
ꝙ talis eſt in poſſeſsione iuriſdōnis , qa vidi, qn̄ fecit talē iuſti-
tiā,& alius dicit de alio die,& ēt de alia ꝑſona , iuſtificata bene
probant,qa vterq; bonā cām ſui teſtimonij reddit. Sed alij ꝯtr̄
dicunt,aſſerētes,ꝙ vbicunq; aliquis tenetur aliqd probare, niſi
teſtes de loco, tpe,perſonis,& alijs oībus concordent, non ha-
bentur pro pluribus teſtibus. 3.q 9.nihilominus,& oēs ſunt in
ſuis teſtimonijs ſingulares, ꝫ.de elec.cū dilecti, vnde dicunt, ꝙ
teſtes hi debēt cōcordare, vt dicant,tali die audiuimus talē ru-
morē,vel infamiā,& tali loco a talibus. ſed licet diximus eos
debere cōcordare,ſi aliqd dicant,nō tn̄ ſp tenereꝫ de p̄dictis cer
tū quid rn̄dere: ſi enim in p̄nti caſu q̄ritur, qn̄ audiſti: ſi habeat
in memoria,

A D D I T I O.

a ⟨Non nocet.Et ꝙ in probanda iuriſdictione, parentela, & ſimilibus ſingulari-
tas teſtium non obſit,adde Pe.de Ancha.in conſi.176.inci.Viſa diligentia.col.
fi. & Repetētes in l.admonendi, ff de iureiuran & ita etiam alias vidi conſul-
tum per D.Barth.Soci.vide eundem Pet.de Ancha. in conſi.157.inci. Ex præ-
dicta facti, col.4. circa fi.vbi quòd rebellio probatur etiam per teſtes ſingula-
res,& iſtud conſilium eſt dupli.in conſi. 489.

in memoria, reſpõdeat: & ſi nõ habeat, dicat, nõ recordor, & tñ
nihilominus valet teſtimoniũ. nunquã enim inuenitur, ꝙ diẽ
vel horã dicere dẽt: imo arg. ꝯ, 2. q. 8. libellorum, niſi dies eẽt de
ſubſtãtia ꝓbationis, vt qñ qs agit interdicto, vnde vi, oportet ꝙ
ꝓbet illo die ſe poſſediſſe, quo fuit ſpoliatus, ff. de vi & vi arma.
l. j. §. interdictũ aũt. & idẽ dicimus de loco, ſ. de teſti. ex tenore,
& de pſonis, vt in matrimonio, vbi neceſſe eſt pſonas graues eẽ,
dẽt eas exprimere, ſ. de teſt. licet, & ſic dicimus ẽt de alijs circũ
4 ſtãtijs. † Notãdũ[a] eſt, ꝙ expſsius & melius tenetur recordari de
a loco, & pſona, ꝗ de tpe, qa melius memoriæ tenetur: tp̃s enim
facile recedit, 2. q. 8. c. fi. item in pñti caſu, & ẽt in alijs, ſi pluries
audiuit, & in pluribus locis, & a pluribus pſonis, & de quibuſdã
recordatur, de qbuſdã nõ, dẽt teſtis dicere, ego audiui hoc in
tali locu, & a qbuſdã alijs, & tali tpe & ẽt alijs tẽporibus, & ſic p
adiectionẽ gñalẽ pſumet iudex cũ cũ alijs teſtibus concordare,
ar. ſ. de teſt. cũ tu. In pñti aũt caſu qdã nõ improbabiliter dicũt,
ꝙ ẽt nullis pſonis expſsis, ſi tñ teſtes tñ dicãt, rumor & infamia
eſt p viciniã, ꝙ ſufficiat, reſeruatur tñ parti alteri, vt & ipſa pro-
b bet[b], ꝙ apud viles eſt hæc infamia, vel ꝙ a vilibus orta eſt, quo
facto nõ ꝓcedet inqſitio, arg. 9. q. 3. c. in cũctis. & hic nõ dicit, ꝙ
debeat hoc dicere, ſed dicit, ꝙ ſuperior nõ dẽt ꝓcedere ad inqũ
tionẽ, niſi p bonos & graues ad eũ puenerit, nõ per teſtes, vel in
forma iudicij ꝓductos, ſed tanꝗ volẽtes cõſulere ſtatui eccl'iæ.
ſi aũt ea, in qbus diſcrepant, talia ſint, ꝗ nõ ſint de ſubſtã ꝓbatio-
nis, non minus tanquã pluriũ, valet teſtimoniũ eorum, cũ id qđ
probant, & in quo cõcordant, ſufficiat ad victoriã cauſę. {ꝙ.}
i. quẽ exceſſum, {& maledicis,} hic inſtruitur ſuperior, qn dẽt
5 ad inquiſitionẽ ꝓcedere. † Itẽ no. ꝙ ſi aliqñ, ẽt ſi a maledicis in-
famia oriatur, vel potius ſcãdalũ, & ſi nõ a pluribus, ſed ab vno
tñ venerit infamia, põt ꝓcedere ad inquiſitionẽ. ar. 2. q. 5. mã-
daſtis, & arg. ad hoc, qa ſi ſoli cp̃o eẽt ſuſpectus, põt indici pur-
gatio, 2. q. 5. oĩbus, in fi. ergo ab vno põt ꝓcedere infamatio, ẽt
ſi ſemel tm̃ ſuſpectus eſt. {licet aũt,} ſ. ꝙ non fiat inqſitio, nec
ꝓceſſerit infamia ortũ hñs a ꝓuidis, & ſæpius iterata. {ad dimi-
nutionẽ,} qñ agitur ciuiliter, nõ agitur niſi rõne ſpãlis intereſ-
ſe, qđ ex ipſa diffinitione actionis patet. Eſt enim actio ius pro.
& c. inſti. de act. in prin. ſiue de crimine agatur, puta furti, vel cõ-
ſimili, ſiue de pecuniaria cã agat, puta actione ex empto, vel de-
poſiti vel ꝯſimilibus, niſi in popularibus actionibus, vbi agitur
ciuiliter, & tñ ſpãle intereſſe nõ proſequitur, vt in tit. de popu.
act. p totũ. tñ põt dici, ꝙ in populari act. ſpãle intereſſe ꝓſequiẽ
vniuerſitatis, cuius noĩe agit: qõ aũt criminaſe agiẽ, nullũ ꝓpriũ
intereſſe ꝓſequiẽ, ſed tm̃ pęnã imponi accuſato, ſiue vindictã,
vel vltionẽ, C. q acc. poſ. nõ ignorat, & l. ſi qs ex. nec intereſt, an
pęna, ꝗ imponitur, ſit in corpore, vel dignitate, vel ſama, vt pal.
l. ſi qs, vel ẽt in ablatione bonorũ, ff. de iu. pri. l. j. ar. ꝯ, ſ. ꝙ etiã in
criminali actione ſuũ intereſſe cõſeq poſsint, in Auth. vt nulli
iu. §. ſup hoc, Auth. vt iud. ſine quo. ſuf. §. neceſsitatẽ, vbi iudi-
cibus male ſe hñtibus imponitur pęna exilij, ꝗ nõ imponereẽ,
niſi criminaliter agereẽ, & ẽt pecuniaria: dr̃ enim ibi, ꝙ dãnum
lęſis reſartiat: ſed põt rñderi, qꝫ ibi agebaẽ inqrendo, & in inq-
ſitione bñ ad vtrũq; cõdẽnari licet, ar. ſ. de ele. p inqſitionẽ. vel
dic, qđ p ambo pdicta nõ fit cõdẽnatio p accuſationẽ criãlẽ, vel
acc. ciuilẽ, ſed poterit ſeparatim ꝯ tales agi vtroq; mõ, & crimi-
naliter, & poſtea ciuiliter, vel ecõuerſo, C. qñ ciuilis ac. p. cri.
l. 2. & ſic põt rñderi ad multas leges, ꝗ in cã criminali pecuniã
dandã lęſo dicũt, C. ad l. Iul. repe. l. vlt. & ff. de ſepul. viol. l. 2. §.
ꝙ de ſe. & § ſe. nã ibi ciuiliter agebãt. bene fatemur tñ, ꝙ ẽt cri-
minaliter agẽdo pęna pecuniaria infligiẽ fiſco applicãda, ff. de
ꝑua. l. 3. §. vlt. nam ita eſt vindicta in pecunia & fortuna, ſicut in
6 corpore, & ſama. † Et ſunt ſm ll. ciuiles, 7. gña pęnarũ, quarum
tres ſunt capitales: primã eſt mors corporis, ꝗ multis modis in-
fertur, ff. de pęnis, aut dãnũ. §. vita, & l. ſi diuiti, & l. capitalis. §. fi.
in prin. & §. famoſos, ſecũda pęna eſt morti proxima, ſ. pęna me
talli. & no. ꝙ qdã dãnãtur in metallũ, & hi grauioribus vincu-
lis ꝓmuntur, alij in opus metalli, & hi leuioribus, ſed ambo hi
& ciuitatẽ, & libertatẽ amittunt. alij aũt damnantur in miniſte
riũ metallorum, i. vt ſeruiant damnatis in metallũ, & hi non li-
bertatẽ, ſed ciuitatẽ tantũ amittunt, ſi ad tempus damnantur, ſi
aũt in perpetuũ, vtrunq; amittunt, ff. de pęnis. aut dam. §. eſt pę-
na, & §. ſeq. tertia pœna capitalis eſt deportatio, & in opus pu-
blicũ damnatio, non tñ in metallũ, & hi non libertatem, ſed ci-
uitatẽ tantũ amittunt, ff. de pœnis. quidam. Non capitales aũt
ſunt quatuor, prima eſt relegatio ad tẽpus, vel in perpetuũ: hic
bona nõ amittũt. ſecunda eſt infamia. tertia eſt dignitatis amiſ-
ſio, vel ad dignitatẽ, vel officiũ, ſeu forum interdicta aſpiratio.
quarta verberũ experimentum, ff. de pęnis. ſi quis forte. §. vlt. &
l. vlt. & l. aut dam. & ff. de interdic. relegatorũ. §. ad tẽpus. ſecũ-
dũ canones aũt nunquã imponitur pœna corporalis mortis, ſ.
c ne cleri. inĩam, 51. diſt. c. 4. & 2. ſed eſt ꝗdam[c]. quæ quaſi ſimilis
ei habetur, ſ. quia relinquitur ſeculari iudici puniẽdus, j. de cri.
fal. ad falſa. ſ. de iud. cũ non ab hoĩe, 17. diſt. non licuit. 11. q. j.
illud. ſecunda autẽ pœna damnationis in metallũ nõ inuenitur
ſæpe in canonibus impoſita, ſed ſi imponeretur, non retracta-
retur, j. de calũ. c. j. ſed ei æquiparari põt pęna carceris, quã pro
grauiſsimis criminibus eccleſia infligit, j. de hære. c. pe. §. vlti.
Et ꝙ quis redigatur in ſeruitutem, 32. diſt. eas. vel traditur curię
ſeruiturus. 11. q. 4. ſtatuimus, vel ꝙ vẽditur. 81. diſt. quidam cle-
rici. idem, quod dicimus de ſecunda, & de tertia, & hoc de capi-
talibus ſm canones. de nõ capitalibus aũt prima ſm canones,
ſ. relegatio non eſt in viũ, ſed ei accedit detruſio in monaſteriũ,
de qua habes 50. diſt. ſi ep̃s autẽ. 81. diſt. Romanus, alia aũt hħt
locũ ſm canones, ſ. depoſitio, vel degradatio, vt hic. 11. q. 3. ep̃s
aũt, & interdicitur, ꝙ ad nullã dignitatẽ aſſumatur, licet inhibi-
ta remaneat, ſ. de fil. p̃sby. c. fi. ſ. de elec. ſuper eo. vel ꝙ in certa
eccl'is nõ ordinetur. 2. q. j. in primis. & ꝙ ad ſuperiores ordines
nõ aſcẽdat, ſ. de tẽp. ord. ex tenore. itẽ ſuſpẽſio ad tp̃s, & in ꝑpe-
tuũ, itẽ ab offõ & beneficio, & ab ingreſſu eccl'ię, & multæ aliæ
pęnę ꝯſimiles ſunt ſm eccl'iã. alia aũt, ſ. infamia locũ hẽt ſm ca
nones, adeo vt quicũq; ſm ll. infamis eſt, & ſm canones. 2. q. 3.
§. hinc ẽt. 6. q. j. infames, ſm canones ẽt aliqui ſunt infames infa
mia canonica, vt no. ſ. de teſtib. teſtiũ. itẽ alia pęna, ſ. verberũ,
ſm canones locũ hẽt, 31. diſt. c. vlt. 45. diſt. cũ beatus. & no. tres
primę pęnæ capitales, itẽ non capitales, vt degradatio, nunquã
imponuntur, niſi quis directò accuſatus conuictus fuerit, j. de
7 ſimo. dilectus. 2. † Itẽ ad p̃dictas pęnas, p̃terquã ad depoſitionẽ,
ꝓceditur ꝯ abſentẽ ẽt ꝯtumacẽ, ſed ad depoſitionẽ & alias pę-
nas, ꝗ ſunt vſq; ad relc. non ꝓceditur ꝯ abſentẽ, ff. de pęnis, ab-
ſentẽ, 3. q. 9. decernimus, non negamus tamẽ. ꝙ ſi aliquis crimẽ
d confiteatur[d] in iudicio, ꝙ etiã ſine p̃dicto & directo ꝓceſſu ſta-
tim quantuncunq; grauior pœna imponi poſſet, ff. ad l. Aquil.
8 proinde, ſ. de confeſ. c. 2. 2. q. j. c. j. & 2. † Item dicimus, & ſi non
confiteatur, ſed notoriũ ſit iure, vt ſi accuſauerit dominũ ſuum
coram iudice, C. qui accu. poſ. ſi quis ex. aliæ autẽ pœnę impo-
nũtur, etiã ſi in modũ inqſitionis agatur, j. de ſimo. dilc. Auth.
vt nulli iu. §. ſuper hoc. infamia autẽ quãdoq; etiã in ciuilibus
accu. irrogatur, ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. pe. & fi. aliquæ ẽt
ex prædictis pœnis imponuntur in foro pęnitentiali. 50. diſt. ſi
ille, & aliquæ ante ll. conteſt. ad puniendam contumaciam, ſ.
9 de off. deleg. ſane, ſ. vt li. non conteſt. quæ, qm̃. † Itẽ no. ꝙ iudex
aliquãdo in ſnĩa imponit pęnam, ſ. dicendo, depono, vel in mo-
naſterium detrudo, vel in exilium mitaris, aliquando autẽ pœ-
nam non exprimit, ſed tantũ condẽnat de crimine, puta con-
demno te de adulterio: & tunc non eſt iudicis, qui ſnĩam tulit,
pęnam moderari, ſed pœna in l. expreſſa infligetur. 2. q. 3. §. no-
tandũ, licet ante moderari potuiſſet. 45. di. oĩs, & c. qui. & ſi nõ
eſt in crimine, pro quo cõdẽnatur, certa pœna inflicta, de ſimi-
10 libus ad ſimilia procedetur, vel minima pœnã imponetur. † Itẽ
no. ꝙ ſnĩa lata ſtatim ſortiẽ quoſdã effectus, verbi gratia, ſi talis
ſit pęna impoſita, ꝗ libertatẽ auſert, vlterius eius teſtimonium
nõ valet, nec aliqd ex teſtõ capiet, ff. de leg. 3. l. j. §. de poſt. ff. de
pęnis, q nihil, quud ad. ſed nõ idẽ dicimus in his, ꝗ rõne officij
facit, puta ſi ſit p̃latus, & ſnĩam ferat, tenebit, quã diu toleratur.
8. q. 4. nonne. nã ſi ꝯtrium diceretur, abſurditas ſequeretur, nam
cõdẽnatus mãdati, vel depoſiti eſt infamis, ff. de his, qui no. in-
fa. furti. §. pe. & vlti. nunquid dicimus eius ſententias alterius
nõ valere per hoc? 3. q. 7. c. j. abſit: oĩa enim tolerantur pp offi-
cium, quod adminiſtrat, ſ. 19. diſt. ſecundũ, ff. de off. p̃to. Barba-
rius, niſi eſſet in eum lata ſentẽtia depoſitionis, vel expoliatus
eſſet inſignibus dignitatis, tunc enim ſnĩa a tali p̃lato lata non
tenet, ff. de his, q no. infa. l. 2. §. igitur. ff. de iudi. cũ p̃tor. nec põt
e dici, ꝙ toleretur, ſed intruſus dr̃. Credimus tamen[e], ꝙ ex quo
ſentẽtia de aliquo crimine lata eſt cõtra aliquẽ, ſiue criminali-
ter, ſiue ciuiliter agitur, ꝙ ep̃s, vel p̃latus ſuus põt eum ſpoliare
beneficijs,

ADDITIONES.

a ¶Et notandum. Cardi. in conſ. 66. incip. In elucidatione præmiſſi dubij. col. 3. verſ. ſed præſuppoſito, dicit hoc dictum notabile.

b ¶Et ipſa probet. Adde, ꝙ etiam eliditur infamia, ſi probatur bona fama, vt puta ipſum non eſſe vſurarium, non furem, non adulterum, & ſimilia, quia quando fama negatiua refertur ad certum locum, & ad certam perſonam, ſemper eſt probabilis, ita Pet. de Ancha. in conſ. 89. incipien. Tribus de cauſis. col. 6. verſic. ſecundo modo reſpondetur.

c ¶Sed eſt quædam. Hanc æquiparationem dicit bonam Pet. de Ancha. in conſil. 138. incip. Ex narratis in facto. col. 4. poſt medium.

d ¶Confiteatur. Bar. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſto. reo. intelligit hoc dictum Inno. hic procedere, quando confeſſio ſit principaliter, etiam propter ſe. & adde Lanfran. in c. quoniam contra, in verbo, confeſſiones, col. 5. ſupra de proba. & Bar. infra ſequitur Abb. in c. at ſi clerici. colum. j. ſupra de iud. pro quo allegat Bar. glo. no. in c. ex pertinentibus. 51. diſt. in fi.

e ¶Credimus tamen. Vide Abb. in c. at ſi clerici. col. 8. ver. 1. glo. ſupra de iudi. quæ pro hoc dictum Inno. hic limitat ſingulariter ibi dictum glo. & Hoſt. & dicit Inno. hoc mirabiliter velle, quod acta facta in iudicio ciuili præiudicant in criminali, de quo vide per glo. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. per Bar. in l. 2. §. vi bo. rap. & in l. 1. §. ſi quis dolo. ff. de tab. exhi. & vide Abb. in dicto cap. at ſi clerici.

beneficijs, quę ſub eo habet. s. q. j. multi. tñ dēt eū vocare, & cō-tra eum ſnīam ferre, ſi inueniētur, & ſi non inuenietur, eodem mō damnabit eum, quia notorium eſt crimē per ſnīam, vt no. ſ. de coha. cle. tua. nec ob. ſ. de accu. ſuper his, vbi dr, quod non pōt priuari alijs beneficijs, cui crimē in modū exceptionis ꝓbatur, ſed verū eſt, quod ibi dr, ꝙ iudex, q cognoſcit in modū exceptionis, nō pōt ſup alio iudicare, j. de ſimo. licet, ſed hic iudex, de quo dixi; cognoſcet in modu accuſationis, vel inqſitionis, vbi bene ſeqtur pęna abiationis, & ſnīa non inducitur ad probandū, ꝙ per eam dicatur priuatus, ſed inducitur ad probationē criminis, ſ. ꝙ ſit notorium, ſicut & per eandem ſnīam de crimine latam probaretur infamis, & repelleretur a teſtimonio, vel ab ordinibus, ſ. de teſt. teſtimoniū. clerici autē, quorum eſt electio, nullū ſua auctoritate eligent, niſi primo per ſuperiorē eis licentia detur, vel per ſnīam amoueatur hoc mō, l. depono talē ꝓlatū, vel clericū, vel perpetuo eū a ſua eccleſia amoueo, vel ſuſpendo, ſ. de ele. non reſi. ex parte, qualiter. Itē licet ex ſnīa ꝯ quēquā lata ſuper crimine, ſ. condemno te de homicidio, vel hmōi criminibus: non poſſint canonici procedere ad electionem, vel ep̄s, vel quicunq; alius, tamē ex quo imponitur ei pęnitentia ex tali cā, quę infamiā irrogat, puta ſuſpenditur perpetuo pp furtū, vel aliquod publicū crimen, de quo dānatus eſt, ſatis vr, quod alius in locū eius eligi poſſit, ff. de decu. l. 2. & l. ad tp̄s, ſed ſi ex alia cā ſuſpenderetur, puta qa tumultū fecit in cōcilio, non credo, ꝙ alius poſſit in locū eius eligi, 5 q. 4. in loco. Itē dicunt quidā, & ſi pęna ſola ſine ſnīa infligitur, ex qua irrogatur infamia, ff. ex qbus cauſis in integr. ſuſtibus. maior enim,
11 & euidentior eſt infamia, q̄ ex pœna ꝓcedit, quā q̄ ex ſnīa. † Eſt & alia pœna, ſ. excōicatio, q̄ eſt his oībus maior, & non ſolum pęna eſt, ſed etiā medicina, 2. q. j. multi, & ſtatim habet hunc effectum, vt ſibi vbiq; licite beneficia eccleſiaſtica denegentur, ſ. de app. paſtoralis, in fi. & hunc effectum dicunt quidā habere quālibet ſnīam de crimine latā. {ſcandalo} aliorum, qui ſcandalizantur in illo, vnde eſt infamia. {Periculo} aliorum, puta ſi dicatur hæreticus, cum periculum ſit, ne alios inficiat, vel qa periculum eſt, ꝙ aliquis non occidat alium, vel occidatur, & ſic eſt multa exempla inuenire. & pōt dici, ꝙ vbi timetur periculū, & ſine multa infamis, ꝓceditur, & habes op. ar. 7. q. vlt. c. vlt. 42. di. quieſcamus. 22. q. j. ſiqs per ca. j. de ſimo. ſicut ſimoniā. [dēt,] hoc intellige, qn̄ inqſitio fit de perſona certa, & de certo crimine, ſi aūt de ſtato eccleſiæ, vel io genere fiat inquiſitio, ſecus eſt.

SVMMARIVM.

Correctio ad epiſcopum pertinet, ſed eius negligentia ad Archiepiſcopum defertur.

CAP. XXV.

SIcut olim, &c. {Perſonas,} iſtæ perſonę nullum citabunt, ſed quæ viderint, & audierint, corrigenda concilio referent, 35. q. 6. ep̄s, in fi. ſed dices, nonne primo pertinet correctio ad ep̄m, & eo negligente ad archiep̄m, ſ. de off. ord. c. j. & c. ad reprimendam. 9. q. 3. §. vlt. rn̄, verū eſt, primo ad ep̄m pertinere correctionem, ſed hoc ipſo eū apparere negligentem: dico, ꝙ non citius ad concilium peruenit emēdatio delinquentiū, quā culpa, 18. diſt. peruenit. 27. q. j. ſi cuſtos, ſi hō. cū ep̄s ſimiles inquiſitores habere debeat. 35. q. 6. ep̄s, in fi. vel dic, ꝙ licet archiep̄s non poſſit, niſi poſt negligentiā ep̄i cognoſcere de delictis ſubditorū ſuffraganeorum ſuorū, concilium tñ prouinciale pōt hoc mō, qui hic dr, de oībus cognoſcere. 18. diſt. propter ec. [& alios,] arg. quod non ſolum prælati, ſ. ep̄i, ſed etiā alij debent intereſſe concilio prouinciali, ſupra de his quæ fiunt ab epiſc. c. vlti. & no. ſ. de præben. graue.

SVMMARIVM.

1 *Quo caſu valeant monachi reſtitutionem petere.*
2 *Strepitus iudicij quis ſit.*
3 *Qualiter procedatur, cum ſine figura iudicij procedi mandatur.*
4 *Ad proſequendum inquiſitionem plures ſimul admittuntur.*
5 *Procurator a multis conſtitutus nomine omnium dicitur proſequi.*

CAP. XXVI.

OLim I. V. & P. [Relaxatis] eſt gratia, ſed ius cōe cōtra, ſ. de of. dele. prudētiam, §. ſexta. ſeruetur tamē forma ibi data. [† Reſtitutis.] no, monachos poſſe petere reſtitutionē, ſi pendente inquiſitione, vel accuſatione contra abbatē, ſint ſpoliati cōtra iuſtitiam, quod alias non licet, ſ. de reſcr. cum dilecta. vel dic, ꝙ hāc reſtitutionem potius fecit Papa ex officio, q̄ ex vi petitionis, & potius de ꝓuiſione, q̄ de iure. vel dic, ꝙ bene poſſunt petere, ꝙ reſtituantur ad monaſteria, ſaltē ſalua ordinis diſciplina, ſed ꝙ reſtituātur ad prioratus, vel obediētias, hoc petere nō pn̄t, nec hoc dicit hęc decre. [de plano,] & hæc verba, ſine ſtrepitu iudicij, & de plano, qdā intelligunt ſic ſonare, vt in nullo ordinē iudiciorū teneatur ſeruare, ſed ſolūmō ad hoc tenetur, vt veritatē ſup principali ꝯquirat, arg. ſ. e. ad petitionē. nobis nō placet hoc; imò dicimus, ꝙ oēm ordinem iudiciarium ſeruare debet, & plenam, non ſemiplenam cognitionem adhibere in citationibus, & in exceptionibus fori, & dilationi. admittendis, & expoliationis, & excōicationis, ſic hic talem proceſſum ꝓceſſerūt abſolutio, & reſtitutio, in lit. conte. iurciu. de calumnia, in confeſſionibus, teſtium receptione, eorumq; reprobatione, & in ſententiæ prolatione, & appellatione, & in omnibus alijs huiuſmodi. Sed quæres, ad quid ergo valent hęc verba? reſpō. quia altera parte abſente contumaciter, vel etiā ſine contumacia, vt quidam dicunt, dummodo citetur legitime, pōt procedi ad teſtiū receptionē, & ēt ad diffinitionē cauſæ, & etiā pnte, ſi iuſſus nollet litē conteſtari, arg. ſ. de teſti. cū olim. & ſi ſit cā, vbi nō ſit neceſſaria litis cōte. ſicut in cā inqſitionis, ſicut hic, tūc hęc verba adhuc multū valent, qa tunc ēt ſi pars impetrans inqſitionē repelleretur pp excōicationē, vel aliā cām a proſecutione inqſitionis, nihilominus inqſitor ꝓcederet ad recipiendū teſtes, &
2 ſententiandū, j. de ſimo. licet. † Itē vtroq; caſu poterit & debebit magis refrenare multitudinē teſtiū, & reprobationem, & in oībus alijs, dūmodo non faciat ꝯ ius, ſtrepitū refrenare tā partiū, quā aduocatorū. vr ēt aliquibus, ꝙ ferias, quæ fiunt ob neceſſitates hominū, poſſint poſtponere partibus ꝯdicentibus, dūmodo partium non interſit, & etiā ſnīam ferre ſine ſcriptis, & ſine libello. appellant enim iſti ſtrepitū iudicij, totū illū proceſſum, qui non pertinet ad rem petitā, nec principaliter, vt teſtes, per quos probabitur principale negociū: nec acceſſorie, vt iuramētū de calūnia, & exceptiones fori, qa per eas venitur ad cognitionē veritatis in principali, ſed li. non conte. ꝓcedere nō pertinet ad rē petitā, nec principaliter, nec acceſſorie, dūmodo ſit certū, quod petitur, & aduerſarij non interſit. Alij ꝯdicunt enim, ꝙ per hæc verba non pōt omitti, neq; lit. conteſta. neq; alius ordo, ſed in hoc valent hæc verba, vt magis cōpeſcat partes, & aduocatos a ſuperfluis & inutilibus probationibus, & allegationibus. [de plano,] ſeruetur tñ forma in inquiſitionibus
3 ſtatuta, ſ. eo. qualiter. § debet. † Quid, qn̄ ſine figura iudicij ꝓcedi mandatur, C. de la. li. tol. l. j. §. ſimili quoque modo? dic in nullo tunc iudiciariū ordinē ſeruandū, ſed per indaginē cognita veritate nō ꝓnūciabit, ſed quod iniunctū eſt ſibi, executioni mādabit, verbi gratia, ecce Papa mandat alicui, ꝙ ſi de plano & ſine ſtrepitu & figura iudicij ei cōſtiterit eccleſiā tanto tp̄e vacauiſſe, ꝙ ad Apoſtolicā ſedē ſit eius collatio deuoluta legitime, ipſam tali clerico ꝯferat, amoto ab eo quolibet illicito detētore. in iſto enim caſu nō citabūtur aliq, nec fiet litis ꝯte. nec iurabitur de veritate dicēda, teſtes tñ recipiētur, nec citabūtur aliq ad videndū iurare, nec admittētur aliq ad dicēdū in teſtes, ſeu dicta eorū, q̄ dixerint, fiet aliqua publicatio, ſed ſi ex dictis eorū iudici ꝯſtiterit de ꝓmiſſis, nulla ꝓnunciatione ſnīæ interiecta, eccleſiā illi clerico cōferet, detentorē remouēdo ab ipſa, dū tñ de falſitate literarū, ſeu alias nō excipiatur, & ſi eſt in exceptione, ꝙ iudicē moueat, nō de hoc cognoſcet, ſed ſicut merus executor facit, ſuperſedebit, ipſas exceptiones ad ſedē Apl̄icā deferendo, ſ. de re iud. de cętero. ſi aūt, qn̄ ꝯfert eccl̄iā, & detētorē voluerit amouere, appellare ꝯtingat, qd qdē pōt fieri, ille, q de appellatiōe cognoſcet, ꝓcedet ſine figura iudicij, qa cū cā appellationis ſit vna cū principali, & quaſi vnus articulus ab ea depēdēs, C. ne in vna, eadēq; cā tertio ꝓuocetur, ex quo ꝓhibitū eſt in toto negocio ꝓcedi in forma iudicij, & in cā ſeu articulo appellationis eſt ſilr interdictū, ſed hoc non vr, qa qd fauore alicuius fit, ad eius nō dēt lęſionē retorqueri, C. de le. qd fauore, qd vterq; fieret, ſi in cā appellationis ſic ꝓcedi cōtingeret in ꝓiudiciū impetrātis, cui de gratia fuerat cl̄a ꝓdicta cōceſſa. ſed dic, ꝙ vtēdū eſt ꝯ ipſum iure, qd ꝓ ſe impetrauit, ff. qd qſq, iuris. l. ſi qs hoc, de ꝯſti. cū oēs, ſed cū iudex appellationis prioris cāæ acta debeat recēſere, vt ſic cognoſcat, an ſit bene appellatū, quō ꝓcedet, cū nulla acta inueniſſe noſcatr? vel dic, ꝙ q̄ret a iudice, q ſic ꝓceſſit, & q eū mouit ad ſic ꝓcedendū, & teſtes ab eo receptos repetet, & ſi tā ex rn̄ſio iudicis, q̄ ex dictis teſtiū, vel alias intellexerit ipſū iudicē ꝓperā ꝓceſſiſſe, reuocabit nō ꝓ tribunali ſedēdo, nec in ſcriptis, qd ꝑ ipſum iudicē factū fuit. Sed cū Papa mādauerit ſine iudicij figura ꝓcedi, & teſtes recipere, & eos ad perhibēdū teſtimoniū coercere, & reuocare, ꝙ nō ꝓuide factū eſt, iuriſdōnis ſit, & ſine auctoritate iudicātis nō fiat, q ſic ꝓcedit, nō ſine iudicij forma ꝓcedit: cū igitur fines mādati diligēter ita debeāt obſeruari, vt nō valeat, qd aliter factū eſt, ff. mā da. diligēter, ſ. de reſcri. cū dilecta, vr ꝑ hoc nō valere, qn̄ ſm ꝓdictū modū ꝓcedit, tanq̄ formā iniunctā ſibi nō ſeruauerit. ad hoc pōt dici, ꝙ quātūcunq; mandet Papa aliqd ꝑ ſe fieri, ſemper tamē intelligitur legitimas exceptiones debere admitti, ſ. de off. dele. ex parte. ſimiliter licet Papa ad celerem expeditionem negocij mandet ſine iudicij forma procedi, non tamē intelligitur illud de iudicij forma debere omitti, ſine quo nō pōt negociū expediri, cū litib. terminandis ſit celeritas imponēda, C. de agri & cēſi. litibus. ſed illud tñ vult ꝓtermitti, ꝑ qd poſſet expeditio negocij ꝓrogari, & licet dictū ſit in cā appellationis,

ſicut

ſicut in cauſa principali debere procedi; hoc intelligas verũ, niſi ex forma literarũ appſonis appareat Papã nolle procedi iudicij forma omiſſa, ſicut eſt, ſi in concluſione ipſarũ eſt, vocatis, q fuerint euocandi, &c. 8. q. vlt. nonne.
4 † {Idoneas.} No. ꝙ plures ſimul admittunt ad proſequendũ inquiſitionẽ, vt hic, & j. c. pxi. & ad proſequendũ accuſationẽ, ꝫ. eo. licet, & ad proſequendũ exceptionem, ꝫ. de except. dilecti. Sed ꝯ, quia idoneior eligi debet. ff. de popu. act. l. 3. Sol. dicimus, ꝙ plures poſſunt eſſe accuſatores, & exceptores, & inquiſitores de vno crimine, ſed de illis vnus eligetur, qui proſequetur, & alij eũ iuuabũt, & vt no.
5 in procuratore, ꝫ. de teſt. inſuper. † Itẽ vr nobis, ꝙ procurator à multis cõſtitutus nomine omniũ proſequitur, nec cogitur eligere, cuius nomine proſequatur: nam ibi ceſſat ratio legis, quia nõ diſtinguitur in plures aduerſarios. & hoc eſt verũ, vbi ex eadẽ cauſa, vel de eodẽ crimine plures proſequũtur inquiſitionẽ, vel exceptionẽ, quia ſi ſint diuerſa crimina, bene tunc plures admittuntur ad proſecutionẽ eorũ, ſiue ea vno facto deſcendant, ſiue ex pluribus. C. de act. qui de crimine. [Aſſumendos.] Hic collige, ꝙ ſi ille, ꝯ quem proceſſum eſt in inquiſitione in cauſa appellationis, vel alio modo, dicat ſnĩam, vel proceſſum ꝯ ſe habitũ reuocari, ꝙ nõ eſt neceſſe vocari illũ, qui proſecutus fuit inquiſitionem, ꝫ. de procu. in noſtra, quia nihil iuris habet in hac proſecutione, quia ſi haberet, mutari nõ poſſet: fateor tñ, ꝙ bonus iudex prudenter faciet, ſi eũ vocet, vel mittat, vt per eũ inſtruat, ꝫ. eo. cũ dilec. credo tñ, ꝙ põt appellare, & tenet appſo, vbi vel ipſe, vel alius cauſam proſequitur, arg. quia procurator, qui nõ debet exercere cãm appſonis, põt appellare. ff. mand. ſi procuratorẽ. §. ignorantes. ꝫ. de procu. c. pen. [Miniſtrari.] ꝫ. c. ex parte.

S V M M A R I V M.

Delegatus ad receptionem teſtium, vel ad alium articulum, ſi antequam incipiat procedere, ab eo fuerit appellatum iuſta cauſa, quam tamen non obtulit incontinenti probare, & ipſe poſtea procedat in articulo, non poterit appellanti terminum aſſignare.

CAP. XXVII.

PRælatorum exceſſus, &c. [Minus canonicè.] Hoc qualiter poſt cõſecrationẽ obijci poſsit, no. ꝫ. de elec. ꝙ ſicut. eccleſia veſtra. {Aſsignantes.} Iuſtum terminũ põt aſsignare iudex, qui inſtruxit cauſam, vel recepit teſtes, vel quicquid aliud fecit de mandato ſuperioris iudicis, ẽt ſi in literis non diceret, ꝙ pfigeret partibus terminũ, quia hoc ipſo, ꝙ cõmittitur aliquis articulus, vr ei cõmiſiſſe, ꝙ partes ad priorem iudicẽ remittat, ne remaneat cauſa ſine termino, imo quod plus eſt, iudex, à quo appellatur, pfigit partibus terminũ, quo corã ſuperiore cõpareant ad proſequendã appſonem, ꝫ de appel. perſonas, multo fortius põt pfigere, ſi non eſt appellatũ. Itẽ dicimus, ꝙ ſi alicui cõmiſſa eſt receptio teſtiũ, vel aliqs alius articulus, & antequã delegatus incipiat procedere in articulo ſibi cõmiſſo, appellatur ab eo iuſta cauſa aſsignata, quã tamen nõ obtulit ſe incontinenti probaturũ, de qua tñ dubitatur, an ſit vera, ſi poſtea delegatus procedat in articulo ſibi cõmiſſo, & contingat remittere negociũ ad ſuperiorẽ, non põt aliquem terminũ appellãti aſsignare, qđ ſic probo: nã in cauſa appſonis, ſ. vt eam proſequatur, non põt, cũ ei non detulerit, ſed poſt appſonem proceſſit in articulo ſibi cõmiſſo. Item in cauſa principali, ſuper cuius articulo proceſsit, non põt: fruſtra. n. ibi aſsignaretur, quia in illa cã non procederetur, niſi prius inquiratur de veritate cauſæ appellationis, ꝫ. de appel. vt debitus, & c. interpoſita. & in tñ eſt hoc verũ, quia ſi delegans forrè ignorans procedat in principali, qa delegatus nihil ſibi ſignificauit de appſone facta à ſe, non valebit proceſſus eius, quia doloſè aduerſarius tacuit de appſone aduerſarij, quã ſi dixiſſet, nunquã iudex proceſsiſſet, vel procedere debuiſſet ꝯ non legitimè citatum, & ordine peruerſo, cũ cauſa appſonis præcedere debuiſſet cauſam principalẽ, 2. q. 6. prolatam, ꝫ de app. vt debitus, & c. interpoſita. ff. de iudi. ſi prior. Si vero nullã cauſam aſsignaſſet ſue appſoni, quã ante ſnĩam emiſit, cũ conſtet talẽ appſonem nullam eſſe, tunc bene põt aſsignare terminũ, vt in cauſa principali procedat. nec ſufficiet tũc, ſi tñ parti pſenti terminũ aſsignet, licet ea parte tñ pſente tenuerit receptio teſtiũ, quia aſsignatio termini plus fit ratione iudicis, ad quẽ appellatum eſt, q̃ iudicis à quo appellatur. Itẽ dicunt aliqui, ſi ſuperior, ad quẽ remiſſa eſt cauſa, citet appellantẽ in cauſa principali, non facta mentione de appſone, ꝙ ſufficit appellanti mittere excuſatorẽ, qui dicat, dñe non tenet citatio vrã ſuper cauſa principali, vel non poteſtis in ea procedere, quia appellatũ eſt, & intendit cauſam appſonis proſequi tpe ſuo. ſi aũt tranſiſſet tps appſonis proſequendæ, tunc bene teneret citatio ſuper principali tã à delegante, q̃ à delegato facta, huic autẽ excuſatori hoc ſolũ ſufficit dicere, nos credimus, ꝙ ẽt debet oſtendere talẽ qualem appſonem emiſerat, arg. ꝫ. de teſt. veniens, qa ſi aliud diceretur, ſequeretur abſurditas, quia cuilibet facilè eſſet deducere cuilibet iudici, ſi nõ teneretur probare veritatem cauſæ appſonis, quia tunc non proſequitur cauſam appſonis, quia nec ſuper ea citatus eſt. ſi aũt in citatione faceret mentionem de appſone, & citaret ſuper principali cauſa, non teneret citatio, nec ẽt teneretur mittere excuſatorẽ, quia expreſsit errorem in citatione, ſ. ꝙ vellet agere cauſam principalẽ, omiſſa cauſa appſonis. Itẽ dicimus, ꝙ ſi in caſu iſto, vbi debet mittere excuſatorẽ, non mittat, ꝙ tenet proceſſus ꝯ eũ habitus ſuper principali, ſi iudex appellatũ ignorauit, & aduerſarius nihil doloſè egit: ſecus aũt, ſi ſciuiſſet appellatũ, ꝫ. de app. ſi duobus. item ſecus, ſi aduerſarius doloſè ſubticuiſſet app. ff. de iudi. ſi prætor. In citatione aũt facta à delegato poſt appſonem credo, ꝙ non tenetur mittere excuſatorẽ, licet ſecurius ſit mittere. alij autẽ dicunt, & bene, ꝙ citatio delegantis tenet, ẽt non facta mentione de appſone, & aſsignat talẽ rationẽ ſui dicti, quia ſicut citatus debet apparere, vt proponat ſuas exceptiones, ita vt proponat hanc excepti. appellatũ eſſe, & alleget ſuum priuilegium. ff. de iu. ſi quis ea aliena, & niſi cõpareat, valet proceſſus habitus cõtra eũ. [Poteſtate.] No. eum, de quo fit inquiſitio, pendente inquiſitione non poſſe alienare bona eccleſiæ, niſi res, quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt, quę põt alienare, cum adminiſtrationẽ habeat, ꝫ. c. pxi. ꝫ. de offi. dele. venerabili. ſi aũt poſt talẽ inhibitionẽ factã à iudice alienauerit, nõ valet a alienatio, ſecus ſi pacto obligatus eſſet ad non alienandum, quia tunc bene valeret alienatio, ꝫ. de teſta. Raynaldus, vbi no. pro eodem. n. debet haberi, quando lex viua prohibet, ſicut ſi prohiberet lex mortua.

ADDITIO.

a ¶Non valet. Ad hoc adde etiam Inno. in c. Rayn. ſupra de teſt. vbi quod alienatio facta per Prælatum, cui Papa prohibuerat, ne alienaret, eſt nulla, & Innoc. hic allegat Abb. in c. dilectus, il 1. infra de præben. & refert etiam Feli. in c. ex parte, col. 4. in fi. ſupra de conſti.

De calumniatoribus. Rubrica 2.

CAP. I.

CVm fortius punienda, &c. [Quàm.] i. quantũ. [Sacratis.] In ſacris ordinibus conſtitutis. {Culpabiles.} 2. q. 8. quiſquis. [Criminatorem.] i. calũnioſum accuſatorem. [Iubemus.] Contra ius eſt, ex quo in ſnĩa non fuit ei pnĩa impoſita. ff. de calum. l. j. ſed hoc fecit ea plenitudine poteſtatis, vnde non eſt trahendũ ad conſequentiã, Inſtit. de iure natu. §. planè. vel dic, quod condẽnatus fuit calumniator, ſed pęnitentia non erat ei impoſita, 2. q. 3. §. notandum.

S V M M A R I V M.

1 *Tergiuerſari quis dicatur.*

2 *Calumniantis grauior eſt pœnitentia, quàm eius qui denunciatur.*

CAP. II.

CVm dilectus filius, &c. [Purgauerit.] Per iurm ſuũ, & cõpurgatores. ſed vr etiã, ꝙ poſt purgationẽ debet puniri de tergiuerſatione, 2. q. 3. §. notandũ, circa fi. rñ. hic non
1 negatur, quin puniatur. † vel dic, ꝙ tñ in accuſatione dr quis tergiuerſari, nõ in denunciatione, quãuis non impetrata abolitione deſiſtat. vel hic dr non tergiuerſari, quia vſq; ad finẽ perſi
2 ſtit, licet ſuccubuerit, & quicquid potuit fecerit. † [Ab officio.] No. grauiorem pnĩam calumniantis, q̃ eius qui denũciatur, qui non punitur, ſed tantum cogitur ad pęnitẽtiam, ꝫ. de accu. qualiter, ſuper his. Et eſt no. ꝙ non ſolum in accuſatione, ſed etiam in denunciatione punitur calumniator extraordinaria pęna.

De ſimonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur. Rub. 3.

S V M M A R I V M.

Notarius pro inſtrumento in ordinatione alicuius confecto, quando aliquid recipere poſsit, & quando non.

CAP. I.

IN ordinando, &c. [Miniſter.] Diaconus, qui legit Euangeliũ. [Notarius.] Quidã hoc intelligũt, vt iacet, vt ẽt non liceat in beneficijs ẽt operas ſuas vendere pp odium ſimoniæ. alij hoc intelligunt de illis, qui recipiũt ſalariũ de publico. vel dic, ꝙ vult remouere malã cõſuetudinẽ, quæ in quibuſdã locis obtinebat, ꝙ ille, qui cantabat euangeliũ, in ordinatione epi, vel aliter certũ aliquid recipiebat. Et ſir Notarius, qui de ordinatione eius literas cõficiebat, & ſir obtinebat in pallij donatione, quod omnino vult remouere, arg. j. q. j. emendati. Si autẽ alius Notarius peteret pro operibus ſuis iuſtum ſalariũ, vel etiã aliquantulũ plus iuſto pp magnitudinẽ negocij, non dicerẽ prohibitum. Si quis aũt offerat aliquid ſponte, non cõmittit ſimoniã, & maximè ſi conſuetudo eſt de aliquibus offerendis, q̃ pietatem,

tatem, vel deuotionẽ oſtenderet, vt eſt j. eo. ad app. vel dic, ꝙ loquitur de talibus notarijs & miniſtris, qui poteſtatem habent in electione, vel ordinatione, quia alius notarius non habet poteſtatem inde faciendi chartam, nec alius diaconus poteſt ibi legere euangelium, & ſi legerit, non dicitur canonicè ordinatus, vel alias aliquam calumniam recipit, vel inſtrũm non valet.

CAP. III.

SI dominus & magiſter, &c. [Vnl.] Sceleratiſsimo, cum dixit, ſi malè locutus ſum, teſti. perhi. de malo, 2.q.7. ꝫ.ecce. {Reſpuendus.} Repete, quæ diximus ſupra de accuſa. cum P. Mançoncella.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenditur accuſatus ab officio, & prohibetur ab ordinibus, in num. 2.*

CAP. IIII.

ACcuſatum, &c. [Prohibere.] Si aliqua ſigna ꝯ cum apparebant, j. eo. ſicut.
1 † No. accuſatũ ſuſpendi ab officio, & hoc eſt pp̃ infamiã, & non obtinet ſolũ in ſimonia, ſed ẽt in alijs criminib. C. de reſt. poſtu. l.j. li. 10. 3.q.5. pſbyter, & pp̃ ſuſpitionem
2 quis remouetur ab adminiſtratione, 3.q.2. quia ca. † Item prohibetur ab ordinibus quilibet accuſatus, & de quo fit inquiſitio, 81. diſt. tantis, arg. C. de procu. reũ. ſed non credunt quidã, ꝙ ab electione prohibeaẽ. quare. n. puniretur, ſi nõ eſſet verũ crimẽ, de quo accuſatur, & ſic facilè eſſet, ſi hoc eſſet verũ, quemlibet ab electione excludere. ſed cõfirmari vel conſecrari non debet accuſatus, niſi primo fuerit abſolutus. Et eſt ẽt arg. quia procurator conſtitui non prohibetur, ſed procurationẽ exercere, vt in ꝑalle. l. reũ. Alij ꝯ, ſ. ꝙ accuſatus remouetur ab electione, & debet præfigi tꝑs accuſatori trium mẽſiũ, intra qđ probet, ꝙ obicit, Auct. de ſanct. epi. §. ſi quis ante ordi. ꝙ obtinet in ẽpis, ꝙ intra tres menſes debeant conſecrari à die electionis, 75. diſt. c. 2. In alijs aũt electis dabitur annus, ar. de munc. & ho. reus. vel iſtę dilationes ſunt ad arbitriũ iudicis, itẽ ſi plus differretur pp̃ accuſatũ, non eſſet imputandũ accuſatori, vt in ꝑalle. l. reũ, arg. C. de tẽ. in integ. petendæ. Capitula aũt, q̃ videntur dicere ꝯ illos, qui tenent aliam opinionẽ, ſm hoc intelligunt, ſ. ꝙ nõ poſſunt ordinari, ſed non prohibent eũ eligi. ſed magis ꝯdicit, 93. diſt. miramur: ſed ibi loquitur de excõicato. hoc aũt non extendimus ad exceptionẽ, vel denunciationẽ, quia quantũcunq; excipiatur ꝯ aliquem de crimine, vel denuncietur, nihilominus tñ eligetur, cõfirmabitur, & cõſecrabitur in alia eccleſia, vel electione, quã illa, de qua excipitur, de hoc no. ĩ. de deſpon. impu. ad diſſoluẽdum. & eodẽ modo dicendum vr̃ quibuſdã in accuſatione, & fortè nõ malè. hæc aũt decre. tñ loquitur in inquiſitione, & exponunt hic accuſatum, i. infamatum, & pp̃ infamiam ꝯ eũ procedit inquiſitio. ſpeciale. n. dicunt in inquiſitione, vt nullus, ꝯ quem proceditur inquirẽdo, poſſit eligi. & eſt ratio, quia cum inquiſitio non debeat fieri, niſi ꝯ diffamatos, j. eo. licet, & electus bonum teſtimonium debeat habere etiam ab his, qui foris ſunt, ergo iſte, qui diffamatus eſt, eligi non põt: ſed accuſatio, & denũciatio, & exceptio eſt in optione cuiuſq;, ẽt nulla infamia ꝑcedente, & ita per ꝯſequens eſſet in cuiuſq; optione quẽlibet ab electione reuocare, vel remouere: hoc plus cõſonat rationi.

SVMMARIVM.

Simoniacus qui nam dicatur hæreticus.

CAP. V.

QVotiens. {Per ſimoniacam hęreſim.} Non intelligas, ꝙ omnis ſimoniacus ſit hęreticus, ſed ille tñ, qui credit, ꝙ Spiritusſanctus & gratia eius venalis ſit, & ꝙ pretio quæratur, & ſit in aliquo.

SVMMARIVM.

Hæreticus & ſimoniacus vt quis præſumatur, ſuffi. iunt leuia ſigna, illa tamen plenè probari oportet.

CAP. VI.

SIcut ſimoniaca, etc. [Signa.] Aliquã probabilitatem habentia, hic aũt eſt hoc ſpeciale, ꝙ cũ in alijs negocijs requirendæ ſint luce clariores probationes, 2.q.7. ſi quis epiſcopus, & q.8. c.j. in crimine ſimoniæ minores probationes ſufficiunt, quinimo ſola ſigna, ſicut in hæreſi. C. de hæreti. l. 2. nos dicimus, ꝙ leuia ſigna ſufficiunt ad præſumẽdum aliquem hæreticum, ſed illa ſigna oportet plenè probari, ĩ. de præſump. literas, propter ſuſpitionem autem indicetur purgatio, j. de hære. excom. plus placet, ꝙ etiam ſi nulla ſigna probentur, ſed tantum grauis ſit infamia contra eum, ꝙ debet remoueri, arg. ĩ. de præſump. literas.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus in ordine recipiendo, ſiue crimen ſit occultum, ſiue manifeſtum, ipſo iure ſuſpenſus eſt.*

2 *Si quis ordinem, ſeu beneficium alio præbente pecuniam non ordinatori, non eſt ſimonia, ſi etiam ſine pecunia obtenturus erat.*

3 *Poſſibilitas iuris, & poſſibilitas facti, quomodo inter ſe differant.*

CAP. VII.

TAnta eſt labes, etc. [Omnis.] Supple non præciſus ab eccleſia ꝑ ſñiam canonis, vel hominis, & poſt peractã pñiam, & ſic non eſt ꝯ de excõicatis tolleratis, nec de fornicarijs ſuſpenſis, 32. diſt. nullus. nec eſt ꝯ de peccatore, qui nõ egit pñiam, qui
1 ſuſpenſus eſt quo ad ſe, j.q.j. ſacerdotes, ſacroſan. neceſſe. † [Cãtare.] Simoniacus in ordine recipiẽdo, ſiue crimen ſit occultũ, ſiue manifeſtũ, ipſo iure ſuſpenſus eſt, vt hic ab executione omnium ordinũ nõ tñ ſimoniacè receptorũ, j.q.j. quibuſdam. idẽ intelligo de notorio ſimoniaco in beneficio, j.q.j. reperiuntur, 32. diſt. §. verum, niſi eo ignorante alius pecuniã dediſſet, quia tunc credo non eũ ſuſpenſum, niſi ab eo, quod ſimoniacè obtinuit, j.q.5. præſenuum. ſi vero alias ſit ſimoniacus, ſiue pro beneficio, ſiue pro eccleſia emenda, ſi crimen eſt manifeſtũ, ſimiliter ipſo iure ſuſpenſus eſt, 32. diſt. §. verum, ſi eſt occultum, ſuſpenſus eſt quo ad ſe, non quo ad alios, qui eius officiũ licitè audiunt, ſicut quilibet criminoſus, j.q.j. ſacerdotes. itẽ iſti ſimoniaci in beneficio occulti & criminoſi licitè celebrant poſt pęnitentiã, quia nec ſunt ſuſpenſi à iure, nec impediuntur exequi officiũ ſuum poſt pñiam, ſed beneficiũ ſimoniacè habitñ retinere non poſſunt, j. eo. de regularibus. hæc vera ſunt de recipientibus aliqua, ſ. ordinẽ, non beneficiũ ſimoniacè. in dantibus autẽ aliqua ſimoniacè ſeruatur, quod dr̃ j. c. pen. vbi de hoc no. & j.
2 c. dilectus, fil. A. &c. † Itẽ no. ꝙ ſi quis obtinuerit ordinẽ, vel beneficiũ alio dante pecuniã non ordinatori, non eſt ſimonia, ſi ẽt ſine pecunia obtenturus erat, arg. j.q.6. §. vlti. ſi autẽ ipſe ordinatus pecuniam dediſſet, ẽt ſi ſine pecunia habiturus erat ordinẽ, ſimoniacus eſt, arg. j.q.2. quam, & q.3. ſi quis ob, & c. vlt. & q.6.
3 c.j. † {Poteſt.} Si intelligas de poſsibilitate iuris, nullus criminoſus de iure põt cantare miſſam, j.q.j. ſacerdotes. ſi de poſsibilitate facti, ſic conficit ſimoniacus, ſicut quilibet alius, j.q.j. intra catholicam, cum multis ſequentibus, 32. diſt. §. ſciendũ vero. tñ. intelligo de poſsibilitate iuris: nã alij criminoſi poſt pęnitentiã de iure celebrant ꝑter homicidã, ſed ſimoniaci nunquã. item alij licitè audiunt officiũ aliorũ criminoſorum, niſi ſint ſuſpenſi per ſñiam, ſed ſimoniacorũ officium audire non debẽt, etiam ſi nulla ſñia feratur ꝯ eos. Eſt. n. in eis ſpeciale, ſicut in notorijs fornicatoribus, ꝙ eorũ officia audire non debent, 32. diſt. §. verũ. eſt ergo ſpeciale in notorio fornicatore, & ſimoniaco, ꝙ ẽt ſi tollerantur ab eccleſia, cuiq; licet eorũ officiũ euitare, vt hic, 32. diſt. §. verum. ſed homicidarũ, & excõicatorum occultorum, licet ſint ſuſpenſi à iure, ſi tamen alias occultum ſit, & tu ſcis, non debes eorũ officia euitare, arg 6.q.2. ſi tñ, 23.q.4. non prohibeat, niſi abſtineret quis pp̃ correctionem peccatoris, qui ex erubeſcentia pęnitentiã ageret, ĩ. de coha. cle. & mulie. c.j.

SVMMARIVM.

Capella ius quamuis vendi non poſsit, pro fructibus tamen aliquid annuatim paciſci poteſt, ſed contractus debent eſſe ſeparati.

CAP. VIII.

NOn ſatis, etc. [Capellaniæ.] Si autem aliqua capella cum ſuis redditib. conuerſa ſit in vſus alicuius eccleſiæ, bene poteſt à capitulo ibi inſtituto ex pacto recipere aliquid annuarim pro fructibus, ſed ꝯtus debẽt eſſe diſtincti, ſupra de rerũ permu. ad quęſtiones. nam licet non poſsint vendi capellaniæ, id eſt ius faciendi ea, quæ pertinent ad capellam, & multo fortius in perpetuũ, vel in tẽpore vitæ, opera tamen ſacerdotis vendi poteſt, vel emi pro ſeruiendo alieni capellæ. item fructus capellæ in proprios vſus conceſſæ licitè locantur, infra ne prælа. vic. c. fi.

SVMMARIVM.

Pro matrimonio licet ſacerdoti aliquid accipere, ſed pro benedictione nubentium non.

CAP. IX.

CVm in eccleſia, etc. [Et in benedõnib.] Ideo pro benedictionibus nubentium prohibetur accipere, quia ibi gratia confertur. pro matrimonio autem, cum ibi non conferatur gratia, licet aliquid recipere, j. quęſt. 2. quicquid, 35. quęſt. 2. honoratur, 27.q.j. nuptiarum, 32. quęſt. j. connubia. [Requiratur.] Ob hoc iuſtificatur decre. nam oblatum recipere licet.

CAP. X.

CVm ſit Romana. [Procurationem.] Quã etiam exercere non poteſt, ſi eccleſia grauetur, 10. quęſt. 3. cauendum, j.q.2. placuit, in Auct. de mand. prio. §. ſi tibi.

CAP. XI.

DE hoc autem, etc. {Si manifeſtũ.} i. notorium, quia in cõſpectu populi inita ſunt pacta. {Manifeſta.} Per famã, ſed nõ notoriũ. [Si qua.] Et de iure publico, ĩ Auct. de ſan. epi. §. 3. [Eccleſię.] 17.q.j. ſi qs in atrio, in Auct. de ſan. epi. §. ſed neque.

que.ſi tñ dans pecuniam intraret reli. de miſericordia bonũ eſſet ei reddere, j.co. veniens, 16.q.6.de lapſis, 27.q.j.ſi quis ita.

CAP. XLI.

CVm eſſet in noſtra,&c. [V.] Qui propter ſimoniã dictũ R. clericũ petebat à quadam eccleſia amoueri, vel potius clericus petebat eccleſiam ex eo, quod millies ei eam promiſerat. {Super eadem eccleſia.} Ciuiliter agebatur.

SVMMARIVM.

Simoniacus propriè non dicitur, qui celat per gratiam crimen alterius.

CAP. XIIII.

NEmo prebſyterorũ,etc. {Celet.} Hoc id eſt, quia quilibet tenetur peccatum alterius ad pœnitentiam iudicare, 23. q 3. tam ſacerdos. ſecus autem in indicatione furis, vel latroni, vel fugitiui, pro quo licitè accipitur merces. ff. de offi. præfec.vr. ſolent. ff. de condi. ob tur. cau. l. 4. §. vlti. [Simoniacum.] i. io modum ſimoniæ puniendus. non.n. propriè dicitur ſimoniacus, qui celat per gratiam crimen alterius.

CAP. XV.

QVerelam. {Monachorũ, &c.} No. monachos agere ad reuocandũ, quod prior malè alienauit. [Sub annuo.] Conſtituto in ſignum deuotionis, quod licet, vt no. ȝ. de relig. do. cõſtitutus. [Redimi.] Supra de pac. cum pridem. {Nec permittatis.} Iſte fungitur vice & officio conſeruatoris, de quo no. ȝ. de offi. dele. c. ſi.

SVMMARIVM.

Clerico non eſt licitum, niſi pro eccleſia ſua alicui facere fidelitatem.

CAP. XVII.

EX diligenti,etc. [Eccleſiaſticũ.] Quod nõ eſt licitũ, j. de reg. iur. indignũ, vbi no. i. 10. ſolidos, vel aliquid ſi'c in eccleſia. {Taliter.} Pro collatione beneficij eccleſiaſtici, & fortè etiam ſine collatione beneficij non eſt licitum clerico, niſi pro eccleſia ſua alicui facere fidelitatem, j. de reg. iur. c. vlti. vbi plenè no.

CAP. XVIII.

ET ſi quæſtiones. {Humanæ.} C. de fideicõmiſ. ſi tumen. l. vlti.

CAP. XIX.

VEniens ad nos,etc. {Conuenerit.} Propter hanc conuẽtionem iudicatur ſimoniacus. ſecus.n. eſſet, ſi ſpõte obtuliſſet. {Præfato.} Supra eo. de hoc, contra. ſol. ibi.

CAP. XX.

EX tuæ fraternitatis. [Officio.] Licet enim ipſo iure ſuſpẽſus ſit, non tamen poteſt prohiberi, niſi probatio præcedat, 2. q. 1. nos in quemquam. [Pœnitentiam.] Ne obdureſcat in peccato, ſed non ſufficit ad vitam, & contra ius officium exercere, j. e. c. pen. & remiſ. quod quidam. 90. diſt. ſi quis contriſtatus.

CAP. XXI.

AD noſtram,etc. [Miniſterio.] Puta acolitus, vel ſubdia. vel hmõi.

SVMMARIVM.

1 *Tenetur is, qui ſimoniacè adeptus eſt beneficium, ei renunciare.*
2 *Quando poſſit epiſcopus cum ſimoniaco diſpenſare, & in num. 3. & 4.*

CAP. XXII.

1 DE ſimoniacè,etc. †{Remanere.} Ex diſpenſatione epõrum, j. q. 5. p̃ſentium. in alijs aũt ordinib. vel beneficijs nõ ſimoniacè habitis ẽt ſine diſpenſatione manebit, & noua beneficia acquiret. nouos aũt ordines non põt habere. niſi primo diſpenſetur cũ eo in ordine ſimoniacè q̃ſito, cũ promotus eſſet p̃ ſaltum, 52. diſt. c. j. ſi aũt eo ſciente aliquid datũ eſt ordinatori, non põt diſpẽſari cũ tali, j. q. j. erga, ſi quis à ſi. ſtatuimus, & q. 7.
2 c. requiritis. † In beneficijs autẽ diſtinguitur, quia ſi ignorante aliquo data pecunia obtinuerit p̃lationem, nõ poteſt epũs diſpẽſare, vt illam prælationem habeat, ſed in ſimplici beneficio poteſt epũs bene diſpẽſare, ȝ. de elec. c. pen. j. q. 5. c. j. ſed & ſi ſe ſciẽte, vel pecuniam dante beneficium obtinebat, poteſt epũs cũ eo diſpenſare, vt in alia eccleſia obtineat beneficium, & etiam in eadẽ: ſed non poteſt epũs diſpenſare, vt ad maiores ordines promoueatur, j. q. 5. c. j. nunquam autem licet diſpenſare illi, cum
3 quo ſimonia commiſſa eſt. † Item ſi quis commiſit ſimoniam in dignitate, cum eo non poteſt epiſcopus diſpenſare, j. co. nobis,
4 vbi no. † Item cum nullo ſimoniaco ſcienter poteſt diſpenſari in dignitate, etiam ſi pro ea non fecit ſimoniam, j. q. j. erga.

CAP. XXIII.

MAttheus Card.etc. [Contradictio.] Iuſta & etiam iniuſta ante cõfirmationem, de hoc no. ȝ. de ele. ſignificaſti.

SVMMARIVM.

1 *Simonia an committatur non ſolum ex parte recipientis, verum etiam ex parte dantis.*
2 *Simoniam an quis committat dando aliquid laico pro re eccleſiaſtica.*

CAP. XXIIII.

1 AD aures noſtras,etc. †{Pro abſolutione.} Nam non eſt dubiũ ex parte recipientis ſimoniã hic cõmitti, j. q. 3. non ſolũ. ex parte aũt dantis dicunt quidã non committi, arg. j. c. dilectus, quod intelligunt, cũ per ſuperiorẽ ius ſuũ cõſequi nõ poteſt. alias.n. ſecus, ȝ. de ſeu. inſinuanti. Nã ſicut beneficiũ non licet redimere, ita nec pnĩam ſpiritualẽ, ȝ. co. nemo, 83. diſt. c. j. verius vr̃, ꝙ nunquã licet aliquid dare pro pnĩa ſpirituali redimenda, j. q. j. nullus epũs, quia nunquã debet peccare, vt à maiori
2 malo ceſſetur, 32. q. 5. ita. laico † aũt, quẽ conſtat nihil iuriſdiõnis habere, ſi ſpoliat eũ eccleſia, vel faceret eundẽ de facto vitari tanquã excõicatum, vel etiam clerico, qui de iure non cõtendit ſe feciſſe, ſed de potentia, licet dare, quia nihil dat pro ſpirituali, ſed tñ pro vexatione, quã redimere licet. ſm hoc quidã dicũt licere aliqd dare laico, vt beneficio ſoluat decimas, in quib. nec feudi ius cõtẽdit. alij dicũt, ꝙ ſi ſum in poſſeſſione alicuius eccleſię, poſſũ dare clerico & laico, ne me expellat p̃ violentiã, & ſine cognitione cãę, ſed ſi ſũ ex̃ poſſeſſionẽ eccleſię, nullo mõ eſt mihi licitũ aliqd dare p̃ poſſeſſione recuperanda, qa tũc non tñ redimo vexationem, ſed ẽt poſſeſſionẽ amiſſam recupero.

CAP. XXV.

DE regularibus,etc. {Ad renunciãdum.} Licet furtiuũ habeat beneficium, j. q. j. ordinationes, & ſemper ſit in mora, 14. quæſt. 6. ſi res, non tamen debet dimittere eccleſiam ſine licentia ſuperioris, arg. ȝ. de re. & tranſ. ad re. licet, ſed conſulimus, quod à bonis eccleſię, & officio, cum ſit ſuſpenſus ipſo iure, omnino abſtineat, vt no. ſupra eodem, tanta.

SVMMARIVM.

Reſignatio beneficij in manibus quorum fieri debeat.

CAP. XXVI.

EX inſinuatione. {Præpoſiti.} No. reſignationẽ fieri in manibus epi. ſed melius dr̃ in renunciatione neceſſariũ eſſe conſenſum epiſcopi, ſi confirmauit, & canonicorum, qui elegerũt, arg. 18. quęſt. 3. ſtatuimus. C. de act. & obli. ſicut. & poteſt eſſe, ꝙ hi canonici non recipiunt confirmationem ab aliquo ſuperiore, & ideo ſine eo reſignant. vel dic, ꝙ ſpeciale eſt in ſimonia.

SVMMARIVM.

Diſpenſari non poteſt cum condemnato per ſententiam.

CAP. XXVII.

NObis fuit. [Obtinere.] Hoc intellige, quando eo ſciẽte cõmiſſa eſt ſimonia, & ſic non eſt ꝯ, ȝ. eo. de ſimoniacè, vel qñ condẽnatus eſt p̃ ſnĩam, nã tunc cum p̃p criminis enormitatẽ, tũ quia eſt notoriũ per ſnĩam, non poterit diſpẽſare, 50. diſt. vt ꝯſtitueretur, de his. vel dic, ꝙ diſpenſari non poteſt, vt habeat illam dignitatem.

CAP. XXVIII.

DIlec.fil.R. [Poſt receptionem.] Illicitè recipit, j. q. j. nullus epũs. vel dic, ꝙ licitè accepit, nã cum cõtenderent ſuper quibuſdã iuribus & p̃poſitus diceret ſe grauari, Archidiacono dicẽte ſe vti iure ſuo, cõpoſitio interuenit, & fuit ꝯctus, do vt des, vel facias, & agitur ex hoc contractu præſcriptis verbis ad intereſſe. ff. depoſiti. l. j. §. inter loca. ff. de præſcrip. ver. l. j. nec litera hoc cõtradicit, vbi dicitur, quod ſi reſtituit rem, liberatur, quia intelligitur, ſi plus non eſt intereſſe. {Veniſſe.} Maximè.

SVMMARIVM.

coactos recipere gratiã in ſacris hęreticorũ, ɔ̃ eſt, 32. diſt. §. ve-
rũ, j. q. j. ẽt, & tribus c. ſeq. vbi dr̃, ꝙ ibi gratia non cõfertur. Sed
reſpon. nõ conferri gratiã ſcienter recipientibus. vel ideo dr̃ nõ
conferri gratiam, quia poſtquã ſciunt, vel baptizati, poſtquã fa-
cultatẽ habent, per manus impoſitionẽ debent eccleſiæ recon-
ciliari, j. q. 4. c. 2. & 4. & niſi fecerint, peccãt, vel aliter, quia ſi ſa-
cerdos bonus eſt, per eius manum ſacra proſunt ſuſcipiẽtibus,
ſi autem eſt fictus, eius meritum non prodeſt, j. q. j. per Eſaiam.
aliqui tamen dicunt, ꝙ omnes ſuſpenſi occulti, vel à iure exe-
cutionem conferunt, de hoc no. j. de ſchiſma. c. j.

CAP. V.

SI quis epiſcopus. {Extraneos.} Quia ex hoc
præſumitur, ꝙ eccleſiam nõ
diligebat, quãdo extraneos hæredes eccleſiæ præponebat
vel ſupple hæreticos, q. d. ſiue cõſanguineos, ſiue extraneos hæ-
reticos hæredes inſtituat, anathema ſit.

Cum Chriſtus. CAP. VII.
Supra, & infra c. proximo.

CAP. VIII.

SIcut ait B. Leo. {Defenſores.} Hodie quo ad
omnes iſte canon eſt latæ ſen-
tentiæ, & non in partibus Toloſæ tantum.

SVMMARIVM.

1 *Cum moritur quis, ad quem transferatur poteſtas faciendi ea quæ ipſe
faciebat.*
2 *Ad quem ſpectet determinare de articulis fidei.*
3 *Poteſt Papa de laicis ſtatuere.*

CAP. IX.

ADabolendam. [Clerici.] Repete q̃ dixi-
mus ȝ. de mai. & obe. his.
1 † [Vacante.] Mortuo aliquo, ſi vis ſcire ad quẽ tranſ-
fertur ptãs faciendi ea, q̃ faciebat, anteq̃ ſucceſſorẽ habeat, no.
quia ſi ea per ſe ſolũ faciebat, ſicut iuriſdõnẽ, & cõſilia, & hoc
faciet, ille à quo ea habebat, vt ſi erat Archid. qui recepit iuriſ-
dõnẽ ab epõ, vicẽ eius gerit, ȝ. de offi. Arch. c. j. epˢ eo mortuo
eius iuriſdõnẽ exercebit, ȝ. de maio. & obe. his, & hic, ȝ. de inſti.
cũ veniſſent. & hęc ſunt vera, ſi neceſſe, vel vtile eſt hoc expediri
anteq̃ ſucceſſor detr̃, alioquin ſucceſſori ſeruabit. ff. de iudi. mor
tuo. C. de iudi. properandũ. §. ſi aũt, maximè ſi in proximo ſuc-
ceſſor ſit futurus. ff. de ma. vin. l. pen. §. fi. & ſi caplo cõceſsit epˢ
eligere Archid. quia per hoc vr̃ caplo ɔceſsiſſe, ꝙ eidẽ Archid.
iura Archidiaconalia cõferat: eo mortuo ad capl̃m deuoluetur
ꝓdicta ptãs: ſi aũt aliqua faciat per ſe, q̃ non ab aliquo ſunt colla
ta, ſed ſuo iure faciat, vt ſi Archidiaconus fundaſſet eccleſiã de
bonis Archidiaconi, non capl̃i, tunc hæc ptãs non deuoluitur
ad capl̃m, ȝ. de ɔceſ. ꝓb. c. nulla, ſed ad ſucceſſorẽ tñ. Si aũt ali-
qua habeat ab vno, & alia ab alio, cuiq; in eis, q̃ ab eo tenet, de-
uoluetr̃ ꝓdicta ptãs, ſicut eſt videre in clerico habente bona hę-
reditaria, vbi debent ſuccedere hęredes legitimi, & bona eccle-
ſiaſtica, vbi debet ſuccedere eccleſia, ȝ. de teſta. relatum, 12. q. 3.
& 4. p totũ. Itẽ epˢ, & capl̃m ſunt vnus corpus, cuius caput eſt
epˢ, arg. j. de verb. ſig. cũ clerici, & cũ inter eos dicatur ſpũale ɔ-
iugiũ ɔhi, ȝ. de teſta. requiſiſti. §. pro. dicimus, ꝙ ea, q̃ ad epm̃ p-
tinẽt ſuo iure, ſicut eſt iuriſdõ, & ɔfirmatio ꝓlatorũ, quã habet
hoc ipſo, ꝙ eſt epˢ, ꝙ ad capl̃m deuoluetr̃ ipſo iure, ȝ. de maio.
& obe. cũ olim. ſi aũt cũ alijs exercebat aliquid, nõ ad ſubditos,
vel ſuperiores, ſed ad ſocios eiuſdem collegij deuoluitur ptãs,
65. diſt. c. vlti. arg. C. qñ non pe. par. l. j. idẽ fortè dicendũ in ab-
ſente, ſiue ex iuſta cauſa, ſiue ex iniuſta abſit. In negligente aũt
2 dic, vt no. hic, de maio. & obe. cum olim. † [Hęreticos.] i. in hæ-
reſim iã damnatã & indubitatã incidentes. alias. n. ſi de articulis
fidei dubitatio oriretur, & dubiũ eſſet, quis bene vel malè dice-
ret, hoc ſola Romana eccl̃ia determinat, 24. q. j. quotiẽs, 17. di.
multis. [Audiẽtia.] q. d. nõ proderit eis, ſi dicãt ſe velle hęreſim
3 abiurare. † [Comites.] No. Papã poſſe ſtatuere de laicis. ſed hoc
eſt pp crimen. ſi. ȝ. de Iudę. Ita. alij dicunt ideo hæc ſtatuta va
lere, quia Princeps præſens fuit. {Exempti.} Vt templarij.

CAP. X.

VErgentis. {Per cenſu. eccle.} No. iudices ſe-
culares cogi facere iuſtitiam, 23. q.
5. adminiſtratores.

CAP. XI.

SI aduerſus nos. [Examine.] Et malefaciunt, qui
litigant.

CAP. XII.

CVm ex iniuncto. [Teſtimonium.] Ideſt ꝙ
miſſus ſit eo modo, quo
ſcriptura præcipit, ſ. ab eo, qui habet poteſtatem con-
ſtituendi, & mittendi prædicatores. vel, ideſt niſi doceat de ſe ꝓ-
phetatum per aliquem prophetiam, vt Ioan. hic oſtendit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro hæreſi depoſitus ſtatim eſt relinquendus ſeculari poteſtati.*
2 *Abbas, ſeu collegium poteſtatem non habet concedendi alicui licentiam præ-
dicandi.*

CAP. XIII.

EXcõmunicamus. Excõicanẽ heretici. [Re
linquantur.] Pęna dãna-
1 torum de hęreſi. † No. pro hęreſi clericũ depoſitũ ſta-
tim ſeculari poteſtati relinquendum, qui ſi pęnitere nõ vult, eſt
perpetuo carcerandus, j. eo. c. pen. Secundus caſus eſt, ſi pp ca-
lumniã, vel contumeliã illatam epõ ſit depoſitus, 11. q. j. ſi quis
ſacerdos. Tertius eſt in crimine falſi, j. de fal. ad fal. alias aũt cle
ricus depoſitus tuendus eſt per eccleſiã, 81. diſt. dictũ. niſi ſit in-
corrigibilis, ȝ. de indi. cũ non ab homine. [Confiſcenẽ.] Corri-
gitur lex, q̃ defert bona cognatis. C. de hęre. idem de Neſtore.
{Qui aũt.} Qualiter procedatur ɔ̃ ſuſpectos de hęreſi. {Mo-
neanẽ.} Iuſtm ꝓlatum, & dñorum ɔ̃ hęreticos. {Si vero.} Pnĩa
dñorum nõ purgantiũ terrã ſuã de hęreticis. {Catholici.} In-
dulgentia cruce ſignatorũ ɔ̃ hęreticos. [Credentes.] Pęna cre-
dentiũ, receptatorũ, fautorũ, & eorũ, qui pp ſuſpitionẽ de hęre-
ſi excõicati per annũ in excõicatione perſeuerant. {Rñdes.}
Supple non ꝓſumant talibus tradere eccleſiaſt. ſacra. [Quia ve-
2 ro.] Prohibitio prędicationis ſine auctoritate ſuperioris. † [Ab
Apoſto. ſede.] Non ergo Abbas, vel collegiũ habet ptãtem ɔce-
dendi alicui licentiã ꝓdicandi: ſecus dicerẽ in licentia celebrã-
di miſſam, vel alia officia, quã quilibet ſacerdos cõcedere põt,
dũmodo certũ ſit cũ eſſe ſacerdotẽ, vt no. ȝ. de ele. pereg c. 3. &
j. c. proxi. quia ibi non eſt tñ periculũ, eo. tit. ſicut. poſſet dici, ꝙ
poſtq̃ aliquis habet officiũ, vel ptãtem ꝓdicãdi à proprio epõ,
vt ſunt ꝓlati eccleſiarũ, & Doct. Theologię approbati per eũ, ad
quẽ pertinet, vel ẽt quilibet alij, quibus hoc cõceditur, vel ſpe-
cialiter, vel gñaliter, ꝙ quilibet ſacerdos habens curã aĩarũ põt
ei dare licentiã ꝓdicandi ſuis ouibus. Itẽ no. ꝙ licet hoc ſit gene
rale, ꝙ ſoli epi poſsint dare licentiã ꝓdicandi, de ſpãli tñ priui-
legio quãdoq; & alijs cõceditur, ſicut fratribus Prędica. & Mi-
norib. & ẽt quibuſdã alijs, ȝ. de iudi. q̃ ſit. {Adijcimus.} ſ. vlti-
tio, & perſecutio ɔ̃ hęreticos. [Si qui.] Pęna nolentium iurare.
[Volumus.] Pnĩa epiſcoporum non perſequẽtium hęreticos.

CAP. XIIII.

Sicut In vno corpore.

CAP. XV.

EXcõicauimus. [Redire.] ȝ. eo. ad abolẽdam,
§. j. {Carcere.} Arg. ɔ̃, C. de
pęni. incredibile. ſed hic hoc ſpeciale in hęreticis.

SVMMARIVM.

*Hæreticorum bona quamuis ante condemnationem non confiſcantur, nullum
tamen debitum ei ſolui debet.*

CAP. XVI.

ABſolutos. Quia diſtinctè loquitur, intelligo, &
poſt ſatisfactionẽ: i alijs ſecus, 15. q. 6.
nos. de elect. cũ dilect. niſi ſnĩa ferat̃ ſuper abſolutio-
ne tali, quia tunc ẽt in alijs poſt abſolõnem non reuerteretur
ad eius fidelitatẽ, arg ȝ. de diuor. de illa. [Manifeſtè.] Secus, ſi oc
cultè, arg. ȝ. de ſimo. c. vlti. 11. q. 3. c. Iulianus. ibi loquitr̃ de apo-
ſtata tolerato. [Tenebantur.] In prędictis: ſecus ſi iuraſſet ei p-
ſoluere debitum, arg. j. de ſenten. excõ. ſi verè, & no. eſt de hac

materia; 15.q.6.nos irratos. Eſt etiam ibi arg. ꝙ bona hæreticorum ante damnationem non confiſcantur, ꝰ. co. excõicamus. §.j.poſſet tamen dici, ꝙ nullum debitum ei ſolui poſſit.

De ſchiſmaticis. Rubrica 8.

SVMMARIVM.

1 *Schiſmatici qui dicantur, & an conferant, vel accipiant ordines, in num.2.*

3 *Irregularitas ordinatoris, vel ordinati an impediat executionem.*

4 *Excommunicati minori excommunicatione conferunt ſacramenta, & eorum executionem.*

CAP. I.

1 QVod à prędeceſſore. †Largè dicuntur ſchiſmatici quilibet criminoſi, j.q.j. ſacerdotes, 24.q.3.c.ſectandũ itaq;, & hi non tenentur his pęnitentijs. Aliquantulũ minus largè ſchiſmatici dicuntur excõicati, 24 q 3. Apoſtolicæ, tã ſacerdos, de excõicationis. ex quibus aliqui ſunt, qui nõ peccant in excõicatione manẽtes, j. de ſen.excõ.inquiſitioni. de his no. ꝰ.de excep. exceptionẽ. Strictè dicuntur ſchiſmatici, qui diuiſi ab vnitate Ro. eccleſiæ conanť ſuos epõs, & pſby.facere, & ſuas ꝯſtõnes, 7.q.j. Nouatianus, & cõtẽnunt ꝯſtõnes eccleſię, 19.di. nulli. Idẽ dico ẽt, ſi velit ꝯ epm aliquẽ aſſurgere, & eꝑatum tenere, & ſuos ſacerdotes facere, 7.q.j.ſcire, 24.q.3.inter ſchiſma. & ꝯ his habet locũ hæc decre. nã excõicati ſunt vt hæretici, vt hic. Alij tamen dicunt ꝯ in epis ſchiſmaticis ꝯ alios epõs tantũ: dicuntur etiã ſchiſmatici, qui cõiurationes, vel cõſpirationes faciunt ꝯ epõs, vel prẹlatos, & hi non ſunt ſuſpenſi ipſo iure, ſed ſuſpendendi, & horum ordinationes nõ ſunt irritæ, ſed ipſi deponendi ſunt, 11.q.j.coniurationũ, & 4. c.ſequentibus. ſi autẽ aliqui de aliqua re licita cõiurarent, puta de non obediendo alicui hæretico, vel etiã vt eſſent magis ſecuri, ꝙ inuicem ſe non proderent de facienda accuſatione alicuius hæretici, vel pernitioſi ꝓlati, fortè malũ nõ eſſet, 16.q 7.ſanè, ſemper tñ ꝓſumitur ꝯ cõiuratores, 11.q.j.ſi qui clerici, & maximè ſi cõiurent in perpetuũ, vel generaliter: nã ſi ꝯ potentẽ & diffamatũ coniurarent aliqui nõ mali, ſed boni viri, crederem licere. [Hæreſiarchis.] i. ſchiſmaticis. {Ordinatis.} Et idẽ de ordinatis ab hęreſiarchis, vel ſchiſmaticis in infinitũ: nã cum nõ habeant executionem,

2 alijs dare nõ poſſunt, j.q.7. Daibertũ. †[Irritas.] Quoad executionẽ: ordines. n. bene accipiunt, vt no. ꝰ. de hæreti. c. 2. executionẽ aũt ſchiſmatici iſti non conferunt, quia excõicati ſunt ipſo iure, cũ hęretici nominentur, vt hic, & 24. q.j. alienus, & 3. inter. & hæretici ipſo iure excõicati ſunt, ꝰ.de hære. excõmunicamus, 24. q.j.c 2. quidã tamen dicunt, ꝙ tales non ſunt excõicati, ſed excõicandi tm̃, 23.diſt. in nomine, in fi. vbi dr̃ damnetur, & hi à Papa Alex. excõicati fuerunt. Illi aũt ſchiſmatici, qui ab vnione eccleſiæ recedũt, vt Gręci, bene ſunt excõicati ipſo iure vt in ꝓceden. c. & 19.diſt. nulli. nos dicimus, ꝙ ꝑ nullũ peccatũ, qd̃ ſit in ordinatore, vel ordinato, impedit, quominus recipiat ordinatus executionẽ in habitu, licet exequi nõ debeat ordinator, vel ordinatus ordinẽ ſuũ, quia ligatã habet executionẽ nexib. iuris, qd̃ cenſet tali crimine irretitu fore irregularẽ, ſicut apparet in homicida, qui bene in ordinatione ſua recipit ordinis executionẽ, & ẽt dat, ſed tñ ligata eſt per ꝯſtõnẽ, q̃ dicit homicidã irregularẽ, ꝰ.de tẽpo. ordi. c. vlti. & ita ꝑ ꝓdictam cõſtitutionẽ ligata eſt executio eius, ita ꝙ per nullam pnĩam poteſt ſine peccato celebrare, niſi ſecũ per Papam fuerit diſpenſatum. ſed tñ confert ordinis executionẽ & dignitatis, & ẽt recipit, vt exequatur, qñ erit dignus. alij aũt criminoſi, vel adulteri, fures, periuri, & hmõi, licet ꝑ peccatũ nõ debeant celebrare, quamdiu ſunt in peccato, tñ nexibus conſtitutionũ non habent ligatam executionẽ ſui ordinis, quin qñcunq; egerint pnĩam, ſine alia recõciliatione liceat exequi ſuũ ordinẽ, ſalua tñ diſtinctione, quã no. ꝰ.de tẽpo. ord. ex tenore. † Idẽ dicendũ vr̃ de irregu-

3 laritate ordinatoris, vel ordinati, ꝙ non impedit executionem, quin cõferatur habitu & exercitio, arg. 56. diſt. Apoſtolica, canon, & c. vlti. ſ. de renun. niſi cũ. §. perſonę. idẽ dicendum vr̃ & de infamia: nã ſimoniaci ẽt in beneficio ſunt infames. C. de epi. ſi quẽquã. §. vlti. & tñ executionẽ cõferunt, ꝰ.de ſimo. per tuas. & hoc dicendũ vr̃ de excõicatis occultis, & de omnibus alijs ꝓdictis, ꝙ quãdiu tolerantur ab eccleſia, executionẽ ordinũ cõferunt, arg. 6. q. 2. c. 2. & 3.j.q.j. Chriſtus, & ẽt tales recipiũt executionẽ licet ligatã, vt dictũ eſt de homicida, ſi ſunt indigni, de cõſec. diſt. 5. nõ prohibeat, nec eſt ꝯ, 9.q.j. c.j. & 3. ꝰ.de epiſ. qui renun. epiſ. c. 2. quia ibi loquitur, qñ per ſnĩam, vel renunciationẽ nõ habebant executionẽ, nec tolerabantur ab eccleſia, & iõ alijs eã dare non poterant. hoc aũt plus eſt in excõicatis, ꝙ ẽt ſi tolerẽtur, dũmodo probari poſſit, ſi vocent aliquẽ ad ordines, vel alia ſacrã, põt eis dici, non recipiã hoc à te, quia es excõicatus, vnde tibi participandũ nõ eſt. & ea hac cauſa legitima eſt ap pſo: ſecus aũt eſſet in alijs, puta irregularibus, infamib. & alijs ꝓdictis, quia nõ eſſet ꝯ eos admittenda talis exceptio, non recipiã hoc à te, quia es irregularis. ſufficit. n. ꝙ tolerẽtur, ꝰ.q. ſi. nõ ne. ratio aũt diuerſitatis eſt, quia hmõi excõicatis cõicari non põt ſine periculo, ſed in alijs ſecus. idẽ, quod de excõicatis diximus, dicẽdũ eſt de notoriè fornicatore, & ſimoniaco: & hoc eſt ea ratione, quia ab eorũ obedientia ſua auctoritate recedere licet, 32.diſt. §. verũ. ſuſpẽſi ab officio & a collatione ſacrorum ꝑ ſnĩam hoĩs, itẽ depoſiti ꝑ crimen, qui ab officio remouentur, ſine quo ordines nõ cõferuntur, 31.diſt. Maximi. & arg. ea diſt. ſi quis cleri. & c. ſi quis presbyter. itẽ qui renunciauerũt loco & ordini epali, ꝰ.de ordi. ab epiſ. c.j. oẽs iſti nõ cõferunt executionẽ. itẽ remoti ab eccleſia, vel adminiſtratione, vt quidã dicunt. ſed melius vr̃, ꝙ licet remoueať ab eccleſia, niſi ſuſpendatur, ab ordine, vel officio nõ eſt ſuſpenſus, & bene cõferret executionẽ, licet peccet, ſicut videmus in renũciante loco, quia niſi renũciet ordini, executionẽ retinet, qa de alterius mandato ordinare põt, ꝰ.de ordi. ab epiſ. c.j. Itẽ oẽs, q à ſuſpẽſis per ſnĩam hominis, vel cęteris, qui executionẽ nõ habẽt, ordinati ſunt, vel ab ordinatis ab eis in infinitũ, executionẽ non recipiũt vt hic, niſi ꝑ manus impoſitionẽ, vel diſpenſationẽ fuerint reconciliati. Et quicquid alij dicant, non videmus aliã rationẽ, quare non dent, vel recipiãt executionẽ, niſi quia ſic cõſtitutũ eſt, 35.diſt. §. verũ. ſuper charactere aũt, vel gratia Dei cõferẽda, q̃ non ſunt in ꝑtãte Papę, nihil ſtatuere potuit ſuꝑ nõ peccãtes. †Excõicati au-

4 tẽ minori excõicatione ꝑ participationẽ ſacrorum, licet ſint ſuſpenſi participatione, i. perceptione ſacrorũ, non tñ collatione, & ideo oĩa ſacra, & eorũ executionẽ ꝯferũt, j. de cleri. excõ. min. ſi cel. brat. §. fi. īntruſi aũt, licet ſint ineligibiles, & ſuſpẽdẽdi, nõ tñ ſunt ſuſpenſi ipſo iure, arg. ꝯ, 62. di. c. 2. ſed dic, ꝙ ibi loquitur alias, quod prẹlatus intruſus non põt ſubditis, quib. per intruſionẽ datus eſt prẹlatus, conferre ſacra, & conferendo nõ confert executionem, non quia ſit ſuſpenſus, ſed quia non ſuis ſubditis non põt executionẽ conferre. {Irritas.} Hæc plus placet, q̃ quę no. ꝰ.de ſimo. per tuas, & ꝰ.de hære. fraternitatis, ſed ꝯ nos eſt, j.q.j ſi quis ſimonia. vbi dicit, quod ſi quis eſt ordinatus à ſimoniaco non ſimoniacè, tamẽ de miſericordia, ſuſtinetur. ſol. ibi loquitur de notorio ſimoniaco, & hoc apparet per id, quod ſequitur in eo. c. niſi probauerit ſe ignoraſſe. eos ſimoniacos, quia nullo modo cogeretur probare ignorantiã, niſi ꝓſumptio eſſet ꝯ eos, quia non licebat eis ignorare, quod alij ſciebãt. ſed ꝯ nos eſt, qd̃ in eo. c. ſequitur, ſ. ꝙ tũc pro catholicis habebantur, ex quo apparet, ꝙ eorum ſimonia non erat notoria. Sol. non dicit, ꝙ non haberentur pro ſimoniacis, ſed pro hęreticis. & vult hoc dicere illud c. ꝙ ſiue eſſent notorij ſimoniaci, ſiue dãnati hæretici, ꝙ non eſt cum eis diſpenſandum, niſi probarent ſe ignoraſſe eos ſimoniacos. hoc aũt ſcitote, ꝙ ſi ꝯtrium diceretur, ſ. ꝙ omnis ſuſpenſus ab homine, vel à iure ẽt ignorãs nõ habet executionẽ ſui ordinis, nec eã poteſt alijs dare, nec ordinati ẽt ab eis poſſunt in infinitũ licentiam ordinandi alijs dare, intollerabiles abſurditates & infinitæ ſequerentur: vix. n. eſſet aliquis, qui haberet ordinis executionẽ. item ſi ꝓlatus meus eſt homicida, vel excõicatus, ita ꝙ nullus ſcit niſi ordinandus, & neceſſitas requirit, ꝙ ordinetur, numquid recuſabit ordinationẽ huius ſuſpenſi, abſit, 6.q.2.c. 5. & 3. itẽ qũo Chriſtus miſiſſet Iudã, ſi veller, ꝙ occulti ſuſpenſi nõ haberent executionem ſui officij. & in hac opi. fuit Hugo. & Martinus Hiſpanus, vt no. j.q.j. ſi quis à ſi. & c. reperiuntur. imo plus dicunt aliqui, ꝙ etiã ſi ſit nominatim excõicatus, vel dãnatus hęreticus, vel depoſitus, tamen ordinatus ab eis ignoranter recipit non tm̃ ordinẽ, ſed etiã ordinis executionẽ, & hoc expreſſe vr̃ dicere c. 9. q.j. ordinationes. hoc ẽt ipſum probatur ratione, quia ordinator nihil confert in ordinatione, ſed ſolus Deus, 32. diſt. §. verum. non. n. dubiũ eſt, ꝙ recepit ordinem, ergo recipit ꝑtãtẽ ea faciẽdi, q̃ pertinẽt ad illũ ordinẽ, quia ordo eſt ſacrũ ſignaculũ, quo cõfertur ꝑtãs ſpiritualis, & officiũ faciendi ea; quę pertinent ad illum ordinẽ. ergo iſte ordinatus habet ꝑtãtem exequendi ſuũ officiũ, niſi ꝑ aliam cauſam impediatur. probatur autẽ quod ſemper ẽt à ꝓciſo hęretico, & excõicato, & ẽt hoc ſciens recipit executionẽ, quia ſm̃ omnes ſi cõficiat corpus Chriſti, confectũ erit, ſi ordinet, ordinatus erit, ſed bene fatemur, ꝙ peccat exequẽdo ordinẽ, nec inuenietis capĩa antiqua, q̃ priuẽt ordinatos hmõi, niſi ſciuerit, ſic. n. loquunť c. j.q. j. qui perfectionẽ, ventũ, 32. diſt. §. porro. Itẽ cũ hæc pęna non ſit impoſita iure nãli, imo ius nãle vult, ꝙ cũ ſolus Deus in collatione operetur, quare vicarius Chriſti iniquitatẽ ingereret pnĩam ignorantibus: licet. n. ex cauſa decreuerit pnĩam ſcientibus ꝯ contemptũ, tñ iniuſtum eſt, imponere pęnã ignorantib. ſine cau. ſed decr. noua, ꝰ.de epi. qui renun. epi. c. fi. dicit ꝯ, ſ. ꝙ ordinatus ignoranter ab excõicato indiget diſpenſatione. ſed certè cũ illa decre. ſi intelligatur vt iacet, ſ. ꝯ antiqua iura, & ꝯ naturalem æquitatẽ, debet recipere ſanũ intellectũ, quia non eſt ꝓſumendũ, qd̃ & iura alia & nãlẽ ęquitatem voluerit vno verbo tollere, ꝰ. de ele. eccleſia veſtra.

Intellige

Intellige ergo decre. qñ ignorantia erat ſupina,ſed & huic expoſitioni vr̃ ꝯdicere ĩ.de epiſ. qui renun. epiſ.c.j. vbi dr̃, ꝙ ſi non ſit ſupina ignorantia,ꝙ poteſt ep̃s diſpenſare, ſed dic illud ideo eſſe,quia non põt eſſe ſine ſuſpitione ſcientiæ, poſtquã manifeſtè renunciaret,& nec probabat ꝯ,quia ſi probaſſet, nunquã eſſet neceſſaria diſpenſatio,9.q.j.ordinationes. põt rñ dici, ꝙ iuſta cauſa fuit ſtatuendi nouum ius ꝯ naturalẽ æquitatẽ, ne in tã notorijs factis,ſicut eſt ꝯ renunciantes, & ꝯ nominatim excõicatos & ꝑcuſos, nullus admitteretur ad excuſationẽ ſine diſpẽſatione,nec illud vr̃, ꝙ ptãs exequendi tollatur oĩbus ordinatis ab eis in infinitũ,quia non extenditur, niſi ad ordinatos à præciſis nominatim,nec ẽt extenditur ad alios ignorãtes, de hoc no. ĩ.de epiſ. qui renũ.epiſ c.j.[Careãt.]No.ĩ.de ele.nihil.Quid ſi aliqua quęſiuit noĩe eccl. arg. ꝙ valeat. C.de legi. quod fauore.

CAP. II.

FRaternitati. [Perſona.] Nam ſchiſmaticus etiã receptus in honore ſuo eum ordinato à ſe diſpenſare non poteſt,arg.j.q.5.præſentium.

De apoſtatis, & reiterantibus baptiſma.
Rubrica 9.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex ſit apoſtaſia.& qualiter puniatur apoſtata, in num. 2.*
3 *Pſalmiſta,& lector an gaudeant priuilegio clericali.*

CAP. I.

1 PRæterea clerici. †Triplex ẽ apoſtaſia. Prima ꝑfidię,ſ.qñ qs recedit à fide,2.q.7.non põt. Secunda obedientiæ,ſ.quando tranſgreditur præceptũ prælati, vel ſacris canonibus non obedit, 3.q.4. alieni, ĩ.de malo. & obe. ſi quis, & tamen obediẽdum credit,alioquin eſt hæreticus,& ſchiſmaticus,19.di.nulli. Tertia irregularitatis,ſ.cũ qs à ſtatu ſumptæ religionis recedit, de qua hic,j.c.vlti. & no. ĩ.de temp.ord. ex parte. hoc autẽ fit multis modis, dimittendo tõſuram,vel coronã,accipiendo vxorẽ, abijciendo religionis veſtem,vel clericalẽ,redeundo ad ſeculũ,
2 20.q.3.c.j.2.& 3.27.q.j.omnes,& hic,c.j.†Apoſtata perfidię punitur & deſtruitur vt hæreticus,quia in veritate hæreticus, & excõicatus eſt. Apoſtata inobedientiæ,i.qui non obedit ꝑlato, vel canonibus,repellitur ab accuſatione,& teſtimonio, & excõmunicatur,& etiã deponitur,& iudici ſeculari aliquando traditur,3.q.4.ſi quis à ſuo,11.q 3.ſi aũt vobis. Apoſtata irregularitatis eaſdẽ pęnas patitur,16.q.j.legi,50.diſt.c.vlti.21.q.5.c.ſi quis à proprio,& ẽt ſi non ſe emendauerit poſt monitionẽ,caret pri-
3 uilegio clericali,vt no.j.†Item no.H.dixit,ꝙ nedum alij, ſed ẽt pſalmiſta,& lector ſemper gaudebunt priuilegio clericali, & vlterius non poſſunt viuere ſeculariter,nec fieri milites, 21. q. 3. cos.ſed alij ꝯdicunt,cũ quibus & nos ſentimus diſtinguentes, ſi ſumpſit aliquid penitus ꝯrium ordini, vt ſi accepit ſecundã vxorem, vel corruptã, vel fecit ſe militem, & ſęua exercuerit, tunc priuatur omni priuilegio clericali,84.diſt.quiſquis. ſi vero non fecit penitus aliquod ꝯrium ordini,ſ.ducendo virginem, vel faciendo ſe militẽ,dũmodo non exerceat ſęua, põt viuere clericaliter,& priuilegio clericali gaudere,32.diſt.ſeriatim,ſi qui vero.ſed ſi velit viuere ſeculariter negociando, tabernam tenendo,vel tõſuram dimittendo, tunc nullo gaudebit priuilegio, ĩ. de cleri.cõiu.Ioannes,& c.ſeq. Alij tamen dicũt, ꝙ gaudebit priuilegio canonis, ſi quis ſuadente, quod in fauorẽ clericorũ eſt introductũ,& ideo illi renunciare non põt, ĩ.de ſo.cõpe. ſi diligẽti.& hoc ſatis verũ credo, antequã moneatur,ſed poſtea nõ gaudebit,ſed in omnibus laicaliter ſe habet.c.aũt, 20.q.3.eos, nõ obſtat,quia loquitur de cõſtitutis in ſacris ordinib.qđ ex eo apparet,quod in eo.c.dicit,eos,qui ſemel taxati, ante ſacrũ aũt ordinẽ taxari nõ poſſunt.itẽ ex fine eiuſdẽ c. hoc apparet, vbi dr̃ ꝙ coguntr̃ redire ad ordinẽ,qđ nõ fieret,ſi in ſacris nõ eſſent. & ſm̃ ꝑmiſſam diſtinctionẽ erit de foro ſeculari, vel clericali, niſi ꝯdicat cõſuetudo,quæ iuriſdonem tribuit. C.de emanc. lib. licet.[Clerici.]De religioſis loquiť, vel de cõſtitutis in ſacris ordinibus.{Liberari.} j.de ſen.excõ.ſi vero,2.ꝯ.ſol.hic loquitur, quãdo per omnia habebant ſe vt laici, illud, qñ dimiſſa corona in alijs agebant vt clerici,vel ẽt cauſa leuitatis. vel hoc nõ negatur, quin capiẽtes tales ſint excõicati, ſed ꝙ talibus clericis per eccleſiam non ſuccurrebatur.vel illud habet locũ,quando non eſt monitus,ꝙ habitum portet:hic aũt,qñ eſt monitus,j.de ſen. excõ.in audiẽtia. prima ſolutio ꝓbatur j.de priui. ex parte tua.

CAP. II.

EX literarum tuarum. [Publicum.] Repete,quę diximus ĩ.de temp. ordi. ex tenore.

SVMMARIVM.

In ſacris ordinibus conſtituti non dicuntur apoſtatare,& clericatũ dimittẽ...

CAP. III.

TVæ fraternitatis. {De apoſtaſiæ crimine.} hæc decr. loquitur, quãdo conſtabat aliquẽ clericalem habitum depoſuiſſe, & cũ eſſet monitus,ꝙ reſumeret, reſpõ.ꝙ hoc ei licebat,cum eſſet in minoribus ordinibus cõſtitutus.econtra vero dicebatur, cõſtat ꝙ habitũ dimiſit,& fama eſt,ꝙ erat in ſacris ordinibus conſtitutus,vel ꝙ erat canonicus regularis,vnde ſtatim vel habitũ reſumere,vel ſe purgare debebat. & dominus Papa pro hoc vltimo ꝓp infamiã tñ ai . Fatemur.n.ꝙ non in ſacris ordinibus conſtituti non dicuntur apoſtatare, ſi clericatum dimittunt, ĩ. de vi. & hone.cle.c.ex literis,ĩ.de cle.ꝯiu.Ioannes, 84.diſt.quiſquis.

CAP. IIII.

QVidam. [Ritus.] Fortè in obſeruationib.feſtiuitatum, vel in diſcernendis cibarijs.

CAP. V.

A Nobis expetijt. [Apoſtatis.]Quod relicto habitu religionis viuũt ſeculariter.ſi autem apoſtatarent deuiando à fide, punirentur vt heretici. ĩ.de hære.excommunicamus.§.j.ſi autem per inobedientiam apoſtatarent.punirentur, vt 19. diſt.nulli.

CAP. VI.

COnſultationi. [In apoſtaſia.] Si antequã ſumeret,dimitteret apoſtaſiam, & reconciliatus poſtea reciperet ordinem, ſine diſpẽſatione in eo remaneret.

De his,qui filios occiderunt. Rubrica 10.

VEniens.
Intelleximus.
De infantibus.

De infantibus, & languidis expoſitis.
Rubrica 11.

SVMMARIVM.

Seruo ſi denegantur alimenta,non efficitur liber,ſed habetur pro derelicto, & occupanti conceditur.

CAP. I.

SI à patre. [Sciente.] Nã ſi aliquo ignorãte vel inuito expoſitus eſſet,nihil ei ꝓiudicaret, imo eũ reſtitutis expenſis repetere poſſet.C.eo.l.j. {Infans.} Secus in non infante, niſi ſit languidus.C.de La.libe.tollen l.j.§.ſed ſcimus. {Seruus.} Idem de colono:ſi autẽ non exponitur ſeruus,ſed denegantur ei alimenta, ſiue ſit infans, ſiue maior,non erripitur in libertatem,ſed pro derelicto haberi videtur ff.pro derelicto.l.vlti. & ideo occupanti ꝯceditur.[Vindicare.] C.eo.l.vlti.niſi illum, qui eſt,ff.de nup.patrem.

De homicidio voluntario,vel caſuali.
Rubrica 12.

CAP. I.

SI quis per induſtriam. [Et per inſidias.] Et pro,i. qualis eſt publicus latro, qui inſidiatur ſtratis,qui nõ gaudet immunitate eccleſię, ĩ. de immu. eccl. ĩter alia vel loquiť de altari vere. teſta. qđ nõ erat eius auctoritatis,cuius ſũt nr̃a altaria.

CAP. II.

INterfeciſti. [A thoro.] Vxoris,cui tñ debet reddere debitũ,23.q.4.§.vlti. [Gladio.] Hoc prohibet cuiq; penitenti,34.q.2.admonere,de pęni.diſt.2. dolendum.{Meditatione.}Si caſu,23.q.5.de occidendis.[Fecerit.] Caſu fortuito,vel hic loquitur diſpenſatiuè.

CAP. III.

SI perfodiens. [Nocte.] i.furtim domũ intrãs:hic licet immunis ſit à pctõ, irregularis tñ eſt.[Intelligiť.]Incipiũt verba Aug.{Diſcernere.} ff.ad l.Aql itaq;.§.ii.v.ff.ad l.Cor.de ſica. furẽ.[Defenderit.]Et ꝯuenire cũ poſſum in occidendo. C.ad l.Corn.de ſica.l.2. & 3.

CAP. IIII.

CVm iuramento. {Repudiaturus.} ff.ſol. matri.ſi conſtante, §.3.

CAP. V.

SI quis. {Homicida.} De hoc no. infra eo. ſicut ex literatum.

SVMMARIVM.

1 *Tenetur is, qui bona alterius occupauit, ad illorum reſtitutionem.*

2 *Ad quid tenetur is, cuius conſilio aliqua facta eſt rapina, vel deuaſtatio, & vide de hac materia multa vſque ad nu. 5.*

CAP. VI.

SIcut dignum. [Illi autem.] Pœna illorũ, qui animũ habuerunt occidẽdi, feriẽdi, & capiendi. [Manuũ.] i. licet manus in eo non iniecerit. [Illi etiam.] Pœna prohibentiũ vim fieri occiſoribus. {Qui vero.} Pœna incitantium regẽ ad odium. [Hi quoque.] Pœna cuſtodientiũ ſarcinas occiſorum. {Eos inſuper.} Pœna occupan-
1 tium ſpolia ſancti viri, vel ſuorum. † [Occupauerint.] Solummodo occupata à ſe reſtituere tenent: quia non fuerunt culpabiles in occupationibus, quas alij fecerunt, licet ſimul cõcurrerent in rapinis faciendis. ſi aũt in eis culpabiles fuiſſent, tunc diſtinguendũ eſt, an cõſilio fuerint culpabiles, i. quia conſuluerũt alijs, ꝙ raperent, & tunc tenentur inſolidũ cõſiliatores: quod ex eo apparet, quia dolo & ꝯſilio ſuo hoc dãnũ ſenſit, arg. ff. de do. ꝙ ſicut, & l. cũ quis. & licet vi bo. rap. vel interdicto, vnde vi. non poſsit quis cõueniri, de cõſilio tñ, ſi non ſcit ꝯ quẽ intentantur iſtæ actiones, vel ꝑꝑ defectũ probationũ, vel ꝑꝑ timorẽ, vel ꝑꝑ aliam cauſam in defectum, ꝯ hunc conſiliatorẽ cõpetet actio de dolo, arg. ff. de do. l. j. Imo plus vr̃ ſm̃ conſilium animæ, quia ẽt ſi bene haberet actiones ꝯ alios, ſed eas nollet exercere ſiue ex iuſta cauſa, ſiue ex iniuſta, ꝙ conſiliatius in hoc caſu ſatisfacere debet, niſi liberaliter raptus dimitteret raptori: nã tunc credo conſiliatorẽ liberatum, quia liberatus eſt ille, qui primo & principaliter tenebatur, & qui res habuerat: ſed ſi cõſiliarius abſolutus eſſet per ſpoliatum, non crederẽ liberatos alios, ad quos res peruenerunt, niſi expreſsè intellexerit eos liberare, nec ẽt illũ, qui rapinã fecit, ẽt ſi de rapina nihil habuerit, quia naturaliter & de iure diuino conueniens eſt, ꝙ ſublato principali tollatur acceſſoriũ, ſed non econuerſo, ſ. de conſti. tranſlato. Imo plus dicimus, ꝙ etiã ſi liberaliter liberetur principaliter raptor, nõ ꝓpter hoc liberatur cõſiliatius, quin debeat reſtituere, ſi quid ad eum peruenit de rapina, niſi alius pro eo ſatisfeciſſet: nã in hoc caſu in conſilio animæ dicendũ eſt conſiliario, ꝙ ſatisfaciat illi principali, qui pro eo ſatisfecit non offenſo, cui iã ſatisfactum eſt: ſecus autẽ haeret in iudicio. ſi vero non dedit conſiliũ de rapina facienda, ſed iuit eũ raptore, non vt iuuaret ad rapinã quã diſſuaſerat, ſed vt iuuaret eũ, ne lædi poſsit ab aliquo, tunc ſi raptor eſt inuentus in rapina, ille, qui iuit vt perſonã ſolã liberaret ſine rebus, non tenetur alicuius rei, quia nulla res ablata eſt. ſi vero aliquas res aſportaſſet, tunc tenet̃, quia opẽ dedit ad rapinã, & ſi non cõſilium, dũmodo ſine eo nõ potuiſſet res aſportare, quia ſi ſine eo aſportare potuiſſet, tunc nõ teneretur. ſi aũt nullas aſportauit, ſed tñ aliàs damnũ dedit, tunc nullo modo tenetur iſte, qui diſſuaſit rapinã, ſed iuit, vt perſonã liberaret, niſi fortè raptor nullatenus iuiſſet, niſi alterius comitatũ haberet: nã in iſto caſu ſemper tenet̃, quia & ſi diſſuaſerat, tñ opẽ ꝓſtat, vel facto cõſuluit. Sed quid ſi multi comitati ſunt aliquẽ ad faciendã rapinã, vel deuaſtationẽ aliquarũ rerũ, & volentes ꝓſtare ei opẽ in deuaſtatione, vel ad defenſionẽ ſuã, ne lædi poſſet, vel ibant, vt impedirent aduerſarios, & vt cõpeſcerent, ſi vellẽt
2 prohibere rapinã, vel deuaſtatiunẽ. † Ad hoc ſic reſpõdemus, ꝙ ſi iuerunt, vt iuuarent ad rapinã, nõ tenentur in cõſilio animæ, niſi de rapina, quã ipſe fecit, vel q̃ eius auxilio eſt facta. & ideo ſi multa rapuit, vel deuaſtauit iſte principalis raptor ſine auxilio alterius, q̃ ẽt rapuiſſet vel deuaſtaſſet, ẽt ſi eum comitatus non fuiſſet, in nullo tenetur, quia nec facto, nec cõſilio rapinam, vel vaſtũ iſtud fecit, licet ad hoc iuit, vt faceret, hoc ſaluo, qa & de alijs vaſtis, q̃ non eſſent facta, ſi ipſe cũ alijs ibi non fuiſſet, tenetur in virilẽ portionẽ, ſi eius & aliorum timore fecerunt alij vaſtũ. Et eſt ratio diuerſitatis inter cõſiliũ, & auxilium, quia auxiliũ reſtringitur tñ ad illa, in quibus auxilium ꝓſtitit, ſed cõſiliũ
3 euagatur ad omnia dãna. † Sed ſi nullius timore dimiſſa eſt rapina, vel vaſtũ, ſed timore omniũ ſimul, tunc ſinguli pro ſingulis damnis tenentur inſolidũ, quia quilibet in quolibet dãno opẽ dedit. Alij tñ in hoc caſu dicunt melius, vt vr̃, ꝙ tñ pro portione ſua tenet̃ quilibet, vel pro virili parte, ita tamen, ꝙ habeatur æſtimatio eorũ, vt qui ſtrenuior eſt, & qui maiorẽ timorem incuſsit aduerſarijs, in plus teneatur. ſi aũt iuit tñ, vt defenderet eos, tunc, ſicut dictũ eſt, in nihilo tenetur, dũmodo hoc certum ſit aduerſarijs, quia ſi aduerſarij crederẽt, ꝙ in auxiliũ raptorum veniſſent, & ꝑꝑ hoc non auderent defendere rapinã, probabilis dr̃ præſumptio eorũ, & ideo in hoc caſu bene tenentur, ſicut ſi
4 iuiſſent, vt rapinę auxiliũ preberent. † Et idem dicimus de illis, qui vadunt cauſa pacificandi, quia hoc ipſum aduerſarijs ſignificare debent, alias videntur eſſe culpabiles, ſi aduerſarij probabiliter dimittãt timore eorũ, ꝙ ſuas res nõ defendant. ſi aũt iuerunt cũ raptore, vt prohiberent aduerſarios impedire vaſtantes & raptores, tñ ſine dubio tenentur inſolidũ, ſicut ipſi raptores, ſ. eo. c. §. j. ſi autẽ culpa, vel negligentia ſua dedit quis damnũ, vt ſi nõ bene cohibuit ignẽ, ne ad domos aliorũ vagaretur, tũc te-
5 net̃ actione l. Aquil. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac. † Sed tñ
a in foro pœnĩali non vr̃, ᵃ ꝙ teneatur ad emendã damni, & pœna eſt ei imponenda de negligẽtia, nõ pęna de damno, arg. 55. q. 2. inebriauerũt. Lex aũt ciuilis, q̃ intendit circa cõſeruationẽ patrimoniorũ, cõſtituit, ꝙ ẽt ad reſtitutionẽ damni tenerẽtur. Itẽ bene fatemur, ꝙ ſi aliquo modo intẽderet per ignẽ dare dãnũ, ꝙ ẽt tunc in foro pœnĩali condẽnaret̃. & idẽ dico ſi nõ intẽderet,
b ſed in lata culpa ᵇ eſſet, vt ſi ignẽ proijceret in domũ plenã ſtipula. hoc aũt generalr̃ teneas, ꝙ quicunq; ſatisfecerit ad plenũ læſo, alij vlterius in foro pœnĩali ſatisfacere non cogit̃, ſed ei cõpenſare debẽt, qui pro oĩb. ſatisfecit. & hoc quidem ſic obtinet in cõſilio animę: ſed in foro iudiciali, ſi poteſt diſcerni damnũ, vel factũ vnius à dãno, vel facto alterius nullus tenebit̃, niſi de ſuo dãno, vel facto, & ſic vr̃ dicere l. ff. ad l. Aquil. itẽ Mela §. ſed ſi plures, & tribus §. ſequentibus, & l. ita vult. §. fi. ff. de fur. ꝯ ulgaris, & §. fi. ſi autẽ non põt diſcerni, quilibet tenetur inſolidũ. ff. de arbo. ſur. ce ſa. ſi plures. ff. de poſtu. l. j. §. ſi apud, & l. in depo. 24. q. vlti. §. fi. Nec eſt ꝯ, ff. depoſiti, ſi duo, vbi innuitur, ꝙ ẽt ſi diſcerni non poſſunt damna, ꝙ tñ pro parte condẽnari debent, & illud eſt verum, quando agitur cõdictione furtiua, vel depoſiti, ſed ſi agitur l. Aquil. pro vaſis confractis, tũc bene fiet condẽnatio cuiuſq; inſolidũ: & hoc ſonat litera eiuſdem legis, vbi dicit, ꝙ nemo liberatur niſi rei integræ ſolutione, ſuppie ſi agatur l. Aquil. quidam ẽt dicunt hoc obtinere in conſilio aĩę, & hoc obtinet in his delictis, vbi quis non tenetur neq; de operę, neq; de conſilio, quia ſi de eis teneretur, tunc quilibet teneretur, ẽt ſi damna diſcerni poſſent. [Illis preterea.] Pœna participantium occiſoribus excõmunicatis. {Clericos.} Pęnitentia clericorum præſtantium conſilium, & auxiliũ morti eius. [Separatim.] Quando. n. omnes cantant, & ipſi cantare poſſunt.

ADDITIONES.

a ¶Pœnitentiali non videtur. Feli. in c. j. col. 11. ver. tertius caſus, ſupra de conſti. dicit hoc ſingula. & Roma. ſuo ſing. 103. ſequitur do. Anto. & Abb. in d. c. j. & Abb. in c. dilecti, col. 5. de ar. & c. quoniam cõtra, col. 13. de proba. & in c. cum cauſam, col. 2. ſupra de conſti.

b ¶Sed in lata culpa. Adde Felin c. j. col. 12. circa medium, ſupra de conſti.

SVMMARIVM.

Irregularis fit quicunque homicida ſiue facto, ſiue mandato, ſiue conſilio.

CAP. VII.

PResbyterum. {Percuſsit.} Leuis enim caſtigatio eis ꝯceſſa eſt. ff. ad l. Aql. preceptores, & l. ſed & ſi quẽcunq;. §. vlti. 23. q. 5. c. j. j. de ſenten. excõmu. ſuper eo vero, 11. q. j. ſi quis non iratus, arg. contra. {Percuſsione.} Qualitercunq; quis cõmittat homicidium ſiue facto, ſiue mandato, ſiue conſilio, ſiue ad ſui defenſionẽ, homicida eſt, & irregularis, 50. diſt. ſi quis vidua, & non ſolum ſi ea percuſsione mortuus eſt, ſed etiam in infirmitatẽ incurrit, vnde moreretur vt hic. j. eo. ad audientiã, 50. diſt. ſtudeat. ſi aũt caſu fortuito homicidiũ committat, nõ dicitur homicidiũ comittere, nec fit irregularis, j. eo. lator, & quinq; cap. ſequentibus, 23. q. 5. de occidendis, niſi culpa præceſsiſſet caſum, j. eo. cõtinebatur, ad audientiam, exhibita, ioannes, c. vlt. homicida autem ante baptiſmum ſiue ex officio, ſiue ex voluntate fecerit homicidium, non eſt irregularis, quia oĩs ſequela peccati deleta eſt, 26. diſt. deinde, 50. diſt. ſi quis poſt remiſ. 51. diſt. aliquantos. alij tamen dicunt contra, vt no. ſ. de diuor. gaudemus, in fi.

SVMMARIVM.

Homicidium caſuale ei imputatur, qui dat operam rei illicitæ, vel qui nõ omnem adhibuit diligentiam.

CAP. VIII.

COntinebatur, &c. {Solet.} Ob hoc fuit aliquantiſper culpabilis iſte diaconus. [Accinctus.] Ita, ꝙ viſui publico nõ patebat, imo ioſiliẽs iuſtè excuſari potuit, ſi eã non vidit. [Aſcẽdere.] Hic diaconus fuit in culpa, quia ita leuẽ ludum cũ laicis facere nõ debebat, & quia ſala occulta erat. Itẽ cum cõſuetudo eſſet, ꝙ perdens equitaretur, debebat ſe talẽ reddere, vt ſine periculo poſſet equitare. Sed dices, cũ ipſe non equitaret, non debet ei imputari. Reſpon. imo debuit ei imputari, quia licet potuit iuri ſuo renunciare, ius tamen alterius non potuit auferre.

SVMMARIVM.

Homicidium caſuale ei non imputatur, qui in nulla eſt culpa.

CAP. IX.

LAtor præſentium. [Luderet.] Fortè ad ſcaccos, vel alio ludo leui, q non eſt ludus noxius: de iſto aũt ludo ſurrexit occiſus, & alium in terram proiecit, cuius cultello mortuus eſt. hic ergo in nulla culpa fuit, cũ nec ludũ noxium faceret, nec ſe potuit ꝑparare, vt ſocium non lęderet ſubito ab eo inuaſus, & ſic non eſt cõtra, ſ. c. proxi. vel loquitur de diſpenſatione, ibi ac rig. re.

SVM-

SVMMARIVM.

Homicidium caſuale ei imputatur, qui cum potuit, non aufugit.

CAP. X.

SVſcepimus. [Voluerunt] Et licitè. [Dimiſiſſet.] In hoc peccauit, quia duos, licet ligatos, in vnius ꝑtãte dimiſit. [Occidit.] Et malè: debebat.n. fugere, & ſic non occidiſſet, neque occiſus fuiſſet. [Studeat.] Ex quo enim res habebat, debebat abſtinere à vinculis.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis dicatur ex homicidio incurriſſe irregularitatem, vide multa pulchra vſque ad nu.8. & an ſemper homicida ſit irregularis, in num.9.*

CAP. XII.

AD audientiam. ⟨Quæ cingulo.⟩ In hoc maxima fuit. ⟨Minorib.⟩ Ex diſpenſatione. ⟨Infirmitatẽ.⟩ Quã non incurrit

1 occaſione vulneris. †No. ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis incurrat irregularitatẽ, & peccatũ ex homicidio, ſufficit, & eſt neceſſe, ꝙ interuenerit vel conſiliũ, vel ꝓceptum, vel factũ, vel defenſio occidentis, 50.diſt. ſi quis viduã. & intelligitur conſiliũ, vel mandatum dediſſe in morte alicuius, qñ ſuaſit illud, vel rogauit, vel mãdauit, vel alias cõſuluit, vtilitatẽ, q̃ ſequitur ex homicidio oſtẽdẽdo, ſed & qui non cõſuluit homicidiũ, ſed cõſuluit id, vnde ſequitur homicidiũ, irregularis eſt, vt ſi ſuaſit iactũ machinæ, vel baliſtę, vel ꝙ vadat ad capiendũ caſtrũ, qđ nõ põt de facili capi ſine morte hoĩum. nã ſi illi occidãt hoĩes in captione caſtri, irregularis erit. Captioni.n.caſtri, & iactui machinę nimis affine ẽ occidere hoĩem. ſecus tñ vr̃, ſi mandaret, ꝙ ſi proditionaliter caperet, vel furtim, qa tũc licet illi, q vadunt, vt habeãt caſtrũ, aliquẽ occidant pp hæc cõſiliarius nõ eſt irregularis, niſi eſſet veriſiſe, quod hoc fieri non poſſet ſine morte hominis. Alij tamẽ dicunt, & fortè melius, quod cũ illicitũ opus cõſulat, irregularis erit, ẽt ſi caſu ſequatur inde mors, arg.ĩ.co.cõtinebat̃, & no. ĩ.co.presby. idẽ, ſi mandauit aliquẽ verberari, quia ſatis eſt credibile, quod verberatus ſe defendet. ſed ſi inſiſteret conſilio liciti operis, vt quod caperetur maleficus, vel aliter conſimilis, tunc non ſit irregularis cõſiliarius, ẽt ſi capiens maleficũ eũ occidat, quia hoc non cõſuluit, arg.j.c.ſi.tamẽ ſemper ſit irregularis, ſi directo in mortẽ alicuius conſiliũ dedit, ĩ.ne cleri. vel mo

2 na. ſnĩam. †Itẽ nõ intereſt, ſi ille, cui ꝯſulitur homicidiũ, ſtatim faciat homicidiũ poſt conſiliũ, vel poſt ẽt longo tpe interpoſito, niſi ꝯriũ diſſuaderet, & primũ cõſiliũ reuocaret, imo & plus vr̃ neceſſe, ꝙ ẽt illi, de cuius morte tractatũ eſt, denũciet, ꝙ ſibi caueat, niſi firmiter & probabiliter credat, ꝙ poſt reuocationẽ cõſilij reuocet̃ ille cui conſultũ eſt homicidiũ, à propoſito oc-

3 cidendi. †In eo aũt a qui mandaſſet fieri homicidiũ, pro ſe vide-

a retur ſufficere, ſi tñ ꝯriũ mandaret, vel ſi pacẽ iniret cũ occidẽdo, vel parentelã vel aliã amicitiã cum eo ꝯheret, ſciẽte eo, cui mandatũ erat de occidẽdo, arg.ff. de admini. tut. l.j. Et eſt ratio diuerſitatis, quia qñ mandato alterius, & pro alio tñ fiebat homicidiũ, vr̃ ꝙ ꝯrio mandato, vel ꝯria voluntate onctoſa, debet ab homicidio ceſſare. ſed vbi non fit homicidiũ pro alio, ſed ꝑ ſe, ille, qui cõſuluit, ſemper debet ꝯ ſuadere, & ẽt plus facere, ſi hoc dictat conſcĩa, cautè tamen, ne procedat: ſi aũt anteq̃ reuocet cõſiliũ, procedat, ſed poſtq̃ cõſulens ẽ iam pęnituerat, tunc

4 vr̃, ꝙ irregularis ſit, quãuis tpe homicidij fuerit in charitate. †Si aũt aliquis cõſuleret alicui, ꝙ proijceret ſe in mare, vel ꝙ alias ſe occideret, credo, ꝙ eſſet irregularis, arg. ꝑdictũ c. ſi qs viduã. ſed ſi cõſuleret alicui, ꝙ occideret aliquẽ, & ipſe, cui ꝯſultũ eſt, occidatur ab illo, quẽ occidere debebat, dicũt quidã, ꝙ irregularis eſt, quia cõſilio illiciti operis dat operã: vnde quicquid mali cõſilio, culpa, vel caſu inde ꝯtingit, ſibi imputandũ eſt, arg.ĩ. co. cõtinebatur, & c.ſuſcepimus. Itẽ neglectũ & non bene examinatũ vr̃ hoc conſiliũ: debuit.n. examinare, ꝙ nõ ſolũ poterat occidere aduerſariũ, ſed ẽt ipſe poterat occidi, & ſic vr̃ irregularis, 50. diſt. ſæpe. Alij tamen dicunt ꝯ, ſ. ꝙ nullo modo cõſiliarius ꝑdictus eſt irregularis ex ꝑdicto ꝯſilio, quia nullũ ꝯſiliũ dedit in mortẽ huius, imo nolebat. bene.n. vr̃, ꝙ ſi fraudulẽter dediſſet, ſ. vt occideret̃, ꝙ tunc eſſet irregularis, arg. ꝑdictorũ c. In,

5 & ſæpe, j.co. ſignificaſti. †Et ſi obijcias, quia fuit malũ conſiliũ, & magnæ negligentię, fateor, ꝙ fuit malũ conſiliũ, & negligentię, ſed nõ fuit ad mortẽ eius, nec fuit negligẽtia in morte eius, quia ꝯſiliũ ſic debet intelligi, vt bene ſibi caueat, & in loco, vbi ipſe & ſui occidi nõ poſſint eũ occidẽdo. nã bene dicũt hi, ꝙ ſi incitaret aliquẽ ad occidendũ aliũ vbi periculũ eſſet, ꝙ bene eſſet irregularis, ẽt ſi ille, cui cõſuleret, eſſet occiſus. Sed ꝯ ſemꝑ apparet, ꝙ nõ fuit diligẽa, nec bonũ cõſiliũ, ex quo, qui conſiliũ recepit, ibi mortuus eſt. ſed ipſi rñdent, fines mãdati diligenter attendi, ff. mãd. diligẽter. vnde ſi nõ bene ſibi cauit, nõ vr̃ ꝯſilio

6 eius feciſſe, vnde nec eſt irregularis. † Si aũt aliqs ſuaderet alij, ꝙ exponeret ſe periculo ꝑ patria ſua, vel proximo ſuo, vel ꝑ iure ſuo, nõ eſt irregularis ẽt ſi ibi moriatur ille, cui ꝯſulit̃, 24 q.2. pro nibris, & c. ſeq. & q.5. igit̃, & c. ſeq. ſed ſi ſciret cũ moriturũ, tunc vr̃, ꝙ ſit irregularis, quia eſt ordinata charitas, ꝙ quiſq; plus diligat corpus ſuũ, q̃ alterius. ſed ſi ei cõſulat, ꝙ ſe exponat indubitatę morti pro honore Chriſti, vel pro fide, vel pro ſtatu eccleſię, nõ fit irregularis, ẽt ſi ſequitur mors, cũ Chriſtus mortẽ ſubierit pro nobis, & ſancti martyres ꝑ eccleſia ſanguinẽ ſuũ

7 fuderunt. †Facto fecit quis homicidiũ, & fit irregularis, ſi ſpõte m. nu propria quẽquã occidat, ſed & ſi nõ ſponte, ſed caſu, cùm daret operã rei illicitę, vel nõ adhibuit diligentiã, quã debuit, ĩ.co. ſi aliquis, ſicut dignũ, ꝑsbyterũ, continebat̃, c.ſi. ad audientiã, Ioannes. Itẽ ſi cauſam proximã morti dedit, 50. diſt. ſtudeat. Itẽ ſi venenũ dedit, ĩ.co. ſi aliquis. Itẽ ſi accuſauerit quẽquã criminaliter, vel iudicauit, vel aduocatus fuit, vel teſtis, j.co. poſtu

8 laſtis, 51. diſt. c.i. ĩ. ne clerici. ſnĩam. †Si aũt aliquis vel ceruũ, vel leonẽ habet, qui aliquẽ occidat, non vr̃, ꝙ ſit irregularis, dũmodo malitiã, vel latã culpã nõ habeat in morte alicuius. Non.n. vr̃, ꝙ leuis culpa, vel negligẽtia deberet huic imputari, cũ multum remota ſit cauſa ab homicidio. Alij dicunt, ꝙ ſi aliquid eſt, quod poſſit imputari ei, q tenet ceruũ, vel leonẽ, ꝙ ſemper eſt

9 irregularis, arg. 50. diſt. hi, ſæpe. †Itẽ no. ꝙ non omnis homicida eſt irregularis, ſicut apparet in homicida caſuali, ĩ. eo. lator, ca literis, & c. ſeq. & c. ſignificaſti. Item aliquis eſt irregularis, ne promoueatur, ſed non eſt irregularis, vt miniſtret in ſuſceptis. Item cum aliquibus de talibus irregularibus diſpenſat ipſe Papa ſolus, cum aliquibus etiam epiſcopi, eo. titu. continebatur, ad audientiam. De defenſore autem conſtat, ꝙ etiam ſi ineuitabili caſu ſe defendat, tamẽ irregularis eſt, vt in pręal. c. ſi quis vi. quia voluntate homicidium cõmittit, ſed facilius eſt cum huiuſmodi diſpenſatio. pro his autem, qui in caſibus dubijs dicũt aliquos nõ eſſe irregulares, facit, cum irregularitas ſit de iure poſitiuo, vt no. ĩ. de renũ. niſi. & pęnæ ſunt molliẽdę, de pęn. diſt. j. pęnæ. quilibet eſt irregularis, vbi ius ſtatuat cũ irregularẽ.

ADDITIO.

a ¶In eo autem. De hoc plenè per Sali. in l. non ideo minus, col.7. C. de accu. per Ang. Aret. in tract. maleſi. in ver. Sempronium mandatorem, col.9. & ibi quomodo intelligendum ſit. Inn. hic & aliquid per Fel. in c. ex parte decani, col.6. ver. & procedit iſta regula, ſupra de reſcrip.

CAP. XIII.

DIlectus filius. [Intulit.] Sicut debuit. [Stimulauit.] Sicut debuit. ⟨Freno.⟩ Quod frangibile non apparebat.

CAP. XIIII.

EX literis. [Circunſpeait.] Ac alias adhibuit diligẽtiam omnem, quam debuit, 50. diſt. qui arborem, hi qui. ff. ad l. Aquil. ſi procurator.

CAP. XV.

EX literis tuæ. ⟨Præſertim.⟩ i. maximè: nam omnem adhibuerat diligentiã, & alibi potuerat de iure communi.

CAP. XVI.

SIgnificaſti. ⟨Stimulauit.⟩ Sicut debuit. ⟨Sciuiſſet.⟩ Si ſuus erat equus, ſatis erat excuſabilis, ſi prius vitium in equo non percepit: ſi non eſſet ſuus, ſimiliter ſatis eſt excuſabilis, cum vitioſus non debeat credi, niſi dicatur. prætereà non potuit omnes caſus fortuitos cogitare, nec præuidere, infra eo. Ioannes.

SVMMARIVM.

Homicidij tractatum habitum ſi clericus non reuelat, an ſit irregularis.

CAP. XVII.

PEtrus diaconus. [Prohibitionẽ.] Imo ſuffeceret ſine prohibitione, ꝙ nec ꝯſilio, nec facto, nec mãdato eius factũ fuiſſet, 50. di. ſi qs viduã. [Occaſionẽ.] No. nõ eſt in culpa, ſi aliquẽ ꝑcire nõ facit tractatũ de morte eius habitũ. hoc eſt verũ, qa nõ credebat, ꝙ eo ꝓhibẽte ipſius intuitu homici. faceret̃, & i diminutionẽ honoris ſui, ſecus aũ, ſi crederet. Alij aũt dicũt, ꝙ nũq̃ eẽt irregu. ẽt ſi ſciret tracta. habitũ, & nõ reuelaret, qa nũq̃ põt dici cõmittere homici. facto, mãdato, ꝯſi. vel defen. 50. di. ſi qs viduã.

SVMMARIVM.

1 *An ſola voluntas faciat aliquem irregularem, & in nu.4.*

2 *An dicatur irregularis ille, ex cuius negligentia ſecutum eſt homicidium.*

3 *Cum duo vulnerauerunt aliquem, quis eorum teneatur de homicidio.*

CAP. XVIII.

1 SIgnificaſti. ⟨Et ipſe.⟩ Percuſſor. †[Volũtatem.] Vr̃, ꝙ ſi occidendi voluntatem habuit, & percuſſit, licet non lætaliter, ſed ex aliorum ictibus ſit mortuus, ꝙ irregularis eſt. idẽ dicimus, & ſi nõ percuſſiſſet, ſed aliquid operis impendiſſet in mortẽ eius, puta quia latronẽ detinuiſſet, vel ſi ꝯ eum clamaſſet, vel alias hmõi feciſſet: alias autem ſi clamaſſet ꝯ eum non in mortem eius, ſed ꝙ caperetur, vel etiam ſi detinuiſſet eum, vel etiam ſi leuem ictum ei dediſſet, etiam ſi ab alijs occideretur, non eſſet irregularis, & hoc ſatis hic colligitur. In hoc enim vr̃ tantũ ius eſſe, ꝙ nec auxilium

nec cōſiliū det in mortē cuiuſquā apertè, nec ēt in neglectu ſit,
quia ſiue ex malitia, ſiue culpa eius homicidiū perpetretur, irre
2 gularis eſt. †Et idē dico, ſi negligētia eius cōmittat homicidiū,
50. diſt. hi qui, & ideo ſi clamet, latrones, ſiue capite latrones, ſi-
ue quocunq; alio modo potuit intelligi ex clamore ſuo, vel alio
ſuo actu poſt ſequi homicidiū, irregularis eſt, niſi faceret pp ti
morē periculi corporis ſui, vt ſi timeret, q aliquis vellet eū oc-
cidere, bene poſſet inuocare, & clamare pro auxilio, quia nō in-
tendit in aliorū mortē, ſed in ſuā liberationē. Vel dic aliā ratio
nē, quia ſi clamando liberauit animā volentis ſe occidere à pec
cato, qd' vtilius eſt quā ſi liberaret à morte corporali. ſed hac ra-
tione vr̄ ēt, q ſi fur fugiat cū rebus furtiuis. q licet clamare poſt
eū, q capiatur, quia ſic. ſ. ſi capiatur liberabit animā eius à mor-
te, quia reddet furtū, qd' eſt ei melius, q̄ ſi mortem corporaliter
euadat. ſed hac rōne vr̄, q liceret ſibi accuſare furē ad reſtitutio
nē furti, nec fieret irregularis, ēt ſi homicidiū ſequeret̄. plus pla
3 cet prima ratio. †[Si certa.] Eandē diſtinitionem ponit lex, ff. ad
l. Aquil. itē Mela. §. ſed ſi plures. in hoc aūt diuerſitas eſt, quia ſi
vnus percuſſit, & ſit incertum, an ex illius vulnere ſit mortuus,
alius aūt poſt exanimauit, primus tm̄ de vulnerato tenet̄, & ſe-
cūdus de occiſo. ff. ad l. Aquil. itē Mela. §. Celſus, & l. huic ſcri-
pturæ. §. j. ſm canones aūt vterq; tenet̄ quo ad pœnā promotio-
nis. [Modica.] Si aūt ſcda percuſſio non eſſet talis, ex qua mor-
tuus eſſet, ſed ambæ ſimul ſufficiūt ad mortem, tūc ambo, ſ. pri-
mus, & ſcd's ſunt irregulares, 23. q. ſi. c. ſi. Intelligendū eſt ergo,
qd dicit hoc c. qñ conſtat, q prima percuſſio nō eſt mortalis, &
ſcda eſt mortalis. Idē, qñ non fecit animo occidēdi, nec pſtandi
auxiliū morti, quia tunc quantūcunq; leuiter percuteret, tenet̄,
4 qa auxiliū morti pbet, vt hic. †[Cū de cęteris.] i. q haberet vo-
luntatē occidendi, q̄ & ſi aſſuiſſet, eū nō redderet irregularē, ſi
nihil feciſſet in mortē, vel conſulendo, vel auxiliando, & quod
ipſius ſtudio, conſilio, vel mandato non ſit factū. {Accuſatur.}
Idem eſſet, ſi accuſaretur, quia negantis factum, &c. 5. quæſt 6.
actor, niſi in hoc, quod ſibi indiceretur purgatio, ſi reſpergere-
tur Infamia. {Excuſari.} Etiam ſi ſe defendendo occidiſſet, ta-
men eſſet irregularis, niſi diſpenſaretur cum eo.

SVMMARIVM.

1 Quo caſu medicus incurrat irregularitatem, & in num. 2. & 3.
4 An infirmus peccet. ſi non obediat medico.
5 Peccant ſeruientes infirmo ſi quid nociuum præbeant infirmo.
6 Non licet clerico ferre teſtimonium in cauſa criminali.

CAP. XIX.

TVa nos, &c. [Aperuit.] Hoc Interdictū eſt cle-
ricis, ſ. ne cle. vel mo. ſniam. [Deli-
querit alienū.] Hoc eſt cauſa irregularitatis, quia ope-
ri illicito inſtabat, ſ. ne cle. vel mo. ſniam. & ideo eſt neceſſaria
diſpenſatio. vel dic, nullo modo eſt irregularis, diſpēſatio tamē
ideo eſt neceſſaria, quia publicè deliquit exercēdo tale officiū,
vt no. ſ. de tēp. ord. ad aures. [Pietatis.] hęc faciūt diſpēſationē.
1 †[Petitus.] Ex hac decr. ſatis apparet, q ſi medicus chirurgicus,
& ēt alius imperitus eſt in arte ſua, vel ēt negligēs, & ex ſua im-
peritia, vel negligētia mors obuenerit infirmo, vel mēbri muti
latio, quod eſt irregularis, arg. ſ. de ęta. & quali. ad aures. ſi ergo
procedat medicus in chirurgijs faciendis, & in alijs medicinis
cōferēdis, vt illas faciat, quas ſciat, ſm artē proficere debere, ita
q omnia diligenter inſpiciat, quia ſi ſciat medicinā nociturā,
& eā cōferat, peccat. & eodē modo peccat, ſi dubitat eā nocitu-
rā, vel profuturā. & eodē modo peccat, ſi vehemēter credat eā
pfuturā, ſed & aliquid dubitationis habet vel habere debet, ne
noceat, quia ſemper in tutiorē partē intelligendū eſt, ſ. de ſpo.
iuuenis, j. eo. petitio. Itē ſecurius eſt hominē relinquere in ma-
nu creatoris ſui, q̄ medicinæ, de qua dubitatur quocunq; mo-
do. Itē vr̄, q medicus ita peccat omittendo medicinas debitas,
ſicut faciendo indebitas. Itē ſi medicus dicat ſe peritū ad medi-
candū aliquā infirmitatē, cū nō ſit, & faciat, vel omittat qcquā,
& ob hoc aliquod periculū incurrat infirmus, peccat, & ſit irre-
gularis in caſib. ſuis, arg. ff. quod quiſq; iur. hoc edicto. ff. de act.
2 emp. Iulianus. §. quicquid in. †Sed qd ſi medicus bene nouit me
dicinā, quā dedit, bonā eſſe, & in veritate bona erat, ſed ptingit,
q ſpecies poſitę in medicina fuerūt malę vel pp nimiā vetuſta-
tē, vel quia falſam ſimilitudinē gerebāt verarū ſpecierū, vel pp
aliā quācunq; cāam malę fuerūt? Rñ. q ſi medicus diligentiam,
quā debuit, adhibuit in ſpeciebus eligendis, q qcquid inde ptigerit,
inculpabilis eſt medicus, quia probabilis ignorantia, imo
3 ſolicita diligentia eū excuſat. †Et idē dicendū vr̄, ſi certū eſt, q
ſm artē vtile eſt aliquē incidi, & facilè eſt aliquē incidi, & ſecu-
rè faciat eū incidi, dūmodo peritū & diſcretū inueniat inciſo-
rē. imo plus vr̄, q & ſi inciſor erraret in incidendo non ex impe-
ritia, vel diſſuetudine, ſed fortè quia infirmus nō habet conſue-
tā diſpoſitionē membrorū, vel venarū, vel quia ſubditus, vel in-
ſolitus timor, vel tremor irruit ſuper eum, quia in hoc caſu nō
excommunicationis ipſo iure ſunt inflictæ.

CAP. VI.

QVam graui. [Fratres.] Quandoque dominus
Papa vocat Cardinales fratres, ſu-
pra de offic. lega. officii. tamen ſimplices ſacerdotes,
vel diaconos non vocat in literis ſuis, cum eis ſcribit, fratres,
ſed filios. [In plurali.] Olim erat contrarium, 23. diſtinctione.
communis.

CAP.

CAP. VII.

AD falſariorum. [Nequibit.] Supplent quidam, niſi probet ignorātiā exhibēdo auctionem, C. de fal. maiorē. non. n. ꝯmittitur talium ſine dulo, ff. e. diuus. vel dic, ꝙ tūc nō excuſat ignorantia, cū non præceſsit examinatio, cū ex hoc fuerit in culpa, non examinauit, nec a perit oribus qſiuit, 36. diſt. §. vlt. ff. de iu. & fac. ign. rſa. ſi aūt præceſsiſſet examinatio, & appareat eū probabiliter deceptum, & oſtendat actorē, vt dictū eſt, excuſatur, ſ. de ex. præ. inter dilec. ſ. c. proxi. Itē hæc decr. loquitur tm̄ in lr̄is dn̄i Papæ: in aliis aūt ſecus. Item examinatio eſt habenda diuerſimode: nam in lr̄is, q̄ ſunt de gratia, vel ꝯ ius, vel ꝯ vtilitatē publicam, maior indagatio eſt neceſſaria, q̄ in lr̄is de ſimplici iuſtitia, ſ. eo. c. proxi. C. ſi ꝯ ius vel pub. vtil. reſcripta. [Inſcius.] Ibi incipiunt pœnæ iſtæ, qui vero ſub noīe. [Innodatos.] Hic aūt eſt canon latæ ſniæ. [Per quam.] Pr̄ātem. [Vtuntur.] Nec ēt fuerūt fabricatores falſitatis. [Spoliantur.] Per ſnīam. [Subiecti.] Forte canon ferendæ ſnīæ eſt, ſed litera cōtradicit. [Impetrant.] Sed non per ſe exercent falſitatem, ſed litera contra.

CAP. VIII.

ACcedens. [Præſumi.] ff. de do. ſi oleum. §. vlt. arg. ꝙ ſi quia ſuggeſsit falſum in literia de ſimplici iuſtitia, non præſumitur doloſe feciſſe. ſecus, ſi eſſet de magna gratia, quia dolus ex perſpicuis indiciis probatur, C. de dolo, dolum.

CAP. IX.

EX conſcientia. [Eccleſia.] De qua erat cā, ad cuius amitiaionē ſe obligauit.

De ſortilegys. Rubrica 21.

SVMMARIVM.

Aſtronomiæ ſtudium diſſuadendum propter ſuſpectam idolatriam.

CAP. II.

EX tuarum tenore. [Aſtrolabii.] alii qui dicunt, ꝙ ſi tm̄ aſtrolabiū inſpicerēt, vt per aſtronomiā iſta quærerent veritatem, non peccant, arg. hic a ꝯtrario ſenſu: tn̄ quia non ſunt ſcientiæ, quæ ad pietatē ducant, imo facile inducerent idololatriā, diſſuadēdū eſt, vtēdū eis & ſtudēdū, ar. 37. di. ſi qs grāmaticam.

SVMMARIVM.

Sorte in eccleſiaſticis non eſt vtendum, quāuis id pro litibus dirimēdis liceat.

CAP. III.

ECcleſia veſtra. Per ſortem.] No. non ſolū p̄latū non eligendum ſorte, ſed nec electores. [Et electoribus.] Alias aūt pro litibus dirimendis licet vti ſortibus, 26. q. 2. ſors. [Perpetua.] 26. q. j. non ſtatim. c. ſeq. ꝯ e. q. c. j. ſol. eſt in §. 2. cā p̄hibitionis eſt, vt nō per aſsiduitatē labant in idololatriā, ſicut p̄hibitum eſt iur̄m, vt nō labantur in periurium, ſupra de iureiuran. & ſi Chriſtus. §. j.

De colluſione detegenda. Rubrica 22.

SVMMARIVM.

Accuſatori non licet deſiſtere lite conteſtata.

CAP. I.

SCripta F. V. [Diſsimulare.] Cum eſſet infamatus: alias enim non debet inquirere, ſupra de accuſ. qualiter. vel dic, quód nō licet accuſatori ab accuſatione deſiſtere lite conteſt. & ideo mandatur inquiri de colluſione, vt eos puniat, 2. q. 3. ſi quem.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio in crimine publico, aliquo dato, nulla eſt, & accuſatus pro confeſſo habetur.*

2 *Tranſigēre quomodo liceat ſuper criminibus eccleſiaſticis.*

CAP. II.

CRimina. [Præteribat.] Cauſarū tria ſunt gn̄a, ciuilis, criminalis, & ſp̄ualis. A ciuili pecuniaria ſiue per gratiam, ſiue per tranſactionem ante lit. conteſt. & poſt iudicis auctoritate & ſine recedere licet, niſi in famoſa accuſ. in qua ſine iudicis auctoritate trāſigere nō licet, ff. de his, q no. infa. furti. §. pac. In criminali vero an̄ inchoatam accuſationē per gratiam deſiſtere licet, ff. ad Turpil. muliere. & l. quæſitū. poſt non licet ſine auctoritate iudicis, & ſine cōſenſu rei, niſi intra 30. dies, ſed nec inter illos, ſi non fuit mancipatus tormentis, C. de abol. l. 2. vel per accuſationē infamatus, 5. q. j. quidam. & ſi alias deſtiterit, incidit in Turpil. ſi intēdit publicū crimen, C. ad turpil. l. j. Si vero priuatū, extra ordinem pu-
1 nitur, ff. ad Turpi. ſi quis accepe. † Tranſigere aūt aliquo dato, in crimine pu. non licet: & ſi fiat tranſactio, nulla eſt, & accuſatus hr̄ pro cōfeſſo, C. de tranſa. tranſigere. ff. de præua. in oībus, niſi tale ſit crimen, qd̄ irrogat pœnam ſanguinis, quia licet tūc tranſigere, niſi in adulterio, C. de tranſ. tranſigere. ſed hic, qui accepit, incidit in Turpil. ff. ad Turpil. ab accuſatione: ſed in aliis criminibus, q̄ non irrogant pœnā ſanguinis, tranſigere nō licet, 2. q. 3. §. p̄uaricator. in loco illo, in oībus cauſis, niſi in crimine falſi, vt in præal. l. tranſigere. & eſt rō, quia ſæpe ad pecuniariā æſtimationem referretur, ſ. vbi qō pecuniaria agitur. Et idem dicūt aliqui in priuatis criminibus, vt furti, vbi bo. rapt. p̄dicta rōne,
2 nec vnq̄ inuenitur prohibitū. † ſm can. aūt fere oē crimen eſſe publicū puto, nec ab aliquo per tranſactionē diſcedere licet, vt hic, & per totū ti. poſſet tn̄ dici, ꝙ iuſtis cauſis inſpectis, vbicūq; ep̄s pōt diſpenſare in priuatis criminibus, & tranſactioni, & ſimplici renunciationi auctoritatē præſtare, 5. q. 2. ſi primatea. 90. diſt. diſsidentes. a ſp̄uali aūt cā, ſiue ſit inquiſitionis, ſiue denunciationis, ſiue de rebus ſp̄ualibus, ex cā licet per gratiam diſcedere: qui aūt ſine cā diſcedit, punitur, 2. q. 7. quapp. ſ. de calum. c. ſi. per tranſactionem aūt non licet, ſ. de tranſa. c. 3. vbi autem in criminali, vel ſp̄uali aliter, q̄ dēt, accuſator deſiſtit, iudex nihilominus ex officio inquiret, vt hic per totū, C. de abol. indulgere, & l. 2. vbi aūt vult iudex iuſta cā diſcedere, abol. indulgebit, C. de abol. l. j. ij. & iij. 2. q. 3. ſi quem. & §. præuaricator. In cā mixta poteſt recedere, quando vult: in cauſa autem populari ſimiliter per tranſactionem recedere non licet, niſi vt legitur ff. de pac. iure. §. vult. & ff. de iureiur. l. cum qui. §. in popularibus.

CAP. III.

AVdiuimus. [Tranſactionis.] Hæc penſio, ſi bona fide pacta ſit, nō excedit vitam paciſcentis, niſi interueniat auctoritas ep̄i, ſ. de tranſactio. de cætero. veniens. [Spoliare.] Et quod factum eſt per colluſionem, non tenet, ff. eo. l. 3.

SVMMARIVM.

1 *Quando alicui competunt duæ actiones de iure communi, vna intentata poteſt aliam attentare. & idem ſit in pœnalibus actionibus, habes in nu. 2.*

3 *De alicuius crimine non eſt pluries inquirendum.*

CAP. IIII.

1 **IN tantum clamor.** [Præmiſsis.] De hoc no. ſ. c. j. [Alioquin.] † No. ꝙ vbi alicui competunt duæ actiones de iure cōi, vna intentata pōt aliam attentare, vt appatet in ſocio, qui ꝯ ſociū furē pōt agere & pro ſocio, & furti, vtrū vult primo, & vtrū poſt vult, ff. p̄ ſocio, rei. ſed ſecus eſt, ſi vna competit de iure cōi, & altera de officio p̄toris, qualis eſt nau. cau. ſta. q̄ datur de beneficio p̄tor. nam in illis, ſi vnā eligit, intelligitur aliis renūciare, ff. nau. cau. ſta. & ita. §. fi. & l. licet. §. fi. ff. de ſepara. l. j. §. illud. Sed his vr̄ ꝯ, ſ. de in inte. reſti. conſtitutus. vbi dr̄, qd̄ ſimul, qd̄ plus eſt, q̄ ſi diuerſis tp̄ibus admittatur quis ad accuſationem, q̄ competit beneficio p̄toris, ſ. in integ. reſti. ad offm̄ iudicis, quo dicit venditionem nullam: ſed certe ſol. eſt leuis, quia nos hic loquimur, qn̄ competunt duæ actiones, ꝙ p̄ſequendo vnam, vr̄ aliis renūciare: ſed decre. loquitur, qn̄ tm̄ altera cōpetebat, ſed tn̄ vtrāq; proſequitur pp̄ dubiū: & ſic patet rn̄. decre. ſ. de p̄ſcr. auditis. In
2 pœnalibus † aūt actionibus, q̄ ſurgunt ex diuerſis delictis, raro impedit vna alterā, ff. de priuat. delic. nunq̄. ſed ſi oriantur ex vno delicto, quatenus concurrunt, ſe impediunt, & vltra, ff. vi bo. ra. l. j. ff. de act. & ob. qui ſeruū. ſi aūt actiones nun ſunt pœnales, ſed rei perſecutoriæ, facta p̄ alterutram ex actione reliqua tollitur, ff. loc. ſi merces. §. culpæ. ſi aūt vna ſit perſecutoria rei, vt rei vin. & altera pœnalis naturaliter & ab initio, vt actio furti, neutra p̄ alteram tollitur, ff. de fur. l. ſi pig. §. cū furti, niſi in caſu, q eſt ff. nau. cau. ſta. l. ita. §. fin. qd̄ eſt pal. rōne, quia eligendo alterū de duobus, ſ. ius cōe, vel beneficiū p̄toris, alteri renūciare vr̄. eſt ēt alius caſus, ff. de furt. cui. vbi dr̄, ꝙ ſi alicui p̄ re cōmodata cōpetit actio furti, & cōmodati, ꝙ vna p̄ alteram tollitur: ſed hoc eſt ea rōne, quia ſ. vtraq; actio, ſ. furti, & cōmo. cōpetit p̄ eodem, ſ. intereſſe litis, licet p̄ actionem furti dupletur, vel quadruplet̄, & in actione furti, vel cōmo. tm̄ ſit ſimplū intereſſe, ff. de re iu. nemo ex cauſa §. quotiēs. ſi vero ab initio non ſit pœnalis, ſicut eſt actio, qd̄ met. cau. q̄ ab initio nullam imponit pœnam, ſi velit reſtituere, tunc vna p̄ alteram tollitur, ff. qd̄ met. cā, metum.
3 §. licet. † No. ꝙ non eſt pluries inquirendū de alicuius crimine, ſicut nec eſt pluries accuſandus, niſi in caſibus, quos habemus no. ſ. de accuſ. de his. arg. ꝯ, 1. q. 5. Mennam, C. de pœna iudic. qui ma. iu. auct. ſed nouo, ff. de iureiuran. ſi duo pa. §. vlti.

De delictis puerorum. Rubrica 23.

SVMMARIVM.

Immundicia carnis in pueris non præſumitur.

CAP. I.

PVeris grandiuſculis. [Genitalib.] Immūditia. n. carnis ante hos annos p̄ſumit̄. [Furta.] ff. ad ſillania. l. j. [Aetas.] Aetas enim excuſat, ff. de minor. auxilium. §. j. de conſec. diſtinc. 4. cos.

CAP.

CAP. II.

REferente. [Inultum.] i. non perfectevltum, ſ. e. proxi. ff. de minori. auxilium, §. j. punitur tñ aliquãtulum, C. ſi aduer. de. l. j. & ij. de dam. inſec. damnũ. 6. ſi pupillus. 21. q. 5. ſi quis cuiuslibet. [Centum ſol.] Aliquando tam cominorem pœnam exigere poteſt.

De clerico uenatore. Rubrica 24.

CAP. I.

EPiſcopum presbyterum. [Voluptate.] Secus, ſi cania recreationis, vel acquirendi victum, 34. diſtinct. quorundam. de hoc co. 86. diſtinct. qui venatoribus.

De clerico percuſſore. Rubrica 25.

CAP. I.

SI quis in aliquo gradu. [Percuſſor.] Cõſuetudine: alias enim ſi ſemel, 55. diſtinctio. c. ſi euangelica.

CAP. III.

PRæſentium lator. [Non percuſsit.] Et hoc cõſtabat: alias enim ſi dubium eſſet, repelleretur, 21. q. vlt. c. vlt. imo ſuæ conſcientiæ relinquendum eſt, ſupra de homi. petiuio. & c. tua.

CAP. IIII.

COntinentia. [Conſilio.] Tamen non poteſt dici, quo præſtiterit auxilium, quia eo ipſo ꝙ armatus erat cum occiſoribus, aliquod au-
a xilium[a] præſtari dicendum eſt, & quia pugnauit cum aliis: ſi aũt non pugnaſſet, ſed a longe ſtetiſſet, cũ iolta eſſet pugna, nullatenus teneretur: vel dic, ꝙ hic nullo caſu dr̃ irregularitatẽ ỹxiſſe.

ADDITIO.

a ¶Auxilium. De hoc dic, vt per Bar. in l ſi rixa. ff. ad l. Cor. de ſica. per Pet. de Anchaã in conſi. 236. incip. Nos Bar. de Sal. & Alex. de Imo. in conſi. 15. col. 3. circa princip. in primo vol.

De maledicis. Rubrica 26.

SVMMARIVM.

Maledicta ex temeritate vel inſania, venia & miſeratione digna ſunt.

CAP. I.

INnotuit nobis. [Depreſsionem.] Ex pertinacia, 11. q. 1. ſi quis ſa. ſi aũt ex temeritate, veniam meretur, 2. q. 3. ſi quis iratus. & §. notandum. C. de iureiur. l. 2. qđ aũt fit ex inſania, miſeratione dignũ eſt, C. ſi quis impe. male. l. j. ſed qui dicit, ꝙ ex leuitate dixit, hoc probare dẽt, C. de iureiur. ſi ſine. [Beneficii.] Dicebat. n. ꝙ Papa multa faciebat, de quibus nullam ptãtem habebat. Item dicebat, ꝙ priuil. & beneficia, quibus dñs muniuerat & decorauerat eccleſiã Ro. nõ erat digna Ro. ecc. habere, vel ꝙ non diſpẽſabat ecc. Ro. ſua beneficia per ſubiectas eccleſias.

De clerico excommunicato depoſito miniſtrante. Rubrica 27.

CAP. I.

SI quis epiſcopus. [Iuſte.] Ideſt, ſi iniuſte. {Abſcindatur.} Ideſt excommunicetur.

CAP. II.

SI quis presbyter. {Interdicto.} Sacerdos. n. depoſitus conficit: in modũ. n. priuati ſuffragii põt, 28. diſt. presbyterũ. 10. q. 3. ſi quis eps {Excõicatũ.} Minori excõicatione, 11. q. 3. cũ excõicato. {Obſeruandũ.} Vt ſi quis eis contẽnentibus ſeruare excõicationem cõicauerit, ſit excõicatus minori excommunicatione.

SVMMARIVM.

Scandalum vbi timetur, iuris rigor omittitur.

CAP. IIII.

LAtores præſentium. {Si 40.} Idcirco præfigitur hic iſte numerus, quia ſi plures eſſent, & oẽs perpetuo ſuſpenderẽtur, forte nimiã penuriã clericorũ pateret illa eccleſia & penuria. cauſa iuſta diſpenſandi eſt, 55. diſt. priſcis. & ſic quilibet p̃latus non ſemꝑ quadragenariũ, ſed al's idoneũ numerũ taxabit arbi. boni viri, habito reſpectu, vbi plures, vel pauciores ſunt clerici: vel dic hic diſpenſari, ſ. hunc numerũ ꝑꝑ ſcandali timorem, ꝑꝑ quẽ ſæpe omittitur rigor iuris, 50. diſt. vt conſti. j. q. 7. quotiens. qđ intelligo verũ, vbi delinquentes non defendũt ſe auctoritate. ſi aũt defendũt ſe auctoritate hæretici, puta quia licitũ dicerent eſſe ſoluere interdictũ & celebrare, tunc non dormiet ſeueritas ꝑꝑ multitudinem, 50. diſt. dño. 82. diſt. plurimos. de pœn. diſt. 6. c. 1. j. de excel. p̃la. inter dilectos. in fi. & hic appello multitudinẽ, vbi ſcandalũ timetur: ſi. n. non timeretur ſcandalum, propter multitudinem non eſſet a commoni iure recedẽdum, 32. q. 5. c. ita ne. de pœ diſt. 6. c. qui vult. {Ad tempus.} In aliis autem etiam poſt tempus poterit diſpenſare de ſpeciali auctoritate Papæ, & non aliter, 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

SVMMARIVM.

Excommunicare nullus debet, niſi monitione præmiſſa, lata tamen tenet.

CAP. V.

ILlud dominus. {Exceſſum.} Tam de trãſlatione, q̃ de celebratione poſt excõicationem. {Ordinarius.} Vere nec ordinarius, nec deleg. dẽt ꝓcedere ad excõicationem, niſi monitione præmiſſa, 24. q. 3. de illici. j. de ſent. exc. ſacro. ſed tñ lata tenet. ille tñ, qui neſciuit eũ deleg. iuſtam habuit excuſationẽ, licet tutius fuerit ſeruare ſniam excõicationis. {In hoc.} Si ꝓbabiliter ignorabat: al's ſecus, ſ. de poſtu. ad hoc. {Vitare.} Communionem fidelium, ar. ꝙ excommunicatus debet vitare communionem hominũ.

SVMMARIVM.

Celebrantes in loco interdicto excommunicati ſunt.

CAP. VII.

POſtulaſtis. {Diſpenſatũ.} Cũ Papa nõ retiocat diſpenſationẽ ſibi, eps diſpẽſare põt, j. de ſent. excõ. nup. {Propter hoc.} Quia celebrant in locis interdictis. {Innodati.} Sñia in eos ipſo iure lata, non ipſo iure. {Talia.} ſ. celebrare in eccleſiis interdictis, ex quo ꝑꝑ hoc ſunt excõicati: nos dicimus idẽ, ſiue ꝑꝑ hoc ſint excõicati, ſiue non: nã ex quo celebrant in loco interdicto, hanc pœnã ſubeũt.

SVMMARIVM.

Excommunicatus olim fuiſſe ſi quis probetur, ſemper tanquam excommunicatus repellitur, niſi de abſolutione doceat.

CAP. VIII.

PRopoſuit. {Per teſtes.} No. ſimul ab vtraq; parte teſtes ꝓduci, ſ. de te. cũ tu. ſ. de præſcr. illud. {Eos.} ſ. Burgen. clericos, & fautores. {Cõicauit.} Inſufficiens fuit hęc exce. ſed eſt p̃ſumptio, 93. diſt. ſi inimicus. 11. q. 3. quibus epi. Item ea rõne, quia forma in abſolutione ſeruanda eſt: & iõ non vr̃ ſufficere cõicatio ẽi p̃lati, j. de ſent. exc. cũ deſideres. alii dicũt, ꝙ ex quo aliquis hr̃ ꝓ abſoluto & maxime ab excõicatore, ſine aliqua ꝓbatione ſufficit ei, licet conſtet eũ aliqñ fuiſſe excõicatũ, niſi ꝓbatur al's eũ adhuc excõmunicatũ eſſe. {De abſolutione.} Burgentiũ clericorũ, & fautorũ. {Per diſſinitiuam.} No. non ſufficere ꝓbare aliquem excõicatũ fuiſſe, niſi ꝓbet, ꝙ tpe electionis haberetur ꝓ excõicato: ſed certe hoc eſt ea rõne, quia ſic dederat articulũ, quem probare volebat: ſuper eo tñ nõ depoſuerũt teſtes, ſed ſuper eo tm̃ ꝙ fuerat excõicatus, ſuper quo non valent depoſitiones tanq̃ non iuratorũ, ſ. de teſt. de teſtibus. Vel dic melius, ꝙ nunq̃ ꝓbauit eũ aliqñ fuiſſe excõicatũ, nec confeſsio ſñia p̃iudicabat ſibi, cũ non fuerit confeſſus, ꝙ eis fauorem p̃ſtiterit, vel ꝙ noĩatim in eũ excõicationis ſñia lata ſit: & bene dicimus, ꝙ ſi aliquis ꝯ aduerſariũ ſuũ exciperet, tu non debes audiri, quia tu es excõicatus, vel quia ſñia excõicationis in te lata fuit, a qua non es abſolutus: ſi eũ ꝓbauerit fuiſſe excõicatũ aliqñ, ſemꝑ tanq̃ excõicatus repellitur, niſi ꝓbauerit ſe eſſe abſolutũ. Nec eſt hoc ꝯriũ qđ no. ſ. de accu. ſuꝑ his. vbi dixi, ꝙ ſi quis obiecerit alii, tu non potes agere, quia in te fuit lata ſñia, ꝙ niſi ſolueres j. x. dies, ꝙ eſſes excõicatus: nam tũc non ſufficit ꝓbare, ꝙ talis ſñia lata ſit, niſi ꝓbet, ꝙ ad diem non ſoluit: & eſt rõ diuerſitatis, quia in primo caſu ꝯſtat eũ fuiſſe ligatũ, cũ ſñia pure lata fuerit. in ſcđo aũt caſu, q̃a ſñia nõ pure, ſed ſub condõne lata fuit, nõ cõſtat eum eſſe excõicatum, niſi probetur excommunicatio, & conditio.

CAP. IX.

APoſtolicæ ſe. {Suſpenſionis.} Abo ff. [Ignari.] ignorantes in vos latam ſuſpenſionis ſententiam de facto ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *Communicans excommunicato an ſemper incurrat irregularitatem, & in num. 6. & 7.*
2 *Excommunicatus minori excommunicatione ſiue ab homine, ſiue a canone, ſemper eſt irregularis ſi celebrat.*
3 *Suſpenſus a canone, dicitur ſuſpenſus a Deo.*
4 *Bonus vel malus, quamdiu toleratur ab eccleſia, contrahit matrimonium ſpirituale.*
5 *Elec. dicitur nulla, vbi quis ſcienter eligit indignum.*

CAP. X.

SI celebrat. {Peccet.} Quia eſt in mortali peccato, ſ. qđ me. c. ſacris. vbi ſuſpectus eſt quo
1 ad ſe, j. q. j. ſacerdo. {Irregularitatis.} † Quo ad hoc, vt tũ medio tpe celebrauerit, ſ. poſtq̃ cõicauit excõicato, non poſſit

vlterius

vlterius celebrare ſine diſpēſatione Papæ, 11.q.3.ſi quis presby
ter.& c.ſeq.& idem, qđ hic dr̃ de iſtis coīcantib. excōicato, idē
dicēdū eſt in notorio fornicatore, in ſimoniaco, & in aliis oīb.
ſuſpēſis a iure, cū & hi ſuſpenſi fuerint de iure, de quibus loqui
tur, 11.q.3.c.i ex.& c.ſeq.& vbi eſt eadem rō, dēt eſſe idem ius:
in ſuſpenſis ab hoīe ſecus dicendū eſt, quia ſi celebrarent, ꝓdī
ctę irregularitatis notā incurrent, 11.q.3. ſi quis presbyter.& c.
ſeq. alii tñ dicūt hos, ſ. cōicantes cū excōicatis, & illos, qui ꝑ ſal
tum ꝓmouentur, 52.diſt.c.j. eſſe ſuſpendendos, & non eſſe ſu-
ſpenſos a iure, ſed tm̃ pp peccatū ꝓhiberi a ſacris: & hoc verius
dr̃, quia ſi iure ſuſpenſi eſſent, celebrando fierent irregulares: &
facit ad hoc bene, ſ. de re iu. cum æterni. j. de ſent. exc. cū me. tñ
alii aliter dixerunt, ſ. de coha. cle. ſicut. ad idem, j. de ſent. excō.
a ſolet. [Irregularitatis.] † Quidam ſuper hac materia dicūt, & vt
vr̃ melius, ꝙ q̄tumcūq; ſit excōicatus minori excōi. ſiue ab ho-
mine, ſiue a cano. ſemꝑ eſt irregularis, ſi celebrat, 11.q.3. ſi quis
presbyter. & c. ſeq. in ſuſpenſis aūt diſtinguunt quidā, quia q̄tū
cunq; quis ſuſpenditur a iudice ſiue ad certū diem, ſiue ꝑpetuo,
ſiue quouſq; pęniteat, ſemꝑ, ſi celebrat, eſt irregularis. hmōi. n.
ſuſpenſi nunq̄ debent celebrare, niſi prius ſnīaliter abſoluātur
per iudicem, ſicut ſnīaliter ſunt ſuſpenſi. aliqui tñ dicūt ꝯ in vl-
ti. caſu, ſ. qñ ſuſpenſus eſt, quouſq; pęniteat, ſed certe ꝑ primia
facit multū, a.q.5. presbyter. vbi dr̃ de tali, ꝙ ad arbitriū ſuſpen-
dentis ſatisfacere dēt: & hmōi, ſi celebrant ante abſolutionē,
ſunt irregulares, 11.q.3. ſi quis presb. & c. ſeq. ſ. de exce. apľicæ.
in ſuſpenſis aūt a Deo, quales ſunt oēs peccatores, qui indigne
corpus Dei ſumunt, & iudiciū ſibi manducāt & bibūt, dic ꝙ
nunq̄ ſunt irregulares, ſi celebrāt, niſi in criſalibus criminib. vt
homici. & ſimonia, de q̄bus no. ſ. de renū. niſi. § j. & de tē. ord.
quæſitū hi. n. & ſi peccent, nunq̄ tn̄ in can. reperitur, ꝙ celebran
do fiant irregulares, quia irregularitas de canonico tm̃ iure in-
ducta eſt, vt no. ſ. de renun. niſi. § .j. & de hac ſuſpēſione, vel mi
nori excō. bene diſtinguitur, 11.q.3. audi. in ſuſpenſis a can. pp
crimen vr̃, ꝙ ſiūt irregulares, ſi celebrant, ſ. de re iud. cū ęterni.
j. de ſent. exc. cū medi. ſed ꝯ. nō ne excōicati minori excōi. ſunt
ſuſpenſi a can. 11.q.3. excōicatos. tñ nō ſunt irregulares, ſi cele
brant, vt hic? ſol. excōicatus minori excōi. eſt principaľr ſuſpen
ſus a Deo, & non a can. niſi ꝑ approbationē, qđ ex eo apparet, ꝙ
quā cito vult pęnitere, abſoluitur a quocūq; confeſſore, & ſtatī
pōt celebrare, j. de ſent. exc. nuper. in fi. ſed ſecus eſt in ſuſpen.
a can. quia ipſi quantūcūq; pœniteant, ante tp̄s ſuſpenſionis fi-
nitū celebrare non pñt, vt præall. decre. cū æterni, & cū medic.
3 Sed oppono, ꝙ † in excōicatione minori aliquid adiectū eſt a ca
no. quia in abſolutione eſt neceſſaria aliqua ſolēnitas, j. de ſen.
exc. nuper. & c. duobus. Rñ. ꝙ talis adiectio facta a can. q̄ eſt tm̃
in ſolēnitate, non immutat ſtatū ſuſpenſionis, vel minoris ex-
cōi. & iō non eſt dicenda ſnīa can. ꝓprie, ſed Dei tm̃. item non
dicimus ſnīam, vel ſuſpenſionem can. ꝓprie, ſed Dei, qū dicit,
ſit ſuſpenſus, quouſq; ſatiſfaciat, vel pœniteat: & iō ſtatim poſt
pnīam ſ. ſnīam celebrare pōt, & ēt ſtante celebrat, non eſt irre-
gularis, ſ. de coha. cle. ſicut. vbi no. de notorio aūt fornicatore
dicūt quidam, ꝙ non eſt ſuſpenſus principaľr a can. ſed a Deo:
ſed ex eo apparet, ꝙ quā cito pęnitet, licite celebrat, ſ. de coha.
cle. c. q̄ſitū. licet ꝑ can. in odiū criminis aliquid adiectū ſit quo
ad cuitationem corū, ſ. c. tua. 32. diſt. nullus. & § . verum. ſed cer
te q̄ cito pęnituerit, & huius ſacerdotis officia ſunt audienda: ſi
aūt non ſunt ſuſpenſi a can. pp crimen, ſed pp aliquem defectū,
vt illegitimi, & corpore vitiati, non incurrūt nouam irregulari
tatem, ſi ante diſpenſationem celebrant: & hoc ſeruat eccleſia
Ro. quia qñ diſpenſat cū talibus, ſimpľr diſpenſat ſup defectu,
& non ſup irregularitate, quā ꝯxit ex celebratione ante diſpen-
ſationem, 56. diſt. apľica. & no. ſ. de fil. presb. veniens. & c. pue-
nit. & idem ēt, ſi ſuſpenſi ſunt a can. pp crimen, ſed pp infamiā,
ſicut illi, quorū crimina ſunt notoria, qui ēt poſt pnīam ꝓhibē
tur celebrare pp ſcandalū & infamiam, ſ. de coha. cler. q̄ſitū. &
tñ ſi ante diſpenſationem celebrant, non credo, ꝙ ꝯhunt nouā
irregularitatem, quia hoc in iure non inuenitur: ſuſpenſi aūt a
confeſſoribus nunq̄ ſūt irregulares, ſi celebrant ante reconci-
liationem, quia hoc nec iure cauetur, arg. 11.q.3. § . euidenter. &
habes de hac ſuſpenſione, 11.q.3. ptor. [Eligere.] No. excōica-
tos minori excōi. non eſſe interdictos, nec ſuſpenſos a iure, q̄a
ſic eligere non poſſent, ſ. de conſue. cū dile. alii dicūt eos ſuſpē-
ſos a iure, ſ. iuriſdict.] Ea aūt, q̄ ꝑtinent rōne officii, non pōt fa-
cere ſine peccato: ſed ſi facit, cōferret executionē, vt hic. [Scię
ter.] ſ. ꝙ ſciat ſe excōicatū minori, puta q̄a ſciēter ꝑticipauit ex
cōicatis. [Irritanda.] Repete, q̄ dixi ſ. de ele. illa. [Irritāda.] Niſi
egerit pnīam ſaltem tpe, quo petitur caſſari elec. nam tunc ſe-
cus, vt no. ſ. de ele. eccleſia vr̃a. vel ēt ſi tunc poſt ele. pęniteat,
nō minus eius caſſabitur ele. quia pnīa ꝓſumitur ficta, vt no. ſ.
de ele. dudū. vel dic, ꝙ pnīa ꝓſumit, licet egerit pnīam, tñ eligi
non pōt pp ſnīam iuris, ꝙ priuatus eſt cōione ſacrorū, niſi pri-
mo abſoluatur, j. de ſent. exc. nuper, in fi. vbi no. in aliis aūt cri-
minoſis, quia a iure poſitiuo non ſunt priuati eccleſiaſticis ſa-
cris, licet a Deo ſint priuati, aliud dicēdū eſt, ſ. ꝙ eligibiles ſunt
acta pnīa ſine abſolutione: & dicūt q̄dam acta pnīa, vñ poſtea
acta pnīa licite tenent dignitatem. plus placet, ꝙ nō ſunt ſuſpē-
4 ſi ipſo iure. Alii dicūt, & vr̃ melius, ꝙ † ſiue bonus ſiue malus ēt
hæreticus, vel excōicatus, dū toleratur ab eccle. ꝑ elec. & cōfir-
mationem, ēt ſi fiat a peccatoribus, ēt ab hæreticis, & excōica
tis, dūmō tolerant, bene ꝯhit in hmōi matrimonio ſpūali quo-
uſq; ſeparentur paleæ a granis: ad hoc de conſe. diſt. 4. cū bapti
zatur. quia iſte ſpōſus nō eſt ſpōſus niſi in miniſterio: verbū. n.
ſponſus, & vr̃is eccleſie, & ſpecialiū eccleſiarū, & ēt cuilibet aīę
eſt ſolus Xp̄s: vñ Apľs, Deſpondi. n. vos vni viro virginem caſtā
exhibere Xp̄o, 26. diſt. acut. & Pſal. Tanq̄ ſpōſus ꝓcedēs de tha
lamo ſuo. & in Euāg. Et qui hēt ſponſam, amicus ſpōſi eſt: ami
cus aūt ſponſi ſtat, & audit, & gaudio gaudet pp vocem ſponſi.
Item iſte miniſterialis ſpōſus non gñat filios niſi in miniſterio:
vñ Apľs, Ego plantaui, Apollo rigauit, Dñs aūt incrementū de
dit, de conſe. di. 4. aliud. in fi. & j.q.j. ſi fuerit. Item baptizat ſer
5 uus, &c. † Item non horreat colūba miniſteriū malorū, 32. diſt.
ad hoc vero. ſub § . verū. nec eſt ꝯ, qđ no. ſ. de ele. ꝯſiderauimus.
ſ. ꝙ ele. eſt nulla, vbi q̄s ſcienter indignū eligit: illud. n. ſic ſtatutū
eſt de iure poſitiuo, vt tali electione non obſtante teneat elec.
a ab aliis facta. fatemur tñ ꝙ iure naturali tenet ᵃ elec. imo plus,
quia talis electio, q̄ nulla cēſetur de iure poſitiuo, ſi quo ad alia
confirmetur ꝑ ſuperiorem, erit verus ꝓlatus in miniſterio, & te
nebunt, q̄ fecerit tam in tpalibus, q̄ in ſpūalibus: & tñ dicimus,
ꝙ ēt poſt talem confirmationem tenet electio facta ab illis, qui
non peccauerant, & ad quos erat eligendi deuoluta ptās, vt no.
j. de exce. ꝓla. inter ſi tñ ſuperior confirmat ele. hmōi, non vo-
cato illo, cuius ele. non tenet, non tenet hmōi confirmatio: li-
cet. n. teneat cōfirmatio ſine cauſæ cognitione facta, vbi nullus
eſt ꝯdictor. vel ēt vbi nullus eſt in poſſeſſione, vel nullus eſt cō
firmatus, tñ aliqđ ſinrū interuenerit, non valet confirmatio, ſ.
de elec. dudū Ro & C. ſi ꝑ vim vel ali. mo. l. fi. ſ. de ele. tranſmiſ-
ſam. & idem forte eſt, ſi alius ſolūmō eſt electus: tñ ꝯ not. ā. de
ele. dudū Ro. ſufficit, ꝙ electores compareant: hoc m̃ ſatis dici
pōt, ꝙ non tenet cōfirmatio electionis in ꝯdictione, niſi citatis
partibus vel a iure, vel ab hoīe: rō diuerſitatis, q̄a electores vtun
tur iure priuato, & iō nullū ordinem ſeruare dēnt: ſecus aūt in
confirmatore, qui vices iudicis fungitur. [Ad ſuſceptionē] Cor
poris & ſanguinis dñi, & aliorū ſacrorū: cū ergo quilibet cleri-
cus tam in dignitate, q̄ extra cōſtitutus, tam in minoribus, q̄ in
maioribus ordinibus cōſtitutus ad hæc teneatur, & excōicatus
minori excōi. hoc non poſſit, nec ad dignitatem, nec ad clerica
tum eligi poterit. [Virtutis.] ſ. executionis gratiæ. [Collatiōe.]
Habebat. n. executionem, qui tales ordines recepit. [Collatio-
6 ne.] † Mirū vr̃, qđ hic dr̃, qđ cōicantes excōicatis, qui ſuſpēſi ſūt
a participatione ſacrorū ſaltē pp peccatum, 11.q.3. cum excōi.
non ſunt priuati collatione ſacrorū, cū eis non liceat ſacra cō-
tingere, ex quo peccatores ſunt, 81. diſt. miniſteriū, & maxime
cū ſacris, quibus confertur executio, vt ordines ſine miſſa con-
ferri non debent, 75. diſt. c. j. & c. ſeq. Rñ. ꝙ peccat conferendo
ſacra, vt hic, j.q.4. oīa. 81. diſt. ſi qui ſunt miniſtri. & melius, 15.
diſt. illud. non illa, de quibus expreſſum habes 32. diſt. § . veru. &
expone lrām, non vr̃ remotus a collatione ſacrorū, i. ꝙ collata
ab eo ſacra non recipiantur a ſubditis, ſed a participatione, &
perceptione, quę eum tangit, & cōmaculat: alii dixerunt, ꝙ licet
ſacerdos peccet celebrando miſſam, non m̃ peccat conferēdo
7 ſacra. [In contemptū.] † Ille. n. qui pertinaciter cōicat excōica-
tis, ſi ꝯ prohibitionem, & interdictū ſuperioris, non confert exe
cutionem: hoc non eſt verum, ſicut hic apparet, nec tranſit ex-
cōicatio ad tertiam perſonam, 11.q.3. qm̃ multos. intellige igi-
tur hoc, qñ ſuperior expreſſim interdixit cōicantes excommu-
nicatis, quia tunc non poſſent facere ad executionem, cum ſint
ſuſpenſi, vt not. ſupra c. j. [Ferendus.] Per ſententiam.

ADDITIO.

a ¶ Quod iure naturali tenet. Adde eundem Inn. in c. quia propter. ſupra de ele. ad hoc dictum Inn. facit ſeſtum Abb. in c. j. ſupra de reſtit. in integ. refert etiā vtrunque dictum Fel. in c. 4. col. 10. in fi. & col. ſeq. ſupra de conſt.

De clerico non ordinato miniſtrante.

Rubrica 28.

CAP. I.

SI quis baptizauerit. Niſi neceſſitate, 36. q. j. ad limina.

CAP. II.

EX literis. [Et.] Tanquam ſacerdoti. [Miſſarum.] hic non conficit, 68. diſtinctio. presbyteri. j. quæſt. 7. Daibertum. de beneficio autem no. quòd quaſi ſemper in beneficio licet diſpenſare epiſcopo: nam diſpē tat cum non ordinato celebrante, vt hic, & cum homicida, ſ. de cl. pug. in duel. c. fin. 50. diſtinct. ſtudeat.

De clerico per ſaltum promoto. Rubrica 29.

CAP. II.

COntinebant. [Prætermiſſo.] 54. diſtinctione, cap. primo

De eo, qui furtiuè ordines recepit. Rubr. 30.

CAP. I.

VEniens. {Anathematis} Licet per intimationem anathematis non poſſit cum tali niſi per Papam diſpenſari, vt hic, non tamen eſt excommunicatus.

SVMMARIVM.

Abbas, Archid. & alij minores prælati non poſſunt diſpenſare.

CAP. II.

CVm H. lator. [Abbas.] No. abbatem diſpenſare. ſimile j. de ſen. exc. cū illorum. alias. n. niſi vbi inuenio expreſſum, nõ credo, ꝙ Abbas, Archid. vel alius ꝓlatus ſub ep̄o poſſit diſpēſare, minores. n. ꝓlati ardua ad ep̄m deferre debēt, ſ. de off. arch. ad hæc. quidam tamen dicunt, quòd capitulum diſpenſat. arg. ſ. de præbē. non igno. de ſimo. ex inſi. 16. q. j. c. eccleſia. ſed nos non videmus, qualiter illa capitula pro eis faciunt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus quando, & quib. argumentis teneatur probare de ſua ordinatione.*
2 *Electus ab ijs, ad quos de iure non ſpectat, ſemper tenetur probare poteſtatem datam electoribus.*
3 *Iudex non habens iuriſdictionem ſuper litigantes, quando & quibus ſciſcitantibus oporteat eam probare.*
4 *Præſumitur parum pro his quæ fiunt in iudicio, niſi pendeant ex arbitrio iudicis.*
5 *Solennitates in aliquo actu neceſſaria præſumuntur interueniſſe, niſi ius dicat formam eſſe probandam, vel præcipiat ſcripturam interuenire.*

CAP. III.

1 INnotuit nobis. [Licentia.] Et ſuo iure, ſ. c. j. alij ꝯ. † Ordinatus aūt a non ſuo ep̄o ſuſpenſus eſt, vt habes hic: de quolibet tñ viro noto & bonæ famæ, qui vbi conuerſatur, hr̄ ꝓ noto ordinato, ēt ſi longo tp̄e hactenus ordinatus habitus eſt: credam tñ bene ordinatū, nec cogitur aliter ꝓbare: hæc n. ſunt ſufficientia argumēta ſuæ ordinationis, arg. ſ. de cleri. pere. inter. & c. ſeq. 9. q. 2. Lug. ſed ſi aliqd ꝓdictorū deficeret, nõ ſtarē ꝓſumptionibus ꝓdictis, niſi alſ de ſua ordinatione ꝓbaret: vñ ēt vr̄, ꝙ ꝓdictis ꝓſumptionib. ſit ſtandū, & ſi conſtet eū ab alio ep̄o ordinatū, cū. n. hoc peccatum in ſuum tm̄, & nõ alienū periculū vergat, minus exactæ ꝓbationes ſufficiunt, vt no. ſ. de cle. pere. c. j. sñ dicūt aliq. & forte non male, ꝙ ſi ep̄s, ad quē pertinebat eius ordinatio, & cuius iuri detrahitur per ipſius ordinationē, nollet eū recipere ꝓ ordinario, vel nollet habere ꝓ ordinato, ſed ꝓ ſuſpenſo tanq̃ ordinato a non ſuo ep̄o, ꝙ bene pōt, ēt ſi ſit bonæ famæ, & ſi oīa ꝓmiſſa interuenerūt, niſi ꝓbet ordinatus, ꝙ de ſua auctoritate ſuit ab alio ordinatus. alij tñ ꝯdixerunt, & maxime vbi eū in ſua ꝓſen-
2 tia admiſit ad ſeruiendū in ordine ſuo. † In electione aūt, ſi conſtet eam factā ꝓ eos, ad quos non ſpectat de iure cōi, ſemper ante confirmationem factā ſine cāæ cognitione oportet electum
3 probare ꝑtātē datam electoribus, ſ. de app. conſtitutus. † Et idē eſt in iudice, quia ſi cōſtet eū non habere iuriſdōnem quouſq; ſnīa trāſeat in rem iud. idem eſſet poſtq̃ ſnīa tranſit in rem iud. ſi pars, quæ dicit eos non iudices, nunq̃ comparuit iuri coram
a eis. Si enim ᵃcomparuiſſet coram eis poſt lit. conte. ſi vellet poſtea ei dicere aliquid ꝯ eius iuriſdōnem, incūberet ei probatio, C. de proba. l. fi. ff. de ꝓc. Pomp. §. rati. ſed quid ſi partes ſint pręſentes, & prætereunt has & ſimiles exceptiones, nec iudex eas mouebit, cū liceat partibus eas ꝓterire: ſed ſi partes ſint abſentes, iudex, qui dēt ſupplere defectū partis, eas dēt proponere: & ſi eas omittat poſt ſnīam confirmatam per ſecūdos iudices, poterit pars abſens & contumax dicere, ꝙ primi iudices nõ habuerunt iuriſdōnem: alij tñ ꝯdicunt, & forte bene. Et hæc quidē obtinent in ꝓbationibus fundamenti, ſ. iuriſdōnis, & ꝑtātis iudi-
4 cia electorū, vel aliorū conſtitulū. † In probationibus aūt, quæ fiunt in cauſis, q̃ ꝓcedunt ordine iudiciario quis ꝓbare dēt longus tractatus eſt de ꝓbationibus, & de teſtibus, & pluribus alijs locis iuris, & parum ꝓſumitur ꝓ his quæ fiunt in iudicio, niſi ꝓbentur, ſ. de ꝓba. qm̄. niſi in his, quæ relinquūtur eius arbitrio, vt in dilationibus, & purgationibus dandis, ff. de iu. deli. l. j. §. fi. 2. q. 7 ꝑ totum. ſed & ibi ſi aliqua partiū ꝓbaret malam dilatio-
b nem latam, reuocaretur, ſ. de dila. c. j. Item ꝓ eo ᵇpræſumitur, licet parum, ēt in iudicio ſuper his quæ pertinent ad eius offm̄, vt in fructuū, & impenſarum reſtōne, Inſti. de offi. iud. §. j. & per totum, ff. de re. ven. planc. & ſic ēt in multis alijs, ff. de minor. ꝙ ſi minor. Inſti. de le. §. ſicut. C. de tranſ. age. Extra iudicium aūt
c ſi aliqua facit, quæ ꝑtineant ad offm̄ ſuum, ſemp ꝓſumuntur bene factaᶜ, niſi ꝓbetur ꝯ, & ſemper eſt obiendū, 1. q. 3. quid ergo. 33. q. j. culpatur. ſ. de temp. ord. ad aures j. de pur. ca. c. 1. ſ. de offi. ord. irrefragabili. in prin. ſ. de ap. ad noſtram. ff. de iu. iudiciū. De ſolennitatibus aūt extra iudiciū inter partes, & inter alios ſemp ꝓſumit interueniſſe cōſenſum, niſi ꝯ ꝓbet. C. de ꝯtrahen. ſti. l. j. & pe. ſed cū ſolennizatur ꝓbatio, ꝓcedat tñ ea probatione, vel ꝓſumptione, cito per alias ꝓbationes tollitur talis ꝓbatio, ſ. de ꝓſum. quia veriſimile, & in pluribus alijs c. eiuſdē ti. ſ. de renun. c. ſup. C. de fideiuſ. l. pe. ff. de polli. quæcūque. ff. de ſal. l. pe. C. de fi. inſtr. l. fi. & ex hoc vr̄, ꝙ ſi aliquis dicit defectū forte interueniſſe in electionibus. puta ꝙ nõ ſit factū ſcrutinium, vel collatio habita, vel cōis electio, ipſi opponenti incūbit ꝓbatio
5 huius negatiuæ. † Et hæc vera ſunt, niſi vbi ius formā dicit probandam, j. de ſent. exc. ſacro. in prin. ſ. de teſti. oī, & niſi ius ꝓcipiat interuenire ſcripturā. vr̄. n. ius ꝓcepiſſe, ꝙ ſcriptura interueniat, vt ꝑ eam ꝓbetur ſolēnitas, j. de ſen. exc. cū medi. ſ. de ap. cordi. 10. q. 2. hoc ius. §. inter ꝓdictā. & §. ſeq. ꝯ has aūt ꝓbationes quæ ꝓcedūt ex ꝓſum. tñ, facile admittitur in ꝯriū ꝓbatio, & ēt iudex de facili inquirit. Itē no. ꝙ ſemp in iudicijs, & extra oportet probari factum, ſi dr̄ factum ꝯ ius: vel ſi dicit ſolennitatem deficere, illud probare debet, ff. de proba. ab ea. quia omnia licent, niſi probentur prohibita. 31. q. j. c. fi. ff. de teſti. l. j. §. j. & ff. ex quib. cau. ma. nec nõ. §. qui. ff. de procu. mutus. §. cum q̃ritur.

ADDITIONES.

a ¶Si enim. Adde, ꝙ hoc dictum dicit notabile Alex. de Imo. in l. licet col. 2. C de procu. ver. in gl. in verbo, inueniatur & ibi illud ſequitur, & ſequitur Bal. in l. geſta. in pen. col. C. de re iud.

b ¶Item pro eo. Quòd in pertinentibus ad officium iudicis pro eo præſumatur, niſi contrarium probetur, adde Pet. de Anc. qui hoc refert, & ſequitur in conſi. 69. col. 2. ver. præterea. incipien. conſi. contra donationem, & in conſi. 136. incip. Ex conſilijs. in 2. colum.

c ¶Bene facta. Adde Pet. de Anch. in conſi. 279. incip. Quæſtio proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid epiſcopus poſſit ſuſpendere clericos, & vide in nu. 2.*
3 *An ſit neceſſaria monitio in interdicto, & ſuſpenſione.*

De exceſſibus prælatorum. Rubrica 31.

CAP. I.

PEruenit. [Et exactiones.] Oēs aūt exactiones intelliguntur illicitæ, niſi a iure concedātur, 10 q. 3. quia. vel cōſuetudine, 9. q. 3. ꝯqueſtus. vel ſtatuto. [Charitate.] Moderatum aūt auxiliū cū charitate poſtulare pt̄, ſ. de cenſi. cū ap̄ſ. & not. ſ. de his, quæ fi. a præl. ſine
1 ꝯſenſu capi. c. q̃to. [Suſpēdere] † Loquit̄ ep̄o: & hoc eſt verū, ꝙ ep̄s non pōt ſuſpendere clericos, vel eccleſias interdicere in ꝑpetuū, vel ad longū tp̄s multū ſine cōſenſu capit. ſ. de his, q̃ fi. a mai. par. cap. quæſiuit. & hoc maxime obtinet, vbi ꝓcedit ex officio, forte ꝯ ꝓſentem, vel abſentē: nam tunc eſt cū maiori maturitate ꝓcedendū: ſed in iudicio quis ſit contumax, ſolus ep̄s, vel quilibet alius iudex ꝓdicta facere pōt, ſ. de offi. del. ſane. & ēt excōicare, ſ. de off. del. ex līis. ſed ſi perpetuo deberet ep̄s ſuſpēdere aliquem ab offō, & beneficio ēt in iudicio, credimus, ꝙ nõ deberet facere ſine cōſenſu cap̄li, quia magna q̄ō eſt hæc, ſine cōſenſu capl̄i facere non dēt, ſ. de his q̃ fi. a ꝑl. q̃to. Itē ar. 15. q. 7. ep̄s. 24 diſt. quorūdam. 50. di. ſtudeat, nullus. Itē quia ſolus homo, & c. 65. diſt. ep̄s. ad tp̄s aūt ſaltē modicū credimus aliquem prælatū poſſe ſuſpēdere ſubditū ſine monitione, imo ſine cāæ cognitione, ſi culpa, vel delictū corā iudice fiat, ar. ꝯ. 45. diſt. c. j.
2 ff. de pęnis. moris. 35. diſt. c. vlt. Sed oppones, mirū eſt, ꝙ † ep̄s nõ pōt ferre ſnīam ꝑpetuæ ſuſpēſionis, & tñ deleg. eius poſſit, ſ. de excep. ap̄licæ. Rn. ꝙ delegatus ꝑpetuo nõ ſuſpēdit, niſi requiſito cōſilio delegantis, ſ. de off. del. ſi ꝓ debili. ad hoc ēt faciunt c. alſ legata, quorundā, ſtudeat, & delegans ep̄s conſiliū capl̄i requi-
3 ret. † Itē quidam dicunt neceſſariam eſſe monitionē in interdicto, & ſuſpēſione, ſ. de ap. reprehēſibilis. & ꝓ nulla cā poſſe quē ſuſpēdi, niſi ꝑ contumaciā, ſicut in excōicatione: in hoc. n. interdictū & excōicationē cōparat, ar. ſ. de ap. ad hæc, qm̄. & arg. 1 a. q. 2. bi qui. ſed certe hoc non credimus, cū inuentam ſnīam ſuſpenſionis fieri ꝯ delinquentē ēt non contumacem, 5. q. 4. in loco. 2. q. j. nemo. ibi. n. ponitur excōicatio pro ſuſpenſione, j. de ſent. exc. ſacro. in prin. datur. n. ibi pęna: vñ ſic erit in hac pęna, vt in alijs, vt ꝓbata culpa, vel notoria exiſtēte, imponi poſſit ſine monitione & pęnitētia, & correctio: ſed in ſnīa excōicationis eſt ſecus, q̄a nõ eſt pęna pure, ſed medicina, 2. q. j. multi. hoc āt bene fatemur, ꝙ qn̄ ꝓ ꝯtumacia infert̄, nõ dēt inferri, niſi ꝯ incorrigibilē & cōtumacē, ſicut nec miſſio in poſſeſſionē, ff. de dā. inf. niſi 9. ſi forte. in eo aūt ſuſpēſio, vel interdictū ſimilitudinē hēt cum excommunicatione, quod legitur ſ. de app. ad hæc.

CAP. II.

AD hęc quoniā epiſcopus. {Libertas.} No. epiſcopum non poſſe concedere priuil. in præiudicium

cium alterius, 9.q.3. conqueſtus, per principalem. de hoc no. ſupra vt eccl. benefic. vt noſtrum. in fi.

CAP. III.

AD aures noſtras. [Intrudere.] [Et malc.] [Ordinans.] Satis pōt hoc eſſe de iure, ꝙ ca quo ille, ad quem pertinet ordinare eccleſiam, cā male ordinat, ꝙ caſſata mala ordinatione, ſuperior illam eccleſiā ordinabit, & non ille, cuius ordinatio caſſata eſt, arg. j. eo. inter dilec. in fi. nos tñ hoc nō fatemur, niſi in caſibus, vbi expreſſum eſt in iure, vel niſi iudex in pœnam delinquentis ſententialiter hoc ſibi retineret: ſed forte tunc de iure eſt, quādo in eo caſu ad alium ipſa electio non deuoluitur: nam non debemus ſibi ius ad alium deuolutum retinere.

CAP. V.

SAne. [Libertatem.] Nulla dña habita, vtrum libertas in priuil. contineatur, aut in generalibus canonibus, vt hic, 10.q.3. quia eoſdem ēt, ſi forte præſcripſerint.

CAP. VI.

ILlud etiam. [Aſſumentes.] No. pœnam illorum, qui in beneficiis ſibi mutant cauſam poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

Excommunicatio contra ſubditum priuilegiatum non tenet.

CAP. VII.

CVm ad quorundam. [Concilio.] ī. de. cōſt. cū apſ. [Pro illis.] Pro excedentibus. n. numerū Lateranen. concilii non pōt aliqua ſnīa ferrī in eū, ſi denegauerit debitum, ar. ff. de aqua quot. l. j. §. Iulianus. & §. item quæritur. 10.q.3. quia cognouimus, imo qđ epſ iniuſte abſtulit, reſtituet in quadruplū, 88. di. qm̄ qdē. C. ad l. Iul. repet. l. j. ī Auth. vt li. ma. §. & hoc quoque. [Nō tenere.] No. ſpāle in hoc caſu, ſed hoc intelligiī, qñ exprimit errorē in ſnīa, puta excōico te, niſi me recipias, & vltra numerū prætaxatum. [Non tenere.] Nos dicimus generale, qđ hic dr̄. ſ. ꝙ ſi ſubditus alicuius ſit priuilegiatus in aliquo capſo a Papa, ꝙ ſi ꝑlatus illius eccleſiæ cap. ferī in eū ſnīam excōicationis, ꝙ non tenet, vt hic, j. de priuil. cum capella. & c. quanto.

CAP. VIII.

SIcut vnire. [Vnio.] De vnione no. ī. ne ſe. vac. c. j. [Epi.] No. ꝙ quantumcunq; plenæ eccleſiæ ſpectent ad abbates [a], non licet eas eis vnire, vel vnam aliis ſubiicere: hoc enim eſt ſpeciale tantum, vt hic.

ADDITIO.

a ¶Ad Abbates. Adde in aliis inferioribus epiſcopo, ita Card. in conſ. 49. incip. Reuerende domine. in prin. & ibi intelligitur hoc verum, niſi talis inferior vltra ius haberet etiam iuriſdictionem epiſcopalem. Et quod Abbates non poſſunt vnire, tenet etiam Car. in conſ. 96. incip. Videtur vnio prædicta. in 2. col. ver. quinta vero cauſa. & ibi dicit hoc dictum Inn. notabile.

CAP. IX.

QVam ſit graue. [Confiteri.] De confeſſione no. ſupra de elect. per inquiſitionem. [Confiterit.] Habito legitimo proceſſu ꝯ eū, vt ꝑ inquiſitionem, vel ꝑ accuſationē, vel alio mō: nec ꝓbatur ꝑ hoc, ꝙ cōfeſſio facta extra iudiciū ꝑiudicat, quia hic non deponitur ꝑꝑ fornicationem, de qua nō conſtat: ſi. n. de ea cōfcaret, nō cogeretur maritus recipere eam, qđ hic ꝑſpiī: ſed lō puniī [a], qa ex tali cōfeſſione apparet eū maledicū detractorē, & leuē, quorū qđlibet ad eius pnīā aſs pœnā ſufficit.

ADDITIO.

a ¶Sed ideo punitur. Hic dicit not. Abb. in c. olim ex literis. col. 3. ſupra de reſcri. & ſequitur etiam do. Fran. de Cur. io repe. l. admonendi. char. 17. ff. de iureiu.

SVMMARIVM.

Peremptorium ad eum peruenire non eſt neceſſe, qui de contumacia vel culpa notatur.

CAP. X.

EX literis. [Candentis.] Hęc purgatio oīno interdicta eſt, j. de pur. ca. ex tuarū. 2.q.5. Mēnan. ī. ne cle. ſnīam. [Enaſcerit.] Hæc verba non ſolum epō, qui ꝑtātem hēt, ſed ēt in alio cōſiliatore irregularitatē adducerent, 54. di. ſi quis viduam. ī. ne cle. ſnīam. [Multitudine.] Et ſic auxiliū dedit ſuſpenſioni eius vel mādatū tacitū, ꝑꝑ qđ ē irregularis, 50. diſt. ſi quis viduam. [Inueniri.] Vñ pro eodē eſt, ac ſi non veniſſet, 9.q.3. certū. non. n. licet poſt columnas latitare, ff. ex q. cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. ſciēdū. Itē no. nō ē neceſſe in eo, q de ꝯtumacia, vel culpa notatus ē, ꝙ ꝑueniat ad eū pemptoriū, ī. q ñ. ſint le. cām. ꝑ latū. ī. de cle. ꝯiu. tuæ. 7.q.1. ꝑſtiū. C. de iu. ꝓperādū. §. & qd. ff. de euic. ſi vero. & l. ſi dictū. §. ſi pñſc. ff. locati. itē q̄rit, §. exercitus. ꝯ, vt li. nō ꝯte. qm̄. de iureiu. l. pc. ff. quę ſen. ſine ap. re. l. 2. & C. qūo & qñ iu. e. 3.q.9. caueant. ſed ꝯtra loquunī, vbi abſens nō notaī de calūnia, vel culpa. [Amouētes.] Nō ferī ſnīa ꝯ iſtū ꝺpoſitiōis ab epatu: ſed dicet iudx, amoueo talē ꝑpetuo ab eccſia Albigan. ſiſe ꝺ cle. nō reſi. ex tuæ. melius videtur, quod expreſſe in eum ſententia depoſitionis feratur, ſupra de do. & cōt. veritatis. [Amouentes.] J. c. 2. G. melius.

SVMMARIVM.

1 *Nedum electo, ſed etiam inſtituto, ante quàm adipiſcatur poſſeſſionem opponitur crimen.*

2 *Quo caſu, & per quem procedi poſſit ad ſecundam elect. etiam prima non caſſata. & quando non teneat elec. niſi prius caſſetur prima, in nu. 3.*

4 *Electio, ſeu prouiſio, quæ nulla eſt, non debet aliam impedire.*

5 *Caſſatur electio facta contra formam mandati, & vide vſque ad finem.*

CAP. XI.

INter dilectos filios publicum. [Aleatorē.]

a No. ꝙ† crimen opponitur non tñ electo cōfirmationē petēti, ī. de ele. dudū. imo ēt opponitur ei, qui inſtitutus eſt anteꝗ adipiſcatur poſſeſſionē, vt hic, dūmō laboret infamia, ſupra de act. accedēs. ſed ſi aliqs agat poſſeſſorio ſup beneficio, vel dignitate, qđ obtinuit recupando, tunc nullo mō obſtat exceptio criminis, ī. de or. cog. ſup. & ī. de teſt. ſpo. in lr̄is. ſed ſi agat petitorio ad repetēdū beneficiū, vel dignitatē amiſſam, tūc diſtingue, quia ſi obiiciī crimen, vel aliud, ꝙ ipſo factu inducit priuationē illius bñficii, vel dignitatis. v.g. ꝙ ſit hæreticus, vel ſnīaliter depoſitus, vel de crimine ꝯdēnatus, admittenda eſt hmōi exce. ar. 8. di. quo iure. 23.q.5. c. j. & ij. ſed ſi aliud crimē ſibi obiiciaī, ꝙ eſt adulter, ꝑiurus, vel ſimoniacus de alio bñficio, qa ꝑ hmōi crimina ipſo iure nō amittit ſuū ius, nō credimus hmōi excep. admittēdas, qđ ſic ꝓbo, qa ēt ꝓbato crīe, eū remanet ꝑlatus, vel canonicus, adiudicādū eſt ei ius petitū, & ſic nihil ꝓdeſſet ſibi probatio ſnæ excep. ergo nō eſt admittēda, C. de ꝓba. ad ꝓbationē. nec pōt dicere, ꝙ crimine obiecto in modū excep. priuādus ſit iure ſuo, qa expreſſe ꝯdicit ī. de or. cog. cū dil. in fi. ſi aūt obiiciturei, ꝙ ꝯait matrimoniū, dicūt qdā hanc excep. admittēdam, qa ipſo facto renūciare vr̄: aliis ꝯ vr̄, ꝙ hi, q agūt petitorio ad recuperādū ſua beneficia, ꝓpriē intentāt act. in rē, quaſi ꝯfeſſoriā, qa ius petūt vel bñficii, vel dignitatis in eccſia, q̄ eſt res aliena, qa Dei, vel nullius eſt, ſicut qñ petiī vſusfructus, ff. ſi vſusfr. pe. l. j. in prin. & l. vlt. §. j. & l. fi. Sed op. ꝯ eū, qui agit petitorio, ꝯpetit actio, ꝑ quā remouebiī a bñficio, ergo multo fortius ꝯ eū agētē petitorio dabiī excc. ff. de re iu. l. inuitus. §. credamus. Rñ. actio ꝯpetit ad vindictā, nō ad ꝓſecutionē rei familiaris: in caſu autē nr̄o ꝓponiī excep. ꝑ defenſione iuris, vel rei familiaris: vñ non haberet locū ꝑdicta r̄a, ſ. cui damus actionē, & exceptio, q̄ loquitur, qñ ad idē agiī, & excipiī. [Atq; ludos.] 35. diſt. c. j. ī. de vi. & ho. cle. c. clericis. cā aūt ꝯuiuii ludere licet. ff. de alea. q in ꝯuiuio. [Indignitatē.] Hæc verba infamiā facti irrogāt, C. de his, q no. infa. improbū. [Iudic.] Et ſic patet, ꝙ ſufficiens eſt ꝓbatio iudicis ſup facto ſuo, & maxime vbi ſunt plures, ar. ī. de ꝓba. tertio, & no. ī. de acc. cū dile. [Cōfcīam.] ī. de fall. ad falſariorū, ꝯ. ſo. ibi de falſaroribus lr̄arū Papæ, hic de aliis, vel aſr, vt ibi not. [Abſoluēdū.] de plenitudine ꝑtātis ē abſolō facta ſup exceptione, cū aſs alii iudici nō liceret ſup exce. iudicare, cū ēt ſup ea nō

a dēat fieri li. ꝯte. vt aſs no. [Poſtmodū.] † Ex interuallo, vr̄ incōtinēdi ab eadē pte, ī. de poſtu. ꝑl. bonę me. ibi, temere receperunt. & intelligo hoc poſtꝗ publicata ē electio, vel ꝓuiſio: de hoc no. ſupra de ele. publicato. & c. cū terra. alius aūt ab illo, q fecit primā ꝓuiſionē, vel electionē, ſi prima nulla eſt ipſo iure, ſecure ꝓcedit ad ſecūdā electionē faciēdā, ēt prima nō caſſata, ar. ſupra de ele. cū in cūctis. in fi. ſupra de re iud. cū Ber. & no. ī. de elec. ꝯſiderauimus. ſecus aūt dicerē, ſi prima, q̄ nulla eſt, ꝯfirmata eſſet ſiue bona fide, ſiue frauduletēr, qa tunc electio facta ab illo, ad quē deuoluta ē ptās, nō tenet, dūmō ꝯfirmatio teneat, qa iā eccſia nō vacat, & ei obediendū eſt, & auctore ꝑtore poſſidet, ar. 8.q. fi. nōne. ff. de acq poſſ. iuſte. Itē q̄uis electio nō teneat, tñ ex quo ꝯfirmatio acceſſit, iā ꝯ eā nihil dici pōt, ſupra de elec. cū dilec. ff. q̄ ſent. ſine ap. l. j. Itē cū oīs res ꝑ eaſdē cās diſſoluaī, per quas ꝯſtit, j. de reg. iu. oīs. ergo ſicut adminiſtratio hmōi dignitatis ei ꝯceſſa eſt ꝑ ꝯfirmationē, ſic eſt ſibi auferēda ꝑ infirmationē: hic aūt ceſſat rō in primo caſu, ſ. qñ electio nō eſt ꝯfirmata: idē aūt, ꝙ in ꝯfirmatione dicimus, ēt ſi aliud interueniat, qđ vicē obtineat ꝯfirmationis, vt ſi aſſignatū ſit ei bñficiū, & ī poſſeſſionē inductus ꝑ eū, ad quē ptinet cū debita & ꝯſueta ſolēnitate, ar. ſupra de ꝯceſ. ꝑ. qa di. & c. cū nr̄is. qdā tñ dicūt, ꝙ in hoc caſu, ēt poſt ꝯfirmationē ille, ad quē deuoluta ē ptās, ſecure eliget, ſed nō poterit petere ꝯfirmationē ſuæ electiōis, niſi prima electio prius fuerit caſſata, ar. ſupra, de in inte. reſt. c. 2. in fi. primū dictū magis placet: prima opi. q̄ no. in gl. iſta ex interuallo, vbi dr̄, ꝙ ſi electio fiat poſt primā ꝯfirmationē, nō valet, ſiue bona fide, ſiue fraudulenter obtēta fuerit primæ electionis ꝯfirmatio, tūc eſt vera, qñ tpe ꝯfirmationis factæ nullus erat, q poſſet eligere, vel deberet: & obtinet illa opi. ēt ſi ꝯfirmatus nō ſit adeptus poſſeſſionē, ſicut apparet expreſſe ſupra de ꝯceſſ. ꝑb. & eccle. nō va. poſt electionē. nā ſi alius tpe ꝯfirmationis pōt de iure eligere, ꝑꝑ ꝯfirmationē alterius electionis factæ ab aliquo alio, ad quē ꝑtinet, nō ꝑdet ipſe ius ſuū, ſupra de ſent. & re iu. cū Bertol. niſi

tol.niſi cōſirmat lo eſſet facta vocatoꝛeo, ad quē ptinet elec.vel
ſolēniter ꝑpoſito edicto, de quo no. ſ.de ꝑcu.in nſa.ſ.de ſent.
3 & re iu.q̄uis.ga tūc bene noceret,ſſ.de mino.in cāç.†Itē nō hēt
locū p̄dicta opi. niſi ex ꝑuiſioue,q̄ hēt vim electionis,& ꝯfirma
tionis,vel ex ꝯfirmatione, q̄ male factæ ſunt denolur̄ ptās eli-
gēdi ad alios,ga tūc pp tales ꝯfirmationes nō dimitterēt illi, ad
quos ptinet,quin ꝓcedant ad electionē, ſ.de ele.cū in cūctis.in
ſi.ſed his vr̄ ꝯ,ſ.de cōceſſ.p̄ben.poſt electionē. vbi vr̄ dici, ꝙ ex
prouiſione deuoluebatur ptās eligendi ad primos, & tn̄ non te
net electio, niſi prius caſſetur prima electio.ſol.ibi non diceba
tur deuolui a ptās eligendi ab archiep̄o ad cap̄lm ex ꝓuiſione,
vel cōfirmatione:ſed ex his,quæ poſtea cōtingunt, ſ.quia debi-
to mō non erat electus p̄ſentatus a cap̄lo,& pp renunciationē,
& abiurationem poſt ꝓuiſionem ſecutas: & iō cū ibi haberent
ius ex ꝓuiſione archiepi,quę ltīme facta erat,non valet electio
facta a cap̄lo niſi primo caſſaretur ꝓuiſio: & idē,ſi ſola electio
facta eſſet quæ teneret, quia ea non caſſata non valeret alia ele-
ctio,niſi incontinenti fieret, vt no.ſ.de ele.cōſiderauimus. Sed
4 quid dices,aliquis †auctoritate Papæ ꝓuidit alicui notorio in-
digno,& ſcienter de aliqua p̄latura,vel manifeſte ꝯ tenorē mā-
dati,nunquid illi,ad quos ptinet electio primo,poterūt eligere,
no obſtāte tali ꝓuiſione,vel ꝯfirmatione?ar.ꝙ ſic,p̄al.dec.cū in
cūctis,in ſi.Itē electio,vel ꝓuiſio,q̄ nulla eſt, nō dēt aliā impedi
re,ſ.de ele.auditis.& eodē mō, ſi nō ſeruauit formā mādati,nō
valet, qđ fecit, ſ.de reſcr.cū dilecta.ſ.Itē electio facile dēt redire
ad ſuā naturā.i.ad alius,ad quos ptinet de iure,ff.de pac.ſi vnus
§ pactus. in ſi. Sed nobis vr̄ ꝯ. nec ꝯdicit decr.cū in cūctis. quia
licet ſit ſtatutū, ꝙ electio pp defectū ſuū deuoluatur ab ep̄o ad
cap̄lm,vt ibi:& iō teneat electio non obſtāte cōfirmatione: nō
tn̄ eſt ſtatutū,ꝙ a delegatis Papæ deuoluatur ad primos electo-
res: & ex quo ſtatutū non eſt, deuolui nō dēt,ſ.de conceſ.p̄bē.
quia diuerſitatē ſ.de ſup.neg.p̄l.c.Romana. Itē indignū eſſet,
ex quo Papa ad ſe reuocauit ꝓuiſionē, licet eā faceret delega-
tus,ꝙ vlterius rediret ad primos,niſi de mādato Papæ,ſ.de po-
ſtu.bonæ.2.circa ſi ſ.de oſt.leg.ꝙ ad tranſ.ſ. vt li.pen.eccleſia.
& 3.q 6.multū.Iterū fateor,ꝙ nō teneat,qđ fecit iſte delegatus
nec impedit, quin alia electio fiat ab eo, ad quē ptinet tūc eli-
gere,ſ.a ſupiore,q delegauit, nō ab eis, a qbus reuocata eſt ele-
ctio.hoc no.ſ.de p̄b.Inter cætera.nā a delegato ad delegātē dēt
redire iuſtiſſ, ſicut appellatio,ſ.de oſt.del. ſup q̄nū,& flumi-
5 na ad locū,vn̄ exeunt,reuertuntur.†Itē electio bene redit ad na
turam ſuā,ſic redit ad delegantē, & ſi factū eſt ꝯ formā mādati,
non valet, & bene caſſabitur,ſed facta caſſatione electio nō re-
dibit,niſi ad delegantē. Alii dicūt,& forte melius,ꝙ ſi alicui mā
datum fuit, ꝙ ꝓuideret alicui ſub cōdi. v. g. ſi eſſet de tali loco
oriundus,cū hic non habeat iuriſdōnē,vel ptātē ꝓuidendi,niſi
condō ſit vera,ff.de ver.ſig.cedere. & talis ꝓuiſio,q̄ nihil valet,
nec fundamentū hēt, nō impedit primos eligere, de hoc no.ſ.
citatus ad diem feriatam, an teneatur comparere die ſequenti non feriata, an vero citatio ſit nulla, vt ff. ſi quis in ius voc. non ierit. l. 2. in fi. Sed eſt verum, quod eſt nulla pro illa die. Sed vbi non dicitur, quod excuſetur ſi non comparet in ſequenti die iuridica. vide Inno. in c. cõqueſtus, de feriis. fol 87. nu. 1. Dicit enim ipſe, quod ſi in citatione fiat expreſſa mentio temporis feriati, vt compareat die dominica, quod non valet citatio. Aut non fit expreſſa mentio, vt compareat die 8. & tunc valet, & debet comparere die ſequenti iuridica, quia præcedentes dies intercalatus, id eſt occultatur & non dicitur octaua. Sed iſta quæ eſt dies legitima dicitur octaua. Item quia duo videtur præcepto, vt ff. de arbi. l. Celſus, & lex dicit, quod dies diffinduntur, vt ff. ſi quis cautio. l. 2. §. ſi quis in iudicio. Poſtea Inn. in d. c. conqueſtus, ſentit indiſtinctè, quod debeat legitimo tempore comparere. Hoſt. dicit in c. expoſuit, de dilat. quod aut dies feriata aſſignatur pro termino, in quo debeat comparere, & non valet. aut pro termino vſq; quo, & tunc valet, quia dictio, vſque, ponitur excluſiuè, & ideo debet præuenire in comparendo tempore iuridico, ſecundum Hoſt. Nõ obſt. d. l. Celſus, quia ibi dies adijcitur ſolutioni, vnde obligatio eſt perpetua, merito debet poſtea ſoluere. Sed citatio non ligat in perpetuum. Item non obſt. d. §. ſi quis in iudicio, quia ibi erat impedimentum non ratione temporis, ſed ratione perſonæ, puta morbi, vt ff. de arb. l. ſi cum dies. §. ſi quis ex. Et lex dicit diem feriatam in numero dierum denunciari, ergo non fiet diffuſio, vt C. de dila. l. ſine pars. Sed pro Inn. quod fiat prorogatio, arguo ſic. Licitum eſt arguere de contractibus ad iudicia, vt ff. de iudi. l. omnem. Sed in contractibus bonæ fidei fiet neceſſaria prorogatio, vt ff. loca. l. inſulam. §. ſi. ergo & in iudicijs bonæ fidei. Sed reſpondeo, quod omnia præcepta iudicũ ſunt ſtricti iuris, quia ex eis oritur actio in factũ, quæ eſt ſtricti iuris, vt ff ſi quis ius di. non obtemp. l. 1. in fi. ergo non valet, quia arctatio & impoſſibilitas temporis vitiat, vt in loco: item poſt terminum remanet citatio ſine termino, ergo non valet ſecundum eos, qui dicunt dies taxatos eſſe de ſubſtantia dilationis. videtur ergo citatio circunduci & non differri, vt ff. de arbi. l. arbiter. Cal. & hoc in dilatione, quæ datur à iudice. Si autem datur à lege vel Principe valet dilatio, & tunc ſi dies feriatus eſt, terminus in quo debet comparere in iudicijs eſt die ſequenti non feriato, vt in c. dilecti, de dolo & contu. Sed in actibus qui fiunt ante iudicium, vt in oblatione libelli, debet ea die offerri, vt ff de adulte. l. miles. §. ſexaginta. nam quia poteſt ea die explicari, non ſunt feriæ, vt no. in d. l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, & in l. 1. de ferijs, & 15. q. 4. c. placuit, quod ſi lex aſſignet tẽpus liti, vel inſtantia non differtur, vt C. de temp. app. l. 2. in fi. idem ſi iuriſdictioni vel arbi. vt ff. de arbi. in l. ſi de re. §. fi. Si autẽ iuri & actioni datur reſti. propter ferias repentinas, non propter alias, vt in l. ſed per prætorem. §. ſi feriæ. ff. ex quib. cau. maio. patet itaque dilo currere cum opus ſit reſti. in integ. Idem videtur ſi lex aſſignet tempus ad probandum, vt in c. fi. de excep. lib. 6. quia aſſignatio quæ datur à lege, non habet vim interlocutoriæ. Secus in ea, quæ aſſignatur a iudice, vnde iudex poteſt eam mutare, velut interlocutoriam, vt ff. de arbi. l. qualem. §. dicere, & de præto. ſtipu. l. 1. in fi. & l. pen. vel fortè in c. pia, ceſſat reſtitutio, quia eſt excep. dilatoria, iuxta no. per Ian. in c. coram felice, de in integ. reſti. Sed quid econtra, ſi die feriata pro non feriato iudex citat. Circa hoc vide Cyn. C. in quib. cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſ. l. in minoribus, in 5. q. Bal. Et videretur valere inſpecto fine, quia non prohibetur citatio, ſed effectus citationis, vt ff. de mino. l. 3. §. 1. ff. de cõtrahen. emp. l. ſæpe. § ſi quis omisso. In contrarium videtur non valere inſpecto princ. quia obſtat prin. vt l. dies feſtos. C. de ferijs, in fi, horrida vox pœnæ ſileſcat. & ibi, taceat apparitio, &c. ſuſpendit enim lex organa tempore feriato. ad idem C. de ſeruis exportan. l. ſi minor. Solutio, duplex eſt citatio, vna quæ reſidet in iudice, & iſta die feriata ob meſſes debet ſilere, tamen ſi infertur in tempus licitum in eo, quod non requirit ſeſſionem pro tribunali, vt in dilatione probatoria, niſi de conſenſu partium, vt l. prima, de ferijs. Nec mireris ſi dico iudicem citare, quia potius citat ipſe quam nuncius, vt ff. de rei vind. l. ſi patri ex. in fi. Alia quæ reſidet in nuncio, quæ eſt executio actus iudicis, & tunc ſi iudex commiſerit tempore iuridico, poteſt nuncius citare tempore feriato ob meſſes, quia executio præcepti poteſt tunc fieri, vt in c. fi. de iudi. Secus in ferijs in honorem Dei, quia tũc executio fieri non poteſt, vt d. l. dies feſtos, niſi vbi periculum eſſet in mora, vt in caſibus priuilegiatis, quos ponit Azo, C. de ferijs, ad fi. Item in ferijs repentinis quæ reſpectu reipub. inducuntur. nam reſpublica Deo comparatur, l. fi. C. de ſacroſan. eccle. & feriæ repentinæ diuinis, vt no. in cle. ſæpe, de verb. ſignifi. in gl. ordinaria. Sed nunquid habẽs dila. octo dierum ad comparendum poſſit comparere incontinenti in prima die. dico, quod tenetur expectare alteram partem, quia dilatio eſt communis. hoc verum niſi in expect. curreret tempus ſibi ſine periculum, vt quia habet terminum ad probandum, tunc enim non tenetur expectare aduerſarium, alioquin non poſſet producere iure ſuo, niſi in extremitate temporis, quod eſt abſurdum. Aduertat tamen, quod ſi interim producit teſtes, faciat aduerſarium citari vel moneri, vt C. de teſti. l. ſi quando, per Bar. & l. in illa ſtipulatione, de verb. oblig. & no. iſta.

citatio quæ non eſt iudicialis non requirit peremptorium, ita no. Inno. & Hoſt. in c. cum nobis, de elec. fol. 22

citatus ſine appoſi. hora videtur citatus ad horam cõſuetam, ad quam ſolitus erat citari, vt compareat, ita no. Inn. in d. c. cum nobis, extra de elec. fol. 20. num. 4.

citatus ſi timet ne vis fiat perſonæ debet mittere procuratorem, ſecus ſi conſenſu, ita no. Doct. in c. bona, de elec.

citare non poteſt vnus de pluribus legatis, niſi adijciat cauſam, quare ad eum pertineat iuriſdictio, ita no. Inn. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 53. in nu. 1.

citatio, quãdo eſt generalis, poteſt generaliter procedi ad quemlibet actum, ſecus ſi eſt ad certum actum, ita no. Inn. in c. conſuluit, de offi. deleg. fol 56

citatio eſt exordium iuriſdictionis & initium. Sed quo ad cauſam initium & fundamentum li. eſt conteſtatio. Illa enim quæ ante li. conteſt. præcedunt ſunt quædam præludia non litis ingreſſus, ita no. Inn. in c. ſuper quæſtionum, de offi. deleg. fol. 57. in no. 2 facit l. 1 C. de præſcrip. long. temp. Bal.

citatus ſi non comparet, non dicitur propterea turbare iuriſdictionem, imo iuuare, quia facilius procedit, ita no. Inn. in c. ſignificauit, de offi. ordi. fol. 63

citari non eſt neceſſe ſingulos de vniuerſitate in negocijs vniuerſitatum & collegiorum, & ideo abſentes citari non debent, ſed ſolum adminiſtratores, id eſt rectores. Secus in factis ſingulorum, quia debet eſſe citatio ſingulorum non generalis, & ideo etiam abſentes ſunt citandi, vt ff. de mino. l. etiã. §. fi. ita no. Inn. in c. humilis, de maio. & obe. fol. 68. nu. 2.

citatio, quando fit ad domum, ſi nemo ibi reperitur, cedula debet affigi ædibus, ſeu in porta domus, ita no. Inn. in c. ſi aduerſarius, de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruandæ. fol. 101. num. 5.

citandi qui ſint in publicatione inſtrumenti, vide Innoc. in c. Albericus, de teſti. fol. 160. nu. 2. & vide C. de re iud. l. geſta, per gl. & doct. Bal. & vide et per Inn. in d. c. Albericus, de publico teſtium, procurationum, & inſtrumentorum.

citatus vel iam præſens ad ſententiam non poteſt impedire executionẽ ipſius ſententiæ, licet veniat ex tranſuerſo, nam debuit appellare. idem quando ſola ſcientia habetur pro citatione, quia ius citat ſcientem, ſcilicet vbi ſola ſcientia ſufficit, neque enim regulariter ſuffi. ſcientia, vt per Io. An. in c. cauſam, de ele. in clem. & l. ſæpe, de re iud. Secus ſi non eſt præſens vel citatus à lege, vel à iudice, vt ff de re iudi. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, & C. ſi per vim, vel alio modo, l. fi. & Inno. in c. ueniens, de teſti. fol. 108

citatio teſtium requiritur in publicatione teſtamenti, idem in depoſi. non autẽ in exemplatione ſcripturæ authenticæ, licet teſtamentum habeat ſigilla, illa ſigilla non ſunt authentica, ſed priuata, ita no. Inno. in c. fi. de fide inſtru. fol. 115. in nu. 1. Adde etiam, quia ſi teſtamentum eſt ſcriptum manu priuata exigitur publicatio, idem ſi manu publica, quia non probat, niſi teſtes adiuuent deponendo, vt C. de teſtamentis l. hac conſultiſſima. §. penul. nam inſtrumentũ notarij non habet vim niſi duorum teſtium, non 7. ſecundum quoſdam. Sed veritas eſt, quod in teſtamento ſolenni habet vim 7. teſtium, & non requiritur publicatio ſecundum But. Dyn. & Bar. inſtrumentũ enim reputatur eſſe vox mortua. & habet vim tot teſtium, quot ſunt in inſtrumento deſcripti ad eſſentiam inſtrumenti, ſecundum Bar. Bal. Item ſcias, quod error teſtamenti in ſcriptis, qd teſtamentum dicitur ſcriptura priuata, vt no. C. quemad. teſta. aper. l. 2. habet probari per tot teſtes, per quot falſitas, vt no. ff. de leg. 2. l. cum proponebatur. Et ſic error & falſitas probantur pari numero teſtium, quod eſt no. Adde Inſti. de inutili. ſtipu. §. item verborum.

citatio requiritur in notorio, ita no. Inn. in c. ad noſtram, il 2. de iureiur. fol. 118. ſcilicet rei principalis non rei tranſuerſalis, vt ff. de act. emp. l. emptorem, & operatur notorium idem, quod legitima probatio in iudicio facta. Item idem, quod ſententia, quo ad conuincendum, non vero quo ad aliquid de nouo inducendum,

cendum, vt ff. de cura. furio. l. Iulianus, & nu. in l. qui mutuam. §. non iden. ff. mandati, nec in cumulum latæ ſententiæ, vt ff. de ritu nup. l. palam, in fi. & ff. de capi. diminu. l. amiſſione. §. 1. in gl. Bal.

citatio, quando fuit facta in duobus, intelligitur iudicatum contra omnes citatos, ita no. Inn. in c. quamuis, de re iudi. fol. 129. nu. 1.

citatio, ſeu monitio requiritur etiam in notorio, ita no. Inn. in c. ſacro, de ſen. excom. fol. 229. in prin. Adde quod ipſe idem no. in c. 10a, de coha. cle. & mulie. fol. 144. in nu. 8. tamen monitio iudicis, id eſt iuſſus dandi vel faciendi, non habetur pro citatione, ſecundum eum in d. c. tua, in gl. 2. in ver. item monitio.

citatio prima poteſt fieri etiam ſine cauſæ cognitione, & licet fiat per nuncium. ita dicit Inn. in c. accedens, de accuſa. fol. 294

citatio non fiet, niſi ad probationem contumaciæ, ita nu. Inn. in c. accedens, de accu. fol. 20. & ibi vide per eum de effectu citationum.

citatio poteſt fieri alternatiuè, vt compareat tali die, vel tali, ita no. Abbas in c. 2. de teſti. cogen. & etiam conditionaliter, vt compareat ſi vult opponere, vt no. C. ſi manda. fue. alie. in l. ea quidem, quod nu. Bal. Adde, quod quotieſcunque mandatur aliquid fieri, intelligitur mandari, quod fiat apto & congruo tempore, vt ff. man. l. ſi vero non remunerandi. §. fi. Bal. & no. hæc.

citati vel citandi hoc modo ſi volunt ſe opponere, non intelliguntur citati præciſè, ſed ſub modo, ita no. Inn. in c. dilecti, de excep. fol. 121. in nu. 1. & no. C. ſi mancipio ſic alien. in l. ea quidem. Bal.

citatus à rege debet ei honorem exhibere comparendi, magis quam Archiepiſcopo. Sed Papa ante omnes debet honorari, quia Papæ & Imperatori ſemper eſt obediendum. Et excuſat citatio Papæ, non alibi comparentis, vbi citatus alias comparere tenebatur, niſi citatus procurauerit ſe citari à Papa, ideo vt curam aliam non haberet comparere. Et pro hoc videtur tex. nu. in l. 2. circa fi. in ver. ſimili modo. ff. qui ſatiſd. cog. ita no. Inn. in c. pa[?]ati, de appel. fol. 132. & quod no. ff. de uſu. præfec. præto. l. 1. §. his tunabulis, & l. 2. in fi. ff. de cuſtu. & exhibeo. Bal. Ex prædictis patet, quod ſi quis eſt citatus ab vno iudice inferiori, & poſtea citetur ab vno ſuperiori, quod citatus debet obedire in comparendo magis iudici maiori, quam inferiori. facit id Papa. Itē niſi citatus hoc procuraſſet, vt ſ[?] iuxi.

citatus comparens per metum illatum perſonæ vel conſenſui, coram iudice à quo, non intelligitur deſerere appellationē, ita no. Inn. in c. ſi iuſtus, de app. fo. 140 Sed an valeat ſententia lata à iudice coacto metu. dic, quod ſic, ſed obſtat exceptio, 11. q. 3. c. 4. vel vbi metus erat illatus perſonæ, vt pronunciaret, & non conſenſit, vt ſic pronunciaretur, & ſic de hoc, vt in c. 1. quod met. cau. lib. 6.

crimen probatum in modum exceptionis non inducit priuatiuam ſententiam, ita no. Inno. in c. inter dilectos de exceſ. prælatorum. fol. 216. in num. 1. & vide infra in verbo, Reſponſio, in 3. & 4. quæſt.

crimen quale poteſt obiici inſtituto vel promiſſo. Vide ibidem Inno.

crimen omne eſt publicum, & nunquam de eo poteſt tranſigi de iure canonico, ita no. Inno. in c. crimina, de coll[?]ſ. deteg. fol. 214. & crimen veritatis dimitti non poteſt. Secus in crimine præſumptionis vel ſuſpitionis, vbi pœna culpam excedit, & eſt delictum omiſſionis, vt ff. ad Sylla. l. 2. Bal.

crimen, ætas, infamia, & quum teſtis non ſufficienter probat id, ad quod inducitur, excludit probationem teſtis, ita no. Inno. in c. quotiens, de purg. cano. fol. 222. facit, quod no. gl. in l. Lucius. ff. de infam. Et licet actor deficiat prædictis modis in accuſatione, tamen indicitur purgatio. Item non ſufficit, coram ſe eunozelum habere, vt ibidem Inno.

crimen pacis fractæ pertinet principaliter ad eccleſiam, ita no. Innocen. in c. nouit, de iudi. fol. 81. in num. 7. & vide infra in verbo, maleficium, in 1. q. & infra in verbo, Procur. in 1. quæſt.

crimina recipiunt augmenta propter multiplicationem actuum, vel multiplicationem iniuriæ, ita no. Inn. in d. c. nouit, de iudi. fol. 80. & facit ff. de pœnis. l. ſi diutino. Et facit ad ſtat. ſi quis vno impetu, &c. Bal.

criminis commiſſio inducit aliud, quam ipſum crimen, ita no. Inno. in c. cum non ab homine, de iudi. fol. 80

crimen quando tenetur quis denunciare, vide Inn. in c. nouit, de iudi. fo. 81. nu. 1.

crimen notoriū punitur ex teſtibus receptis ſuper inquiſitione generali, non aliud crimen, ita no. Inn. & Hoſt. in c. bonæ, de elec. fol. 23

crimen de iure ciuili aut opponitur teſti cum infamia facti, aut cum infamia iuris, aut ſola infamia ſine crimine, aut ſolum crimen ſine infamia. Primo caſu, aut eſt crimen atrox, vt hæreſis, & in totum repellit teſtem, vt C. de ſumma Trinit. & fide Catho. l. 1. Aut eſt crimen leue, vt iniuriarum, & tunc non repellit, ſed fidem teſtis lædit, ſeu vulnerat. Vnde ex altera parte duo integri viri contrarium aſſerentes præponderarent, arg. ff. de eden. l. ſi quis ex argētariis, & de teſti. l. ob carmen. §. fi. Secundo caſu omnino teſtis repellitur, nam etiam cum iuramento non probat, vt ff. de teſti. l. 3. §. pen. & ff. de ſenato. l. Caſſius. Tertio caſu non repellit teſtem, ſed fidem eius velat aliquantulum, vt ſi pater filium interponit, aut iudex inſtigatorem, vt ff. de infa. l. ob hæc verba. Quarto caſu nō repellitur quis à teſtimonio, puta ſi crimen erat occultum, vel erat crimen contumaciæ, quia non venerat ad iudicem, nam contumatio non infamat, vt l. 1. C. de modo mulctū. Et hæc ſunt vera, niſi in crimine periurij, quia periurus omnino repellitur, vt l. 1. neino. ff. de infamibus, & ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ignominia. niſi iuramentum eſſet temerarium, vt no. Inno. in c. conſtitutus, de teſti. fol. 107. De iure autem canonico probato crimine cum dolo ſtatim videtur eſſe probata infamia canonica, & repellitur teſtis ante peractam pœnitentiam, ſed poſt peractam pœnitentiam non repellitur, niſi in crimine periurij, ita no. Inn. in c. teſtimonium, de teſti. 162. nec ſufficit pœnitentia cordis, de qua no. Hoſt. de iniuriis. §. fi. ſed requiritur ſatiſfactio operis, quod nu. Bal.

ciuitas poteſt facere legem ſeu ſtatutum contra ius commune, dummodo illa lex, vel illud ſtatutum non ſit præiudiciale alicui perſonæ certæ, ita no. Inn. in c. venientes, de iureiurando. fol. 118. hoc verum, niſi illa ſpecialis perſona cauſam dederit ſto. propter ſua demerita, vt nu. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capi. di. Item etiam quod non fuerit demeritum illius perſonæ, ſta. propter hoc non erit nullum ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt l. 1. in fi. ff. de dolic xcep. Nec obſt. l. ſi priuatus. ff. qui & à quibus. quia ibi populus non proceſſit per viam ſtatuti, ſed per viam metus & compulſionis. Bal.

ciuitas poteſt confiſcare bona, ſi hoc habet ex priuilegio vel conſuetudine, nā iſta ſunt paria, ita no. Inn. in c. poſtu. de foro compe. fol. 83. & in Auth. de defenſo. ciuitatum. § non habente, in fi. gl. magnæ. nam confiſcare ſibi bona eſt meri imperij, vt C. de bonis vacan. l. 1. lib. 10. Bal. vide infra in ver. Syndicus, in 1. q. & infra in verbo, Tyrannus, in 1. quæſt.

ciuitatis nomine non continetur comitatus de ſtricta ſignificatione, nec etiam communitatis nomine ciuium cōtinentur, quo ſtricta ſignificatio in reſcriptis eſt accipienda. Item quia ciues ſunt honorabiliores, quam comitatini, ita nu. Hoſt. in c. Rodulphus, de reſcrip. Et ideo in honoribus municipalibus ruſtici non continentur ſub nomine ciuium, vt C. vt ruſtici ad nullum obſequium vocentur, per totum. debent enim ſtudere agriculturæ non publicis honoribus. Virgilius tamen homo egregius dicitur Mātuanus, quia in comitatu Mantuæ natus fuit, vt dicit gl. in l. qui ex vico. ff. ad municip. Bal.

ciuitas non reſtituitur, ita dicit Inn. in c. 1. de in integ. reſti. fol. 74. nu. 1.

ciuitas de vrbanitate tenetur reficere damna facta vel inflicta ab hoſtibus, vel à piratis ſuo nuncio vel legatis, & non ſolum de vrbanitate, ſed etiam de iure tenetur, ita nu. Inn. in c. ſicut, il 2. de iureiur. fol. 117. in nu. 5. quod eſt verum quādo ambaſiato eſt immediata, ſeu proxima cauſa damni, vel etiam remota, ſecundum eum ibidem. Bal.

ciuitas, collegia, eccleſia, omnia iſta poſſunt deſtrui auctoritate ſuperioris cauſa cognita, & tunc perdunt omnia priuilegia ciuitatis & collegij. Vnde ſi collegiū denuo reſtauratur, ſi primum erat exemptum, illud non erit exemptum. Si ciuitas reponitur, & ante habebat ex priuilegio vel præſcriptione merum imperium, modo non habebit, niſi reſtituta ſit à Principe, quia tunc omnia, quæ iuris ſunt, recuperat, & ciuet quos perdiderat, & priuilegia & ſtatuta, ut hoc accidit Carthagini & Bononiæ, ut ff. quib. mo. uſuſfru. amit. l. uſusfructus, & no. in proœmio ff. in §. hæc autem tria. Si autem de facto opprimatur à prædonibus & latronibus uel tyrannis, & capiatur & deſtruatur monaſterium, eccleſia vel ciuitas, tamen ſine ullo corpore materiali viuit quodam intellectu, & extat animo, ut ita dicam quaſi ſine corpore, & retinet omnia priuilegia, ut ff. de fideiuſ. l. mortuo, & de petitio. hæredi. l. hæreditas. & ipſi ſemetipſos reædificare poſſunt, & ſi nemo uiuit ſuperior reſtaurat, et priuilegia exemptionis, & cætera vera, quæ durabant habita reducuntur ad actum ipſo iure, ſecundū Inn. qui hoc no. in c. cum ex iniuncto, de non. ope. nuncia. fol. 218. num. 2. & facit ff. de leg. 3. l. pater. §. Tuſculanus. Et eſt ratio differentiæ, quia quando de iure deſtruitur, titulus caſſatur, ſed facti calamitas titulum non aufert, nec nomen, ut ff. de ſerui. urba. præd. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum, & l. eum debere columnam, cum ſimil. & no. iſta. Bal.

ciuis, uide ſupra in uer. Ciuitas, in 3. q. & infra in uer. Tyrannus, in 1. q.

cœmeterium an debeat eſſe propinquum eccleſiæ, uide per Inn. in c. abolendæ, de ſepultu. fol. 169. nu. 2.

cœmeterium non habet omnis eccleſia, niſi habeat populum, uel ex priuilegio. ita no. Inn. in c. 1. de ſepultu. fol. 167

condemnatus de crimine publico, non propterea intelligitur depoſitus à beneficio, ita no. Inn. in c. nihil, in fi. de elec. fol. 33. nu. 5. uide infra in uerbo, ſententiā, in 17. q. & infra in uer. Renuncians, in 2. quæſt.

condēnatus de crimine non ſtatim perdit officiū, uel beneficiū, ſed requiritur poſt illam condemnationem depoſitio. ita no. Inn. in c. qualiter, il 2. de accu. fo. 203

condemnatus qui facit id, quod eſt conſecutiuum appellationis, licet compareat coram iudice à quo, non intelligitur deſerere appellationem, ita no. Inno. in c. paſtoralis, de offi. deleg. fol. 58. num. 4. arg. ff. de mino. l. 4. §. ſi. io, uide ſupra in uerbo, Clauſula, in 5. quæſt. Bal.

condemnatus ſeu grauatus, qui non appellauit in incidenti, appellans in principali omnia poteſt proſequi, ita no. Inn. in c. quod ad conſultationem, in gl. quæritur, de re iudi. fol. 126. ſecus in ſententia quæ non tangit factū principale, quia examinatur & appellatur ſeorſum à principali, ut in ſententia expenſarum, ſecūdum eum ibidem. et ſecus in interlocutoria quæ fertur ante litem conteſtatam, ut C. de procu. l. ita demum, & ibi per Legiſtas.

condemnatio expenſarum quandoque fit in principio litis, quandoque in medio, quandoque in fine, ita no. Inn. in c. finem, de dolo & contu. fol. 98. nu. 2. & 3. & ſic patet, quod quocunque tempore litis fieri poteſt. Bal.

condemnato mortuo nō fit executio, niſi citato primo hærede, ita nu. Inn. in c. quia, de iudi. fol. 80. uide infra in uerbo, Sententia, in 28. quæſt.

condemnato uel grauato ſufficit ire uel mittere ad ſedem Apoſtolicam pro grauamine ſibi illato, & proteſtari, ne quid noui interim fiat, & hoc habetur pro appellatione, ita no. Inn. in c. ut debitus, extra de appel. fol. 137. nu. 2.

condemnato iniuſtè iudex tenetur ad reſti. totius damni, quod conſequitur condēnatus, ita no. Inn. in c. ſuper eo, quod met. cau. fol. 73. nu. 4.

conducens ſtipendiarios uel equos ad bellum non tenetur ad emendam equorum mortuorum in dicto bello, niſi ex pacto conuentum fuiſſet, & tunc à finibus pacti non eſt recedendum, ita no. Innoc. in c. ſicut in iure, de iureiuran. fol. 119. num. 4. idem in commodatario, ſecus in mandatario, niſi ex debito hoc ei fuiſſet, ſecundum Inno. ibidem. quod tene menti, & uide Cy. C. ad l. Iul. de ui. in l. quoniam multa ſu. inora. Bald.

conductor ceſſando in ſolutione per biēnium cadit à iure ſuo, ita nu. Inn. in c. propter, de loca. & condu. fol. 161. nu. 3. Hoc modo priuatur iis. cōditionis, & omni ſuo

ni ſuo iure. Sed ſtatim, quod non ſoluit, poteſt reijci, vt commoditas utendi impediatur, non vt locatio finiatur, vt C. loca. l. aedem. & de ſuſtu. l. ſi ſeruus. §. locator. ſecundum Iac. Bal.

contrauenire licet cuique poſt ſententiam contra ſuam confeſſionem ſententialiter reprobatam, ita no. Inno. in c. mulieri, de iureiu. fol. 119. & in c. cum venerabilis, de excep. per eundem fol. 131. nu. 7.

conditio, ſi Deus voluerit, quae ſubauditur in quolibet iuramento, quid operatur, vide Inn. in c. debitores, de iureiu. fol. 117. nu. 2. vbi dicit, quod operetur hoc, quia ſi iuraui tibi commodare arma, tu vis ex eis occidere hominem, non teneor tibi ſeruare hoc iuramentum, quia Deus non vult hoc fieri, vnde iuramentū licitum non debet trahi ad illicitum caſum, nec ad periculum animae perduci, ſecundum eum idem. Et ſic no. caſum, in quo quis poteſt venire contra ſuum iuramentum alteri praeſtitum, vide etiam ibi, quod iuramentum praeſtitum poteſt etiam in melius commutari, ſicut votum factum, ſecundum Inn. ibidem Bal.

conditiones quandoque ſubintelliguntur tacitè in iuramento, vt ſunt conditiones de futuro. Primo eſt, ſi Deus voluerit. Secunda, ſi promiſſum ſeruabitur. Tertia eſt, ſi contra ius non praecipietur. Quarta ſi pecunia numerabitur, vt l. ſi. C. de non nume. pecu. Quinto eſt ſi res ſtatum non mutabit, vt C. de ſponſa. l. fi. Et ſemper inſunt duae reſeruationes ſ. ſaluo iure alterius. & ſalua auctoritate ſuperioris, vt ff. ad municip. l. fi. ita no. Inn. in c. quemadmodū, de iureiu. fol. 118. in nu. 1. & per eundem in c. cum contingat, eo. tit. facit quod no. in l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. Et ſic no. de tacitis conditionibus, quae in iuramen. ſubintelliguntur.

conditiones appoſitae contra naturam contractus vitiant contractum, ita no. Inn. in c. fi. de condi. app. fol. 193. in nu. 3. Adde in contractibus triplicem eſſe perfectionem, ſcil. conuentionalem, eſſentialem, & executiuam ſiue finalem. Conuentionalis quatuor ſunt ſpecies, ſ. re, verbis, literis & conſenſu. & iſta perfectio cadit in contracta in diem, & in contractu conditionali. de hoc dic, vt ff. ff. de pericu. & commo. rei ven. l. ſi id quod. & in l. qui potior. ff. qui potio. in pigno. habe. & l. qui balneum, eo. tit. & l. omnia, alias ſi pe. vnis. ff. ſi ser. pet. Eſſentialem perfectionem non habent contractus conditionales, quia non producuntur eſſentialiter in eſſe, ad quod tendunt, niſi pro eſſentia conditionis, vt no. in l. 2. ff. de in diem adiect. & probatur ff de verb. obl. l. de em. Item contractus in diem quodammodo eſt in potentia, & habet ſe ad eſſe & non eſſe, & in terminis & neceſſarijs non cadit executio, recipiunt n. quidam contractus liberationem, vt ff. quod met. cau. l. metum. §. ſed quod praetor. Quidam per aliud, vt per traditionem, de iſtis no. ff. de perie. & commo. rei vend. l. neceſſario. & C. eo. ti. l. 1. per Cyn. in delictis non cadit, & gl. dicit verum, quantum ad natiuitatem perſonalis actionis. Sed potius dicit verum, quantum ad acquiſitionem dominij, vt C. communia de leg. l. fi. §. ſed ff. de vſufru. leg. l. ſemper. per Dy. Dependentia de futuro. ff. ad l. Aquil. l. in lege, & ff. de tabu. exhiben. l. locum. §. condemnatum. hoc dico propter duas quaeſtiones. Prima eſt cuius loci conſuetudo ſeruetur, nam dico, quod in incidentibus conuentionis, vt ſunt teſtes, inſpiceretur locus, quia ibi recipit complementum. Sed quo ad concomitantiam, ſeu comitantiam executionis inſpicitur locus, vbi collata eſt ſolutio. & idem ſi poteſt ibi is, pro quo recepta eſt ſtipulatio, agere ſine ceſſione ex forma ſtatuti, vt Peruſij. Et hoc etiam ſi ſtipulatio erit facta Florentiae, vt ſoluatur Peruſij, arg. ff. de ſolu. l. quaero. nam Peruſij fingunt contractum, quia in loco per imaginationes contrahentes ſe tranſtulerunt, vt l. contraxiſſe. ff. de act. & obl. & arg. in l. nihil ff. de cap. & poſtlimi. reuer. in delictis etiam dico, quod acquirunt formam & legē in loco vbi fiunt: eſt. n. naturalis ratio, nā quod in loco naſcitur & radicē habet, ergo qualitatē ſequit. Et ideo Florentinus delinquens Senis gaudebit beneficio ſtatutorū Senenſiū, vt ff. de extraor. crimi. l. pen. §. ſunt quidā, qd no.

concluſio in prima cauſa non operatur aliquid in cauſa app. ita no. Inno. in c. cum dile. tus, de fide inſtru. fol. 114. vult dicere, quod concluſio facta in principali cauſa non impedit partem producere inſtrumenta in cauſa appel. quod eſt ſingulare, ſecundum Hoſt. vide infra in ver. Renuncians, in 7 q.

concluſum poſtquam eſt in cauſa, nullae ſunt partes iudicis, niſi in pronunciando, & ideo poſtquam eſt concluſum, clauſus eſt proceſſus, & nulla allegatio amodo fieri debet, nec in iure nec in facto, ita multum notabiliter no. Inno. in c. paſtoralis, de cau. poſ. & proprie. fol. 92. nu. 1. vbi latè vide de iſta materia. Hoc eſt verum quando concluditur in tota cauſa, ſed quo ad capitulum de producēdis teſtibus concluditur per aperturam teſtium, vel per didicita teſtificata, vt in Auct. de teſtibus. §. quia vero. Notabile eſt hoc, quod officium iudicis non concludit, nec primo modo, vt in c. Ioannes Eremita, de fide inſtru. nec vltimo modo, vt no. ipſe Inn. in c. cum clamor, de teſti. fol. 110. per aperturam teſtium, dico omnino eſſe concluſum in teſtibus producendis. Poſtquam vero eſt concluſum nulla exceptio obijci poteſt, vt l. quoniam indubitati. C. de adul. nam inter concluſionem & ſententiam nullum eſt dubium medium, niſi citatio ad ſententiā, vt in Auct. vt cum de appel. cogno. poſt prin. Et ſit concluſio, ſi renūciatur actitandis, vt no. in c. ſi. de in integ. reſti. lib. 6. in nouella. Et ſi in criminali non cōſueuit concludi, quia renunciatum non valet, vt no. ff. de de pactis. l. pactum inter haeredem. Sed illa lex quamuis, facit in contrarium. ſed dicendum eſt, quod in criminali poſtquā conſtat de crimine, nō debet de iuris apicib. diſputari, dicēdo non potuit interuenire procurator, ſed de impunitate, facit quod no. Bal.

concluſum in cauſa quando dicatur, vide per Inn. in c. paſtoralis, de cau. poſſeſ. & proprie. fol. 92. nu. 1. & vide infra in verbo Renuncians, in 8. q.

coitus, vide ſupra in ver. Affinitas, in 1. quaeſt.

correctio, diſciplina, vide ſupra in ver. Appellatio, 25. q. vbi de his no. Bal.

coniuncta perſona, quando appellat pro coniuncta, poteſt ratificari poſt decē dies, ſecus in mandato generali, in quo ratificatio eſt de ſubſtantia. ſed coniuncta perſona poteſt agere ſine ratificatione ſi dominus non contradicat vt l. 1. de ap. pel. recip. ita no. Innocen. in c. audita, & in c. in Geneſi, de elec. fol. 53. facit ad limitatio. l. honorum, rem ratam habe.

coniuncta perſona licet agat in iudicio pro coniuncta, tamen ſi inueſtituram pro ea recipit, non acquirit ipſo iure beneficium, niſi habeatur ratum, & poteſt haberi ratum, licet inueſtituram medio tempore contulerit alteri, quia à facto ſuo recedere non poteſt, ita no. Inno. in c. accedens, de praeben. fol. 148. facit ff. de ſolutio. l. ſi quis offerenti, in fi. Inno.

conſeruator qui condemnauit de crimine poteſt taxare expenſas & audire teſtes ſuper hoc quod venit acceſſoriè, & ſi actor non vult per conſeruationem de his cognoſci reū abſoluet, ita no. Inn. in c. ſtatuimus, de offi. deleg. fol. 61. in nu. 1.

conſeruatores poſſunt inquirere ex ipſo officio ſolum in notorio, vt ibidem Inn.

conſeruatorum officium conſiſtit quaſi in mero imperio, ita no. Inn. in d. c. ſtatuimus, de offi. deleg. fol. eodem.

confiſcare, vide ſupra in verbo, ciuitas, in 2. q. vbi habes, an ciuitas poſſit bona cōfiſcare. Item quod confiſcare bona eſt meri imperij.

conſuetudo excuſat quem à peccato, ita no. Innocen. in c. 1. de treuga, & pace, tamen contrarium tenet ipſe idem in c. 1. in fi. de conſuetu. fol. 16. vide infra in verbo, Statuimus, in 5. quaeſt.

conſuetudo quae dat alicui praebendam videtur ſibi dare licentiam poſſidendi, ita no. Io. And. in c. ſi. de conſue. in nouella. Bal.

conſuetudo dat iuriſdictionem etiam ſpiritualem, ita no. Inno. in c. nouit, de iudi. fol. 81. in nu. 6. ergo illud quod facit iudex ſecularis contra clericos, ſi conſuetudo erat, valet, quia conſuetudo dat etiam iuriſdictionem ſpiritualem. Adde quod ipſe idem no. in c. 1. de apoſta. Et ſic conſuetudo aequiparatur priuilegio ſecundum eum ibidem, & quod conſuetudo dat iuriſdictionem temporalem & ordinariam, vide l. 1. & quod ibi no. ff. de emancip. lib. Bal.

conſuetudo transfert poſſeſſionē ipſo iure ſine apprehenſione, ita no. Inn. & Hoſt. in c. 1. de conſue. ergo ſi Papa vel Imperator vult propter inueſtituram baculi, vel bireti, non dabitur alia poſſeſſio, ſed ſolum licentia ingrediendi poſſeſſionem ſecundum eos, quod no. quia non eſt alibi. Bal. Alibi, ſcilicet in recolec. in l. rationabilitio, de pign. act.

conſuetudo vniuerſitatis officit etiam ſingulares perſonas, ita no. Innoc. in c. fi. de conſuetu. fol. 16

conſuetudo Romanae curiae eſt, quod non confirmet aliquem electum, niſi ſint praeſentes duo de electoribus, ita no. Inno. in c. 2. de elec. fol. 17

conſuetudo extenditur & priuilegium, ſed non praeſcri. ita no. Inn. & Hoſt. in c. fi. de offi. Archi. quia facilius extēditur ius quam factum, facit ff de itin. actuq; priua. l. 1. & ff de bon. poſ. l. ſed cum patrono in ratione ſui.

conſuetudine poteſt derogari ſolennitatibus inſtrumenti, ita no. Inn. in c. 2. in fi. de fide inſtru. fol. 113. in nu. 9. vbi bene dicit, idem & vbi conſuetudo eſt.

conſuetudine oritur ius petendi confirmationem & infirmationem, ita no. Inn. in c. Abbate, de verb. ſignif. fol. 234. nu. 1. & vide infra in ver. Titulus, in 2. q.

commodans & commodatarius, vide ſupra in ver. conductor, in 1. q. vbi habes, quod commodatarius cui equus fuit commodatus ad bellum, non tenetur commodatarius, ſi moritur, niſi ex pacto.

conſilium debet requiri ante factum, & non ſolum in facto, ſed etiam in medio. ita no. Inno. in c. cum in veteri, de elec. fol. 34. in nu. 2. Vide omnino infra in verbo, Modus, in 2. q. per totum.

conſiliarij de neceſſitate ſunt vocandi, ita no. Inn. in c. nec epiſcopi, de temp. ordi. fol. 43. vide infra in verbo, Solennitas, in 1. q.

conſilium à remotis videtur paruo cauſa, quia non ordinatur propriè ad cauſam, arg. ff. loca. l. qui domum, ita no. Inno. in c. quod verum, de priuil.

conſenſus plurium ſuffi it in actibus collegij ſimul non ſeorſum, quādo pertinet ad vtilitatem vel neceſſitatem collegij, ſecus ſi ad vtilitatem ſingulorum, vt diuiſio reddituum, ita no. Inn. in c. cum omnes, de conſtitu. fol. 2. in nu. 3. quia quod collegio, non quod aliquibus expedit, maior pars facere debet, vt ff. pro ſocio. l. actione. §. Labeo, & arg. ff. de ſolu. l. conſtitutus. vel potes ſic dicere quando aliquid competit pluribus, vel competit collegialiter aut ſingulariter, aut dubitatur, an competat vniuerſaliter vel particulariter. primo caſu requiritur conſenſus in forma collegij, quae forma collegij non ſeruatur regulariter, niſi interueniat maior pars ipſius, vt l. quod maior, ff. ad municip. & l. nominationū forma. C. de de. ur. & C. de leg. l. fi. lib. 10. ſecundo caſu vide in l. ſi. in fi. C. communia praed. quod ſufficit diuiſim conſenſus praeſtitus. tertio caſu vide d. ſi ut ff. de arbitris, vbi quando committitur aliquid pluribus ſimul, explicari debet ſimul, vt aequalis ſit forma commiſſionis. in hoc tantum caſu videtur ſemper intelligi, quod petur maiori parti, vt ff. de inof. teſt. l. ſi pars, licet non ſint collegiati, vt collegium, ſunt tamen collegiati, quibus iterum eſt factum cōmiſſum ſimul, nec poſſet aliquid facere aliis irrequiſitis, vt l. 1. C. de aucto. praeſtan. Bal. & vide infra in verbo, Liberatio, in 1. q. poſt medium.

conſentire poteſt quis in iudicem non ſuum in omnibus iudicijs, ſed non in inquiſitione maximè in praeiudiciū alienum vel maioris iuriſdictionis, ita no. Inno. in c. ad petitio. de accuſatio fol. 204. in nu. 1. tene menti, & vide infra in verbo, Solennitas, in 1. quaeſt.

conſenſus eſt quadruplex, vnus negligentiae vbi minus peccat conſentiens, quam agens, niſi fortè eſſet nimis craſſa & ſupina ignorantia. Alius dicitur conſenſus conſilij, vbi minus peccat conſentiens, quàm agēs ſed magis quam primus. Alius eſt conſenſus cooperationis, vbi puniuntur aequaliter conſentiēs & agēs. quartus eſt conſenſus auctoritatis ſiue defenſionis vbi plus peccat conſentiens, quam agens, & magis punitur, ita no. Inno. in c. 1. de offi. dele fol. 51. in nu. 1. in gl. ſuper verbo, poenis. Adde quod no. Io. And. in c. 1. de poenis, in clem. & tene menti iſta. Bal. Et vide etiam Bar. in l. quiſquis. ff. de fur. vbi ponit formaliter verba Inno. Bal. & vide etiam in d. c. 1. Bar. & Compoſt. Bal.

conſentire eſt vnum aliquid eligere, ita no. Inno. in c. cum in iure, de elec. fol. 29. nu. 1.

num. 1. facit l. ſi pater. §. fi. de manu. vindic. vide omnino infra in verbo, Differentia, in 4. quæſt.

conſenſus illarum, qui poſt erant in poſſeſſione eſt neceſſarius in poſſeſſione iurium quarenda, ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de in integ. reſti. fol. 74. nu. 2.

conſenſus partium non ſufficit ad probandum dicta teſtium, quæ dicta non valēt, & ideo ſi dicta teſtium non valent, quia non reddunt cauſam, &c. vel alias nō valent illa dicta teſtium, non poſſunt conſenſu partium validari, ita no. Inn. in c. cum cauſam, de teſt. fol. 108. nu. 7. vide ſupra in ver. citatio, in 31. q.

conſenſus matrimonialis vbicunq; eſt, licet ſit illicitus contrahitur iuſtitia publicæ honeſtatis, ita no. Abb. in c. ad audientiā, de ſponſalib. qđ na. perpetuo. Bal.

confirmatio fit verbo, & facto pluribus modis, de quibus vide per Hoſt. ibidem, & in verbo, Motus, in 1. quæſt.

confirmatio non tribuit ius, vbi requiritur diſpenſatio, & ceſſat poteſtas & voluntas diſpenſandi, ita no. Inn. in c. innotuit, de elec. fol. 22. vide infra in verbo, cognitio, in 1. quæſt.

confirmatio facit valere acta licet electio ſit nulla, ita no. Inno. in c. cum dilecti, de elect. fol. 28. nu. 1.

confirmatio valet etiam ſi nullus citetur, & iſta cōfirmatio habet vim ſententiæ, ita no. Inn. in c. cum olim, de dolo & contu. fol. 99. nu. 2.

confirmatio ex contractu peti non poteſt, quia confirmatio ex conſenſu pendet, & non redditur in inuitum, nec confirmatur inuitus, confirmatio vero quorundā actuum legitimorum vt electionis tutoris & ſimil. quæ deſiderant confirmari, peti poteſt, ita no. Inn. in c. 2. de confir. vti. vel inuti. fol. 142. in nu. 1. & 2. & no. quando confirmatio tribuat ius, & quando non, confirmatio vera quæ nō eſt debita, non petitur, niſi ſupplicando, & tunc non eſt indulgenda, niſi citato eo, qui poteſt lædi, vt ff. de adop. l. nam ita diuus, de confirmatione contractus habes etiam in l. ſi quos, C. de decur. De confirmatione poſſeſſionis, vide C. de carbo. edic. l. 1. per Odofr. & Cyn. Bal.

confirmatio ſententiæ poteſt peti principaliter ad hoc agendo, ita no. Inn. in c. 1. de confir. vti. vel inuti. fol. eo. in nu. 2.

confirmatio facta de excommunicato valet, ita no. Innoc. in c. poſt elec. de conceſ. preben. fol. 154

confirmatio obtenta in forma communi licet non det ius, tamen dat cauſam præſcribendi, ita no. Abb. in c. dudum, de decimis, quod eſt na.

confirmatus ſtatim habet ius adminiſtrandi temporalia pleno iure ſine poſſeſſione vel inueſtitura, ita no. Inn. & Hoſt. in c. tranſmiſſam, de elec. fol. 21

confirmatus non agit de beneficio obtinendo, ſed de ab:entia, ita no. Inno. in c. fi. de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſer. fol. 100

confirmatus à Papa poteſt conueniri de ſimonia coram inferiore ſi agatur contra perſonam, & non contra confirmationem, ita no. Innocen. in c. de cætero, de re iudi. fol. 126. nu. 3.

confeſſio iuramento firmata reuocari non poteſt, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de accuſ. fol. 204. facit c. inter dilectos, de da. vide infra in ver. ſententia, in 18. q.

confeſſio vnius latronis valet contra alium latronem, quo ad præſumptionem inducendam, ita no. Innoc. in c. 1. de confeſſis. fol. 102. ſed falſarius contra falſarium non recipitur, vt ibidem Innoc. quod na. & vide ibidem in verbo, Reus, in 3. quæſt. in fi. Bal.

confeſſio in cauſa ciuili mandatur executioni, non in criminali, ſed expectatur ſententia, ita no. Inno. in c. quærenti, de offi. deleg. fol. 56. nu. 1. & de hoc eſt caſus in l. 1. C. de confeſſis, ibi, cum & ſoluere cogantur, &c.

ex confeſſione poteſt quis damnari ab ordinario & delegato, licet ad hoc non ſit actum, ita no. Inno. in c. cum ſuper, de confeſ. fol. 102. in nu. 3.

pro confeſſione taciturnitas non habetur, ita no. Inno. in c. 1. extra de poſtulatio. prela. fol. 17. num. 4.

confeſſio etiam quæ non valet in criminali, facit præiudicium, quia facit indiciū ad torturam, ita no. Inno. in c. per inquiſi. de elec. fol. 26. nu. 2. tertia manu.

confeſſio interlocutoria & ſententia diffinitiua valent etiam in aliis iudiciis inter eoſdem, ita no. Innoc. in c. per inquiſi. de elect. fol. eodem. vide ſupra in verbo, Atteſtationes, in 1. quæſt.

confeſſio meritoria debet eſſe pura & ſimplex cum omnibus circunſtantiis. hoc verum niſi ex hoc poſſet magnum periculum imminere vel euenire, quia tunc ſufficit ſoli Deo confiteri vel in genere, ita no. Inn. in c. omnis, in gl. na. nō, &c. de pœni. & remiſ. fol. 224. nu. 1.

confeſſio non nocet ad diſſolutionem nexus matrimonij, ſed mutuæ ſeruitutis nocet, ita no. Inn. in c. fi. de rap. fol. 212

confeſſio poteſt exponi, ſed non perimi, niſi probaretur error vel ignorantia, ita no. Inn. in c. cum dilecti. fol. 203. de accu. & ibi vide per eum, quid habet probare volens ſuum errorem reuocare, & vide infra in verbo, inſtrumentum, in 1. q. ibi, licet confeſſio, &c.

confeſſio non poteſt interpretari per hæredes confitentes, ita no. Inno. in c. cum dilectus, de ſucceſ. ab inteſt. fol. 167. idem dico in libello, exceptione, poſitione, & ſimilibus, quia libellum, exceptionem, vel poſitionem teſtantis hæres non poteſt interpretari, vt no. ff. de rei vendi. l. idem Pompo. ſcribit ſi frumentū. §. fi. per Azo. Bald.

confeſſio quam tertius facit ſuper iure meo, mihi non præiudicat, & eam reuocare poſſum, ita no. Inno. in c. cum ſuper, de re iud. fol. 127. nu. 1.

confeſſio interpretatur contra confitentem, niſi eam declaret exponendo, non perimendo, ita no. Abbas in c. cum dilectus, de accuſ.

confeſſio licet nullis adminiculis ſit coniuncta, tamen tenet in criminali ſi ſponte fiat, & plenè probat, ita no. Abb. in c. ex literis, de diuor.

confeſſioni partium ſtatur, vbi dubitatur de proceſſu, ita no. Abbas in c. cum bonæ, de probatio.

confeſſus non poteſt variare, ita no. Inno. in d. c. per inquiſitionem, maximè quando fuit ipſa confeſſio iuramento firmata, vt in c. cum dilecti, de accuſ. facit ff. ad l. Aquil. l. proinde, & C. de proba. auth. at qui ſemel, vbi eſt glo. ordi. & per Bar. in c. veniens, de teſti. Bal. vide ſupra in verbo, Abſolutio, in 7. q. & infra in verbo, Liberatio, in 1. quæſt.

confeſſus non dirimit matrimonium, ita no. Innocen. in c. cauſam, de offi. delega. fol. 53. in num. 1.

confeſſus ſponte debet habere maiorem fauorem, quam conuictus, ita no. Inno. in c. prudentiam de offi. deleg. fol. eo. in gl. quod ſicut. ibi, quid ſi non, &c. facit ad hoc ff. de inrem. l. eum qui, & Inſti. de act. §. item mixta eſt actio. Bal.

colonus ſi vi eiicitur, dominus perdit poſſeſſionem, ſecus ſi per iudicem eiicitur, quia iudex nunquam intendit præiudicare iuri vel poſſeſſioni tertiæ perſonæ, ita no. Inno. & Hoſt. in c. quoniam, vt li. non conteſta. nam poſſeſſio iudicialis plus iuris habere debet, vt Hoſt. ibidem.

colonus cui ſunt omnia bona obligata ratione obſeruantiæ contractus poteſt in re locata manere ratione pignorum, licet locator illam vendiderit, ſecundum Bal. in l. filioſfamilias, §. fi. ff. ſolu. matri.

contumacia, vide infra in verbo, procur. in 5. q. vbi habetur quibus temporib. procur. poſſit eſſe contumax, & in quibus contumacia illorum temporum nocet, & vide ibi vnum dictum ſingu. vide infra in verbo, ſententiam, in 15. q. & infra in verbo, reſponſio, in 5. q.

contumax in iurando de calumnia perdit cauſam, & habetur pro confeſſo, tamen ſi illa inſtantia eſt perempta perit hæc pœna, & perit contu. perempta inſtātia, quia hæc pœna imponenda venit iudicis officio mercenario, & idea litteram non poteſt ex hoc agi vel excipi, ſecundum Inn. in c. fi. de iur. calum. fol. 88. ar. ff. de iure fiſ. l. cius qui delatorem. Sed vbi extra iudicium imponitur pœna priuata poteſt ad id agi & excipi, ſecundum eum ibidem, & vide ſupra in verba, citatio, in 8. quæſt.

contumax tamdiu poteſt opponere declinatoriam quamdiu poſſet, ſi compareret. vnde in cauſa appellationis non auditur, poſtquam incœpit diſceptari negociū principale, ſecundum Inn. in c. præterea, de dila. fol. eo. in nu. 3. quod eſt not. vide ſupra in ver. crimen, in 10. q. ibi, nam contumacia non infamat, &c.

contumax circa teſtes producendos nihilominus eſt citandus ad diffinitiuam, ita no. Inn. in c. noſti, de elec. fol. 20. Et ſic no. quod ſemper abſens cōtumaciter præſumitur in malitia, donec ueniat. Bal.

contumax eſt ille, qui comparet, & abſolutè proteſtatur, quod non intendit in iuriſdictionem conſentire, & ideo debet iſte loqui conditionaliter, ſ. niſi, & inquantum ſit iudex competens, ita no. Inn. in c. Cumana, de elect. fol. 34. num. 4. quod tene menti, & uide ſupra in uerbo, citatio, in 10. q.

contumacibus non inuenitur poſita certa pœna, ſed tantum condemnatio, ita no. Inno. in c. de cauſis, de offi. deleg. fol. 52. nu. 7.

contumax comparens iudice ſedente pro tribunali, an indigeat reſti. in integ. ad appellandum. Inno. hoc tractat in c. querelam, de procur. fol. 70. nu. .. Sed non firmat ſe. Et communis opinio eſt, quod non, ſed ipſo iure appellet, quia lex admittit comparitionem ſuam, & fingit eum non contumacem, ut l. diuus. ff. de in integ. reſti. & ita na. gl. in l. inter minores, eo. tit. ſed ſi uult reſtitui ad totam cauſam, oportet, quod petat in integrum reſti. quia qui ſtatim uenit obtemperaſſe uidetur, & ideo dignus eſt reſtitutione. Expedit autem potius reſtitui quàm appellare, quia monitur alia. ff. de minori. l. perfectum. & quia non ita cito diſeritur lis reſti. ſicut appellationis, & quia poteſt petere reſtitui poſt 10. dies, ſed non interponi appellatio. Alii dicunt, quod veriſſimus contumax, qui dixit nolo uenire, indigeat reſtitu. ad appellandum, non ipſo iure. Sed uerus contumax qui inuentus nihil dixit ipſo iure, ſed fictus ipſo iure appellat, & hoc ex qualitate contumaciæ, ſed beneficio ſuæ comparitionis hoc plus conſequitur, quia poteſt reſtitui ad totam cauſam, & ita intellexit do. Azo, ut ſupra patet. Bal.

contumax uerus ſicut non auditur appellans, ita & iuuenis abreptio ei nihil prodeſt, ita no. Inn. in c. cum olim, de dolo & contu. fol. 99

contumax ſi quis fuerit in proceſſu, nihilominus citari debet ad ſententiam diffinitiuam, ita no. Inn. in c. cum olim. de teſti. fol. 107. nu. 3. & idem tenet Abb. ibidem. Bal. & in c. ad pœnam. §. alii, de cenſa. & no. per glo. in l. iubemus. C. de iudi. in gl. ſuper verbo, ſpectans, ſecus ad interlocutoriam, at ipſe idē no. in c. auditis, de proc. unde licet aliquis ſit poſitus in banno propter contumaciam, nō tamen patitur diffinitiuam, niſi primo ad eam fuerit citatus, caue tamen ut cū procedis ſecundum ſtatuta ciuitatis, uel domini de hoc diſponentis, ea ad unguem obſerues, de reſcrip. c. cum dilectus. Bal.

contumax in appellatione introducenda, ſiue terminus fuerit præfixus à iure; ſiue à lege, ſiue ab homine, uel iudice habetur pro deſertione appellationis, ita no. Inno. & Hoſt. in c. perſonas, de appella. & per Hoſt. in c. ſeq. quod eſt uerum, niſi fuiſſet impeditus, quia ille, qui habet conſequi appellationem in termino aſſignato non uidetur deſerere, ſi fuit impeditus etiam per inopiam, quia terminus hominis ſuccedit loco termini iuris, ut ff. de re iudi. l. 3. §. ſi quis ita, dicit ipſe idem Inn. in c. ex ratione, de appel. fol. 131. nu. 2. quod eſt no. Bal.

conſtitutio non ligat eum, qui dilucidè ſuam ignorantiam probat, ita no. Innoc. in c. 1. de conſtitu. fol. 1

conſtitutiones quæ non faciunt mentionem doli, an requirant ad impoſitionē pœnæ uerum dolum uel præſumptum, dic ut no. C. unde ui. l. ſi quis in tantam, in 8. q. & in l. fi. §. penul. eo. tit. Aduocati communiter dicunt, quod ubi ſtatutum non requirit, niſi uerum factum, ibi non requiritur dolus. Bal. uide de hac materia per do. Bal. in l. quicunque. C. de ſeruis fugi.

conſtitutio iuris naturalis porrigitur ad præterita, ita no. Inno. & Hoſtien. in c. 1. de conſtitu. fol. 1

Quodcunque ligaueris ſuper terram, &c. intelligitur, ſcilicet per conſtitutiones, & præcepta

& præcepta quæ facit Papa, non tamen poſſet conferre baptiſmũ, vt no. Inno. & Hoſt. in c. quanto, de conſuetudine. fol. 15

Conſtitutio non ligat cœptum, & non perfectum, ſm Hoſt. in c. 2. de conſtitu.

Conſtitutio quæ concordat cũ iure antiquo trahit̃ ad præterita, vt no. Hoſt. in c. fi. de conſti. & in Auth. de filijs ante dotal. inſtru. nat. §. hac cõſtĩ inter filios, in fi.

Conſtitutio pœnalis eſt duplex ſ. ex parte rei tantum, & ex parte rei & actorũ, ita no. Hoſt. in c. quia nonnulli, de reſcriptis.

Commenda beneficij debet fieri cum cauſa vocato patrono & clerico, cui commenda facta eſt, & ſine licentia proprij epiſcopi poteſt eam acceptare, quo non obligatur commendatarius ad eam tenendam, niſi quãtũ voluerit, tamen ad mãdatum ſui prælatĩ eam dimittere debet, ita no. Inno. in c. conſtitutus, de appel. fol. 134. ergo commenda non datur in titulum, ſecundum Inn. tituli enim ſunt perpetui, vt no. ff. de acq. poſ. l. 1. §. veteres, & vide quod no. Io. And. in c. nemo deinceps, de elec. lib. 6. in nouella. Bal.

Commendam habentes faciunt interim ceſſare electionem & habent adminiſtrationem legitimam, ſecundum Inn. in c. conſtitutus, extra de appel. fol. 132

Coertio deſignatur per baculum, ita no. Inn. in c. intelleximus, de ata. & qualita. fol. 45. vide ad hoc c. primum, de ſacro vnctione.

Cogitur, de hoc vide infra in verbo, tene, in 6. q.

Compromiſſum ſoluitur pœna ſoluta, ita no. Inn. in c. ex parte, de arbi. fol. 78. vide infra in verbo, electio, in 11. q. & infra in verbo, renuncians, in 6. q.

Compromitti non poteſt poſt ſententiam, ita no. Inn. in c. expoſita, de arbi. quia iam ſopita eſt quæſtio. Bal.

Compromitti non poteſt in laicum cauſa electionis eccleſiæ, ita no. Inno. in c. contingit, de arbi. fol. 78. vide ſupra in verbo, arbiter, in 4. q. poſt medium.

Compromiſſarij electionis non propriè dicuntur compromiſſarij, ſed magis donatarij, ita no. Inn. in c. in cauſis, de elec. fol. 28. nu. 4.

Compromiſſum quando fit in iudice ſemper poteſt peti reductio, quia obtinet inſtar arbitratorum, ita no. Hoſt. in c. cauſis, de offi. deleg.

Compromitti poteſt in iudicẽ delegatũ, ita no. Abb. in c. exhibita, de rerũ permu.

Cognoſcitur ſummariè de reſti. in integ. ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de in inte. reſti. & in c. cum ex literis, eo. tit. fol. 75

Cognoſcitur de falſo ſex modis, ſ. quatuor ciuiliter, agendo, excipiendo, replicando, & in integ. reſti. petendo, & duobus modis criminaliter, ſ. accuſando, & inquirendo, ita no. Inn. in c. licet, de proba. fol. 103. nu. 2. ſed an retractetur ſententia, qualitercunque ſit pronunciatum eam latam ex falſis probationibus, et videtur quod ſic, vt ff. de falſis. l. ſi quis obrepſerit, in verbo, Nihil agitur. Alij dicunt contra, ſecundum Inn. in d. c. de hoc, vide per Cyn. in l. querela. C. de falſis, vnde qui excipit de falſo, non videtur accuſare, vt no. ff. de adulterijs. l. 2. §. ſi publico. quod eſt no. Bal.

Cognitio cauſa ſummariæ poteſt per iudicem fieri abſque præſentia partium, ita no. Inn. in c. ex parte, de accuſ. fol. 201. quia ſummaria cognitio cauſæ non requirit præſentiam partis, vt ibidem per eundem, quod no.

Cognitio ſummaria ſufficit in confirmatione, ita no. Inno. in c. cum dilecti, extra de electio. fol. 28. nu. 2.

Cognitio, an appellatio ſit recipienda, non pertinet ad iudicẽ, à quo per cauſæ cognitionẽ, ſed per euidentiam facti, per quã ſi conſtat, quod appellatio ſit ipſo iure nulla nõ ſuperſedet in exequendo. Si autẽ conſtat, quod non ſit ipſo iure nulla, tunc ſuperſedet, quia ſecundo ſoĩa non ſpectat ad eũ, vt ff. de min. l. præfecti, ita no. Inn. ĩ c. paſtoralis, de offi. del. fol. 57. nu. 3. Ex præterito, i. ex primo geſtis, & pertinet ad eũ talis notio, ſed ex aliquatis iã non ex officiarijs poſtea eũ nõ ſit iudex, ſed ante fuit. Vnde iſta eſt cauſæ cognitio de præterito non de futuro. Bal.

Cognitio hæc, an appellatio ſit recipienda necne, eſt prima & præambula cognitio. & ideo, quod prima facie non apparet, quod appellatio peccet in forma vel in materia debet admitti, quæ admiſſio non eſt ſententia interlocutoria, nec diffinitiua, & ideo poteſt fieri parte non citata. Sed appellationem eſſe iuſtam, vel iniuſtam, iſtud eſt diffinitiuum cauſæ appellationis, & requirit citationem partis & alia ſolennia, ita no. Inn. in c. paſtoralis, de offi. deleg. fol. 58. nu. 4.

Cognitio ſummaria non eſt de ſubſtantialibus executionis mandati, ita no. Inn. in c. propoſuit, de conceſ. præben. fol. 152. nu. 5.

Comitatus, vide omnino ſupra in verbo, Ciuitas, in 3. q.

Concertationes, nec alio peccato debent fieri per illos ad quos electio prælati pertinet, ita no. Inno. in c. 1. de elec. fol. 19

Collegium, vide omnino infra in verbo. conuentio, in 1. q.

Collegium Cardin. poteſt reſtituere famam, ſicut & ſenatus. Papa tamen non reſtituit latam, ita no. Inn. in c. cum te, de re iud. fol. 129. nu. 2. vbi vide qui ſunt illi, qui poſſunt reſtituere famam alicui, & qui non. Sed quid de Imperatore an poſſit in integrum reſtituere famã in terris eccleſiæ. & videtur quod ſic, quia eſt voluntariæ iuriſdictionis, & quia hoc competit in ſignum vniuerſalis dominij, & eſt iuriſdi. non circumſcriptæ nec coarctatæ. Bal.

Collegium vel eius ius remanet etiam in vno ſolo homine, ita no. Inn. in c. poſtulaſti, de iurepatr. fol. 183. nu. 1. & vide tex. & quod ibi no. per gl. in l. ſicut, in fi. ff. quod cuiuſque vniuer. nomine. Bal.

Collegia quæ ſunt licita, dicit Inn. quod naturalia, i. realia, vt ciuitates, caſtra, & villæ, ſed collegia certarum perſonarum non ſunt licita, niſi ſuperior ea confirmauit, vel niſi conſtet euidenter, quod pro bono ſint facta, ita dicit ipſe in c. dilecta, de exceſ. præla. fol. 217. nu. 5. Et ſic habes ex prædictis quæ dicantur collegia realia. & quæ perſonalia.

Collegium ſiue ſocietas eſt plurium corporum vno nomine ei deputato legitima collectio, ita no. Inn. in d. c. dilecta, de exceſ. præla. fol. eo. nu. 6. nomen. n. vnũ addit ſingularibus perſonis ſigni. q̃ ex vniuerſo ſumitur, vt l. rerum mixtura. ff. de vſu. ſecundum Old. Bal. Et adde, quod no. ipſe idem Inn. in c. 1. de elect. fol. 28. vbi pariſicat iſta, conuentus, collegium, corpus & vniuerſitas.

Collegiũ omne & rector collegij perſonarũ ſubeſt generali rectori ciuitatis vel caſtri, vbi collegiũ eſt, ita no. Inn. in d. c. dilecta, de exceſ. præla. fol. eo. nu. 9. & ſic collegiũ notariorũ, & rector ſiue prior dictorũ notariorũ ſubeſt prioribus ciuitatis Peruſii, vt C. de iur. om. iud. l. fi. in fi. & vide ſupra in ver. ciuitas, in 6. quæſt.

Collegium põt quis exire, quia nec intrare, nec manere cogitur, i. ũ ſit voluntariũ, ita no. Inn. in d. c. dilecta, de exceſ. præla. fol. eo. nu. 4. Ergo ſi quis eſt de collegio notariorum liberè poteſt exire illud, & ad aliud intrare. Secus in reali collegio ciuitatis vel caſtri, de quo non poteſt quis ſe abdicare, ſecundũ Inn. ibidẽ. exeuntes aũt de Collegio recipiunt partẽ de reb. percipiẽdis inter ſingulos, & eorũ ius poſſunt alteri concedere, vt l. teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſerui. vendi. Item ſimul non debet quis recipi vel eſſe in duobus collegijs, ſm eum ibidẽ. Item collegium non finitur morte aliorũ de collegio, ſed reſidet in eo qui ſuperuenit, ſecus in ſocietate non collegiata ſm eum ibidẽ. in ſocietate vero collegiata non debet concipi ſtipulatio, vel iudicium nomine ſocietatis, vel ſociorum, niſi impropriè loquendo, vt in præalle. c. dilecta. fol. eo quod no. bene. Bal.

Collatio, vide infra in ver. commiſſio, in 1. q. & infra in ver. Suſpenſus, in 7. q.

Collatio occulta beneficij, licet ſit ſuſpecta, tamen bene valet, ita no. Abb. in c. noſtrum, vt eccl. benefi. vide ſupra in ver. beneficium. in 7. q. Bal.

Collecta quomodo fiat per ciuitates, & per caſtra, & per villas ſuppoſitas ciuitati, eſt tex. cũ gl. in Auth. quomodo naturales eff. ſui. §. ſi vero non ciuis, col. 7. & ff. de cenſi. l. forma. & l. qui ex vico ff. ad munic. Bal.

Conferens ordines & quiris iuriſdictionem ſupra ordinariã, nec eſt ab alio ordinãdus, niſi primo fiat ſub eo, ita no. Inn. in c. cum in diſtribuendis, de tẽp. ordi. fol. 43.

Congregare exercitum, ſtipendiarios & amicos eſt licitum, cuicunq; pro defenſione ſua & rerũ ſuarum, nec hoc dr̃ bellum propterea propriè, ſed defenſio. item & pro recuperatione poſſeſſionis, dummodo fiat incontinenti, & non ſolũ laicis, ſed etiam clericis ob hanc cauſam licitum eſt arma mouere. item & contra ſubditos rebelles & inobedientes armari debent iura & homines, & licitè fieri eis guerra, tam à dominis tẽporalibus, quàm à ſpũalibus: maxime militari vi dum eſt contra rebelles ſubditos, vbi alia remedia non ſufficiunt, & in tali bello poſſunt capi perſonæ & res eorũ, & clerici quorũ intereſt poſſunt aſſiſtere fauendo contra eos, non tamen eos occidendo, quia eſſent irregulares. Et ſic no. q. qui præſtat fauorẽ ictu lapidũ in bello licito, in quo alij alios occidunt, non dicitur homicida, nec irregularis, Ita no. Inn. in c. olim, de reſtit. ſpol. fol. 97. nu. 8. tamen modum excedens poteſt effici irregularis, vt ibidem no. per Inn. in fi. Bal.

Copula, vide ſupra in ver. Clauſula, in penul. quæſt.

Copula carnalis, vide inf. a in ver. Teſtis, in 75. q. & ſupra in ver. Allegãs, in 5. q.

Commiſſio poteſt reuocari re integra, non ceſſio, vel collatio poteſtatis eligendi, ita no. Hoſt. in c. cum cauſis, de elec.

Commiſſio diſpenſationis debet fieri perſonis ſublimibus & literatis, ita no. Inno. in c. dudum, extra de elec. fol. 35. nu. 6.

Commiſſio ſimpliciter facta videtur facta ſuper toto, ita no. Inno. in c. ſuper quæſtionum, de offi. deleg. fol. 57. nu. 6.

Commotatio, vide ſupra in verbo, appellatio, in 43. q.

Concedens priuilegium poteſt illud interpretari etiam partibus nõ citatis, ita no. Inn. in c. olim, de ver. ſigni. fol. 223. nu. 2. quod eſt no. ſecundum eum, tu vide gl. in l. ab executore. C. de appel. quæ non eſt alibi. Bal.

Conceſſio gratiotis præſumitur realis, ſecus ſi perſona in ſingulari, ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de inſti. fol. 151. nu. 3.

Concedens quis aliquam rem ſimpliciter, vr ſolum cõcedere illud ius, quod habet, ita no. Abb. in c. paſtoralis, de dona. nõ conceſſio intelligitur fundari ſuper eo, ſuper quo põt de iure fundari, vt ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. C. de leg. l. vxor patrui. ff. de vſufr. leg. l. Sti. hus. Abbas. Sed quid ſi duo habent ius, & vnus donat, & alter conſentit? reſpondeo, ſi donatur eccleſiæ ſtatim ius vtriuſque eſt translatũ, quia dominium in eccleſiam transfertur ſola nuda volũtate, vt C. de ſacroſan. eccle. l. fi. & eſt caſus in d. c. paſtoralis. Si autem donatur alteri, aut eſt facta traditio, & idem, vt l. 2. C. ſi aduer. dona. Aut non eſt facta traditio, & tunc non officit conſenſus, quia conſentiens non obligatur, vt ff. de reg. iur. l. aliud eſt vendere. Et ideo leuius eſt conſentire, quàm contrahere, vt ff. de manumiſ. vindic. l. ſi pater. §. fi. vide l. Gaius. ff. de pig. actio. vbi eſt tex. & gl. pro deciſione huius quæſtionis, ſed quid, ſi tu teſtaris de re mea, & ego tibi conſentio, an mihi præiudicet? & videtur quod ſic, vt ff. de leg. 1. l. ſi fundum per fideicommiſſum. Sed illa lex nihil facit, quia ille conſenſus præſtabatur heredi, non teſtatori. Sed alia lege videtur rotundè hoc dici, vt ff. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. vendi. Sed in contrarium videtur, certum eſt, quod hæres adeundo videtur conſentire diſpoſitioni teſtatoris, & tamen ſi teſtator legat rẽ heredis non tranſit dominium, vt no. ff. de ſerui. l. Papio. Non obſt. d. §. venditionis, quia ibi loquitur in liberatione quæ facilius fiet nudo conſenſu, vt l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pac. Sed dominium non perditur nuda animi cognitione, vt ff. de pollicita. l. ſi quis rem, in prin. Si tamen legatarius poſſideret, tunc cõſentiens repelleretur exceptione doli, ſimile ff. de teſta. l. militis codicillis. §. veteranus, & ff. de dona. l. ſi tibi dederim, & tene menti iſta perpetuo.

Conuerſus an habeat canonem, ſi incedit in habitu, & deſtinatione animi vult eſſe leriens, gl. quod ſic, in c. 2. de inſti. Item an dicatur religioſa perſona, & an gaudeat priuilegio fori, do. Pe. ibi quod ſic, in lectura ſua.

Conſcientia excuſat iudicem, qui non admittit appellationẽ, non tamen debet eã ſequi in exequendo interim, ita no. Inn. in c. paſtoralis, de offi. dele. fo. 57. nu. 3

Conſcientia turbans non inducit malam fidem, quia mala fides non cedit, niſi ſapit certa ſcientia, ita no. Inno. in c. fi. de præſcrip. fol. 125. vide ſupra in verbo, aduocatoi, in 3. quæſt.

Contractus licet nõ debeat fieri cum excõmunicatis de præcepto Apoſtoli, tamen

ipſe non prohibet contractum de facto ſeruari, quia non habet perpetuam cauſam prohibitionis, ſed tẽporalem durante excõicatione, ergo ſi de facto cõtrahitur cũ ipſis ſeruari debet contractus, ita no. Inn. in c. ſi verè, de ſen. exc. fo. 228 nu. 1. vide ſupra in ver. citatio, in 23. q. ibi, ſed in contractibus bona fidei, &c.

Contractus excõicati valet ex conſenſu partium etiam ſi ſit per ſententiam excommunicatus, ita no. Inn. in c. audiuit, de excep. alias in c. pia. fol. 122. nu. 4.

Contractus tenet, dummodo forma ſeruetur, ita no. Inno. in c. grauis, de depoſi. fol. 160. adde, quod in vendi. præd. pupillorum tria ſunt de forma ipſius contractus, ſ. tutorũ auctoritas, cauſæ examinatio, & decretũ, vt C. ſi propter publicã penſi. l. fi. & C. de prædys minor. l. ob æs. & l. ſi quidẽ, & ff. de transa. l. cum hi. §. ſi prætor. & ſi aliquod iſtorũ defecit, non valet, quia non ritè factum, vt d. l. cũ hi §. ſi prætor. requiritur & quartũ, vt quod fiat ſubhaſtatio, vt ff. de min. & l. ſi ſine. l. et ſicut in eccleſia, vt C. de ſacroſan. eccl. auctẽn. hoc ius porrectũ. ſed illa auctentica loquit, quando venditur pp debitum ſatisfaciendũ, ſed vbi pp vtilitatẽ eccleſię non inuenit de ſubhaſtatione, nec ẽt ſm canones hoc requirit. ita no. ipſe Inn. in c. dudum, de reb. eccl. non alie. fol. 159. quando aũt iudex vẽdit, qui debet ſeruare iuris ſolennitatẽ in vendendo, requiritur ſubhaſtatio, vt C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiscal. l. 1. lib. 10. vide gl. in l. auctor. ff. rẽ ratã habe. & Bal. in l. pen. de rebus eorũ. Notandũ eſt tamen, quod vbi reperit decretum appoſitum, ibi præſumit cauſa & ſubhaſtatio, vt no. Spe. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendũ, ver. & breuiter. nõ tamen pſumitur auctoritas interpoſita, vt ff. de public. l. quacunq;. §. fi. & dic vt ibi. Item no. eſt, quod decretũ nunquam tranſit in rem iudicatã, quia ſemper eſt probare contrariũ, vt ff. de rei ven. l. fundum. Itẽ & quædã alia ſunt, q̃ non ſunt de forma, ſed circa formã quæ congruunt officia iudicis, de quibus omnino mandat inquiri, vt l. magis puto. §. non poſſunt. ff. de rebus eorũ, & tamen omiſſa non vitiant venditionẽ. ſed beneficium reſtitutionis afferunt, vt ff. de minor. l. tutor, cum ſimil. Sic dicimus in electionibus prælatorũ, vbi ſi fiat contra formã electio, eſt nulla ipſo iure, vt in c. quia pp, de elec. licet poſſit per exceptionis obſtaculum impugnari, vt in c. quod ſicut, de elec. & in c. bona, il 2. de poſtul. ſicut in proceſſu iudicij dicimus, quod quædam ſunt de ſubſtantia, vt litis conteſt. quæ omiſſa vitiat proceſſum ipſo iure, vt in tit. vt li. non conteſt. quaſi per totum. quædam circa ſubſtantiam non tamen ſubſtantialia, vt libelli oblatio, iuramenti præſtatio, & alia q̃ omiſſa proceſſum iudicij nõ annullant, vt C. de li. cõteſt. auct. offerat, & C. de iura. calum. l. 2. §. ſed quia veremur. quod tene menti. Bald. Sed nunquid immunitas eccleſiæ tranſit ad emptorem, vt non ſoluat collectam vel gabellã, ſicut non ſoluit eccleſia, vt no. ff. ad municip. l. incola. reſponde non, vt ff. de publicia. l. licitatio, in fi. ſecũdum do. Thomam de Formaginis, vide infra in verbo, teſtis, in 43. q. & infra in verbo, ſententia, in 2. q. vbi habes, quod quãdo petitur annullari contractus, officium iudicis imploratur. & vide ſupra in verbo, conditio, in 3. quæſt. vbi omnino vide & tene menti.

Contractus, no. quod ex contractu eccleſiæ tranſit in eam dominium ſine traditione, vt C. de ſacroſan. eccl. l. fi. & p Bar. in l. ex hac ſcriptura, in prin. ff. de dona. vide ſupra in ver. ſuccedens, in 3. q. ibi. ſed quid ſi dun habent ius, &c. in 26. q.

Copia, vide infra in verbo, Teſtis, in 44. q. & ſupra in verbo, citatio.

Comparitio domini neceſſaria in iudicio nunquam reuocat, imo affirmat man. procura. ſed voluntaria ante li. conteſta reuocat, ſed poſt li. conteſt. aut eſt contradicta, & non fiet reuocatio, aut dominus eſt admiſſus, & tunc videtur man. reuocaſſe, ita no. Innoc. in c. petitio, de procur. fol. 71. niſi in procura. in rem ſuã, vt ff. de procur. l. ſi alter malit. & niſi proteſtetur ſe nolle reuocare, & niſi accedat procuratori aſſiſtendi non ſuccedat inſtantiam in ſe transferendo, vt ff. de procura. l. Paulus, & l. in cauſa. § fi. & Inſtitu. de ſatiſda. §. ſi vero aliquis. quod no. perpetuo. Bal.

Compenſatio non admittitur in delictis quæ ad pœnas corporales, & ſpirituales, & fiſco applicandas, ita no. Inn. in c. ſicut, in vlt. q. de iureiurã. fol. 119. nu. 7. Et quando ſit compẽſatio in delictis, vide Inn. in c. Intelleximus, de adulterijs. fol. 212. nu. 5. & vide omnino infra in verbo, Reus, in 1. q. in fi.

Conuentus per ſe etiam ſine auctoritate prælati ſui facit ſyndicum vbi habet bona diſtincta à prælato, quia habet propriam adminiſtrationem, ita no. Innoc. in c. edoceri, de reſcrip. idem ſi prælatus vacat, quia tunc conuentus ſolus facit ſyndicum, vt ipſe idem Innoc. no. in c. cum dilectus, extra de conſuetu. fol. 16. num. 2 quod no. Bal.

Conuentio, vide omnino infra in verbo, Reconuentio, in 2. quæſt.

Cumulare, vide omnino infra in verbo, Reſtitutio in integrum, in 2. quæſt.

Curia domini Papæ eſt commune forum, quia ibi Roma vbi curia, ita no. Inno. in c. expoſuit, de dila. fol. 89. nu. 3.

Curia Romana ſeruat ſuas ferias litigantium, & quilibet iudex ſeruare debet ferias ſui fori, quia feriæ ordinem proceſſus ſapiunt: tempus enim de ordine videtur, ita no. Inn. in c. conqueſtus, de ferijs. fol. 89. nu. 6.

Curia domini Papæ accedentes an poſſunt ibi conueniri, & de beneficio reuocandi domum, vide Inn. in c. licet, extra de foro compe. fol. 84. nu 1.

Cura animarum qualiter probetur, & qualiter debeat fieri poſſ. vide Inn. in c. dudum, de elec fol. 23. nu. 2. & vide infra in ver. Forum, in 1. q.

Cura animarum quot modis dicatur, vide Inn. & Hoſt. in c. cũ ſatis, de offi. Arch. & vide infra in verbo, Plebs, in 1 quæſt.

Cura animarum dicitur cura iuriſdictionis non ordinis, & ideo aliud eſt poteſtas, aliud eſt cura animarum, ita no. Hoſt. in d. c. cum ſatis, de offi. Arch.

Cura animarum qualiter accipiatur, vide per Innocen. in c. de multa, de præben. fol. 149. in prin.

Curator, vide infra in verbo, Rex. in 2. quæſt. &c.

Curator poteſt dari teſtamento de iure canon. ſicut tutor, ita no. Io. And. in c. vlt. de iudi. lib. 6. in nouella.

D

D

D**Amnatus** *quis de maleficio cõmiſſo, ſi ſnĩa ex qua eſt dãnatus, requirit cõfirmationẽ alterius iudicis, debet interim ipſe dãnatus retineri in carceribus ipſius iudicis, q eũ cõdẽnauit, et nõ dẽt ad aliũ remitti, ita no. Inn. in c. vt famę, de ſen. exc. f. 228. nu. 3.*

Damnum, vide infra in ver. Socius, in 3. q. & ſupra in verbo, ciuitas, in 5. q.

Debitor, debitores eccleſiæ non debent ſoluere prælato non legitimo, ſed debitores prælati ſic, ita no. Inn. in c. in literis, de reſti. ſpol. fol. 94. nu. 3.

Debitum non compenſatur cum fructibus, niſi fructus ſint conſumpti. & tunc enim aut propriè dicitur fieri compenſatio cum pretio fructuum, & debet pretij quantitas eſſe liquida, ita no. Inn. in c. ad noſtram, de iureiur. fol. 117. vbi omnino vide Inno. vide dn. Bal. in l. diuortio. §. ob donationes. ff ſolu. matri. & vide infra in verbo, fructus, in 3. q.

Debitor hæretici non tenetur ei ſoluere, ita no. Innoc. in c. fi. de hæreti. fol. 209. vide infra in verbo, ſoluere, in 1. quæſt. & vide omnino infra in verbo, ſilentium, in 1. q. circa prin.

Declaratio, vide infra in verbo, libellus, in 4. quæſt. circa medium ibi, nam qui declarat libellum, &c. & ſupra in verbo, citatio, in 22. q.

Decretum ſecundum poteſt interponi in reali, ita no. Innocen. in c. dilecto, de verbo. ſignifi. fol. 235. nu. 1. & intellige poſitiuum ſilentij, & non ad inductionem dominij, quia agens eſſet ſibi contrarius, vt no. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. Iulianus, per gl. & Dyn. Bal.

Decretum ſecundum non eſt actori neceſſarium in reali, tamen poteſt interponi, ita no. Inn. & Hoſt. in c. quoniam, vt li. non conteſt. hoc eſt verum in iuribus ſecus in rebus corporalibus, quia tranſlata poſſeſſione reus nõ eſt amplius reus, vt ff. de no. ope. nun. l. prius, & no. in l. ſi finita. §. Iul. de dam. infec. Sed in corporalibus nõ cadit adeo plena poſſeſſio, & ideo etiam poſſeſſor agit, vt no. C. de vſufruc. l. corruptionem, quod no. Bal.

Decretum non ligat ignorantem, tamen præſumitur, quod quis ſciat publicum bannum, ita no. Inn. & Hoſt. in c. 1. de poſtula. præla. vide infra in ver. Electio, in 6. q. & vide omnino infra in verbo, differentia, in 4. q.

Decretum ſecundum quid prodeſt in beneficijs, vide per Inno. in c. cum contingat, de dolo & contu. fol. 100

Decretum idem eſt, quod iuſſus, prout in iudice reſidet, ſed prout reſidet in executore, idẽ eſt quod actualis miſſio, ita no. Inn. in c. 1. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruan. fol. 100. nu. 6. vnde decretum de mittendo ſequuta actuali miſſione cauſa cuſtodia dicitur primum, ſi cauſa ſatiſfactionis dr ſecundum, ante vero actualem miſſionem non dr reale, ſed verbale decretum, nec conſtituit iniuriã, ut l. non eſt mirũ §. ſciẽdum. ff. de pig. act. unde tres ſunt actus, pronũciatio de mittendo, cõmiſſio de mittẽdo, & executio cõmiſſionis. Prima delegatur, ut ex primo decreto non ex ſecundo. Secunda uero non delegatur, ut in l. iubere cauere ff. de iuriſd. om. iud. Tertia delegatur cum iuriſdi. ſed nuncio committitur, ut ff. ut in poſ. leg. l. is om. §. miſſus, & idem dicit Inno. quod iudex qui mittit, põt adijcere præceptũ, puta ſic, præcipimus reo, ut admittat ſecum illum cauſa rei ſeruan. uel cauſa cuſtodiæ. uel ſic, præcipimus reo, ut det poſſeſſionem tali, ſm Inn. ibidẽ, nec iſta dicetur ſententia diffinitiua, quia non agitur ad hoc principaliter, facit ad hoc d. l. ſi prius, & tene iſta menti, quia ſunt no. Bal.

Decretum, de primo & ſecũdo decreto uide plenè per Bar. in l. ſi prius, de no. ope. nun. & uide infra in uerbo, ſententia, in ulti. quæſt.

Decretum, an miſſus ex perſonali in poſſeſſionem ex primo decreto poſſideat, & quid in hypothecaria, uide per Bar. in l. poſſ. deri. §. fi. de acq. poſ. & in Spec. in tit. de contu. §. ſequitur. uer. ſed pone quod conuenit, &c.

Decimæ an poſſint concedi in feudum, uide per Inno. in c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à præla.

Decimæ quomodo probatur quod iure diuino debeantur, uide per Inn. in c. fi. de ſepul. fol. 169. Adde quod no. ff. de peti. hæredi. l. ſi à domino, uel à patre. §. fi. in gl. ubi dicitur quod decimæ perſonales intelliguntur deductis expen. ſecus in decimis realibus: fructus n. negociationis uel operarũ non dicuntur, niſi dedu. expen. & pretio, ut C. de collatio. l. illud. ſed fructus ex terra dicuntur quicquid ex terra naſcitur. & in naturali ſignificatione in decimis. Item in colono, ut ff. pro ſocio. l. cum duobus. § ſi in coeunda, regulariter ſecus, ut ff. de uſufr. lega. l. fundi Trebatiani, de hoc uide per Iac. de Are. in l. fructus. ff. ſolu. matr. & per Inn. in c. paſtoralis, de decimis. fol. 171. Eſt igitur differentia inter fructus operarum & terræ, quæ omnia perpetuo no. Bal.

Delegatus an habeat exercitium iuriſdictionis à tempore datæ delegationis, uel à tempore præſentationis ſibi factæ de litera, uide quod no. per Innoc. in c. conquerente, de reſtitu. ſpol. fol. 95. & uide ſupra in uerbo, cauſa, in 16. q. & ſupra in uerbo, citatio, in 26. quæſt.

Delegatus non poteſt implorare brachium ſeculare, ita no. in c. 1. de offi. Arch. & uide quod no. in c. 1. de præben. in cle.

Delegatus à Principe ſi illam cauſam alteri delegat, non poteſt illam cauſam ad ſe reaſſumere ſi uelit, ita no. Inn. in c. ſuper quæſtionũ, de offi. deleg. fol. 57. nu. 1.

Delegatus competens ſi ſibi aſſociauit iudicem incompetentem, non ualet proceſſus, quia procedendo cum adiuncto non ſeruat formam commiſſionis, ſecus in pluribus ordinarijs, ita no. Inn. in d. c. ſuper quæſtionum, de offi. dele. fo. eodem. nu. 6. uide eo. tit. in c. ſuper Abbatia.

Delegatus cui commiſſa eſt cauſa uniuerſitatis poteſt cogere uniuerſitatem ad conſtituendum procuratorem, ita no. Inn. in c. Romana, de ſen. excommu. fol. 233. num. 3. & per Io. de Are. in l. ergo, de fideicom. liber. Bal. uide ſupra in uerbo, citatio, 32. quæſt.

Delegatus an poſſit probari per teſtes, & an priuilegium, uide Inn. in c. cum olim, de priuil. fol. 220. nu. 5. & uide gl. in l. 1. de man. prin. Bal.

Delegatus

Delegatus non poteſt transferre in aliã perſonam cõmiſſionem ſibi factum, ſi commiſſio eſt perſonales, ſecus ſi realis eſt, ita no. Inn. in c. dilectus, de pœnis. fo. 224

Delegatus ſi committitur ſibi inquiſitio, tunc debet inquirere de fama. Si autem ſibi inbetur non debet inquirere, ita no. Inno. in c. ex parte, de accuſa. fol. 201. Sed ordinarius inquirit etiam de crimine etiam non facta prius inquiſitione de fama, ſecus in delegato, vt ibidem per Inna.

Delegatus non põt vti delegatione, niſi prima ea probata. & ſi de facto ante aliquid facit non valet, qđ factũ eſt, ita no. Ian. in c. cũ venerabilis, de cẽſi. f. 184

Delegatus ab Archiepiſcopo vel Patriarcha poteſt trahere vltra duas dietas, ita no. Inn. in c. nonnulli, de reſcrip. fol. 11. nu. 4. & omnino vide infra in verbo, modus, in 2. q. quaſi per totum.

Delegatus Papa non poteſt mittere in poſſeſſionem laicorum, ita no. Inno. in c. ſignificaſti, de offi. deleg. fol. 52. nu. 4.

Delegatus non poteſt exequi tranſactionem partium, quia non fuit datus ad hoc, ita no. Inn. in c. ſi quando, de offi. dele. fol. 77. & ff. de pac. l. tale pactum. Bal.

Delegatus qui in totum ſubdelegat, nihilominus poteſt reuocare tamen integra, ita no. Inn. in c. in literis, de offi. deleg. fol. eodem.

Delegati ſi ſunt plures & vnus abeſt, licet iſte ſit abſens doloſè, alij nihilominus poſſunt facere ſine illo, ita no. Inn. in c. cauſam, de offi. deleg fol. 53. nu. 2.

Delegato non ſufficit veritas delegationis ſibi factæ ſine ſcientia ad hoc, vt poſſit vti iuriſdictione, ita no. Inn. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. in nu. 8. ſed loquitur de veritate conditionis & commiſſionis. Bal. contrarium ipſe videtur no. in c. ex literis, de reſcrip.

Delegatus eo ipſo, quod delegationem ſuſcipit, delegans ſuam iuriſdictionem diminuit, ita no. Inn. in c. ſuper quæſtionum, de offi. deleg. fol. 57. nu. 9.

Delegatus cui cõmiſſa eſt ptãs exequendi, non põt exordinare ex delegatione ſibi facta, ſecus in articulo, ita no. Inn. in c. cum olim, in fi. de offi. deleg. fol. 59

Delegatus ad aliquam cauſam licet recipiat compromiſſum in eum factum, non tamen propter hoc derogatur iuriſdi. ſibi ante attributa, ita no. Inno. in c. innotuit, de arbi. fol. 79. nu. 4.

Delegationes & ſubdelegationes probantur per literas delegantis ſigillatas, ita no. Inn. in c. quoniam contra, extra de proba. fol. 104. nu. 2.

Delegatus tuetur poſſeſſionem quam ipſe dedit vſque ad annum, ita no. Innoc. in c. ex parte, de teſti. fol. 105. nu. 3. dic, vt in c. quærenti, de offi. deleg.

Delegata aut ei committitur inquiſitio, & iſte debet inquirere de fama, aut iubetur, & tunc non. Vide per Ian. in c. ex parte, & in c. cum oporteat, de accuſ. fol. 201. nu. 3. & vide ſupra hoc eodem verbo, in 8. q.

Deducens in libello aliqua tenetur probare ſubſtantialia & cauſas ſine quibus libellus non eſſet recepturus, non alia quæ non ſunt de natura petitionis, nec habent ea qualificare, licet ea natura ſit rata, vt l. habebat, de inſtitutoria, & no. Inn. in c. ex parte, de priuil. fol. 219. nu. 1. dic, vt in l. edita. C. de eden.

Degradatio, vide plenè in c. degradatio, de pœn. lib. 6.

Defunctus licet non ſit conqueſtus, tamen actio datur hæredi ad contractum vſurarium reſcindendum, ita no. Abb. in c. ad noſtram, de ẽt. & ven.

Defectio alterius nemo ſupplet, niſi in caſibus à iure expreſſis, ita no. Innocen. in c. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. fol. 153. nu. 4.

Defenſio non ſolum permittitur cuicunq; ex ſuis, ſed etiam extraneis permiſſum eſt defendere non excedendo modum. Nam licitum eſt iuuare cuicunq; iniabentem ad defenſionem perſonæ & rerum, & ad recuperationem quando lex permittit, ita no. Inn. in c. ſi verò, de ſen. excom. fol. 228. nu. 2. in contrarium facit, quod no. ff. de vi & vi arma. in l. cum fundum, ſecundũ Ia. Et ſic no. ex prædictis quod proijciens lapides ad ſedationem rixarum non punitur. Bal. vide ſupra in verbo, abſolutio, in 7. q. & infra in verbo, ſtatuimus, in 3. q.

Delictum, vide infra in verbo, forenſis, in 1. q. vbi plenè.

Delictum adminiſtratoris interdum habet aliquam iuris formam contrahendo, de tributo procuratoris litigando, vt l. Polla. C. de his, qui vt indi. impetrando, vt l. 4. §. ſi procura ff. quod quiſque iure. auctorãdo, vt l. ſi dolo. ff ſi quis omiſ. cauſa teſta. interdum non habet aliquam iuris formam. Et hoc dupliciter, ſcilicet committendo, vt l. mero, quod non punitur dominus criminaliter pro delicto adminiſtratoris, vt eſt tex. no. in d. l. Polla. ibi de calumnia, &c. ita no. Inn. in c. tuæ, vt li. non conteſt. fol. 86. & perpetuo tene iſta fixa cordi. Bal. & vide infra in verbo, punitur, in 3. q.

Delinquentibus pluribus pareitur, vnuſquiſq; principaliter tenetur vt principalis de facto ſuo ſi factum per ſe poteſt differri, ita no. Iano. in c. ſicut, de homici. fol. 210. nu. 3. & tenetur de ope, quia non videtur ad hoc acceſſiſſe, vt ipſe ferret, ſed vt eſſet principalis ſicut in ciuilibus, quia duo rei non videntur inuicem fideiubere, niſi probetur diſtinctè & clarè, quod per ſe præſtiterit alij auxiliũ, & per ſe vulnerauerit, & damnum dederit, non eo, quod inſidium fecit, ideo auxilium dediſſe videatur, quia inſultus cum primo vulnere confunditur, vt C. de accuſ. l. qui de crimine, & dic vt l. qui ſeruo, in fi. ff. de fur. per Barto.. Adde etiam, quod quando aliquis accuſatur de auxilio præſtito debet exprimi, ad quid præſtitit auxilium, & cui vt certi hominis factũ arguatur, vt l. licet. §. ſi. ff. nau. cau. ſtabu. quia auxilium ad hoc, de qua agitur præſtitum eſſe debet, non ad aliud, vt l. 2. §. 1. ff. vi bon. rap. & vide omnino, quod no. in clem. 1. de pœnis, in gl. ordinaria, quam tene menti.

Demonſtratio, vide infra in verbo, teſtis, in 41. q. ibi falſa demonſtratio, &c.

Denegans ſoluere cenſum licet appellet, poteſt excommunicari, ita no. Inn. in c. ſignificauit, de cenſi. fol. 183. nu. 3.

Deuolutio poteſtatis quomodo ſit ad ſuperiorem, vide Innocen. & Hoſt. in c. vltimo, de electio.

Depoſitio, vide omnino ſupra in verbo, citatio, in 40. q. vide infra in verbo, teſtis, in 44. quæſt. in fi.

Depoſitio qđ nocet monachis, vide p Inn. in c. dile. filius, de ſimo. vide infra in ver. teſtis, in 57. q. & infra in ver. ſponſalia, in 1. q. & ſupra in ver. cõdẽ. 12. et 3. q.

Deſertio, vide ſupra in verbo, appellatio, in 38. quæſt. & in 46. quæſt. & ſupra in verbo, condemnatio, in 5. quæſt.

Denunciatio poteſt fieri tam in iudicio, quam extra iudicium, ita no. Inno. in c. ſolicitudinem, de appel. fol. 136. nu. 3. vide infra in verbo, libellus, in 2. q.

Denuntiãs per calumniam punitur extra ordinem, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de calum. fol. 205. vide ſupra in verba, citatio, in 25. quæſt. & ſupra in verbo, crimen, in 8. quæſt.

Detinens aliquam vt ſponſam etiam de futuro poteſt petere reſtitutionem ſi ſpoliatur, ſecus ſi tenet vt concubinam, ita tenet Ian. in c. ex parte, de reſti. ſpoliato. fol 96. nu. 3. Et quod dicit de ſponſa eſt verum ſi ſpoliatur à tertio, ſecus ſi ab ipſa ſponſa, quia diſſoluere poteſt ſponſalia, ita no. Inn. ibidem.

Detinens conuenitur rei vendic. nus auferatur ſibi detentio & cuſtodia, non vera poſſeſſio, ita no. Inn. in c. quoniam, vt li. non conteſt. fol. 87. nu. 8.

Dies feriatus an poſſit prætermino aſſignari, vide per Inn. & Hoſt. in c. expoſuit, de dilatio. & vide in l. arbiter, de arbi.

Diffamatus, vide omnino infra in verbo, ſilentium, in 1. quæſt. & infra in verbo, ſententia, in 74. quæſt.

Dilationes ſunt ita moderandæ, quod non tranſcendant tẽpora inſtantia aſſignata à lege, hoĩe, vel ſtatuto, ita no. Ian. in c. in cauſis, de teſti. fol. 106. nu. 3. & per eandem de accuſ. in c. ad peti. §. alij tamen facit. C. de adulte. l. ſi. Bal.

Dilatio eſt danda parti ad habendos aduocatos, ita no. Inn. in c. 1. vt lite non conteſt. fol. 85. nu. 4. & vide infra in verbo, tempus, in 11. q. & omnino vide ſupra in verbo, citatio, in 26. q. circa medium ibi, quia dilatio quæ aſſignatur à lege, &c. & ibi nunquam habens dilationem.

Dilatio ſi datur poſt terminum lapſum datũ ad probandum, niſi ratione impedimẽti, ita no. Inn. in d. c. in cauſis, de teſti. fol. 106. nu. 3. & illud quod dr̃ de quarta productione, intelligitur ante lapſum peremptorium vt ibidem ipſe Ian. dicit.

Dilatio quarta qualiter petitur, & qualiter denegatur, vide Ian. in c. ſignificauerunt, de teſti. fol. 108. nu. 1.

Dilatio taxata à lege non poteſt taxari à iudice, niſi cum cauſa, ita dicit Abbas in c. in cauſis, de teſti. adde, quod quando dilatio non eſt taxata à lege, tunc iudex taxat, vt ff. de iure deliberandi. l. 1. & ff. qui ſatiſd. cog. l. de die, in prin. ſi autem eſt taxata, aut eſt dilatio vniformis, quæ pro factorum qualitate non variatur, vt dilatio decem dierum ad appellandũ, & iſta non poteſt taxari per iudicem, vt C. de appel. auth. hodie. Aut eſt dilatio diuerſa & difformis pro qualitate factorum, & tunc iudex poteſt taxare, vt ff. de ferijs. l. oratione, & de re iudi. l. qui pro tribunali. Et ideo lex nunquam aſſignat iſtas dilationes, quin iudici reſeruet arbitrium moderandi, vt in c. indultum, de reg. iur. l. b. 6. per Dy. Sed pone ſtatutum dicit, quod qui non ſoluit condemnationẽ infra menſem, pes ei amputetur. an iudex poterit minuere iſtud tps cauſa cognita. & credo, quod non, quia verba ſtatuti ſunt conditionalia, & conditio eſt formaliter adimplenda. l. Mœuius ff. de condi. & demon. & ideo ex quo ſtatutum figit pedem in certo tempore à forma ſtatuti non diſcedam, & totum tẽpus expectabo, vt l. in illa ſtipulatione, de verb. oblig. etiam ſi reus renunciaret dilationi, tamen iudex non poteſt facere pluſquam verba ſtatuti patiãtur, maximè in criminalibus, arg. no. in l. pactum inter heredem. ff. de pac. Bal.

Dilatio, quod ſi in prima dilatione probatoria fuit dictum, & peremptoriè, tunc ſecunda dilatio non dabitur, niſi cum maiori ſolennitate quam alias daretur, i. quod impedimentum in prima probari apartet teſtibus. non autem ſufficit iuramentum, ita no. Inn. in c. in cauſis, de teſti. fol. 106. nu. 3. quod eſt no.

Dilapidare nullus magis dicitur quam ille, qui committit delictum, propter quod bona ſua confiſcãtur, ita no. Abb. in c. ex literis de pig. quod no. vide de hoc gl. no. in §. item prodigus, Inſti. qui non eſt permiſ facere teſt.

Dignitas habet ſucceſſorem, & ſi dignitas eſt contemptum agit ſucceſſor, ſecus in canonico, ita no. Ian. in c. quod ſicut, de elect. fol. 26. nu. 5. ergo prælati ſuccedunt in honore & onere in locum prædeceſſorum. ſed ſecus in canon. Bald. valt dicere Ian. quod geſta nomine canonici non poſſunt haberi rata per canonicum, qui ei ſuccedit, quia in iuribus canonici ſuccedit capitulum, licet alius ſuccedat in præbenda hoc valt dicere Ian. hic ſecundum Bar. in l. bonorum, in fi. ff. rẽ ratam habe. quod eſt no. ſecundum eum ibidem.

Dignitates eccleſiæ non ordinantur ſecundum ius ciuile, nec ex eo ſumunt iuriſdi. ita no. Hoſt. in c. ad hæc, de offi. Arch. & idem tenet Iano.

Dignitates in eccleſia quæ dicãtur, & quid ſi eſt temporalis, vide per Ian. in c. de multa, de præben. fol. 150. nu. 7.

Dignitas eſt eſſe ſeruum eccleſiæ, ita no. Abb. in c. iniuſtum, de rerum permu.

Differentia inter priuilegium & confirmationem, quæ ſit, vide per Inno. in c. cum inter, de re iud. fol. 126. nu. 2. & vide ſupra in verbo, appel. in 26. q.

Differentia eſt inter conſuetudinem quæ arctat ad reſidentiam praciſè & eam, quæ cauſatiuè reſpectu præbendæ, ita no. Innoc. in c. clericos, de cleri. non reſiden. fol. 145. num. 2.

Differentiam inter publicam vocem, notorium, & manifeſtum, ponit Innocen. in cap. veſtra, alias in cap. ſicut, de cohabi. cleri. & mulie. fol. 143. & vide de hoc in verbo, notorium, in 5. quæſt.

Differunt iſta tria, decretũ, auctoritas & conſenſus. Quia ſententia decreti exigit ſcripturam & teſtes adeſſe & probationes eſſe, vt C. de fide inſtru. l. emancipatione. ff. de adop. l. poſt mortem, quia eſt, de act. l. actus. C. de ſecũs. Auctoritas vero non eſt talis, ſed ſupplementum defectus, & debet ſponte præſtari, vt ff. de aucto. tut. l. 1. in fi. itẽ debet præſtari in prin. actus, quia alias lex cõſilia parum firmo reſiſtit. ff. de aucto. tut. l. obligari, in fi. de ſeruis expor. l. ſi mercer. Cõſenſus eſt rei geſtę vel q̃ eſt in fieri cõſummatio. & ideo cuiui tẽpore adhiberi

poteſt, vt ff. de pig. l. ſi fundus. §. 1. ita no. Inn. de re. eccl. nõ alie. in c. dudũ, li. 6. fol. 160. nu. 3. Sed qualiter cognoſcam iſta. Reſpondeo, ſi ad ſolennitatem adhibera debet à iudice, erit decretum, & ſi ab alia ratione publici offici hoc erit auctoritas, nec valet ratihabitio. Si autem vt à priuato non per modum ſolennitatis, nudus conſenſus eſt, ſecundum eum ibidem. & no. bene iſta, vide Bart. in l. ſi autem plures, de aqua plu. arcen. & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum, de acquir. hered. vide do. Bar. in l. ſi. C. ad Maced. & Io. An. in c. ratihabitio, de reg. iur. in gl. & in mercurialibus.

Differentiam inter has formas prauideas, num hic etiã inueſtire poteſt, facias infra, & facias aſſignari, vide Inno. in c. pro illorum, de praeben. fol. 148. num. 1.

Differentia eſt inter contractum emphyteuticum & cenſualem, vt per Inn. in c. cõſtitutus, de relig. domi. fol. 179. num. 1.

Dictio, quod, vel quae ſicut, inſerta literis, an aliquid praeſtat, vide Innoc. in c. ex ore, de priuilegijs. fol. 220. & de condi. & demonſtra. l. quibus diebus. §. cum dominus. & de leg. 1. l. quidam.

Dictia, cui, ponitur acceſſoriè, & in priuilegijs importat hanc conditionem, ſcilicet ſi ſit acceſſoria, ita no. Inn. in c. dudum, de priuil. fol. 221. nu. 4.

Diſpenſatio, vide infra in verbo, praelatus, & in 1. q. ibi, qui tamen allegat diſpenſationem, &c. & in 6. q. vide ſupra in verbo, commiſſio, in 2. q. & infra in verbo, praetor, in 1. q. & infra in verbo, ſuperior, in 1. q. & infra in verbo, epiſcopus, in 2. 4. & 5. q. & infra in verbo, electio, in 13. q.

Diſpenſatio inordinata poteſt reuocari, tamen beneficium interim licitè retinetur, ita no. Inno. in c. diuerſis, de cleri. coniu. fol. 144. nu. 1. & vide ſupra in verbo, Abbas, in 9. & 17. quaeſt.

Dolus procuratoris non no. et domino in eo, quod non poteſt recuperari à procura. vt in beneficio, quia in hoc procur. non intelligitur eſſe ſoluendo, ſed negligentia procuratoris nocet domino in beneficialibus, ita no. Inn. in c. cum olim, de cau. poſ. & proprie fol. 93. nu. 5.

Dolus vel culpa praeſumitur interueniſſe in delicto ex qualitate inſtrumenti, cum quo percutitur, ita no. Inno. in c. ſignificaſti, de homi. fol. 211. nu. 3. & ff. ad l. Corn. de ſica. l. 1. §. ſed ſi claua, per Iaco. de Are. & circa hoc vide quod no. in Specu. tit. de proba. §. ſi. ver. vnde cum quidam, itẽ praeſumitur & mixtè ratione qualitatis perſonae percutientis, & qualitatis inſtrumenti, vt eſt gl. no. in l. 1. C. de ſica. ff. locati. l. item quaeritur. § idem Iulianus. Sed ſi de qualitate inſtrumenti non apparet, & ex percuſſionibus filius vel ſeruus moritur infra triduum praeſumitur dolus, vt C. de emen. propin. l. 1. ſed illud ſecundum legem Moſaycam. ſed ſecundum ius ciuile ictus contemplandi ſunt, & ex qualitate ictuum praeſumitur dolus, etiam ſi poſt multos dies moriatur, vt ff. ad legem Aquil. l. Mela. §. ſi plures, & in d. §. idem Iulianus. vnde forma calcei non erat inſtrumentum aptum ad nocendum, quia circa qualitates ipſius inſtrumenti quatuor cõſiderantur, ſcilicet natura, aptitudo, inuentio, & conſuetudo, ſicut no. in ſimili in l. 2. ff. ſi cer. peta. & tene menti iſta. Bal.

Dolus non praeſumitur in literis iuſtitiae vel paruae gratiae, ſed in magna ſic, ita no. Innoc. in c. ad falſariorum, & in c. accedens, de fal. facit ad renunciationem mulierum & filiorum, quia ſi aſſerunt ſe laeſos in magna quantitate praeſumitur interueniſſe dolus, alias non, ad hoc vide glo. no. in l. cum propona. C. de pact. in glo. ſuper verbo, caruit.

Dolus ſi agit, & doloſus excipit, melior eſt conditio excipientis, qualiter hoc intelligatur, vide per Inn. in c. intelleximus, de adulterijs. fol. 212. nu. 1. nam circa idem debet intelligi non circa diuerſa. Inn. vnde non ſoluens gabellam agens ex illo contractu ad poenam repellitur ab aduerſario, qui ſimiliter non ſoluit gabellam illius contractus eiuſdem. Sed in contractibus non habet locum, quia ille, qui non ſoluit in vno, auditur in alio. & ſi ſtatutum dicat, quod in nullo audiatur malpagus, id eſt non ſoluens gabellam de contractu, nõ tamen poterit excipi ab eo, qui eſt in ſimili delicto. & ideo dixi ad poenam, quia ſecus ſi ad purum intereſſe. nam quando reus certat de lucro, & actor de damno, obſtat reo replicatio doli, vt no. ff. ſolu. matr. l. cum mulier, per Iac. de Are. in extraiudicialibus, & non imputat arenarius arenario mortem prauos, vt l. arenam, ſecundum Inn. Sed quare de vſuris etiam in alio contractu excipitur, reſpondeo odio vſurarũ: eſt enim ſpeciale, ſecundum Inn. in vſurario enim attenditur delictum in genere: non enim agitur de ſpeciali facto puniendo, & praedicta ſunt vera in ciuilibus, ſed in criminalibus in praeiudicium fiſci non fiet compenſatio delictorũ, ſecundum Inn. bannitus vero bannitum repellit, quia iſta qualitas conſideratur in genere banni, non reſpectu certi actus, & in genere admittitur compenſatio, vt l. 1. §. pen. ff. ſi pars hered. pe. ſecundum Iac. But. & hoc in exce. odioſis, ſed in fauorabilibus reus eſt potior, vt in §. ſed ſi fraudandi. Et ex praedictis collige quando in delictis fiat compenſatio, & tene menti. Bal.

Dolus in ſpiritualibus reſcinditur per officium iudicis, ita no. Abbas, in c. cuius, de rebus permu.

Dominus ſi iurat de calumnia, & poſtea conſtituat procuratorem ad ſic agendum vel ad ſic reſpondendum, non cogitur procurator iurare de ſua malitia, arg. ff. de manu. vindi. l. pater ex io ſi. Secus ſi non habeat certum mandatum limitatum, ita no. Inn. in c. 1. de iur. cal. fol. 87. nu. 4. nec crimen contrahit procur. cũ man. ſic limitatum eſt. ff. de contrahen. emp. quod ſaepe. § ſi quis amico, & vide infra in ver. factum, in 3. q. & infra in ver. poſſeſſio, in 4. quaeſt.

Dominus procuratoris reuocat errorem nudo verbo infra triduum, ita no. Hoſt. in c. ſcrip. de elec. v. de infra in verbo, teſtis, in 11. q. poſt medium.

Dominus caſtri, vel villae poteſt agere pro iniuria facta ſuis fidelibus vel ſubditis, vel villanis, ſiue dominus habeat iuriſdictionem circa caſtrum, vel villam, vel homines, ſiue homines tantum quia fortè ex aliqua liga, vel iuramẽto ſunt ſibi ſubmiſſi, & in defectum iuſtitiae poteſt mouere bellum contra iniuriantem ſuis ſubditis, tamen dominus in libello non petit damnum emendari ſuo ſubdito, cuius non eſt procurator, ſed ſibi pro ſuo intereſſe. Nec dominus iſtius caſtri, vel villae poterit facere concordium, vel remiſſionem de iniuria & damno ſuorum ſingulorum ſubditorum, ita no. Inno. in c. dilectis, de appel. fol. 136. nu. 2. & tene menti, maximè pro repreſalijs concedendis in defectum iuſtitiae, quia & bellum moueri poteſt.

Dominus an teneatur ex delicto ſerui, ſiue familiarum, & ſcholaris ex delicto famuli, & poteſtas ex delicto familiae, vide Bar. in l. 1. §. familiae. ff. de publi.

Dos debet reſtitui ſpoliato antequam cognoſcatur de foedere matrimonij, ita no. Hoſt. in c. accedens, vt lite non conteſt.

Dos perditur per adulterium vxorum, vt per Barto. in l. rei iudic. §. mors. ff. ſoluto matrimonio.

Domicilium, vide ſupra in ver. Abbati, in 20. q. Et an contrahatur per ſcholarem in loco ſtudij, vide Bar. in l. lex Cornelia. § ſi cum ſundus. ff. de iniurijs.

Dominium an transferatur per ſententiam, vide per Ian. in c. propoſuit, de conceſ. praeben. fol. 152. num. 5. & dic, quod per ſententiam condemnatoriam ſequuta poſſeſſione transfertur dominium, non per abſolutoriam. ff. de pign. l. ſuperatus, & no. Iaſti. de offi. iudi. §. ſi.

Dominium non probatur per exceptionem annuae penſionis, ita no. Abb. in c. cum Bertoldus, de re iudi.

Dominium & poſſeſſio, an quaeratur per generalem procuratorem. Bar. dicit, quod ſic, in l. quae mihi donatum. ff. de dona.

Dominium poteſt quaeri ex pluribus cauſis eo tempore concurrentibus, ſecus ſi aduerſo, ſecundum Bar. in l. poſſideri. §. ex pluribus, de acq. poſ.

Dominus continetur etiam ſub nomine monaſterij, ita no. Innoc. in c. volentes, de priuileg. fol. 222. vide ſupra in verbo, capella, in 2. quaeſt. & ſupra in verbo, citatio, in 11. & 12. quaeſt.

Donatio facta eccleſiae per ingreſſum monaſterij per licitum egreſſum ante profeſſionem reuocatur, quia fundabatur ſuper eo, quod tollitur, ſecus in mera & pura donatione ſtante per ſeipſam, ita no. Inn. in c. quod à te, de cleri. cõiu. fo. 144. Adde quod ipſe idem no. in c. in praeſentia, de prob. fol. 151. nu. 4. vide infra in verbo, monaſterium, in 2. q. & vide infra in verbo, rex, in 5. q.

Donans aliquas res eccleſiae in proprietatem, vel ad vtile dominium, an ipſe donans poſſit recipere de ipſis rebus cenſum ab eccleſia, vide per Inno. in c. de monachis, de praeben. fol. 146. nu. 2. & loquitur in eo, qui aedificauit eccleſiam, & dotauit eam, Inn. & vide ſupra in verbo, Abbas, in 5. q. quod no.

Donans ſe & ſua alicui ordini eſt verus regularis quemcunque habitum portet, ita no. Abb. in c. 2. de teſta. quod eſt no. ſecundum eum ibidem.

Donatio inofficioſa non reuocatur, niſi quatenus eſt inofficioſa, ita no. Abbas in c. Raynaldus, extra de teſtamentis, non diſtincto ſit inofficioſa dona. re & conſilio, vel re tantum, nec diſtincto ſit donatum liberis vel extraneis, vt C. de inof. teſt. auth. vnde ſi parum, ſecundum Iac. But. Alij dicunt propter fraudem in totum reuocari. Item querela iſta aequiparatur querelae inofficioſi teſta. ergo ab extraneo totum aufert, de leg. 2. l. Lucia. §. Imperator, in gla. & dic, vt ibi per Dyn. Quandoque donatio reuocatur ſola natiuitate liberorum, & tunc reuocatur in totum, vt C. de reuoc. dona. l. ſi nunquam, & arg. ff. de pac. l. tale pactũ. §. ſi. Bal. poteſt dici, quod opinio Iac. But. ſit vera, vbi agens habet aliquid titulo inſtitutionis, vt ſolum ad ſupplementum competat querela inofficioſae donationis, alias ſit vera opinio aliorum.

Donatio facta perſonae cenſetur perſonalis, ita no. Abbas in c. cum veniſſent, de inſti. tene menti, vide ſupra in verbo, alienatio, in 5. q. & ſupra in verbo, aſſenſus, in 1. q. & ſupra in verbo, conuentus, in 4. quaeſt.

E

E A vice. Quid importat hoc verbum, vide Hoſt. in c. cum Vintonienſis, de elec.

Eccleſia tribus modis accipitur, vno modo pro vniuerſis eccleſijs et Chriſtianorum. Secundo modo, pro vniuerſis miniſtris eccleſiarum. Tertio modo, pro vniuerſa congregatione fidelium. His tribus modis accipiendo eccleſiam reperitur, quod eccleſia habet multa priuilegia, tam à Deo, quàm ab Imperatore, quàm à Papa. quae priuilegia ſi violantur, dicitur fieri contra libertatem eccleſiae, & incurritur poena auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſan. eccle. & c. nouis, de ſenten. excom. Si autem aliquod priuilegiũ eſt conceſſum alicui eccleſiae ſingulari per Papam vel Imperatorem, vt eccleſia Peruſinae, & contrariũ ſtatuendo illud priuilegium violetur, non habent locum iſtae poenae, quia non dicitur fieri contra libertatem eccleſiae: tunc n. offenditur eccleſiaſtica libertas, quando ius publicum offenditur, quod in ſacris & ſacerdotibus conſiſtit, vt ff. de iuſti. & iure. l. 1. §. ius publicum, non quando ius priuatum vnius eccleſiae tantum, ita no. Inn. & Hoſt. in d. c. nouerit, de ſen. excom. fol. 230. quod eſt multum no. & menti tenendũ, ſecundum Old. & Cy. in d. auth. caſſa & irrita. ſic etiam dico, quod ciuium libertas non minuitur, licet ſtatus vnius boni periclitetur. Si autem fiat ſta. quod eccleſiae nõ audiant ſuper decimis, quia iſtud eſt priuilegiũ datũ eccleſijs à lege diuina, dicitur fieri contra libertatẽ eccleſiae. Si autem fiat ſtatutũ, quod eccleſiae in ſuis iurib. non audiantur poſt decẽ annos, iſtud eſt contra priuilegia indulta ab Imperatore de quadragenaria praeſcriptione, & ideo eſt contra libertatẽ eccleſiae. Si aũt fiat ſta. quod clerici non poſſint declinare iuriſdictionẽ iudicis laici, iſtud eſt cõtra priuilegia indulta eccleſiae, i. miniſtris eccleſiaſticis à Papa, ideo eſt cõtra libertatẽ eccleſiae. Sed ponamus, quod eccleſia noua culeina habet priuil. quod nõ currat ſibi minor praeſcr. centẽ annorũ. Si fiat ſtatu. impeditiuũ iſtius ſingularis prorogatiuae, non dicitur eſſe contra libertatẽ eccleſiae, ſecundum Inn. & hoc, quo ad poenas illius c. nouit. Sed tamen ſtatutũ laicorũ non tenet contra eccleſias, vt in c. eccleſia, de conſti. Non tamẽ dico, idẽ ſi veneris in deroga. eccleſiae Romanae, quia offenſo capite totũ corpus videtur iniuriam pati, etiam ſi ſola auricula tangatur, vt no. ff. de furtis. l. vulg. Et ideo

ſtatuta

ſtatuta quæ fiunt contra iura ſoli Romanæ eccleſiæ cõpetentia, putu contra do na. Imperatoris, puto dici contra libertatẽ eccleſiæ, & cõtra ius publicũ. Et iſta ſtatuta credo eſſe impreſcriptibilia nec vllo tpe roborari, quia lex prohibet ſtatui, & damnat ſtatuẽtẽ & ſtatuentem & patientẽ: & præſcribere, eſſet pſcribe re continuam delinquendi licentiam. Sed an valeat ſtatutum, ꝙ declinantes ſint extra protectionem cõis. vr̃ quod non. ſed contrarium ſeruatur quaſi ſtatutum ſua ope ſubtrahi poſſit: nec. n. cogitur de ſuo beneficio facere. ſed contrarium videtur, quia imponitur pœna abſꝫ licito, & ideo non valet, vt ff. ad l. Falc. l. Seius Augerino. & non demerito, imo pro lege ſuperiorum præceptũ, vt in c. ſi diligenti, de foro cõpe. magis. n. declinat eum lex quam ipſe, cum nec volens conſentire poſſit, vt C. de legatis. l. ab adminiſtratione. Non tamen videtur contra libertatẽ eccleſiæ, quia non ſtatuit, quod non declinetur, i. quod non audiatur declinatio declinantis, ſed ſi declinat ſtatuit de alia lite futura, vel dic quod & valet ad ſtatutũ, quo ad priuilegia illius ciuitatis deneganda, ſed non quo ad ius cõe, ſic bannitus perdit iura ciuitatis ſuæ, & non iura cõia non intentabit, ergo vitam ſtatuti, ſed vitam iuris cõis. ad hoc vide Cyn. in l. 1. C. de ſecun. nup. facit l. ſi quis in bello. §. in ciuilibus. ff. de cap. Sed pone, dicit ſtatutum, quod iuſtitia cõ feſſionalia mandentur executioni de facto, i. executiuẽ ſine ordine cognitionũ. Aliud ſtatutum dicit, quod poſt decẽ annos non poſſit peti executio. Nunquid eccleſia poſſit poſtea petere? vr̃, quod ſi. ſuo priuilegio, vt in c. de quarto, de præſcrip. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. in cõtrarium videtur, quia eccleſia ſe fundat beneficia ſtatuti, vnde totus iſte proceſſus eſt præter ius cõe, & ideo non obſtat exceptio. agat ergo eccleſia poſt decennium via ordinaria, nõ via executiua nam quotiens addimus & detrahimus, &c. vt ff. de iuſt. & iu. l. ius ciuile. & ſic ſtatutum addit circa modum ita detrahit circa tempus præſcrip. imo verius non addit nec detrahit, ſed totum de nouo inuenit. Et idem poteſt ius, quod iudicis taxare omni generi perſonarum, arg. ff. de iure do. l. promiſ. in prin. cum ſua gl. ſic & in tempore accuſandi vel inquirẽdi, vt C. de fal. l. querela. Si. n. clericus vellet accuſare ſecundum formam ſtatuti, non poterit accuſare lapſo termino ſtatuto, & tunc arguo de ciuilibus ad criminalia. ff. de iudicijs l. omnem, & de pœnis. l. abſentem, quod certius eſt ſi ſtatutum adimat iuriſdictio. quod poteſt ſm Iac. in auth. ſtatuimus. C. de ſacroſan. eccl. Sed quid de ſtu. diſpoſitionibus, quod de omnib. poſſeſſionibus debeat ſolui datiũ, gabella & collecta, an eccleſia ſi poſt ſtatutũ acquirat aliquã poſſeſſionẽ teneatur ſoluere collectã, & vr̃ quod non, niſi potius eſſet impoſita, vt ff. ad municip. l. incola: nã mutato perſona domini mutatur conditio poſſeſſionis, vt ff. de publi. l. cit. atio, in ſi. quod eſt verũ. Sed pone, dicit ſtatutũ, quod omnia prædia ſint tributaria, an eccleſia poterit tunc cogi? Reſpon. collecta non imponitur per modũ tributi, ſed imponitur perſonæ per taxationẽ bonorũ, & in perſonã dirigitur obligatio, vt ff. de muno. et hono. l. reſcripto. §. ſi. & ideo quia non vadit p illã viã tale ſtatutũ non officit eccleſijs. Alij dicũt cõtra, nã ſicut tranſit ſeruitus, vt ff. de ſerui. ruſti. præd. l. viã conſtitui §. ſi fundo. ſic & hoc onus, ergo eccleſia habebit res ſuas in extimo laicorum, & erit ſub quodã tributo extraordinario, quod nõ habet certam formam à principio, ſic ff. de omnius lega. l. medico, quod non credo verũ, quia res eccleſiarum ſunt ſeparandæ à ptãte laicorum cum ſint domini io rie, arg. no. per Inn. in c. verum, de foro compe. fol. 82. num. 1. vnum tamen non eſt omittendũ, quod illa ſtatuta dicuntur contra libertatẽ clericorũ, quæ eos timidiores & meticuloſos, & eorũ aduerſarios faciunt audaciores, vt ff. quorum rerũ actio non datur. l. 1. §. quæ honorandæ, ſecundum Bar. vnde non valet illud ſtatutũ, quod de clerico occiſo non ſit pœna, niſi 10. librarũ, nec debebit bonus iudex pati probari cum clericũ, arg. ff de iure. l. prætor. §. 2. ad excuſandas excuſationes in peccatis, nã boni viri intereſt vias malitiis claudere, vt ff. de rei vend. l. in fundo. Tamen in Italia vt hoĩes viuunt, & neſcio qualiter cõtrariũ ſeruatur in multis partibus, vide infra in verbo, renunciamus. in 3. quæſt. Bal.

Eccleſia poteſt pati etiam ſecundum decretum, ita no. Inn. in c. dilecto, de verb. ſignifi. fol. 235. nu. 1. & vide quod no. C. commu. diuidun. in l. ſi. Et ab iſto decreto poteſt appellari ſecundum Inno. ibidem, & ſi iudex non vult adiudicare dominium poteſt adiudicare veram poſſeſſionem & fructus, ſecundum Inno. ibi, quod eſt no. ſatis in arg. l. Lucius & Titia. ff. famil. ercif.

Eccleſia non tenetur ad pœnam in contractu irrationabili promiſſam, ita no. Abbas in c. 2. de precario.

Eccleſia tenetur indiſtinctè, ſi mutuum ſibi factum conuertitur in perpetuam vtilitatem ipſius, ſed in cibis monachorum non tenetur vltra taxam debitam mona. ita tenet Inno. & Abbas in c. penul. de fideiuſ. facit ff. de ali. pup. præſtã. l. ſi. & ff. de exercitoria. l. ſi. Bal.

Eccleſia non vacans poteſt conferri loco, non perſonæ, ita no. Abbas in c. conſuluit, de donatio.

Eccleſia non poteſt fideiuſſoria nomine obligari, ita no. Abb. in c. 2. de ſolu.

Eccleſia parochialis debet habere quartam non ſolum de relictis, ſed etiam de omnibus oblationibus, vt de cereis, & de pitantia, quæ fiet alteri eccleſiæ, vbi corpus ſepelitur, ita no. Abb. in c. in noſtra, de ſepul.

Eccleſia dicitur parochialis reſpectu habitu, non reſpectu actu tantum, ita no. Inn. & Abbas, in c. de multa, de preben. denominatio enim fiet potius ab habitu, quàm ab actu. Bald.

Eccleſia qualiter teneatur ex contractu prælati vel procu. & quis dicatur inſtitor in rebus eccleſiaſticis vel profanis, & de natura ipſorum officiorum indiſtinctè, vide per Inno. in c. quod quibuſdam, de fideiuſ. fol. 162. nu. 3. vide ſupra in verbo, cano. portio, in 1. quæſt.

Eccleſiæ tenentur ad munera patrimonialia, ita no. Innoc. in c. non minus, de immuni. eccle. fol. 189. nu. 5.

Eccleſia põt infligere pœnam corporalem, ita no. Inno. in c. in Archiepiſcopatu, de rap. fol. 212. nu. 2. & de iure can. cauſa criminales poſſũt ex epiſo vltimo ſupplicio, vt ibidem per Inn. & vide omnino ſupra in verbo, ciuitas, in 6. q.

Eccleſiæ hoſpitalium non ſunt exemptæ, ita no. Inn. in c. ad hæc, de priuil. fo. 219

Eccleſia quando eſt exempta, quod ius perdit, tunc epiſcopus ratione exemp. vide per Inn. in c. recepimus, de priuil. fol. eo nu. 1.

Eccleſia vna quando donat alteri in proprios: ſeu, vel vnitur alteri, quid iuris acquiratur, & quid ſi adijciat pleno iure, & an donatarius poſſit eccleſiã donatã obligare, vide per Inn. in c. paſtoralis, extra de priuil. fol. 221. num. 3.

Eccleſia vnita an poſſit impetrare ſeparationem bonorum, vide per Inn. in d. c. paſtoralis, de priuileg. fol. eo. & ff. de mino. l. ait prætor, in ſi. vide ſupra in verbo, cauſa, in 4. quæſt.

Eccleſia non ligat ſub terra, ita no. Inn. in c. mulieres, de ſen. excom. fol. 226

Eccleſia interdum non eſt exempta, & tamen parochiani ſunt exempti, ita dicit Inn. in c. veniens, de verb. ſignifi. fol. 236. nu 8.

Eccleſia habens parochiam dicitur curata, licet de facto ibi nulli ſint parochiani, ita no. Inn. in c. de multa, de preben. fol. 149. in prin.

Eccleſia quando habet collegium, tunc prælatus eius debet eſſe perpetuus, ita no. Inn. in c. in latero. de pb. fol. 150. nu. 1. & ibi plenè vide per Inn. de eccle. mo.

Eccleſia quando dicitur ad aliquem pleno iure pertinere, vide Inno. in c. cum inter, de re iudi. fol. 126. nu. 2.

Eccleſia præſumitur libera vbi non apparet, quod ibi ſit aliquis patronus, habet tamen epiſcopus in ea ius epiſcopale, ita no. Inno. in c. cum venerabilis, de excep. fol. 121. nu. 9. & vide ſupra in verbo, cœmiterium, in 2. quæſt.

Eccleſiã vnã poteſt habere quis titulatã, ſed plures habere põt in comendã, ita no. Inn. in c. cum te, de æta. & quali. fol. 44. nu. 1. vide infra in ver. inoc. in 1. q.

Eccleſia an teneatur ad expen. ex contumacia procur. & an reſtituatur in teneatur ad ipſa, vide per Hoſt. in c. 1. vt li. non conteſt. & vide infra in verbo, ſiſcus, in 1. q. ibi, ſecus in eccleſia, &c. & infra in ver. prælatus, in 1. q.

Eccleſia cognoſcit de qualibet oppreſſione pauperum & de ſacrilegio etiam in dubio, ita no. Inn. in c. cum ſit generale, de foro compe. fol 82. nu. 1.

Effectus attenditur magis quã verba, quãdoq; vel ipſum factũ, quandoq; ecõtra, quia magis verba quam factum ſiue effectũ, ita no. Inn. in c. 1. de bigamis. f. 49

Edictis, vide ſupra in verbo, actio, in 3. & 4. q.

Aedificium ædificare, vide ſupra in verbo, caſtrum, in 2. q.

Edictum generale ſufficit quando neſcitur quæ certa perſona citari debeat, ita no. Inn. in c. per venerabilem, qui filij ſint legiti. fol. 198. nu. 3.

Effuſio ſanguinis quæ dicatur, vide per Inn. in c. cum illorum, de ſen. excõ. fo. 227 ſupra in ver. appel. in 40. q. & ſupra in ver. capitulum, in 2. q.

Electio an poſſint eligi quo ad vnam præbendam, vide per Inn. extra de preben. in c. maioribus. fol. 146. vide ſupra in verbo, admiſſus, in 1. & 3. q.

Electione nunquam acquiritur quaſi poſſeſſio iuris eligendi, niſi electio confirmetur, & ſufficit prima confirmatio in contradictorio iudicio, ita no. Inn. in c. cũ veniſſent, de in integ. reſti. fol. 74. nu. 6. vide ſupra in verbo, crimen, in 2. q.

Electores non transferunt dominium prælaturæ, ſed confirmator ſic, ita no. Inno. in c. ex parte, de offi. fol. 79 nu. 3.

Eligendus eſt idoneior præmiſſo tamen ſemper eo cuius intereſt, ita no. Inn. in c. cũ olim, de teſti. fol. 107. nu. 2. vide omnino infra in verbo, Tyrannus, in 1. q.

Electio dicitur via ordinaria, poſtulatio via extraordinaria, nec fieri quem prælatum ante diſpenſationem, ita no. Hoſt. in c. gratum, de poſtula. præla. alias in c. 2. & vide infra in verbo, poſtulatio, in 2. q.

Electio Papæ de cõſuetudine ptinet ad ſolos Cardinales, & q̃ ſint ſpecialia in electione Papæ, vide Hoſt. in c. licet, de ele. vide infra in ver. impeditus, in 1. q.

Electio quando compromittitur videtur conſenſum de perſona idonea, ita no. Hoſt. in c. cauſam, de elec. & electus à compromiſſario videtur electus à compromittentibus, & debet ſtare electioni, non in emologationis, ſed in electionis, quia ipſimet finguntur elegiſſe. ut ibidem Inno.

Electio vbicunque eſt nulla ipſo iure, licet nondum ſit cognitum de nullitate, non impedit ſecundam electionem, iſtam regulam ponit Inno. in c. conſiderantes, de elec. fol. 20. nu. 2. vide infra in verbo, ſuſpenſus, in 8. q.

Electio canonica non prohibetur propter decretum, ita no. Inno. in c. innotuit, de elec. Hoſt. contra. non tamen decretum eſt de ſubſtantia electionis, ſed concomitantijs, & ſicut apoſtoli non probant appellationem, ſic nec decretum electionem. Hoſt. ibidem, vide infra in verbo, legitimatus, in 4. q. & ſupra in verbo, admiſſus, in 1. q. & ſupra in verbo, confirmatio, in 4. q.

Electio ſi ſit per dolum, an teneatur electus renunciare, ſi alias ſit dignus, vide per Inno. in c. quod ſicut, de elec. fol. 27. nu. 11. vide infra in verbo, reprehende, in 1. q. & ſupra in verbo, conſenſus, in 4. q.

Electio non poteſt celebrari, quando recepit aliquis de his, qui ſunt neceſſarij ad capitulum faciendum, licet recedat licentiatus, ita no. Inno. in c. conſiderantes, de elec. fol. 20. nu. 2. tene menti.

Electio quando caſſatur propter defectum ordinis, ipſe, qui fuerat electus, non ob hoc efficitur infamis, ita no. Inn. in c. cum poſt, in ſi. de elec. fol. 34

Electio eſt canonica, & non requiritur diſpenſatio, licet aliqui ſint contempti, ita no. Inn. in c. ex tuis, de cleri. peregri. fol. 49

Electio integratur ex tribus, ſcilicet de facto electorum, patientia eorum, quorum intereſt, & ex confirmatione ſuperiorum, ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de in integ. reſtitu. fol. 74. nu. 3.

Electores præſumuntur ſcire qualitatem electi, ita no. Hoſt. in c. cũ terra, de elec.

Electiones duæ factæ, quæ ex illis præualeat, vide Hoſt. in c. ad audientiã. de elec.

Electores qui habent ab alio poteſtatem eligendi, eligunt ſuo nomine, non nomine committentium, ita no. Inno. in c. in cauſis, de elec. fol. 28. num. 4. vide infra in verbo, tempus, in 5 q. & ſupra in verbo, annus, in 1. q. & ſupra in verbo, capitulum, in 1. q. & ſupra in verbo, conſuetudo, in 8. quæſt.

Electores nõ poſſunt compromittere de facto electionis factæ, ita no. Inn. in c. dudum, de elec. fol. 23. nu. 3. vide infra in verbo, vox, in 1. quæſt.

Electus à collegio non habet ius excommunicandi, niſi auctoritate epiſcopi, ita no. Inno. & Hoſt. in c. Archidiaconus, de offi. vica.

Electus poteſt renunciare in manibus eligentium ante confirmationem, ita no. Innoc. in c. cum veniſſent, ſupradicto, de integ. reſti. vide bonam glo. in l. legatus. ff. de offi. præſi.

Electus vna vice, an poſſit ad aliam redire, vide per Bart. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publica.

Electo poteſtate an poſſit ab elec. recedi antequam acceptet, vide Bar. in l. abſenti, ff. de donatio.

Epiſcopus, vide ſupra in verbo, ſyndicus, in 1. q. ibi, & eſt notab. q. epiſcopus, &c.

Epiſcopatum acceptans videtur renunciare prima beneficia, ita no. Inn. in c. in noſtra, de reſcrip. & vide ſupra in verbo, Abbas, in 8. quæſt. & infra in verbo, Teſtis, in 46. quæſt.

Epiſcopi & ſimiles, an poſſint diſpenſare cum poſtulatur curam ſe, vide Inn. in c. fi. de poſtula. præla. fol. 19. num. 4. vide infra in verbo, teſtator, in 2. quæſt. & in verbo, Abbas, in 18. quæſt.

Epiſcopus licet non ſit canonicè confirmatus, tamen valent geſta ab eo, & ſufficit hoc ſolum, quod ſit confirmatus, nec exigitur, quod canonicè propter communem vtilitatem & communem errorem, vt ff. de offi. præto. l. Barbarius, ita no. Inn. in c. nihil, de elec. fol. 33. nu. 3. vide ſupra in verbo, Abbas, in 2. q.

Epiſcopus quando permittatur. & quando prohibeatur diſpenſare, vide per Inno. & Hoſt. in c. dilectus, de tẽp. ordi. fol. 44. nu. 2. vide ſupra in ver. caſus, in 13. q.

Epiſcopus diſpenſat etiam in crimine notorio, ita no. Innoc. in c. 1. de corpore vitiat. fol. 48.

Epiſcopi non poſſunt in ordinibus diſpenſare, nec reperitur expreſſum, ita no. Inn. in c. fi. de obli. ad ratio. fol. 50. nu. 3.

Epiſcopi non conferunt beneficia & præbendas de iure communi, Archidiaconi, nec alij prælati nõ conferunt, ita no. Inn. in c. cum ſatis, de offi. Arch. fo. 56. nu. 2.

Epiſcopus tenetur ex facto ſui vicarij, & imputet ſibi, ſi malum vicarium elegit, vide Hoſt. in c. ad hæc, de offi. Arch. & vide ſupra in ver. appella, in 1. q.

Epiſcopalis ordinis quæ dicantur, & quæ auctoritatis epiſcopalis, & quæ iuriſdi. vide Hoſt. in c. dilecto, de offi. Archid.

Epiſcopus non corrigit exceſſus ſuorum canonicorum, quia ſunt pars ſui corporis, ita no. Inn. in c. irrefragabili, de offi. ord. fol. 65. nu. 5.

Epiſcopus quomodo dicatur iudex exemptorum, & non exemptorum, & eorum qui nihil committunt, quod ad ſuum iuriſdictionẽ reuocetur, vide Inn. in c. paſtoralis, de offi. ord. fol. 64. nu. 1. facit in ſimili l. 1. C. de decu. lib. 10.

Epiſcopus ſuum Archiepiſcopum non excõmunicat, licet in ſua diœceſi delinquat, quia eſt inferior eo, ita no. Innoc. in c. cum inferior, de maio. & obe. fol. 68. in nu. 1. Sed extraneum Archiepiſcopum ſic, quia in ſuo territorio maior eſt eo, vt ff. de manumiſ. l. apud eum.

Epiſcopus quando alienat non requiritur decretum ſuperiorum, ſecus quando inferior prælatus, ita no. Inn. in c. ſtatuimus, de tranſac. fol. 69. num. 1. vide ſupra in verbo, auctoritas, in 2. q.

Epiſcopus qui non poteſt habere poſſeſſionem, an debeat conſecrari, vide per Inno. in c. conſtitutus, de appel. fol. 134

Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper reſidentia, quo ad habendos fructus præbendæ, vide Inn. in c. clericos, de cleri. non reſiden. fol. 145. nu. 1. qui dicit, quod ſuper hoc diſpenſare non poteſt, quod tene mente. Item eſt differentia inter conſuetudinem, quæ arctat ad reſidentiam præcisè, & eam quæ cauſatiuè reſpectu præbendæ, vt ibidem dicit, quod eſt no.

Epiſcopus & canonici faciunt vnum capitulum in electione non in iuriſdi. ita no. Innoc. in c. poſtulaſti, de conceſ. præben. fol. 155

Epiſcopus ſine capitulo habet ius inſtituendi & deſtituendi in eccleſiis mino. ita no. Inno. in c. nonis, de his quæ fiunt à præla. fol. 157. Bal.

Epiſcopus cum capitulo ſuo poteſt facere ſtatutum, ita no. Inn. in c. veſtra, de loca. & cundu. fol. 161. quia ſtatuta ſunt ius prætorium & fiunt iure magiſtratus, & ideo actio pœnalis eſt annalis, ſecundum Bar. quod eſt no. Bal.

Epiſcopus quando dat eccleſiam, quid dare intelligitur tunc, vide per Inn. in c. paſtoralis, de dona. fol. 163. num. 1.

Epiſcopus debet præcingere aliquem miniſtrum oratorio, ita no. Inn. in c. auctoritate, de cenſi. fol. 195

Epiſcopus qui concedit monacho curam debet illum remouere, & nõ Abb. ita no. Inn. in c. 1. de capel. mona. fol. 180

Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem an poſſit indicere bellum, vide Inn. in c. quod in dubijs, de pœnit. fol. 223. qui tenet, quod ſic nec eſt irregularis, ſi ex illo bello ſequatur homicidiũ, quia ipſe nõ occidit, ſed lex, niſi ſuo corpore adeſt, vt ff. de ritu nup. l. palam, in fi. Inn. & ſic multotiens faciunt epiſcopi in Alamania guerram cum certis &c. Bal.

Epiſcopus non poteſt indicere laico purgationem, niſi in crimine eccleſiaſtico, ita no. Inn. in c. nos inter, de pœnis, & illud dicitur crimen eccleſiaſticum, quod eccleſia ſuæ cognitioni reſeruat, quod in ſacra re cõmittitur, vt ibidẽ gl. ordi. Bal.

Epiſcopus non debet pati, quod ſui ſubditi obſeruent inutile interdictum, ita no. Abb. in c. quæ ſunt, de his quæ fiunt à maio. par. cap.

Epiſcopus cum maiori parte capituli poteſt prouidere pro vtilitate eccleſiæ de iuribus pertinentibus ad ſingulos ſuper rebus eccleſiæ, ſecus in eo iure, quod pertinet ad ſingulos ratione perſonæ, ita no. Abb. in c. ex parte, de his quæ fiunt à maio. parte capi.

Epiſcopus poteſt citare ſuum clericum in curia Romana, ita tenet Abb. in c. meminimus, de appel.

Epiſcopi eccleſias parochiales poſſunt facere conuentuales ſiue collegiatas, dummodo tamen ad hoc earum ſufficiant facultates, ita no. Abb. in c. quoniam, de vita, & honeſtate clericorum.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare res ad epiſcopatum pertinentes, ſeu conſtantes ſine conſenſu capituli, ita no. Abb. in c. cum veniſſent, de inſtitu.

Error, vide ſupra in verbo, dominus, in 2. q. ſupra in verbo, actori, in 1. q.

Error circa ſubſtantialia reſcripti vitiat ipſum reſcriptum. Item æquiuocatio nominis, ita no. Hoſt. in c. ſuper literis, de reſcrip. facit, quod no. ff. de iudi. l. eum quem temerè. Sed error in accidentalibus, vel error qualitatis, non vitiat, vt ibidem Hoſt. vide ſupra in verbo, citatio, in 40. q.

Error procura. poteſt reuocari vſque ad finem cauſæ, debet tamen error probari, ita no. Inn. in c. penul. de confeſ. fol. 102

Emens granum tempore fertilitatis eo animo, vt tempore inopiæ carum vendat, & lucretur, an ſit peccatum, vide per Inn. in c. multa, de cleri. & mona.

Aetas, vide omnino ſupra in verbo, conducens, in 4. q.

Emanans à delegato non dicitur emanare à ſede Apoſtolica, ita no. Inn. in c. dilecti, de filijs presby. fol. 47

Emenda, vide ſupra in verbo, conducens, in 1. q.

Emendatio, vide omnino infra in verbo, libellus, in 4. & 12. q. circa medium ibi, item vbi libellus non continet, &c.

Emphyteuta poteſt compenſare cenſum, quem habet dare cum alio debito, ita no. Abb. in c. bona fide, de depoſito, quod no. Bal.

Emphyteuta eccleſiæ poteſt purgare moram infra modicum tempus poſt bienniũ, quod modicum tempus eſt vnius menſis vel duorum, ita no. Abb. in c. potuit, de loca. & ff. de iudi. ſi debitori, & de compẽſa. l. fi. & de iure fiſci. l. aufertur. §. qui compenſa. vel eſt 10. dierum, vt ff. de conſti. pecun. l. promiſſo. vel eſt arbitrarium, vt ff. de iure fiſ. l. 1. in fi. & quod no. in ſimili, in l. cum proponas. C. de bo. auctor. iudi. poſ. & hoc in biennio legali, quia tempus quod eſt appoſitum à lege, non impedit purgationem moræ, licet in pœnam fiat tranſlatio dominij, & reuertatur ad eccleſiam ipſo facto, quod eſt mirabile, & contra theoricam Dyn. in l. ſi ſeruus §. ſequitur. ff. de verb. obli. vbi dicitur, quod vbi in pœna fit tranſlatio dominij nunquam locum habet purgatio moræ. Sed in hoc capitulo eſt ſpeciale de æquitate canonica. Sed quid ſi iſtud biennium eſt conuentionale. reſpondeo, idem videtur, quia potius videtur legale, quàm conuentionale; nam per huiuſmodi pactum, quod per omnia deſeruit iuri communi, potius videtur eſſe ius cõmune, quam pactum, vt ff de re iudi. l. 4. §. ſi quis, in gl. ibi, non vtrumque, vbi gl. dicit, quod tempus à iudice ſtatutum, quod conſonat cum tempore legali eſt legale, & quatenus eſt conuentionale, ſeu iudiciale. ſic & hic dicam. nam homo exprimit, quod tacitè inerat, arg. ad idem, ff. de adop. l. ſi abrogator, vbi dicitur, quod ſi prouiſio in teſtamento reducatur, non tamen dicitur prouiſio teſtatu. ſed legis. ad idem facit, quod no. in c. 1. de conſti. lib. 6. vbi no. quod ſi de iure communi fiat ſtatutum, non propterea dicitur ſtatutum, ſed ius commune. ad idem etiam facit, quia etiam pactum ſecundum ius commune debet interpretari, vt ff. de dam. infec. l. inter quos, & l. damni, per Iac. de Are. & pactum publicum, idest ſtatutum loci, vt no. ff. de decre. decurio. in rubr. diſtinguitur, ſecundum ius commune, vt C. de noxa. l. 2. & no. in l. fi. §. in computa. C. de iure delibe. & ſimiliter conſuetudo ſecundum ius commune interpretatur, & diſtinguitur, vt in c. cum dilectus, de conſuetu. quod ſatis dici poteſt, & hoc verum, niſi fuerit appoſitum iuramentum, quia tunc mora non poteſt purgari, vt l. ſi quis maior. C. de tranſa. arg. tamẽ contra, quia periurus auditur & purgat moram, vt C. de bo. aucto. iudi. poſ. auct. & qui iurat, vbi dicitur, quod ille, qui iurauit de iudicio ſiſti, & nõ ſtetit, & propterea paſſus eſt miſſionẽ, tñ auditur refectis ſumptibus & præſtita ſatiſda. de iudicio ſiſti. Solutio, illud eſt propter naturã miſſionis, quæ ideo fit, vt quis tædio affectus veniat reſpõſurus, & ideo nũ mirum ſi veniens auditur, quia ad hoc prouocat. quod no. perpetuo.

Emphyteuta qui infra duos menſes poſt biennium ſatisfacit dicitur celeriter ſatiſfacere, ita no. Abb. in c. ſecundo, de frigi. & maleſ.

Emphyteuſim quam pro ſe, & filiis pater ſtipulatur facit quod filij veniunt, vt adiecti poſt mortem patris, & ideo à domino videntur capere mortis cauſa capionem, & ſic habet locum in ea ius accreſcendi, ſecundum Bar. in l. mortis cauſa capitur, de dona. cauſa mortis, & plenè in l. ſi mihi & tibi, de verbo. oblig. vide in auct. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. & in tit. qui feud. dare poſ. §. 1. per dominum Bald.

Emptio, vide ſupra in verbo, alienatio, in 1. q.

Euangelia, vide omnino ſupra in verbo, crimen, in 4. q. vbi habes, an teſti ſufficiat habere euangelia coram ſe, & in omnibus, vbi requiritur actus euãgeliorum.

Equus, vide ſupra in verbo, Conducens, in 1. quæſt. ibi, non tenetur ad emendam equorum, &c.

Equus ſi per ſe vadit ad brauium ſine puero, an dominus equi debeat habere brauium, vide per Bar. in l. 1. §. item acquirimus, ver. cæterum. de acq. poſ. ubi dicitur, quod debet attẽdi ſta. quia ſi dicit, cuius equus primo venerit ille habeat, tunc habere debet. Secus ſi dicit, qui primo venerit cum equo, &c.

Examinatio, vide ſupra in ver. Abbas, in 3. q. & infra in uer. teſtis, in 44. q.

Examinatio clericorum debet fieri in collatione beneficiorũ, ita no. Inn. in c. quia diuerſitatem, de conceſ. præben. fol. 153. in num. 5. & ita ſeruat curia Romana, & vide infra in uerbo, teſtis, in 25. quæſt. & 44. & ſupra in uer. Cauſæ, in 40. q. & ſupra in uer. citatio, in 28. q.

Executio ſententiæ poteſt fieri etiam die feriata propter meſſes, & cauſæ uniuerſitatum tunc poſſunt terminari, ita no. Inn. in c. fi. de iud. fol. 82. nec debet ſeruari ordo iudiciorum, at ipſe idem no. in c. ex ratione, de appel. circa hæc omnino vide ſupra in verbo, citatio, in 28. q. circa fi.

Executio ſententiæ poteſt fieri non præcedente libello, ita no. Inn. in c. 1. de libelli oblatione.

oblatione.fol.84.nu.4.vide ſupra in ver.Condemnatio,in 4.q.ibi,non fiet executio ſententiæ,&c.& vide infra in verbo,promiſſor,in 1.q.& ibi vide de promiſſionibus,ſeu de executoribus,& vide infra in ver.ſententia,in 37.q.

Executor de quibus poteſt cognoſcere,& quid impediat executionem ſententiæ,vide per Inn.in c.de cætero,de re iudi.fol.126.nu.1.adde,quod ipſe no.in c.dudum,de præſumpt.

Executio alia mera,alia mixta,alia pro parte mera,& pro parte mixta,de quibus per Inn.in c.de cætero,de re iud.fol.eo.& vide infra in verbo,Appellatio,in 39.& 72.quæſt.

Executor licet aliquando de obiectis cognoſcat,ſententiare tamen nunquam poteſt,ita no.Inn.in d.c.de cætero,de re iudi.fol.eo.num.2. vide ſupra in verbo,Appellatio,in 24.quæſt.

Executor non debet probationem recipere ſuper inſtantia cauſæ,imo nec ſuper nullitate,niſi ſint patentes,ſecundum Inno.in d.c.de cætero,de re iud.fol.eo. vide ſupra in verbo,cauſa,in 8.quæſt.

Executor quando dicatur excedere modum,vide per Hoſt.in c.quod ad conſultationem,de re iudi.vide ſupra in verbo,citatio,in 39.quæſt.

Executio quando fit in re iudicata,tertius oppoſitor qui non poſſidet,non auditur,quia in hac ſpecie nulla adhibetur cognitio,ſi autem executio fiat in aliare loco pignorum,non debet conſequi pignus in aliare,& poteſt defeıre tertio allegandi ſe ius habere,ita no.Inn.in c.cum ſuper,de re iud.fol.127.nu.3.ſuper gl.quidam,& ibi etiam vide an tertia perſona poſſit appellare tam poſt ſententiam,quàm ante ab interlocutoria,& an tertia perſona poſſit venire in auxilium actoris ſicut rei,& an tertia perſona directo agendo poſſit impedire execu.ſententiæ ſicut excipiendo,& quod tertia perſona appellans videtur appellare in iudicio,licet citata non fuit.& debet appellare ad ſuperiorem,vide ibi Inn.de omnibus iſtis,& no.Bal.

Executioni ſententiæ poteſt ſe opponere vnus tertius ratione poſſeſſionis,vt l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudi.niſi in ſententia fecerit ſibi præiudicium,vt l.ſæpe,eo.tit.ita no.Inn.in c.cum ſuper,de re iud.fol.eo.& ſic poſſidens excipit contra execu.ſententiæ latæ inter alios.

Executor nec in citatione,nec in alijs actibus tenetur ſeruare ſolitum ordinem iudiciorum,ita no.Inno.in c.ex ratione,de appel.fol.131.nu.1.& ſi appellatio eſt deſerta iudex à quo,etiam ſi non pronuncietur deſerta,nec citet,poteſt exequi ſecundum eum ibidem,item executioni nullus ordo iudiciarius iure præfigitur,& ideo ſi aliquid fecerit non iudicialiter ratione ordinis non ſeruati,no habet neceſſe citare,ſecundum eum ibidem,& non appellat ab execu.propter ordinem iudicij non ſeruati,vt in c.propoſuit,de conceſ.præb.per eundem.

Executio inciuiliter facta per partem mandato iudicis,puta ſolutio debiti non reſcinditur ex ordine iudicis prætermiſſo,vt l.ſi.quod met.cau.& no.Inn in c.2.de in integ.reſti.fuit.n.debita quoad ius,indebita quoad modum,& potius eſt curandum de iuſtitia,quàm de modo,ſecundum Iac.But.Bal.

Executor non poteſt recuſari vt ſuſpectus per aduerſarium,ita no.Inn.in c.propoſuit,de conceſ.præb.fol.152.nu.5.vide ſupra in ver.Appel.in 44.q.

Executor quando poſſit cognoſcere de ſibi oppoſitis,vide per Inno.in c.ad diſſolnen.de deſpon.impub.fol.192.nu.5.

E ecutor cui commiſſa eſt executio tradendi alicui poſſeſſionem,admoto quolibet illicito detentatore,habet cognoſcere quis ſit illicitus poſſeſſor,& hoc faciat iudiciario ordine,niſi in notorijs,ita no.Inn.in c.cũ olim,de priuil.fo.219.nu.2.& C ſi per vim,vel alio modo.l.ſi.Bal.

Executio ſententiæ differtur,ſi ius tertia perſona læditur ex ea,ita no.Abbas in c.cum ſuper,de re iud.ergo donec pendet contradictio,nõ debet fieri executio.num quod reſcindit factum multo fortius impedit fiendum.facit ff.de exeu.tu.l.diximus,in ratione ſui.ſin autem contradictio poteſt fundari ratione poſſeſſionis & ratione proprietatis,nam ſufficit contradictori poſſeſſio vel proprietas,quam debet ipſe contradictor probare,vt no.C.de priuileg.fiſ.l.1.& C.ne vxor pro marito.l.ob maritorum,vbi etiam per Cyn.& ff.de re iudi.l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.& C.de iudi.l.properandum.§.ſin autem reus,& l.1.§.ſi quis ideo.ff.ne vis fiat ei.Item ſufficit,quod contradictor probet ſe corporalem poſſeſſionem detinere,quia qui corporalem detinet,præſumitur poſſidere,vt ff.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoque,& de acq.poſ.l.1.in prin.& no.per Inno.in d.c.cum olim,de priuil. ſol.eodem.

Expreſſio cauſæ non eſt de forma appellationis,nec arctat appellantem,quando appellatur à diffinitiua,ita no.Inn.in c.paſtoralis,de offi.deleg.fol.58.num.4.& ff.de appel.l.ſi.in.Secus quando appellatur ab interlocutoria,ita no.Abbas in c.ex parte,il primo,de teſti.

Expreſſio cauſæ non arctat appellantem,vt l.ſcio.ff.de appel.ſecus in expreſſione qualitatis,arg.ff.de inſti.in.l.qui habebat.vel aliud in prima cauſa,aliud in cauſa appellationis,vt ff quod cum eo l.Titianus,& non allegatum allegabo,& non probatum probabo,ſi à diffinitiua appello,ſecus ſi ab interlocutoria.tamen ſi non appello,ſed reuocari peto contrario imperio omnem cauſam introducere poſſum,ita no.Inn.in c.ſi.de oper.no.nun.fol.218.Idem ſi non appello,ſed peto reſtitu.in integ.vt ff.de minoribus.l.minor omiſſam,& l.præſes.Idem ſi appello à præcepto diffinitiuo,vt ff.de mina.l.aut prætor.§.permittitur.Idem ſi appello à compulſione,quam iudex facit,non admiſſis probationibus meis,nã hoc grauamen aliter reuocari non poteſt,niſi data probãdi copia,vt ff.de re mili.l.3.§.ſi ad idem.ſecus ſi iudex feciſſet mihi facultatem probandi & allegandi,nam tunc quod culpa mea omiſi in cauſa appellationis ſupplere non poſſum,vt c.appellanti,de appel.in cle.& tangitur per Inn.in d.c.ſi.de ope.nu.nun.& tangitur etiam per eundem in c.paſtoralis,de offi.deleg.ſed non ita clarè.tene bene menti iſta,vide omnino infra in verbo,ſententia,in 16.q.vbi habes quæ ſunt,quæ debent ſpecificè exprimi in libello.

Exemplaria multa poſſunt ſumi ex vno originali,ita no.Inno.in c.Albericus,de teſti.fol.109.nu.5.& ſi per aliam manum ſumantur ſunt exemplaria,ſed ſi per eandem manum ſunt pariter originalia,licet protocollũ,prima tamen ſcriptura vocatur,quæ in vulgari dicitur ſecunda,vt in Auth.de tabel.§.ſi.col.4.ff.de teſta.l.vnum,& de leg.2.l.Sempronius Proculo,per Bart.item no.quod prima manus tranſit in ſecundam,ſecunda autem non tranſit in tertiam,i.in exemplum exempli,ne ſit procedere in infinitum,nec teſtis recipitur de auditu auditus.C.de diuer.reſcri.l.ſi quæ,per Cyn.& Ricar.Malumb.

Exempti habentes populum debent habere cathedram,& de ratione populi tenetur ire ad ſynodum,ita no.Inn.in c.quod ſuper,de maio.& obed.fol.67.vide ſupra in verbo,cenſus,in 2.quæſt.

Exempti an poſſint in criminibus & in contractibus conueniri ſub ordinario,vide per Inn.in c.recepimus,de priuil.fol.219.nu.4.& in auth.quæ in prouincia.C.vbi de crimi.agi opor.Inn.hodie eſt caſus in c.1.de priuil.lib.6.

Exemptus ratione rei non exemptæ ſubeſt ordinario,ita no.Inn.in c.cum capella.de priuil.fol.220.nu.3.& ſic ſi forenſis conuenitur ratione poſſeſſionis,vbi poſſidet,vt C.vbi in rem actio.l.ſi.ſed non ratione perſonæ,nec mixta ratione,vt l.reſcripto.§.ſi.de mu.& hono.Bal.

Exemptio capitis licet probetur,non propter hoc probatur exemptio mẽbrorum,ita no.Inn.in c.ex ore,de priuil.fol.eo nu.2.arg.ff.de adop.l.liberorum.

Expuli te de poſſeſſione,tu poſtea turbas me in poſſeſſione,egi contra te,vt imponatur tibi ſilentium:probaui me poſſidere,& tu probaſti me vi poſſidere à te.Quæritur,an mihi ſuper petitione,an tibi ſuper moleſtatione ſit ſilentium imponendum.& videtur quod mihi,ne petam,quia non habeo interdictũ vti poſſidetis contra te,quem vi deieci,vt ff vti poſſidetis.l.1.in ſi.Præterea tibi datur actio contra me,multo fortius defenſio,vt l.1.§.quod ait.ff.de ſuperfi.In contrarium,quia tu mihi vim inferre non potes,niſi incontinenti,vt C.vnde vi.l.1.ergo ſi vim de facto facis,prohiberi debes,vt ff.de offi.procu.Cæſa.l.ſi.& de vſufru.l.æquiſſimum.Item violentus poteſt agere de violentia non à ſe,ſed in ſe commiſſa,vt no.ff.de fur.l.itaque fullo.Solutio,dicunt quidam,quod violentus poteſt imme... officium iudicis,non interdictum vti poſſidetis.Sed Inno.dicit,quod etiam interdictum vti poſſidetis,niſi de vi excipiatur ante litem conteſt.ſi enim excipit reus,quod ſpoliatus ante omnia debet reſtitui,audiendus eſt.Si non excipit,prohibendus eſt à moleſtia facti,ſecundum Inn.non tamen plenum habebit interdictum vti poſſidetis,nec conſequenter perſonales præſtationes propter regulam,dolo facit,&c.Et licet iudex imponat ſilentium ſuper turbatione,tamen expulſus poterit agere in iudicium,quia intelligitur expulſus à moleſtia facti,non iuris,ſecundum Inn ſententiam enim qua imponit ſilentium non imponit illud,quod requirit natura iudicij.Vnde ſilẽtium impoſitum in poſſeſſorio retinendæ non excludit poſſeſſorium recuperandæ,& facit ff.de poſtulando.l.Imperator,& ff.de lib.leg.l.Aurelio.§.centum,in gl.ordi.ita no.Inn ſed non ita clarè in c.veniens,de præſcr.fol.125.quod no.Bal.

Expulſus licet proteſtetur quando expellitur,tamen non retinet poſſeſſionem,ita no.Inn.in c.cum veniſſet,de in integ.reſti.fol.74.nu.2.& ſic intentans interdictum vnde vi,perdit poſſeſſionem ſi quam habebat ſecundum eum,etiam ſi congreget exercitum propter eã recuperandã,vt ipſe no.in c.olim,de reſti.ſpol.

Exceptio duplex oritur ex iuramento,ſ.declinatoria & peremptoria,ita no.Inn.in c.cum veniſſent,de inſtitu.fol.152.nu.5.

Exceptio rei iudicatæ opponitur ante litem conteſt.ita no.Abbas in c.teſtimonium,de re iudic.

Exceptio banni ſi non admittatur ante litem conteſt.iudex debet eam reſeruare,& interloqui ſine præiudicio ſententiæ banni,arg.ff.qui po.in pig.hab.l.Claudius,ſecus ſi de ea fuit plenè cognitũ,ita ſentit Inn.in c.venient,de accu.fo.202 & vide per Cyn.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vtil.publ.Bal.

Exceptione oppoſita ab altera partium,iudex debet interloqui,an admittat prædictam exceptionem vel ne,quia ſententia ſuper excep.debet ferri,ita no.Abbas in c.ſi duobus,de appel.

Excipere poteſt quilibet de crimine contra illum,qui debet promoueri ad curam animarum,ſed non de forma,ſed ſi non habet curam,nec de crimine,nec contra formam auditur,niſi cuius intereſt,puta quod eſt futurus ſuus prælatus,ita no.Inn.in c.ſuper his,de accuſ.fol.202.nu.7.vide ſupra in ver.Accuſatio,in 2.q.

Exceptio ſemel oppoſita ad eludendum reſcriptum,& reiecta,ſi ex eodem reſcripto ad aliud agatur,tamen iterato opponi non poteſt,ita no.Inn.in c.cum dilectus,de purga.cano.fol.222.in num.5.quod no.& vide ſupra in verbo,Admiſſus,in 4.& 8.quæſt.

Exceptio dilatoria ſolutionis poteſt opponi in cauſa appellationis,ita no.Abb.in c.cum Ioannes,de fide inſtru.& vide ſupra in ver.Appel.in 38.q.

Exceptio excommunicationis,quandoque eſt peremptoria,quandoque dilatoria,vide quod no.Abb.in c.exceptionem,de excep.

Exceptio nulla obijci poteſt ante libellum porrectum,ita no.Inn.in c.conſtitutus,de procu.fol.72.nu.1.quod tene menti.Bal.contrarium no.in l.ſi.C.de excep.

Exceptiones contra iuriſdictionẽ & aliæ exceptiones declinatoriæ,quo ordine ſint opponendæ,vide per Inn.in c.inter monaſterium,de re iud.fol.129.num.2.& per Bar.in l.quidam conſulebat,ff.de re iudi.vnde dicit ibidem Inn.quod oppoſitis alijs excep.exceptio recuſationis iudicis non poteſt opponi.quod tene menti.

Exceptio licet ſit reprobata in cauſa principali,nihilominus opponitur in cauſa appellationis,ita no.Inn.in c.quod ad conſultationem,de re iud.fol.126.num.4.

Exceptionibus contrarijs quando liceat vti,vide Inn.in c.auditis,de ſſ.ri.fo.123

Excipiens magis dicitur negare,quàm confiteri,ita no.Inn.in c.cum venerabilis,de excep.fol.120.nu.2.lex tamen exceptionem aſſertionem vocat,vt C.de temp.appel.l.ſi ec hanc.tutius tamẽ eſt excipienti expreſſè negare.Item no.quod refert propter quod exceptio iudex pronunciet,vt ff.de euict.l.ſed & ſi vti inſque.quod nota.

Excipiendo

Excipiendo poteſt quis litem conteſtari, ſi vult, ita no. Inno. in c. cum venerabilis, de excep. fol. eo. num. 1.

Exceptio declinatoria & dilatoria, quia parum faciunt, debent opponi ante li. conteſta. vel tum, ſ. in conteſtatione litis. & qui diſſulis opponere. præſumitur poſtea malitioſè opponere, ita no. Inn. in c. paſtoralis, de excep. fol. eo. num. 3. & ideo dicit ipſe ibi, quod ille qui opponit hodie vnam exceptionem, & cras aliã, iſto talis eſt malitioſus, vel quærit ſubterfugia, & ideo ſtatuitur terminus ad opponen. ſecundum Inno. idem ſi quis ſæpius producit teſtes, vt in Auth. de teſtibus. §. quia vero, col. 7. qui poſſunt produci ſine dilatione vſque ad aperturã teſtium, ſed cum dilatione vſque ad peremptorium, & infra peremptorium vſque ad quartam teſtium productionem & editionem de nominibus teſtium, ſic ff. de arbi. l. non ex omnibus. eſt etiam alia ratio primi dicti, quia exceptiones declinatoriæ ſunt quædam præludia iudiciorum, tene menti. Bal. & no. ex prædictis de tempore opponendarum excep.

Exceptio dilatoria ſolum non impedit litis conteſta. ſuper negocio prin. ita no. Inn. in c. paſtoralis, de excep. fol. eo. vide omnino infra in ver. Roma, in 4. q. in fi.

Exceptio peremptoria quæ poteſt ſimul eſſe vera cum negocio prin. poteſt probari per teſtes poſt dicta teſtificata, vt exceptio pacti. Secus ſi ſit adeo contraria, quod non ſit compaſſibilis cum facto princ. nam tunc non poſſunt recipi teſtes, quia eſſet ſuper eodem, maximè cum debeant deponere teſtes pro vtraque parte, extra de excep. falſi. niſi indirectè proban. quia tũc eſt nouum cap. ita no. Abb. in c. 1. de teſti. niſi fortè per reſti. in integ. nam ſi poſt ſententiam poteſt peti reſti. in integ. ergo & ante: nam annalis eſt iſta cauſa reſti. in integ. Alij dicunt, quod niſi dicantur teſtes corrupti non poteſt quæſtio refricari, ſed iſta fuit opi. Placen. reprobata per Accur. tene menti iſta. Bal.

Exceptiones peremptoriæ in iudicio poſſeſſorio oppoſitæ non impediunt proceſſũ, ita no. Innocen. in c. ex parte, de foro compe. fol. 83. nume. 2. vide ſupra in ver. Aduocatus, in 8. quæſt.

Exceptio quam quis offert ſe ſtatim probare, non impedit litis conteſtã. niſi excõ. notoriè appareat, ita no. Inno. in c. ſi de libelli oblatione. fol. 85

Exceptio obreptionis impedit proceſſum literarum obreptitiarum, non aliarum, licet impediat ex abrupto, ita no. Inn. in c. exceptionis, de litis conteſt. fol. 85

Exceptio pacti de non petendo non impedit proceſſum niſi in pacto interuenerit iuramentum, quia exceptio iuriſiurandi etiam ſi in contractu ſit iuratum, impedit proceſſum, ſed exceptio pacti de non agendo impedit proceſſum, quia eſt pactum factum ad lites excludendas, cum demum in iudi. agitur, ſed pactum de non petendo eſt magis excluſiuum obl. quàm litis, quia etiam extra iud. petitur ſecundum Inn. in c. 1. de litis conteſt. fol. eo. contra quem facit ff. de peculio. l. ſi poſtea. ergo pactum de non mouenda quæſtione impedit proceſſum: abſit enim quod exceptio peremptoria impediat, ſed ex eodem facto duæ oriuntur excep. ſ. declinatoria & peremptoria, & declinatoria eſt illa, quæ impedit non peremptoria, quod eſt no. Bal.

Exceptio eadem ſubreptionis poteſt bis opponi iuriſdic. & gratiæ, quia opponitur ad diuerſa, ita no. Inn. in c. ſuper literis, de reſcri. fol. 8. nu. 11. vide infra in verbo, libellus, in 12. q. ibi, nec reperio, &c. Bal.

Exceptio criminis vel irregularitatis appoſita contra electum habet vim accuſ. & debet lis ſuper ea conteſtari, ita no. Inno. in c. ſuper eo, de elec. fol. 21. idem no. ibidem Hoſtien.

Exceptio procuratoria non poteſt opponi vero procuratori poſt litem conteſt. tamen iudex ne in caſum incidat, poteſt mandare procuratori, vt producat mandatum non productum iterato, ſi non erat in act. regiſtratum, ſed iudex ſi non habet, nec habere poſſet de facili inſtrumentum, quia ipſum perdidit, & dominus eſt in partibus remotis, tunc iudex procedet interim, nec retractabit propterea proceſſum, quia iudex non debet ſupplere contra veritatem, ſed pro veritate, ita no. Inn. & Io. And. in c. ſtatutum, de elec. tene menti.

Exceptio declinatoria iuriſdic. quando eſt talis quæ reddit iudicium nullum, ille cui competit poteſt eam opponere à principio coram eodem iudice, vel poſt ſententiam coram iudi. de nullitate. & licet non valeat diffinitiua contra contumacem, tamen ille qui prima facie habet iuriſdi. poteſt mulctam imponere. Si autem exceptio reddit nullum retro proceſſum, vnde debet opponi à principio, tunc ſiue competat in priuilegium, ſiue de iure communi, debet opponi coram eodem iudice, etiam ſi exceptio contineat crimen vel infamiã & ſi iudex grauet opponentem, tunc appellet ſecundum Inn. ergo ſemper coram eodem iudice opponenda eſt declinatoria, etiam ſi crimen tangit infamiam vel condemnationẽ iudicis, nam infamia vel crimen non perimit ipſo iure iuriſdi. ſed elidit, ita demum ſi opponatur, ergo ſi non eſt obiectum, non reddit iudicium nullum. Item iudici ordinario non poteſt obijci infamia. ſed ſolummodo admonitio. ſed contra delegatum poteſt opponi infamia etiam ſine alia admonitione, non tamẽ poteſt opponi crimen ſine infamia iuriſd. vt quod ſit adulter vel homicida, ita no. Inn. in c. cum ſuper, de offi. deleg. fol. 55. nu. 3.

Exceptio adulterij vel homicidij repellit iudicem, ita no. Innocen. in d. c. cum ſuper de offi. deleg. fol. eodem.

Exceptio manifeſtæ offenſæ, an impediat abſolutionem fieri, vide Inn. in c. coram, de offi. deleg. fol. 59

Exceptio quæritur inuito, ergo ignoranti, ita no. Hoſt. in c. cum pridem, de pac.

Exceptione non dicitur actor propriè, ita no. Inn. in c. 2. de ord. cog. fol. 90. num. 6. niſi quo ad onus proba. quando exci. pit affirmatiuè, vel iure agat.

Exceptio in multis caſibus opponitur non agenti, quos vide per Hoſtien. in c. 2. de ordine cogni.

Exceptio de eo, quod non peruenit ad violentum, eſt cauſalis ſicut actio, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de ord. cog. fol. 92. fa. C. de excep. l. licet.

Exceptio ſi obtineat ſuper iudicio exceptionis, & iterum vult agere, debet iterato probare, ita no. in c. 2. de ordi. cogni.

Exceptio ſpolia. obſtat, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, ita no. Inn. & Hoſt. in c. ſuper, de ordi. cog. fol. eo. & ſic exceptio ſpol. obſtat agenti interdicto retinendæ poſſeſſionis, ſecundum eos.

Exceptio compenſa. poteſt obijci etiam ante ſententiam, quia durat actio, ergo & exceptio, ita no. Inn. & Hoſt. in d. c. cum ſuper, de ord. cog. ſecus in exceptionibus quæ non habent fundamentum actionis, facit ff. de compenſa. l. ſi cum. §. 1. & C. de compenſa. l. 2. Bal. vel potes ſic dicere per alia verba, qui in exceptione ſuccumbit, non propterea ab agendo repellitur. Fallit in exceptione compenſa. quia qui compenſat, exigit, & petitio, & compenſatio vi parta iudicantur, vt l. amplius. ff. rem ratam habe.

Exceptionum tres ſunt ſpecies, quia quædam opponuntur iudicio, quædam condẽnationi, quædam executioni, quæ non veniunt ex eadem cauſa, ex qua pronunciatum eſt, ſed ex alia, ideo poſſunt poſt ſententiam opponi, ita no. Inn. in d. c. ſuper, de ordi. cog. fol. 91. nu. 2.

Exceptio motiui canonicæ electionis non ſuſpendit effectum confirma. ita no. Inn. in c. cum olim, de can. poſ. & proprie. fol. 93. nu. 3.

Exceptionem peremptoriam non opponens ſibi præiudicat, & contumax non auditur appellans, ita no. Inn. in c. audito, de reſti. ſpol. fol. 94. num. 3. Et intellige contumax, ſcilicet non veniendo, quia videtur cedere liti habendo eam pro derelicta, nam qui contrahit hæremodicium, quod contrahitur ſolum per contumaciam dicitur litem deſerere, ſecus in contumacia in non reſtituenda, quia nõ contrahitur hæremodicium pro hoc ff. de appel. l. eceditor. §. iaſſus. Et per hoc dato, Titius fuit citatus, quod veniat ad producendum teſtes, fuit verus contumax, appellauit, vult in cauſa appellationis producere teſtes, an poſſit. Reſpondeo, ſi fuit fictus contumax, ſic. Si verus, & tunc aut non venit, & tunc appellatio ſibi non patrocinatur, quia non debet ſibi opitulari: aut venit, ſed non produxit, & tunc poteſt, vt ff. de temp. appel. l. per hanc, quod no.

Exceptio peremptoria petitionis non poteſt examinari ante litem conteſt. ita no. Inn. in c. prout, de dolo & contu. fol. 98. nu. 1. nec eſt neceſſe, quod iudex interroget, vt ibi no. ſed exceptio ad perſonam repellendam debet opponi & examinari ante litem conteſt. non poſt, ſecundum eum ibidem.

Exceptio falſi non retardat execu. ſententiæ, ita no. Innoc. in c. licet, in fi. de proba. fol. 104. num. 8. facit l. ſatis. C. de falſis, tamen contrarium tenet Abbas in c. de cætero, de re iudi. vbi dicit, quod oppoſita iſta exceptione falſi, executor debet ſuperſedere. Bald.

Exceptio criminum quando admittatur contra teſtem, & quando non, vide per Inn. in c. ex parte Adæ, de teſti. fol. 105. no. 3.

Excommunicatus poteſt exercere temporalia, non ſpiritualia, idem in ſuſpenſo. & ideo non habet ius eligendi, ita no. Inn. & Hoſt. in c. cum dilectus, de conſue. tamen circa primum tenet Abbas contrarium, in c. ex tua, de ele. non reſi. vbi dicit, quod licet quis ſit excommunicatus, non propterea remotus eſt ab adminiſtratione ſpiritualium. Bal. omnia enim temporalia facta per excommunicatum valent, vt hic, & in c. ſi verè, de ſen. excom ſecundum eundem Inno.

Excommunicatus occultus non poteſt eligere nec eligi, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de conſue. fol. 16. num. 4. vide ſupra in verbo, Appella. in 10. quæſt. & infra in verbo, Teſtis, in 44. quæſt.

Excommunicatus non eſt membrum vniuerſitatis, ita no. Innoc. in c. illa, de elect. fol. 30. nu. 3. vide ſupra in ver. Actor, in 7. q. & ſupra in ver. Appel. in 20. q.

Excommunicare & ſuſpendere eſt iuriſd. non autem eſt de cura animarũ, ita no. Hoſt. in c. dudum, de elec. vide omnino infra in ver. ſententia, in 25. q.

Excommunicatio non currit, niſi finito termino dato ad ſoluendum, non ante, ita no. Inn. in c. P. & G. de offi. dele. fol. 61. nu. 2. ſed inopia excuſat debitorem ab excommunicatione vel interdicto, ſecundum eum ibidem, quod no. Adde quod no. ipſe idem in c. præterea, de appel. vbi dicit, quod quomodocunque creditor reputet ſibi ſatisfactam eſſe in termino, quo debebat ſibi ſolui, non erit debitor excommunicatus, quod no.

Excommunicatio nec interdictum non poſſunt venire in pactum, quia pertinet ad poteſtatem clauium, non ad poteſtatem priuatorum, quia conſenſus eorum nihil operatur, ita no. Innoc. in d. c. P. & G. de offi. deleg. fol. eod. vide in verbo, Sententia, in 25. quæſt.

Excommunicati non poſſunt exercere ſpiritualia, nec etiam iudicialia, nec etiam poſſunt præſtare auctoritatem, alia poſſunt, ita no. Inno. in c. conſulti, de procura. fol. 72. num. 1.

Excommunicatio probata in modũ exceptionis, quid operatur, vide Inno. & Hoſt. in c. 2. de ordi. cogni.

Excommunicatus poteſt facerẽ procuratorem ad negocia, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de conſue. fol. 16. & in c. cum dilecti, de dolo & conta. fol. 99. vide ſupra in verbo, Appel. in 22. quæſt.

Excommunicatus nõdum denunciatus vel publicatus adminiſtrat ſpiritualia, quæ ſunt facti, & prælaturam & canonicatum confert, ſ. ratione publici officij, non tamen eligit, quia eligere eſt iuris canonicalis non publici, ſecundum Innoc. in c. cum dilectus, de conſue. fol. eo. & in c. cum dilecti, de dolo & conta. fol. eo.

Excommunicatus poſtquam eſt abſolutus non repellitur à teſtimonio, nec excommunicatus æquiparatur exauctorato, quia non ratione delicti excommunicatur ab homine, ſed ratione contumaciæ, ſed à iure bene excõicatur ratione delicti, ſecundum Inn. habita diſtinctione, ſeu diſcretione vtrum pœna excõicatio nis appoſita ſit conſti. affirmatiuè, vel non, vt no. per Innoc. in c. extirpanda, de præb. fol. 150. num. 2. & ideo per excõica. hominis non probatur crimen, quia crimen non eſt cauſa immediata excommu. ſed contumacia, ita no. Inn. in c. teſtimonium, de teſti. fol. 110. vide omnino ſupra in ver. Caſus, in 2. q.

Excommunicatus repellitur etiam ab accuſatione excommunicati, nec poteſt replicari,

plicari, tu non es audiendus, quia es excommunicatus, & ſic legitima defenſio reſeruatur, ita no. Inno. in c. à nobis, de excep. fol. 120. & eſt caſus ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. §. belliſſimè, ſecundum eum. Ex hoc ergo nu. quod ſi excommunicatus offendit excommunicatum melior eſt conditio delinquentis. A ſimili etiam videtur, quod ſi exbannitus bannitum occidit, nam bannitus dicetur diffidatus, & ei ius ciuile non patrocinatur, vt C. de epiſ. & cle. auth. item nulla communitas. item nihil ad nos de his quæ foris ſunt, ſed banniti ſunt foris & quaſi transfugæ ſunt. ff. de ca. dimi. l. amiſſione. §. 1. Item intereſt reipublicæ, quod vnus exbannitus alium occidat, nec ex hoc reſpublica offenditur, imo tutior fiet eius ſtatus morte malorum hominum, vt ff. de offi. præſi. l. congruit, in 2. reſponſo. l. ſi. ibi, pro quieta communi, &c. C. quando lice. vni ſe ſine iudi. viod. Item in pari cauſa melior eſt conditio rei. ff. de verb. obl. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. Item facit optimè ff. ad l. Iul. de ambi. l. 1. ver. quæ. vbi premium non pœna imponitur vendicanti. in cõtrarium facit, quia ille qui occidit, videtur tractare de lucro, eo quod voluntatem ſuam complent, vt ff. de condi. ob cauſam. l. pen. in gl. magna. Sed pars aduerſa de damno plorat, alias certat, ergo magis fauendum eſt certanti de damno, vt nu. in l. apud. §. Marcellus, de excep. doli. Item vtroque exiſtente bannito, ne ncr quo ad intereſſe pro bannito eſt habendus, vt C. de hæreti. l. quoniam, & de inoffi. teſt. l. in arenam. Item poſſe occidere impune, eſt beneficium quod non videtur poſitum, nec cõceſſum: nam verba generalia reſtringuntur, nec in eis odioſi comprehenduntur, vt ff. de leg. 2. l. Lucius. nam ſolum videtur de his cogitatũ, qui non offenderunt. eo. tit. l. cum quidam, & l. ſi quis. §. inter. Item occidere bannitum eſt quædam executio iuſtitiæ, & iſta non videtur commiſſa priuatis ciuilitate, arg. ff. de fideiuſſoribus. l. liberta, & l. Lucius. quibus ſtatutum non patrocinatur, vt no. in ſimili per glo. C. de hæredi. inſti. l. 1. & per Iac. de Are. ff. ad Trebel. l. ex facto. & facit C. de malefi. & mathe. l. ſi Item non eſt nouum, quod vindicta alicui conceditur, & alteri cuius non intereſt, denegatur, vt C. de adulteriis. l. Gracchus, & no. in l. cum fundus, de vi & vi arma. facit optimè, quod no. ff. de iuſt. & iu. l. vt vim, in gl. ordinaria. Solutio, exbannitus habetur pro mortuo tanq; cum in banno poſitus eſt, & ideo mors erat naturalis poſtea vindicanda non eſt, quia ſolus mortuus antequam occidatur non patrocinatur, i. fugitur non occiſus, vt no. in l. 1. qui accuſa. non poſſ. de hoc di., vt l. cum mulier. ff. ſol. matri. per Iac. de. Are. & Bar. ſed quid ſi aliquis occidit bannitum in loco ſecuro, puta in eccleſia, vel extra territoriũ, à quo exul eſt, an occiſator impune? & videtur quod ſic, quia bannum inhæret oſſibus ſicut lepra, & excommunicatio, vt no. ff. de poſtulando. l. ex ea. & patet de illo ex alaute, nam exul dicitur, & eſt vbicunque moretur, vt ff. de orig. ior. l. 2. & de hæredi. inſti. l. ex facto, ad ſi. In contrarium videtur, quia iſta executio extra territorium concedi non potuit, vt l. cũ vanus, §. his qui, de bo. auct. iudi. poſ ſa. & C. de his, qui ad eccleſias confu. l. præſenti, & ff. de æd. l. edic. l. quid ſit fugitiuus. §. idem Celſus. Solutio, quo ad ciuitatem vnde bannitus eſt, certè factus eſt transfuga & vbique locorum poteſt occidi, vt ff. ad l. Corn. de ſica. l. 2. §. transfugæ. & ideo iudex illius terræ non poteſt hoc factum punire, quia non refert à quo fiat, nec vbi ſint. Sed quo ad illam ciuitatem de qua non exbannitus eſt, non fiet impune, quia fiet iniuria illi ciuitati, eo quod ad ſtatuentes pertinet habere liberas ædes. & eſt arg. ad hoc extra de verb. ſign. c. ex parte in Chriſto. Item licet eccleſiæ ſuſpenſa ſint organa propter loci religionem, non tamen punitur, vt homicida, nec in iſta ſpecie criminis etiam ab eo, qui ſeruare debet bannum, vt no in d. l. ex ea, & in c. 1. de offi. ordina. & per Inno. ſed vt violator eccleſiæ. Bal. Sed quid e contra, bannitus de Peruſio, Peruſinum Aſſiſij occidit, an poterit condemnari Peruſij? & videtur, quod non, quia bannitus pro forenſe habendus eſt, non pro ciue, vt d. l. amiſſione. §. 1. ff. de capi. dimi. Et ſic nõ videtur ſubiectus nec ratione perſonæ, nec ratione loci, ergo non põt contra eũ procedi, quia durant principia inſeparabilia quo ad odium ſuum, vt ff. de mia. l. Papin. exuli, & de pollicita. l. de pollicita. & facit, quod no. in l. ad cognitionem. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. iura vero naturalia immutabilia ſunt, ſtatutum vero de accidentali, & ſeparabili ciuilitatis, vt ſi quis per ſtatutum ſit factus ciuis, nam non eſt ciuis, tamen quo ad ciuitatem ſeparabilem quam perdit per bannum ſolum, ergo & ſpecies ciuilitatis ſunt diuerſæ, vt C. de incolis. l. ciues. ergo ciuis eſt iſte factus, ſ. per ſtatutum ante exilium. & hoc nomen ciuis ſimpliciter prolatum non continet ea, quæ ſunt propriè & fictè dicuntur, vt ibi, ſed ea quæ verè & propriè. ſic enim ſtatutum poteſt facere quem verum ciuem, quod ars & natura ſemper imitatur ad potiora & perfectiora, vt C. de latina liber. tollen. l. 1. in prin. verbum enim ſimpliciter prolatum, ſimpliciter intelligendum eſt in ſuo potiori & meliori ſignificatio, vt l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condi. indebi. & l. cum qui. §. ſi mulier. ff. de iureiur. & ibi no. & tene menti iſta perpetuo.

Excommunicatus quando poſſit intereſſe in iudicio, & quando non, vide Innoc. in c. inter, de ſen. excom. fol. 227

Excommunicatus etiam ſententiam pro ſe latam non poteſt petere executioni mãdari, ita no. Inn. in c. venerabilem, de excep. fol. 122

Excommunicatus poteſt proſequi cauſam app. ita no. Inn. in c. ſignificauit. de ſen. excõ fo. 226. & ſic procu. qui effectus eſt excommunicatus, proſequitur nihilominus cauſam appel. quia ad hoc tenetur domino, ſecundum eum ibidem.

Excommunicatus poteſt compelli agere, licet ſponte non admittatur, ita no. Inn. in c. excep. de ſen. excom.

Excommunicatus ſi non timet ingerens ſe diuinis, non incurrit irregularitatem, ita no. Ino. in c. ad præſentiam, de appel. fol. 132

Excommunicatus ſi ab ipſa ſententia excommunicationis appellat pendente appellatione interim vitandus eſt à iudicio, nec debet admitti, ita no. Inn. in c. ſæpe, de appel. fol. 134. nu. 5. ſed ipſe no. contrariũ in c. ſolet, de ſen. excõ. fo. 233 nu. 9. vbi tenet, quod non debet vitari pendente appellatione, vel cauſa nullitatis facit ff. de infamibus. l. furti. §. 1. & in l. ſi. C. de ordi. cog. Et an facta per eum valeant, vide per Inn. in d. c. ſæpe. Ratio primi dicti poteſt eſſe, quia propter appellationem ſententia excommunicationis non ſuſpẽditur, vt ipſe idem no. in c. ad hæc, extra de appel.

Excommunico omnes, qui contradicunt, quæritur an iſta ſit ſententia vel conſti. vide per Inn. in c. pro illorum, de præben. fol. 148. nu. 3.

Excommunicati nominatim vel interdicti, qui dicantur, vide per Inn. in c. in Lateranenſi, de præben. fol. 150. no. 1.

Excommunico Titium cum ſuis fautoribus, Titius eſt nominatim excommunicatus, alij vero non, & ideo non ſunt vitãdi, niſi ſit notorium, quod ſint fautores, ita no. Inn. in d. c. in Lateranenſi, de præben. fol. eodem.

Excommunicatio poteſtatis vel capitanei, vel alterius officialis vel vicarij, non tranſit contra eius ſucceſſores, ita no. Inn. in c. aduerſus, de immu. eccl. fol. 189

Excommunicati vel ſuſpenſi qui celebrant, an ſint irregulares, vide Inn. in c. ſi celebrat, de cle. excom. mini. fol. 215. no. 2.

Excommunicatio non fertur, niſi pro contumacia, ſecus in ſuſpenſione, ita no. Inn. in c. 1. de exceſ. præla. fol. 216

Excommunicati qui dicuntur à canone ipſo facto, vide Inno. in c. ſuper eo, de ſen. excom. fol. 225. nu. 2.

Excommunicato quando quis dicatur communicare, vide per Inn. in c. nuper, de ſen. excom fol. 227. nu. 3.

Excommunicatus an quis poſſit pluries eſſe, dic quod pluries numero, quia ibi in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc, & infamis infamior eſſe poteſt, vt l. 2. C. de intra cer. tempus. tamen prima excommunicatio traxit ſecum ſuum effectum primo, adeo quod aliarum effectus interim occultatur. Quidam dicunt quod quis poteſt infamari ex plurib. cauſis ſucceſſiuis, ſicut dicimus in dominio, vt l. 2. §. ex pluribus. ff. de acq. poſ. Sed veritas eſt, quod ex pluribus excommunicationib. quis poteſt eſſe tentus, & ſi abſoluitur ab vna, non eſt propterea abſolutus ab alijs, ſed poſtea cum ab alijs abſoluitur præcedens ſolutio confirmatur, vt ff. communia prædio. l. ſi ita no. Inn. in c. cum pro cauſa, alias pro cauſa, de ſententia excom. fol. 227. num. 2.

Excommunicatus quando debet vocari ad elec. fiendam, & quando non, & quando poteſt intereſſe, & quando non, vide per Innocen. in c. ſolet, de ſententia excommu. fol. 232. num. 9.

Excommunicatus non prohibetur teſtari, niſi pro anima, ita no. Inn. in c. cum deſideres, de ſen. excom. fol. 226. & per Arch. in c. pront, de ſen. excom. lib. 6.

Excommunicati non poſſunt ſepeliri in eccleſia prope cœmeterium, ita no. Abbas in c. ſacris, de ſepultu.

Excommunicato confeſſo de ſuis peccatis non poteſt interdici ſepultura, licet non ſatisfecerit, ita no. Abbas, in c. ſi. de ſepul. & tene menti.

Excommunicatio lata in exemptos non tenet etiam ſi excommunicatus ſit in poſſeſſione excommunicandi, ita no. Abbas, in c. dilectus, de relig. domi. quod eſt no. pro religioſis, qui ſunt exempti. Abbas.

Excommunicatus non poteſt ſe defendere per procuratorem excommunicatum, quia excommunicatus non poteſt eſſe procu. etiam rei, ita no. Abbas, in c. venient, de teſti. Ratio eſt hæc, quia videtur defenſio voluntaria in proce. ſed in ipſo principali excommunicato eſt defenſio neceſſaria. & vide per Bart. in l. cum mulier. ff. ſolu. matri.

Expenſæ quæ petunt per condi. ex lege vel canone poſſunt peti etiam poſt ſñiam, ita no. Hoſt. in c. ex parte, il 2. de reſcri. & vide infra in ver. Victor, in 1. q.

Expenſæ quantumcunque non ſunt liquidæ iudici, poteſt tamen ipſe condemnare generaliter in expen. reſeruata ſibi taxa. ita no. Innoc. in c. auditis, de procura. fol. 71. num. 2.

Expenſæ quas quis domi fecisset, excipiuntur de condemnatione, ita no. Innoc. in c. ſi. de dolo & contu. fol. 98. nu. 4. vide infra in ver. Sententia, in 14. q. & ſupra in verbo, citatio, in 13. quæſt.

Expenſæ quæ ſunt fiendæ, i. non ſunt factæ, taxari non poſſunt, ita no. Inn. in c. cũ veniſſent, de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſeruandæ. fol. 100. nu. 2. vide ſupra in verbo, appel. in 28. quæſt.

Expenſæ quæ dicantur in re & quæ extra rem, & quid dicatur lucrum, & quid fructus, vide de iſtis per Abbatem, in c. paſtoralis, de decimis. vnde in fructu natura principaliter operatur, licet quandoque induſtria cooperetur, ſed in lucro induſtria principaliter verſatur, ſecundum Abbatem ibidem, vide ſupra in ver. Appellatio, in 28. q. & ſupra in ver. condemnatio, in 6. & 7. q.

Expenſis an condemnatur obtinens in cauſa principali, & ſuccumbens in cauſa appellationis, vide per Ino. in c. ſi. extra de dolo & contu. fol. 98. in gl. in l. generaliter, in gl. ſuper verbo, diſpenſatum. C. de rebus credi. & per gl. ioris ignorantia, de reg. iur. li. 6. & 2. q. 1. c. ius.

F

FActum Per literas ſubreptitias debet reſcindi, ac ſi eſſet factum per falſas probationes, ita no. Innocen. in c. ad aures, ibi, & alijs videtur, & c. de reſcriptis. fol. 5. nume. 2. & ſic literæ ſubreptitiæ falſis probation. æquiparantur. Bald. & vide in verbo, Solennitas, in penulti. quæſt.

Factum confeſſatum in modum exceptionis non habetur pro confeſſato ſimpliciter, nec nocet reo, ita no. Abbas, in c. cum venerabilis, de exce. & ideo dic, vt no. in l. ſi quidem. C. de excep.

Factum ex falſis literis non valet, etiam ex communi errore, ſecundum Innoc. in c. ſuper literis, de reſcrip. fol. 8. nu. 4.

Factum procur. ſi diſplicet domino, ſtatim cum ſit, debet reuocare & contradicere, alias ſibi præiudicat, ita no. Inn. in c. ex parte decani, de reſcri. fo. 12. nu. 2.

Factum per aliquos, vt vniuerſi, non poſſunt ſinguli reuocare, ita no. Inn. & Hoſt. in c. bona.

in c.bona, de poſtul.præla. quod no pro ordine facto per conſules & conſiliarios in partibus noſtris. Bal.

Factum poſt appellationem iudicialem etiam praiudiciale reuocatur, quia deſiit eſſe iudex. hæc ratio ceſſat in appellatione extraiudiciali, ita no. Inn. in c.quia propter, de elec. fol.32.nu.13.

Factum aliquid non vi non metu, quomodo hoc probabitur, vide per Inn. & Hoſt. in c.ſuper hoc, de renun. fol.39

Factum temerarium epiſcopi non habetur pro diſpenſatione, ita no. Inn. in c.veniens, de filijs presby. fol.46.nu.2.

Factum corrigi poteſt in factis non competentibus, ſecus in diffinitiuis pro nūc, ita no. Inn. in c.in literis, de offi.deleg. fol.53.nu.2.

Facta à non ſuo iudice pro non factis habentur, ita no. Innoc. in c.prudentiam, de offi.deleg. fol.54.nu.7. vnde ſi quis ſcit ſe non habere aliquam iuriſdic. nullam pœnam imponere poteſt, & ſi facit de facto pro infecto habebitur, vt ibidem, & in c.cum ſuper, eo.tit. per eundem.

Faciens quis contra legem, non prodeſt ſibi dicere ſe non feciſſe dolo, niſi probet, quod non mediante dolo, quandoque tamen præſumitur dolus interueniſſe, ex quo fecit contra prohibitionem legis, ita no. Inn. in c.ſuper eo, quod met. cau. fol.73.nu.2. vide Io.And. in c.qui contra iura, de reg. iur. li.6.

Factum per arbitratorem etiam in diebus ſolennibus vel dominicis, vel feſtiuis valet. Ratio eſt, quia ipſe non dicitur iudex, nec dicitur iudicium, nec ſententia per eum lata dicitur ſententia, vt in Auth. vt differ.iudi. §.ſi vero, col.8. & in Spec. in tit. de arbi. §.fi. ver. ſed nūquid amicabilis, &c. & tāgit Inn. in c.Quintauallis, de iureiu. fol.118.nu.3. Bal. Et ſic teſtes quos ipſe arbitrator recipit, recipit ad inſtructionem, non in forma iudicij ad veram probationem, nec curā eu eſt neceſſe, quod teſtes publicentur, quia propriè non ſunt teſtes, nec ipſe eſt iudex, nec ordo iudiciarius eſt, vt dicit ibidem Innoc. idem tenet Azo, in ſumma. C. quomodo & quando iudex, in princi. Bald. vide infra in verbo, Sententia, in 38.quæſt.

Factum per ſubreptionem etiam de conſenſu aduerſarij confirmari nō poteſt, quia deficit conſenſus tertij, id eſt ſuperioris ratificantis, ita no. Innocen. in c.cum olim, de re iudi. fol.126

Factum poſt decretum & poſt reuoca. an valeat, vide per Inno. in c.quia cunctis, de conceſ.præben. fol.156.nu.8.

Factum à Barbario valuit propter communem vtilitatem, propter ſuadentē æquitatem, & propter ſuperiorum auctoritatem, ita no. Inn. in c.cum dilectus, de relig.domibus. fol.179. Et an idem ſit in perſonis eccleſiaſticis, & in ſpirituali iuriſdictione, vide ibidem Inno.

Factum ſi probatur per vnum, & per alium teſtem probatur confeſſio, teſtes ſunt ſingulares, tamen vehemens indicium faciunt, ita no. Inno. in c.fi. de ſucceſ. ab inteſta. fol.169.

Falſarius etiam non ſemper traditur iudici ſeculari, ita no. Inno. in c.nouimus, de verbo.ſignifi. fol.235.num.2. quod eſt nu. ſecundum eum, vide ſupra in verbo, admiſſus, in 10.quæſt.

Fraus, vide infra in verbo, reconuentio, in 2.q.

Fraudator gabellæ, an teneatur iure poli. p Bar. in l.vectigalia, in prin. ff. de publ.

Fama, vide infra in verbo, notorium, in 2.quæſt. & infra in verbo, Rumor, in 1. & 2.quæſt.

Fama nunquam poteſt tantum, quod probatio contraria excludatur, ita no. Inno. in c.ſolicitè, de reſtitu.ſpol. fol.93

Fama non probat, ſed præſtat adminiculum, ita no. Innocen. in c. cum cauſa, de probationibus. fol.104.

Fama hominis tollit vel ſaltem elidit præſumptionem, ita no. Innocen. in c.quia, de præſump. fol.116.nu.2.

Fama bona & mala probatur per communem auditum, ita no. Innoc. in c.licet, de accuſa. fol.201.nu.5.

Fama, vſus & iuriſdi. & quædam generalia probantur per teſtes, & ſi ipſi ſint ſingulares in tempore, ſed vnum crimen & ſpeciale factum non probatur per teſtes ſingulares, maximè in loco vel tempore, ita no. Innoc. in c.qualiter, de accuſatio. fol.202.

Fama villæ non ſufficit, vbi in villa non ſunt, niſi duo vel tres homines tātum, ita no. Abbas in c.inquiſitionis, de accuſa.

Fama confirmat confeſſionem, quæ per ſe alias non eſſet ſufficiens, ita no. Abb. in c.3. de præſump. quod tene menti.

Fama inducit probationem, ita nu. gl. in c.conſideres, de ſen.excom.

Familiares epiſcopi admittuntur ad accuſandum contra epiſcopum, & eſt ſpeciale. Secus in alijs dominis, qui non deſiderant in teſtimonium vice cubicalatoris, ita no. Inn. in c.nulli, de accuſa. fol.200. arg. in Auth. de mona. §.cogitur, col.1. vide infra in verbo, teſtis, in 16.quæſt.

Fauor, dicitur ille præſtare fauorem, qui ſuis robur vel timorem aduerſarijs inuenit, ita no. Inno. in c.petitio, de homi. fol.211. quod tene menti. Bal. vide infra in verbo, vadens, in 1.quæſt.

Feria, vide omnino ſupra in verbo, citatio, in 28. q. per totam, & vide ſupra in verbo, curia, in 3.q. & ſupra in verbo, cauſa, in 5.quæſt.

Feriæ vindemiarum non ſunt, nec debent concedi in terra, vbi gentes illinc communiter non bibunt vinum, vt in Hibernia, ſed vbi communiter gentes bibunt vinum, licet non recolligatur ibi vinum, vt in Anglia, & in alijs partibus ibi ſunt vel concedi dicuntur feriæ vindemiarum, ita no. Inn. in c.fi. in fi. gl. fi. de ferijs. fol.89.nu.7. Et iſtud tempus datur, vt prouideant ſibi de vino ad vitam eorum neceſſario, ſecundum eum ibidem. Sed quid ſi ſit differentia inter terram iudicij, & terram à qua quis citatur? quidam dicunt, quod debent ſeruari feriæ terræ citati, per l.præſides. ff. de ferijs. Sed Inn. in c.conqueſtus, de ferijs, tenet contrarium, quod imo feriæ fori iudi. ſunt ſeruandæ. Bal.

Feriæ non exſpirantur de dilatione probatoria, ſed per confeſſionē aduerſarij quocunque tempore etiam feriata poteſt probari, ita no. Inn. in c.vltra tertiam, de teſti. fol.111.nu.2. tene menti. Bal.

Feudum negans perdit illud, ita no. Inn. in c.cæterū, in fi. de iud. fol.80.nu.7. & vide ff. de inter.act. l.non alienum, & in Auth. de trien. & ſemiſ. §.pen. col.3.

Feuda ſunt de gratia, & ideo faciliter reuocantur, ita no. Inno. in c.2. de feudis. & ibi vide. fol.162.

Fideiuſſor, vide infra in verbo, teſtis, in 47.q. in fi.

Fideicommiſſarius, vide infra in verbo, teſtator, in 2.q.

Fides implicita ſufficit ad excuſandū de hæreſi, ita tenet Inn. in c.1. de ſum. Tri. & fide catho. fol.1.nu.7. hoc verum, niſi factum contradicat verbis ſecundum Hoſt. ibidem. Et ratio eſt quia facto datur voluntas intelligi, vt l.reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. fac. dupliciter enim declaratur voluntas, ſcilicet verbis, item rebus ipſis & factis, vt ff. de legib. l.de quibus, in fi. & ibi plenè no. Bal. & vide infra in verbo, titulus, in 2.quæſt.

Fidei articuli, quot & quales ſint, uide ibidem per Hoſt. qui plenè no. Bal.

Fidelis, uide ſupra in verbo, cenſus, in 3.q.

Filiatio qualiter probetur, uide Innoc. in c.Michael, de fil.presby. fol.47. & uide etiam per eundem in c.quoniam contra falſam, de proba. quod non poteſt probari, niſi præſumptiuè & uide quod nu. in l.1. quorum bonorum.

Filius inceſtuoſus non dicitur habere coniunctam perſonam, quæ pro eo poſſit experiri, ita no. Inn. in c.nonnulli, de reſcrip. fol.11.nu.9.

Filiusfamilias propter debitum non poteſt incarcerari, quia non habet bona, unde ſi non ſoluit, non eſt quid ei imputetur, ita no. glo. in l.3. §.ſed utrum. ff. de mino. & l.quod ſi minor. § ſi ſeruus. nam qui nihil habet, exceptione tutus eſt, ut no. ff. de procur. l.Titius. Sed hoc non eſt uerum, imo poteſt perſonaliter detineri, & realiter, unde ſi ipſe nō uult cogi cedat bonis, ut C. qui bo.ce.poſ. l.plura. ſecundū Bar. hoc tangit Inn. in c.1. de re iudi. fol.125. Sed quid ſi habet peculium profectitium, an poterit de ipſo ſoluere debitum non deſcendens ex cauſa peculiari. item an pater filio condemnato teneatur de peculio profectitio? Reſpondeo, ſi criminaliter filius fuerit condemnatus, non tenetur pater de peculio, ut C. de bo.dam. l.3. Et ſcias, quod de iure communi nō poteſt quis capi pro debito, niſi prius ſit facta realis executio bonorum, quia captura non fiet, niſi in ſubſidium, ita no. in l.3. §.ſtatuerit. ff. de ſuſp.tutu. Et Bar. in l.1. ff. de eſſ. bo. & l.ſi eo. tit. dicit, quod non uidetur uerum per eandem legem. Ad idem facit c.quoniam. §.fi. ut li non conteſt. & ff. quæ in fraud. cred. l.fi. in fi. & de fideiuſ. l.hæres. §.reo quoque, & ff. de fun. inſtru. l.nepoti. Bal.

Filius ſub conditione rogatus reſtituere, ſucceſſiuè poteſt detrahere duas quartas præter, imo contra tacitam ualuntatem teſtatoris, ita no. Abb. in c.Raynal. de teſta. ſed an iſti filij inſtituti ſub cōdi. & rogati reſtituere, poſſint detrahere integrè legitimam & trebellianicam, gl. diſtinguit, aut ſuus hæres eſt grauatus purè, & tunc non detrahit utraſque, ſed una confunditur in alia, niſi quatenus una alteram excederet. Aut ſub conditione, & tunc fiet detractio integralis legitimę & trebellianicę item legitimę & falcidiæ de ſingularibus relictis, ita no. ff. de inoffi. teſt. l.Papi. §.meminiſſe. & dicunt Doct. quod debet intelligi in conditione quæ dependeat de futuro, nam ſi de præſenti, idem quod in parè rogato, ut ff. de iniuſto rup. irri. teſta. l.cum in ſecundo. Sed uidetur, quod ſemper detrahatur integraliter, quod probo ſic, quando concurrunt plures cauſæ diuerſæ ſpeciei, debēt operari plures effectus, vt ff. de annuis leg. l.Titia. §.qui Marco, & de ſerui. urb. præd. l.ſi domus. Sed hic concurrunt plures cauſæ, una, quod hæres uniuerſalis, ergo &c. Secundo ſic, quo lex dicit, quod filio debetur legitima, alia dicit quod hæredi uniuerſali debetur trebellianica, tunc arguo ex coniunctione duarum legum, ſ. ff. de libe. & poſthu. l.Gallus. §.ille caſus. Tertio arguo ſic, cōtrariorū eadē eſt diſciplina, ſed ubi pœna imponitur ratione noīs, ſiue qualitatis importatæ per nomen, tunc augetur pœna ratione nominis, ut ff. de adulterijs. l.ſi adulterium cum inceſtu. pari ratione & augeri debet ad idem, ſ. de nominis inſpectione, ut ff. de adop. l.ſi pater. §.qui duos. Quarto probatur caſus dictorum capitulorum Raynutius & Raynaldus, de teſt. iuuentis. In contrarium uidetur caſus legis: nam una lex dicit, quod quicquid filius habet ſupra quartam reſtituere compellitur, ut C. famil. erciſ. l.filium quem habentē. Alibi expreſſius dicit, quod reſtituere debet dodrantem, ut C. ad trebel. l.Iubemus, in prin. Alibi dicit, quod beſſem, ut in Auth. de reſti. & ea quæ parit. § quamobrem. Et ſi dicatur una diminuet alteram, & de alterius corpore euelletur, quod uidetur eſſe abſurdum. ad idem ff. de inoffi. teſt. l.Papin. §.ſi quis impubes, & de bo.liber. l.nihil. §.ſed patronus. Item filius ſi eſt grauatus ultra dodrantem, non habet locum trebellianica, ſed non uidetur ultra grauatus ex quo lex reſcindit grauamen, ut C. de inoffi. teſta. l.quoniam in prioribus. Solutio, ſi filius uel alia ſimilis perſona non ſit hæres uniuerſalis, ſed in certa re, tunc non detrahit, niſi ſolam legitimam, quia trebellianica non debetur, niſi hæredi uniuerſali, ut ff. ad trebellia. l.1. §.inde Neratius. Sed legitima debetur etiam hæredi inſtituto in re certa, ut in Auth. ut cum de appel. cogno. §.cæterum, & no. ff. ad trebel. in l.ſi quis priore. Si autē ſit hæres uniuerſalis, tunc diſtingue. Aut fuerit purè grauatus, aut ſub cōditione de futuro. Primo caſu, ſi detraxit trebellianicam, non detrahit legitimam, niſi quatenus plus eſt in ea. Si uero poſt detraxit legitimam ceſſat trebellianica, quia in eo non eſt, plusquam in legitima, ſed minus. Secundo caſu quō ſub cōditione, tunc detrahit duas quartas, i. trientē totius hæreditatis, & ſextantē reſidui beſſis uel ſemiſſē, ſi totus eſt numerus liberorū, & quarta reſidui, ut hic. Sed an filius detrahat trebel. de relictis ad pias cauſas? & uī, quod ſic, ut in c.ſi pater, de teſta. lib.6. à contrario ſenſu, ſecus in extraneo hærede, ut l.ſi quis ad declinandā, in fi. C. de epiſ. & cler. ſed ibi erat potius executor, quàm hæres, arg. ff. de leg. 2. l.ſi quis Titio. no. iſta. Bal.

Filius

Filius præſumitur eſſe ille, qui diu fuit tentus & vocatus vt filius, ita no. Abbas in c. per tuas, de proba. & C. ne de ſta. defun. l. ſi mater, & ff. de proba. l. 1. per Iac. de Are. de manumiſ. teſt. l. vxorem, arg. C. de ſeruis expor. l. moueor. Adde quod habes ſupra in 1. q.

Finis cauſa eſt pro termino, dicit Inn. in c. ex tua, de cle. nō reſiden. fol. 145. nu. 2.

Fiſcus. Qui non ſoluit fiſco canonem ſtatim poteſt expelli, ſo. no in eccleſia vel priuato, ita no. Inn. in c. litera, de dilationibus. fol. 89

Forenſis delinquens vel contrahens hic in Peruſio obligatur ex illo contractu vel delicto, non ſolum coram iudice ordinario rei Peruſii, cuius forum actor ſequitur, ſed etiam coram eius delegato, ita no. Inno. in c. dilecti, de foro competen. fol. 83. nu. 3. quod no.

Forma non requiritur in poſtulatione, ſed tantum concordia, vnde non confirmatur poſtulatus, ſed admittitur, ita no. Inn. in c. conſiderauimus, de elec. fol. 20. in num. 2. & idem Hoſtien. in c. monaſterium, eo. tit. & vide ſupra in verbo, Capitulum, in 1. quæſt.

Forma iudiciorum non ſeruatur in generali inquiſitione, ita no. Hoſt. in c. bonæ, de elec. & no. inſtit. de pub. iudi. in prin.

Forma reſcripti eſt pro libello, & in libello inſerenda, quia ea forma data eſt iuriſdi. ita no. Inno. & Hoſtien. in c. dudum, il 2. de elec. fol. 34. & ſic reſcriptum habetur pro libello.

Forma verborum & natura rei, de qua ſit miſſio, eſt conſideranda ad videndū quæ tranſeant in ſucceſſorem, vtrum enim iuriſdi. committatus, an aliud negocium induſtriale. nam ſi iuriſd. tunc poteſt fieri commiſſio commiſſionis, quia non refert à quo fiet, quia idem eſt exitus controuerſiæ. Secus eſt in alijs negocijs deleg. & commiſſis à ſuperiore, ſecundum Ion. vt ſi committatur offi ium prædicationis, vel examinatio teſtium, & ſimil. quibus nō eſt iuriſdi. contentioſa. hinc eſt, quod executor non facit ſubexecutorem, ſecus ſi Papa non dicit, ideo exequi compellas, vel facias prouideri, quia per alium explicari poteſt, ita no. Inn. in c. P. & G. de offi. deleg. fol. 61. nu. 2. quod delegatus à Papa non eſt vſus præcepto, ſed commiſſione. nam ſi præcipit ille cui præcipit, per ſeipſum explicare debet in ſignum perfectæ obedientiæ, vt no. ff. de offi. præſi. l. ſæpe. & vide quod no. in c. 1. de offi. dele. in cle. et facit ad prædicta ff. de cura furio. l. cuius bonis, in ratione ſui. arbiter autem alteri committere non poteſt, quia non habet iuriſdi. vt l. non diſtinguemus. §. de offi. ff. de arbi. cum ſimil. Bal.

Formam libelli in cauſa appellationis quando tertius appellat, vide per Innoc. in c. cum ſuper, de re iud. fol. 127. nu. 6.

Forma non eſt neceſſaria in electione canonicorum, ſed ſufficit ſolus conſenſus, ita no. Inn. in c. ex parte, extra de conceſ. præben. fol. 155. nu. 4.

Forma in abſolutione eſt ſeruanda, & ideo non ſufficit cōminatio prælati, ita no. Inn. in c. propoſuit, de ele. extom fol. 215. vide in verbo, arbiter, in 7. q. in fi. & ſupra in verbo, appellatio, in 33. q.

Forticilium, vide ſupra in ver. caſtrum, per totum.

Fornicator publicus non intererit electionibus, ita no. Inn. in c. ſicut, de coha. cle. & mulie. fol. 143. nu. 2. & vide infra in verbo, ſponſalia, in 2. q. & ſupra in verbo, Affinitas, in 1. q.

Forum pœnitentiale eſt cura animarum, item & datio ſacramentorum, & ſimilib. ſed forum iudiciale non, ita no. Inn. in c. cum ſatis, de offi. ord.

Fugiens propter metum publici hoſtis, non propter hoc perdit poſſeſſionem, ſecus ſi capiatur, ita no. Ion. in c. cū ex iniuncto, de no. op. nun. fol. 218. nu. 2. Si autem eſt priuatus inimicus, aut fugiens timuit expulſionem, & perdit poſſeſſionem. Aut verberari tantum, & tunc non facit, quod no. ff. quod met. cau. l. metum, in prin. & ff. loca. l. ſi merces. §. culpa. & l. item quæro. §. exercitū, eo. ti. Ex prædictis apparet, quod licet ciuitas habet tyrannum, valent ea quæ fiunt per regimina ciuitatis, & per tyrannum, & retinet ciuitas poſſeſſionem ſuorū iurium, vt ff. quemadmodum ſerui. amit. l. qui fundum. §. pen. Ita poteſt etiā ex prædictis valere proceſſus contra bannitos in caſibus, in quibus poteſt mitti procu. ſi timetur de vi perſonæ. ſecus ſi de vi cauſa, & vide quod no. in l. ad cognitionem. ff. qui ex cau. in poſ. ea. & per gl. ſing. & per Iac. & per Io. in c. ſtatuimus, de reſcrip. lib. 6. Ea autem quæ non fiunt ſponte per regimina ciuitatis vel per rectores ipſius, ſed per ipſum tyrannum, non valent, quia tyrannus eſt iuris publici violator, & non habet titulum, neque poſſeſſionem iuris, vt C. de ſacroſan. eccle. l. decernimus. & tempore tyranni, quod fiet per antianos vel priores in eius fauorem, præſumitur metu factum, & quod pro bono publico ſponte, quia inſpicitur id, quod prodeſt, ſ. bonum publicum, non id quod nocet, ſ. tyranni imperium, quia vtile per inutile, & bonum propter malum nō vitiatur, vt l. nec vtilē. ff. ex qui. cau. ma. cum ſimil. neſcio ſi Bar. in ſuo tract. alle. hic Inn. & tene menti verba Inn. Bal. vide ſupra in ver. clericus, in q. extraordinaria.

Fructus ſi non petantur in libello, non poterit iudex in eis condemnare, niſi quando petitur reſtitutio, vel niſi quando poſt litem conteſt. ſunt percepti, ita no. Inno. in c. grauis, de reſti. ſpol. fol. 95. vel niſi in vniuerſali iudicio, vt l. item veniunt. §. fructus, de peti. hære. facit ff. de exce. l. fundus. idem in damnis & intereſſe, vt no. ff. de dam. infec. l. quia miſſum. §. iudex. Tamen in iſtis accuſatorijs procedit libellus ſine taxatione quantitatis, vt no. C. ſi quis alteri vel ſibi. in l. cum propria. & tene mente iſta. Bal.

Fructus futuros & incertos, an ſit licitum emere ſoluendo pretium tempore contractus, & an ſit vſura, vide per Inn. in c. in ciuitate, de vſur. fol. 213. num. 2. nec emere, nec conducere vili pretio et paruo non prohibetur. ff. loca. l. itē ſi pretio. §. ſi. maximè fructus induſtriales, qui non habent certam quantitatem vel naturam, arg. ff. de dona. l. Modeſtinus. & C. de dona. l. ſancimus. C. de vſur. l. ſi ea lege. in hoc tamen dicunt Doct. quod eſt multum attendenda conſcientia & animus ementis, quia conſcientia eſt cum conſilio an mæ, & conſcientia multos angelos habet, ſecundum Doct. Bal. tene menti iſta, quia ſæpe occurrunt.

Fructus pignorum liberant debitorem ſorte vſque ad concurrentem quantitatem, ita no. Abbas in c. cum contra, de pigno. & fiet compenſatio ipſo iure, quia deſcendit ex eadem cauſa, dummodo fructus ſint conſumpti vel venditi vel cōmixti, ſecus ſi in eadem figura extant non conſumpti, vt no. ff. ſolu. matri. l. diuortio. §. ob donationes. nam iſti fructus non conſumpti ſunt pignori, vt ff. de pigno. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi. non autem ſunt ipſius creditoris effecti, & ideo nō liberant debitorem, antequam conſumātur, quod multipliciter fiet, vt ff. ſi cer. pet. l. nam & ſi fur. ſed poſt conſumptionem ſic, nec eſt neceſſaria compenſatio hominis, quia lex compenſat, vt l. ſi quis nec cauſam. § pen. ff ſi cer. peta. Nec obſtat Inſti. de act. §. in bonæ fidei. quia ibi loquitur quando compenſatio habet originem ex diuerſa cauſa, hic quando ex eadē, quod tene menti perpetuo. Bal.

Furioſus, vide infra in verbo, teſtis, in 8. quæſt. in fi. & infra in verbo, Teſtator, in 4. quæſt. Bald.

Furtum, vide omnino ſupra in ver. caſtrum, in 4. q.

G

GRatia *ſemper in tempore antecedit literas & bullas, & ideo bullæ non ſunt de ſubſtantiali eſſe gratiæ, ita no. Inn. in c. conſtitutus, de reſcrip. fol. 8. nu. 3.*

Gens coadunata ſi facit vaſtum vel damnum, vnuſquiſque tenetur de facto ſuo, & non alterius in foro conſcientiæ & animæ, & etiam in foro iudiciali ſi factum à quolibet poteſt per ſe diſcerni, & de auxilio non tenetur quis niſi quatenus tollit, ſed contrarium facilius obligat, & latius euagat, ita no. Inn. in c. ſicut, de homi. fol. 210. nu. 2. Et ſufficit, quod vnus ſatiſfaciat læſo damnum ad plenum, vt omnes liberentur ſecundum eundem ibidem. & vide quod no. ff. vi bo. rap. l. 2. §. ſi quis non homines, in gl. ordinaria. Bal. vide quod ibi dicit gl. de comite Alberto, vt non teneatur de damno dato à bannitis Bononiæ, &c. & vide ſupra in verbo, delinquentibus, in 1. q.

Generalis viſitator non poteſt quem ab officio remouere, ita no. Inn. in c. dilectus, de reſcrip. fol. 11. in prin. niſi ad hoc fuiſſet delegatus, ſecundum Hoſt. ibidem.

Generalis poſſeſſio iuriſdi. qualiter acquiratur, vide per Inno. in c. dilectus, de capel. mona. fol. 180. nu. 3.

Gerundium, de natura gerundij vide per Bar. in l. ſi tu ex parte. ff. de acq. hæredi. & per do. Bal. in l. edita. C. de eden.

Geſta, vide ſupra in verbo, Epiſcopus, in 4. q.

Geſta quæ dicantur, vide per Inn. in c. c. de procu. fol. 70

Geſta non ſolum faciunt fidem in archiuis publicis, ſed etiam in archiuis notariorum, ita no. Inn. in d. c. 1. de procur. fol. eodem.

Geſta quæ ſint illa, quæ poſt appellationem caſſantur, vide per Inn. in c. dilecto, de appel. fol. 139. nu. 6.

Grauatus, grauare, vide ſupra in verbo condemnatio, in 8. & 9. q.

Guerra fuit hinc inde inter nobiles & populares, & damna hincinde data, & pace facta, ſtatutum de emendatione damnorum: certè quia iſta venditio nititur ſoli ſtatuto, per contrarium ſtatutum tolli poterit. ita no. Inno. in c. in noſtra, de iniurijs. fol. 223. Item commune obligatur de his, quæ vna pars facit contra alteram, ſecus vero in eccleſia, vt ibidem Inn. item remiſſis damnis expenſæ factæ non per hoc remiſſæ intelliguntur, vt ibidem Innoc. & vide etiam ibi per Bar. item pro pace facta commune poteſt remittere damna ſingulorum, vt ibidem Inn. hoc tamen ſi ſinguli conſenſerunt ſtatuto & iurauerunt, ſ. in caſu d. c. in noſtra. Inno. Et iſtud ſinguli non poteſt intelligi de pupillis, & ſimilib. ſed de adminiſtratoribus, & ideo primum notabile verum eſt. Sic fuit Romæ inter plebem & patres. vide per Dyn. in l. ſed & ſi. §. ſi ante, de iniurijs. Adde etiam quod compoſitio eccleſiæ cum bannitis tollit eccleſiæ condemna. quo ad debitum cameræ eccleſiæ, non quo ad debitum ex ea priua. perſonæ, vt l. 2. C. de in ius vocan. per Bar. Bal.

H

HAbens *iuſtam cauſam litigandi non condemnatur in expen. ita no. Innocen. in c. ſacro, de ſententia excommunicationis fol. 229. nu. 13.*

Habentes cerebrum debile debent poſt potum ire ieiuni ad teſtificandum, ita no. Abbas in c. 1. de teſti. Et ſic ſi quis videtur eſſe ebrius ad teſtificandum non debet admitti. item no. ex prædictis, quod intellectus hominis nō dicitur eſſe ita clarus poſt comeſtionem & potum ſicut quando eſt ieiunus.

Habentes potiora iura debent in poſſeſſorio, ſicut in petitorio obtinere, ita no. Abbas in c. licet cauſam, de proba. facit l. ſi. C. de edicto diui Adri. tol. Bal.

Heremita, vide infra in verbo, Monachus, in 2. q.

Heremodicium contrahitur aliter in cauſa criminali, quia inducit plenam deſertionem, & aliter in cauſa ciuili, vbi ſola inſtantia triennio perit, ita no. Inn. in c. licet, de accuſa. fol. 201. nu. 3.

Hæredes ſacerdotis qualiter teneantur de malè geſtis à ſacerdote, uide per Inn. in c. ex præſentium, de pig. fol. 162. & vide ſupra in ver. condemnatio, in 4. q.

Hæres vſurarij non conuenitur ex maleficio vſurarum commiſſo à teſtatore, ſed conuenitur ex quaſi contractu condictione indebiti, ita no. Inno. in c. Michael, de vſur. fol. 214.

Hæres de iure canonico tenetur ex delicto defuncti pro viribus hæreditarijs, etiā ſi non fecit inuentarium, non tenetur in plus, quia canon non diſtinguit, an fecerit inuentarium, vel non, ita no. Inn. in c. in literis, de rap. fol. 212. & per Io. And. in c. quamquam, de vſur. lib. 6. Nec enim defunctus in plus in foro conſcientiæ tenebatur, licet in foro cauſarum defunctus, qui non poſſet ſoluere, eſſet in carcere detinendus. Sed pœna carceris non tranſit ad hæredē, quia eſt corporalis, ſi quis haberet licentiam capiendi defunctum, non poſſet eius hæredem capere, quia ex facto alterius propriè non dicitur quis ex maleficio teneri, ut ff. de dolo. l. hæres, & de offi. procon. l. obſeruare. §. 1. eſt enim captura perſonæ perſonalis,

perſonalis, ſed captura rei, i. pignus prætorium tranſit ad hæredem, quia realis eſt, vt ff. qui poc. in pig. habe. l. ſi iure. ſed quod perſonaliter cohæret tranſire nõ poteſt, vt ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. qui alieno, cum ſimilibus. Bal.

Hæreditas quæ ab indigno aufertur, fiſco applicatur, ita no. Abb. in c. ſancto, de ſucceſ. ab inteſt. & ff. de inoffi. teſt. l. Papin. §. meminiſſe. Et ſolus fiſcus hoc opponit, vt ff. famil. erciſ. l. is conſequenter. §. 1. hoc tamen verum eſt de indigno, non tamen prohibito, nam ſi titulus in eam non cadit, vt in ſpurium fiſcus non venit. idem vbicunque quis ipſo iure repellitur, vt C. de ſecun. nup. l. 2. & C. de his, qui. vt indig. l. hæreditas, et ff. sol. mat. l. ab hoſtib. §. ſi vir vxorẽ. ff. de vul. ſubſti. l. ex facto. §. ſi. adde ff. ad Sylleianum. l. propter. §. nepotes. Bal.

Hæreticus, vide infra in verbo, Sancti, in 1. quæſt. vide ſupra in verbo, crimen, in 10. quæſt. vbi habes, quod crimen hæreſis eſt atrox, & ſic iſte crimino ſus repellitur à teſtimonio. Bal.

Homicida iuſtè detinet beneficium & dignitatem donec deponatur. Idem in alijs irregularibus. Secus in omnino incapace, vt in illiteratu, infante, & muliere, vt in c. cum in noſtris, de conceſ. præbẽ. Et ſic no. quod illiteratus, infans, & mulier, iſtæ tres perſonæ ſunt incapaces beneficiorum. Bal.

Homo liber poteſt ſe obligare ad hoſtagium pro qualibet cauſa publica, vt pro pace, ſ. non pro debito priuato. poteſt tamen pro debito priuato iurare exſtare in certo loco, & inde non diſcedere, ita no. Inn. in c. reſcripto, de iureiur. fol. 117. ad carcerem vero iudicis poteſt quis ſe obligare, ſed non ad carcerem creditorũ, vide quod no. ff. de fur. l. interdum. §. qui furem. Et ſi ille qui ſtat obſes pro alio ſoluerit, poterit agere et repetere ab illo, pro quo ſoluit, vt ff. de neg. geſt. l. nam & Seius. Bald.

Homo liber non debet in facie bullari ob reuerentiam creatoris, non creaturæ, ita no. Inn in c. ad audientiam, extra de crimine falſi. *fol. 214*

Honor, vide ſupra in verbo, citatio, in 33. q.

Hoſpitale quod quiſq; priuatus ſua auctoritate conſtituit priuatim non eſt locus religioſus, & põt alienari, ita no. Inn. in c. inter dilectos, de dona. f. 163. nu. 2.

Hoſpitale priuatum poteſt quis facere in domo ſua, ita no. Inn. in c. ad hæc, de relig. do. fol. 179. idem de capella, vt ibidem Inno.

I

INceſtuoſus, *vide ſupra in verbo filius, in 1. quæſt.*

Inopia excuſat ab excommunicatione vel interdicto, ita no. Inno. in c. P. & G. de offi. deleg. fol. 61. nu. 2. idem tenet Abbas in c. Odoardus, de ſolu. vg ff. de collatio. bonorum. l. 1. §. ſi cum duobus. Sed bene poterit debitor banniri & carcerari, niſi cedat bonis, vt C. qui bo. ce. poſ. l. 1. & l. penul. adde quod no. ff. de poen. l. Titius. tamen no. de carcere, quod antequam carceretur debet fieri excuſſio bonorum, vt no. in l. 3. §. tutores, qui. ff. de ſuſpec. tu. ſecundum Bar. quod non eſt verum, quia etiam ante, niſi cedat bonis poteſt quis carceri mancipari. nam ſi ideo cedit bonis, nec carceretur, ergo aliqua bona habebat, vt in Auth. de fideiuſ. §. quod autem, & in c. ex literis, de pigno. Bal. vide ſupra in verbo, Filius, in 2. q.

Iconomus poteſt fieri ad tempus, & in perpetuum, ſecundũ Inn. & Hoſt. in c. adocen, de reſcrip. *fol. 9*

Incidens, vide infra in ver. Pronunciatio, in 1. q.

Infra, de ſignificatione huius dictionis, vide Innoc. in c. auditis, de excep. alias in c. pia fol. 121. nu. 1.

Inhibitio iudicis non caſſatur, licet ipſe iudex non vocauerit partes, ita no. Innoc. in c. 1. de no. ope. nun. fol. 218. tamen non eſt intelligendum de omni inhibitione, ſed de ea, quæ ordinatur ad cognitionem futuræ cauſæ, vt eſt nunciatio noui operis, quæ citationis vim habet, vt ſi ſentiat ſe grauatum veniat reſponſurus, vt no. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. meminiſſe. alias præpoſterum eſt prius mandare quàm cognoſcere, vt in c. Romana, de appel. lib. 6.

Interpretatio priuilegij poteſt fieri pendente lite, ſed non modificatio, ita no. Inn. in c. olim, de verb. ſignifi. fol. 233. nu. 2.

Interpretatio reſcriptorum debet concordare cum iure communi, ita no. Innoc. in c. 1. vt lite pẽdente. fol. 101. & ſentit in c. ſi aduerſarius, de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. fol. eo. nu. 4. idem in ſtatutis, vt in c. cum dilectus, de conſue. Nũ aut ſtatutum loquitur ambiguè vel indiffinitè, & tunc diſtinguitur per ius cõmune, vt l. 2. C. de noxa. Aut eſt plana verborum ſignificatio, & tũc in caſu deciſo ſtandum eſt ſtatuto, ſed in caſu omiſſo ſequimur ius commune, & ſi non reperiatur eo caſu ius commune diſponere, tunc proceditur de ſimilibus ad ſimilia, l. de quibus, de legibus. Bal.

Inſtantia de iure communi non eſt, niſi vſque ad ſententiam incluſiuè, non in cauſa executionis, & ſi per ſtatutum ſit abbreuiatum tempus inſtantiæ eſt commune, quia ſuccedit loco temporis præfixi de iure communi, & facit quod alia ſit meta temporis, ita no. Inno. in c. 1. vt li. non conteſt. fol. 85. vide infra in verbo, Tempus, in 9. q. & infra in verbo, reſcriptum, in 1. q.

Inſtantia dicitur durare dupliciter, vno modo, i. integritas totius proceſſus, alio modo inſtantia citationis. Primo modo finitur inſtantia dupliciter, vno modo tempore, i. triennio, quod incipit à lite conteſt. vel quaſi: alio modo, quia iudex abſoluit reum ab obſeruatione iudicij, quod fieri poteſt etiam ante li. conteſta. & iſtis modis etiam acta pereunt, non tamen prout iuriſd. delegata, ſecundum Inno. Secundo caſu non finitur inſtantia, nec proceſſus inchoatus, ſed ſolummodo illa citatio aboletur, vt l. & poſt edictum. ff. de iudi. Sed nouo iure etiam illa inſtantia citationis non tollitur, niſi comparens hoc petat pronunciari, quia vno tempore te, i. citato, citatus habetur pro vero contumace, & contrahitur hermodicium, ſecundum Inn. Item quando quis abſoluitur ab inſtantia totius litis eſt neceſſe aduerſarium citari, ſecus ſi ab inſtantia citat. ſecundum eum. Ad hoc tamen, vt circunducatur edictũ, requiritur quod iudex hoc pronunciet, vel partem licentiet, alias non circunducitur, quia iudex poteſt expectare de benignitate in diem ſequentem, & quia poteſt ſupplere pro abſente, qui tamen cõparuit, ſi finito termino receſſit ſine alia licentia non eſt habendus pro contumace, & qui non expectauit vſque ad voluntatem iudicis non poteſt petere expenſas ab aduerſario. Notandum tamen eſt, quod licet in iudicijs circunducatur edictum, ſecus tamẽ eſt in electionibus, & alijs factis in quibus negocio infecto, nunquam circunducitur edictum, ſecundum Inn. in c. cõſuluit, de offi. deleg. fol. 56. quod eſt totum menti tenendum. Bal. Vel aliter dicas, quod inſtantia perit quatuor modis, ſ. tempore, lapſu termini, vel triennij. Item ſi iudex abſoluit reum ante terminum, id eſt abſoluit reum ab obſeruatione iudicij. Item ſi renuncietur liti, vt ff. iudi. sol. l. 3. & C. de pac. l. poſtquam litis, & no. C. de præſcrip. long. temp. l. 1. Sed quid ſi per diffinitiuam reus eſt abſolutus, & appareant probationes, quas fecit actor: nam iudex qui abſoluit, videtur eis fidẽ adhibuiſſe. Sed videtur quod valeant, quia ſententia non tollit veritatem, nec probat veritatem factam legitimo tempore, vt ff. rem ra. habe. l. procur. ad exhibendum. §. 2. ff. de condi. indeb. l. Iulia. Bal.

Inimicus, vide infra in verbo. Iudex, in 100. q. & infra in ver. Teſtis, in 32. q.

Innouare aliquid non dicitur ille, qui vtitur veteri poſſeſſione, ita no. Innoc. in c. à memoria, vt li. penden. fol. 101. & vide omnino in Spec. in tit. de ceſ. act. §. 1. ver. in ſumma. Bal.

Iniuria perſonalis eſt, ſi quis aliquem in carcere coercet, ſecus ſi ille propter metum non vult de nouo exire, vnde ille qui tenet clericum detentum incidit in canonem, ſecus ſi clericus ille ſe cogit inimicorum metu, ita no. Inn. in c. nuper, de ſen. excom. fol. 227. nu. 2. Item incidit in canonem, qui tenet clericum per veſtes, vel per frenum equi, nam & hæc eſt iniuria perſonalis. Secus ſi quis laceret ſibi veſtes, vel offendat equum non conſtringendo perſonam. Item ſi quis fugat clericum eijciẽdo eum de poſſeſſione, iniuria perſonalis eſt, vt no. ff. de fur. l. itaque fullo. Tamen non incidit iſte in canonem, quia non mittit manus in perſonam ipſius clerici, vt ibidem Innoc. facit l. 1. ff de his, qui deiec. vel effu. hinc eſt, quod in lege Cornelia iniuriarum ingredi domum alterius vi, eſt caput per ſe diſtinctũ à capite pulſati & verberati, vt ff. de iniu. l. lex Corne. in prin. Bal.

Iniuria etiam fit, ſi executio fiat præter debitum rationis, ita no. Innoc. in c. ſi. de no. ope. nun. fol. 218. & vide ſupra in verbo, crimen, in 6. q.

Iniuria non probatur per vnum teſtem & iuramentum, ita no. Abb. in c. peruenit, de teſti. cogen. & vide ſupra in verbo, crimen, in 10. q. vbi habes quando admittatur, & quando repellatur à teſtimonio committens crimen iniuriarum, & ibidem dic, quod crimen iniuriarum eſt leue crimen.

Ingreſſus, ingreſſum canonicum quis dicatur habere, vide Innocen. in c. nihil, de electio. fol. 32.

Ignorantia. Affectator ignorantiæ, tanquam ſciens punitur, ita no. Inn. in c. cum inter, al 2. de elect. fol. 23. vide infra in ver. Tempus, in 12. q.

Ignorans non dicitur peccare, vt C. ne ſanctum baptiſma. l. 2. & ideo non excommunicatur, ita no. Inn. in c. nouerit, de ſen. excom. fol. 230. nu. 3. facit C. ne decur. l. generali. lib. 10. & l. quæcunque. C. de ſeruis fugiti.

Indicia plenæ ſubiectionis, quæ ſint, & quot indicia coniunguntur ad inuicem ad probandum, vide per Inn. in c. cum inter, de re iud. fol. 126. nu. 2.

Indicia et ſigna de hæreſi debent plenè probari, ita no. Inn. in c. ſicut, de ſimo fo. 205

Indicium duobus teſtibus probari debet. l. ſi. C. de hæreti. nam duo teſtes deponendo ſuper indicio probant indicium, & non unus ſolus teſtis, ſed vnus teſtis de veritate & non ſuper indicio deponens bene facit indicium, dummodo ſit citè & legitimè receptus, alias nihil probat, vt ff. de quæſtionibus. l. maritus, ſecundum Bar. Bal. & vide infra in verbo, rumor, in 1. q. & vide Bar. in l. ſi. de quæſtionibus. ff. & quod no. in l. 1. C. qui & aduer. quos.

Iudicium dicitur vſque ad ſententiam, vt no. Ioan. And. in c. quamuis, de electio. in nouella.

Iudiciorum viam non ſequimur per omnia in conſilio animæ, ita no. Inno. in c. qui cum fure, de furtis. fol. 212. & no. C. de fur. l. in ciuilem. Bal.

Indulgentia ſtrictè interpretatur, ita no. Inn. & Hoſt. in c. licet, de tranſla. prælat. fol. 38. & vide infra in ver. Priuilegium, in 2. q.

Intentio ſola committendi vſuras ſine perceptione non obligat ad reſtitu. ita no. Inn. in c. conſuluit, de vſu. *fol. 213*

Interlocutoria, vide ſupra in verbo, citatio, in 27. quæſt. prope finem, & ſupra in verbo, confeſſio, in 7. quæſt.

Interlocutoria non tranſit in rem iudicatam, quando diffinitiuè eſt pronunciandũ de principali, ita no. Inn. in c. cum dilecti, de elec. fol. 29. nu. 10. tamen poteſt appel. quando fertur ſuper capitulo ſubſtantiali, vt l. intra vtile. ff. de min. vel quando ſit ſtatim executio, vt ſi pronuncietur aliquem eſſe capiendum vel torquendum, vt ibi no. Item ſi non expectat aliam poſt ſe, vt l. ait prætor. §. permittitur, eo. tit. item ſi non recipiatur poſſe procurator, vt C. de procu. in l. ita demum, ſecundum Legiſtas. Bal.

Interlocutoria poteſt ferri contra abſentem, & non per contumaciam, ita no. Inn. in c. auditis, de procu. fol. 71. nu. 2. et per Iac. de Are. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, de offi. proconſ. & lega. Secus in diffinitiua, vt l. furioſo, & ibi no. ff. de re iudi. Bal. hoc verum, quod interlocutoria poteſt ferri abſente parte, ſi parum grauat, vt l. ille à quo. ff. ad Trebel. & l. recuſare, in prin. eo. tit. Secus ſi nimis grauat vel abſorbet lucem vlterius, vt in Auth. vt ſpõ. largi. §. ad hæc, col. 9. & in Auth. de hære. & falci. §. ſi vero abſunt, col. 1. & per ea quæ no. ff. de bo. poſ. l. 3. §. penul. & per Inn. in d. c. auditis. Bal. vide per Bal. ſuper hoc in l. eleganter. § ſi quis poſt, ad fi. ff. de condi. indebi.

Interlocutoria quando poſſit reuocari vel emendari, vide per Inno. in c. cum ceſſante, de appel fol. 138. & de prætoriis ſtipu. l. 1. §. vlti. Bal.

Interlocutoria & man. iudicis factum ex officio perit perempta inſtantia, quia eſt de off. ſi mandatum ſit factum cum cauſa cognitione, ita no. Inno. in c. cum veniſſent,

veniſſent, in glo. non conceſſit, de inſtit. fol. 151. num. 5. vide infra in verbo, Teſtis, in 32. quaſt.

Interlocutoria an poſſit reuocari intra decem dies à tempore latę, vide per Inn. in c. ſacro, circa fi. de ſen. excom. fol. 230. nu. 13.

Interlocutoria fertur ſuper emergenti, ita no. Abb. in c. licet cauſam, de proba. & vide ſupra in ver. appellatio, in 31. q. & ſupra in ver. citatio, in 19. q.

Inſtrumentum quod quis produxit, non poteſt reuocare productionem, licet poſſet reuocare confeſſionem. ſi fuerit erronea, ita no. Innoc. in c. cum olim, de cenſi. fol. 184. Primum eſt verũ, niſi aduerſarius opponat, quod ſit falſum. quia tunc poteſt producens ei renunciare, vt l. 3. C. de fide inſtrum. Bal. ratio eſt, quia omnis producens ſcripturam, videtur fateri, quod ſit vera & omnia in ea contenta, ſecundum eum hic, & in c. venerabilis, de excep. Bal.

Inſtrumentum non probat ea, quæ ibi dicunt incidenter, ſed ea ſolũ de quib. notarius interfuit rogatus, ita no. Inn. in c. cũ in iure peritus, de offi. del. fo. 59. nu. 5

Inſtrumentum procurationis non eſt de act. ſed productio eius ſic, ita no. Innoc. in d. c. cum in iure, de offi. deleg. fol. eo. nu. 6. vide ſupra in ver. Actio, in 6. q.

Inſtrumentum non dicitur falſum, licet erratum ſit in verbis narrationis, ſed tũc demum cum reperiatur falſum in eo, de quo notarius atteſtatur de viſu & proprio auditu, ita no. Inn. in c. præalleg. cum in iure, de offi. deleg. fol. eo. nu. 5.

Inſtrumenta ex quo ſunt in iudicio producta, & in act. regiſtrata, originale, ſeu exemplar non cogitur edi, niſi falſum allegetur, ita no. Inn. in c. quoniam cõtra falſam, de proba. fol. 104. nu. 4. vide omnino infra in verbo, Teſtis, in 61. q. & ſupra in verbo, citatio, in 40. q.

Inſtrumentum non probat, niſi illa tantum, quæ tunc fuerunt geſta, ita no. Inno. in d. c. quoniam contra falſum, de prob. fol. eo. nu. 7. & vide eo. tit. in c. 1. in clem. nam notario debet mandari & man. non eſt de re geſta, et hoc de principalibus, ſed de acceſſorijs probant, vt l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtip. Item quando præſumitur ſolennitas omnia probat, etiã ea quæ tunc non erant in fieri, vt no. in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſc. libro vndecimo. Bal.

Inſtrumentum notarij quando copiatur in actis, ſufficit & ſine ſubſcr. teſtiũ, & eſt ſpeciale, ita no. Inn. in c. poſt ceſſionem, de prob. fol. 102. nu. 2. in contractibus tamen licèt ipſa inſtrumenta fiant apud acta requiruntur ibi teſtes, vt ſi conſtituo procuratorem apud acta, item in actis voluntariæ iuriſdi. vt in eman. manumiſſionibus, & ſimil. niſi fiant in publico parlamẽto vel archiuo, vt C. de fide inſtrum. l. emancipatione, & ff. de adop. l. poſt mortem, & C. de his, qui in eccle. manumit. l. 2. vel niſi fiant coram Principe, vt C. de teſti. l. omnium. Adde quod no. ff. de teſti. l. curent, & C. de dona. in l. in hac, & ff. quemad. teſta. aper. in l. ſi quis. Bal. vide infra in ver. Litera, in 15. q.

Inſtrumentum dicit, quod Abbas & conuentus facit procuratorem, dic quod Abbas intelligitur loqui vt membrum collegij, non vt ſingularis perſona, & ideo ipſe Abbas nõ repellitur à teſtimonio, ita no. Inn. in c. ad hæc, de teſt. a. fo. 165. & ibidẽ vide per ipſum. qñ monachus et Abb. poſſint eſſe teſtes in cã ſui monaſterij.

Inſtrumento ſtatur, & præſumitur cõtra ipſum, niſi figura, ſeu forma præſumptionis defendat ipſius inſtrumenti, ita no. Inn. in c. 1. de fide inſtru. fol. 113. nu. 9.

Inſtrumentum quando publicatur, vel exẽplificatur, requiritur quod pars ſit citata vel ſit ibi præſens, ita no. Inn. & Hoſt. in c. ſi. de fide inſtru. fol. 115. Salua, quod contra producentẽ ſtatur ſumpto, vt l. ad hæc. C. de fide inſtru. Itẽ contra eũ, qui tranſũpti fecit, vt ff. de admini. tut. l. chirographis, & ideo contra tutorẽ probatur ex inuentario, licet non appareant inſtra originalia debiti, quod bene no. Bal. & ſic no. ex prædictis qualiter inſtrũ debeat publicari & exemplari, & eſt differentia inter public. & exemplori: publicatur. n. quod prius exẽplatũ erat, puta teſtimonia Item teſtamẽ. Exemplatur autem quod publicum eſt, & publici auctoritate nititur, ſecundum Inn. & Hoſt. ibidem.

Inſtrumentũ qui produxit pro ſe tenetur ſtare ei contra ſe, niſi illud iudex non admiſerit tanquam falſum. Dicit tamen ipſe hic, quod ſi petod te decẽ, & tu excipis de pacto de non petendo, & producis ad hoc falſum inſtrumentũ, in quo debitum continetur, licet ego aliter non probem, condẽnaberis vigore inſtrumenti. quod eſt dictum ſingulare, ſm do. Pe. Bal. Sed ſi fortè iudex non admiſit eum tanquam minus ſolenne, tamen productio habet vim confeſſionis eius, quod in eo cõtinet, ita no. Inn. in c. cũ venerabilis, de exce. fo. 121. nu. 7. facit ff. depoſ. l. Publia, in fi. & C. de fide inſtru. auth. ad hæc, & quod no. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. ſublato autem fundamento confeſſionis tollitur confeſſio, ſecundum eundem. Si tamen producens chartam, vel allegans legem, errat, ſibi non præiudicat, ſecundum Inn. ibidem, vide ſupra in ver. Citatio in 38. q.

Inſtrumentum & alia ſcriptura notarij excommunicati, vel ſententialiter condemnati non valent, idem ſi teſtis eſt, quia teſtimonium valebit, ex quo ſententialiter non eſt condemnatus, ita no. Inn. in c. pia, de excep. ſol. 122. nu. 4.

Inſtrumentum donationis in dubio interpretatur in largiorem partem, quatenus tangit ius donantis, ita no. Abb. in c. cum dilectus, de dona. Et in d. c. no. clauſulam in fine contractus poſitã referri ad proxima non ad remota, quod eſt valde no. Et ſuper hoc no. quod vna intentio quandoq; reſpicit plura copulata quãdo plures intentiones reſpiciunt plura copulata, quandoque dubitatur, quæ ſit mens, ſeu quæ ſit intentio. & interdum plura copulantur à lege, interdum ab homine, & interdum clauſula eſt ſpecialis, interdum vniuerſalis, interdum indefinita. Et quandoque oratio eſt copulatiua, quandoq; disiunctiua, quandoq; conditionalis, vt ff. de hæredibus inſti. l. ſub conditione, & de verb. ſigni. l. hæc verba. vnde in d. c. ſunt plures donationes, & plures donandi formæ. Et ideo clauſula vltimo loco poſita non refertur ad omnia, tene menti. Bal. Item in diſpoſitione legali multum ponderamus rationem, an ſit eadem vel non, arg. C. de interdic. l. 1. nam vbi eadem ratio, ibi eadem mens eſt, vel eſſe præſumitur, vt d. l. 1. C. de interdictis, & no. in l. cum tale. §. penul. de condi. & demon. quę ratio ſi ſcripta eſt, perit auxilium directum, vt ff. de verb. ſign. l. nominis & ite. §. 1. Si autem non eſt ſcripta perit vtile remedium, vt in d. l. 1. C. de interdi. item ſi ſunt plures leges, vel plura capitula, dictum in vno ſtatuto, non videtur in alio repetitum, vt l. prætor. §. eris ff. vi bono. rapta. item ſi eſt vna lex habẽs plura capitula diuerſæ naturæ, natura vnius nõ videtur accommodata naturę alterius, ſed quantum natura communis ſit, & quatenus ratio eſt vniformis & capitula ſunt contigua, fit repetitio, vt no. Inſti. ad l. Aquil. §. hoc autem capite, & Inſti. de rer. di. §. item lapilli. item quod iuris eſt videtur repeti, non facti contingentia eadem exigi in diſſeparatis, ſecundum Bar. Bal.

Inſtrumentum ſtatim debet edi, vbi in poſitionibus vel in libello de eo ſit mentio, ita no. Abbas in c. 1. de proba.

Inſtrumenta ſuſpecta non probãt, & quando inſtrumentũ redarguitur de falſo, debet tunc edi totum, nec ſufficit partem, ita no. Abb. in c. contingit, de fide inſtru. Adde in priuilegio, quia ſolum illa pars debet edi ab impetrante quę facit ad cauſam, vt ibi dicit Abb. idẽ in legatario, quia debet ſolum ſibi edi illa pars teſtamenti, quæ facit pro eo circa legatũ, vt C. de preci. impera. offeren. l. ſi. per Iac. de Are. & Cyn. à ſimili illa ſola pars inuentarij debet edi quæ tangit factum petentis, iudici tamen debet integraliter produci, vt ff. ad l. Falci. l. maritus, per Iac. de Are. Bal. vide ſupra in ver. Amiſſio, in 1. q. & ſupra in verbo, appellatio, in 32. q.

Inſtrumentum locationis in quo dicitur, conduxit & precario rogauit, importat quod intelligatur rogare ne poſſideat, ita no. Bar. in l. ſi quis ante. ff. de acq. poſ.

Impeditus in cauſa electionis tenetur procuratorem mittere, & eſt ſpeciale propter inſtans periculum, ita no. Inn. & Hoſt. in c. cum inter R. de elec. fol. 22

Intereſſe commune quid dicitur proſequi, & quis intereſſe ſingulare, vide Inno. in c. cum eccleſiaſticæ, de excep. fol. 120

Interrogatoria ſunt ſuper teſtibus examinandis, & non debet dari neceſſario copia interrogatorij parti aduerſæ ne poſſit inſtruere teſtes, ſi tamẽ iudex dat parti cop. vt opponat interrogatorio, poterit facere, & non peccabit ſecundũ Inno. nec vitiat inſtructio dictã teſtis, vt no. Roffre. in tit. de ſenatuſ. conſul. libe. Articulorum vero & capitulorum probandorum debet dari copia parti ad oppo. contra impertinentia, & ad deliberandum, & hoc venit ex illa regula, quod omnia ſunt edenda quibus quis vſurus eſt, vt ff. de edendo. l. 1. §. edenda ſunt, vtitur autẽ capitulis, qui ea producit, ita Inn. in c. Albericus, de teſti. fo. 109. nu. 5. & facit quod no. per eundem in c. 1. de proba. Tamen dicit Inn. in d. c. Albericus, quod licet non fuerit data copia articulorum parti, nihilominus proceſſus valebit, vide infra in ver. Teſtis, in 57. & 45. q.

Interdictũ quis poteſt ſuſpendere, & quæ differentia ſit interdicere locũ, & interdicere perſonas, vide de his per Inn. in c. vt priuilegia, de priuil. fol. 221. nu. 1

Interdictum an extendatur ad familiares epiſcopi & capituli, vide per Innoc. in c. quod vero, de priuil. fol. eo. nu. 2. facit in arg. ff. de iudi. l. non alı. §. 1. Bal.

Interdictum quid valt dicere, & an interdicti poſſint ſepeliri in cœmiterio, & ſi fuerint ſepulti, verum ſublato interdicto ſint exhumandi, de omnibus his vide Inn. in c. tanta, de exceſ. præla. fol. 218. nu. 6.

Interdictum dicitur violare, qui in ordine ſuo agit, quæ ordini ſuo non conueniũt, ſolenniter per Inn. in d. c. tanta. fol. eo. vide infra in ver. Suſpenſus, in 6. q.

Impetratio, vide infra in ver. int. in 11. q. & infra in ver. Taciturnitas, in 2. q.

Impetratio non valet, vbi eſt certus numerus canonicorum, niſi in bulla fiat mentio de illo numero, ita no. Abb. in c. dilecto, de appel. quod no. Bal.

Impeditus in cauſa electionis tenetur mittere procuratorem, quod eſt propter inſtans periculum, ita no Inn. & Hoſt. in c. cum inter, de elec. fol. 22

Imperator ante coronationem an habeat plenitudinẽ poteſtatis cũ non dicat Imperator, ſed Rex Romanorũ, vide Inn. in c. venerabilẽ, de elec. fol. 29. Sed quid ſi duo Imperatores eligũtur in diſcordia? dic quod vterq; adminiſtrabit, vt Rex Romanorũ, & vterq; habebit eandem poteſtatẽ, quam habet Imperator, donec electio alterius approbata erit per Papam, gl. eſt no. & ſingularis in c. Romani, de iureiu. quod no. & tene menti. Bal. & vide ſupra in ver. annus, in 1. q.

Imperator & quicunque Principes in quibus caſibus poſſint caſſari, vide ibidem Hoſt. & vide omnino infra in ver. Papa, in 51. q.

Imperator in temporalibus præeſt vniuerſis eccleſiis & perſonis, niſi in rebus & in terris donatis eccleſiæ, ita no. Inn. de ſen. excom. c. nouerit. fol. 230. num. 2. ergo in terris donatis eccleſiæ nullam habet iuriſdic. ff. de offi. præfec. vrb. l. 1. §. cum vrbem, in gl. Bal. vide infra in ver. Rex, in 5. q.

Imperio vacante iuriſdi. deuoluitur ad Papam, ita no. Inn. in c. licet, de foro competen. fol. 82. num. 3.

Imperium eccleſiaſticum vnde habuit originem, de maioritate eius, & de ſumma potentia, vide in d. c. licet. per Inn. fol. eodem.

Imperium quomodo poteſt eſſe iuſtum, cum habuerit originem à vi, vide per Inn. in c. quod ſuper, de voto & voti redemptione. fol. 177. num. 10. Reſpondeo iure gentium, vt l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Bal.

Infamis, vide ſupra in ver. Captus, in 1. q. ibi, non eſt infamis, & c. & vide ſupra in ver. Electio, in 12. q. & ſupra in ver. Canonicus, in 8. q. circa fi.

Infamis quãdo repellat ab accuſando & teſtimonio, & quando non, vide per Inn. in c. cum te, de re iud. fol. 129 nu. 1. & vide ſupra in ver. crimen, in 4. q.

Infamia facti repellit à teſtimonio in criminali, ſecus in ciuili, ita no. Abbas in c. teſtimonium, de teſti.

Irregularis eſt ſcribens ſñiam mortis, ita no. Innoc. in c. ſñiam, ne cleri. vel mona. fol. 190. nu. 3. ſecunda manu, & vide infra in ver. Suſpenſus, in 1. & 4. q. & ſupra in ver. Interdictum, in 5. q. & infra in ver. Suſpenſio, in 3. & 9. q.

Irregularis non eſt corpore vitiatus, ita no. Inn. in c. presbyterum, de clerico ægrotante. fol. 151.

Irregularitas eſt de iure poſitiuo, & non habet locum, niſi in caſibus expreſſis, ita no. Inn. in c. ad audientiam, de homici. fol. 211. nu. 9.

Iuriſdictio ſi eſt commiſſa alicui ſpecialiter, an derogetur ordinariæ generali, vide Inn. in c. recepimus, de priuilegiis fol. 219. in prin. qui allegat l. pro & contra, vide ſupra in verbo, Abbas, in 8. quæſt. ibi, habet epiſcopalem iuriſdictionem, vide ſupra in verbo, cauſa, in 6. quæſt. ibi, in reuocatione iuriſdict. &c. vide ſupra in ver. citatio, in 28. quæſt. circa medium ibi, idem ſi iuriſdictioni, &c. vide ſupra in ver. Imperio, in 1. q. & ſupra in ver. Excommunicatur, in 4. q. Bal. vide Ang. de Peru. in l. teſtam. C. de teſta.

Iuriſdictio non poteſt prorogari in foro pœnitentiali, quia potius eſt officium quã iuriſdictio, ita no. Abb. in c. de cauſis, de offi. deleg.

Iuriſdictio quando competat, cum ſcribitur pluribus iudicibus, vide Inn. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. nu. 9. vide infra in ver. Teſtis, in 70. q. & infra in verbo, ſententia, in 33. q. poſt medium.

Iuriſdictio ſuſpenditur per appellationem, & quando hoc ſit verum, vide per Inn. in c. ſuper eo, de appel. fol. 132. Et ſic no. quando appellatio ſuſpendit proceſſum primi iudicis, & quando non.

Iuriſdictio tollitur contraria conſuetudine, & præſcriptione, ita dicit Innoc. in c. ad noſtram, in fi. de appel. fol. 131. & vide infra in verbo, ſtatutum, in 1. q. ibi, non ante factum ſtatutum oritur iuriſdictio.

Iuriſdictio nuda transfertur ad iudicem appellationis, non poſſeſſio vel aliud ius, ita no. Inn. in c. Romana, de appel. fol. 141. nu. 5. vide omnino infra in verbo, Reus, in 1. q. & ſupra in ver. citatio, in 35. q.

Iuriſdictionis tres ſunt ſpecies principales, ſ. merum imperium, mixtum, & iuriſdictio. Si quis vtitur vna ſpecie non porrigitur ad aliam ſpeciem. Sed per exercitium vnius ſpeciei quælibet articulum alius ſpeciei videtur exercere, ita no. Inn. & Abb. in c. dilectus, de capellis monn. fo. 180. & tene menti iſta. Bal.

Iuriſdictionis venditione qualiter poſſeſſio acquiratur, vide Bart. in l. poſſideri, in prin. ff. de acq. poſ. & ibi ponit de venditione caſtri, &c.

Interdictum non obſeruans debet ab offi. remoueri, & efficitur irregularis, ita nu. Inn. in c. 1. de poſtu. præla. fol. 17. nu. 7. vide infra in ver. teſtis, in 25. q.

Interdictum differt à ceſſatione à diuinis, quia primo caſu, id eſt celebrans tempore interdicti eſt irregularis, alio caſu non, ita no. Inn. in c. irrefragabili, de off. ordi. fol. 64. num. 4.

Interdictum non ſuſpenditur propter appellationem, ita nu. Abb. in c. ad hæc, de appel. de quo nulla ratio reddi poteſt, niſi quia ita ſtatuit canon, ne vileſcat auctoritas clauium. Bal.

Interruptio ciuilis quot modis fiat, vide Inn. in c. illud, de præſcrip. fol. 123

Inquiſitio ſi eſt completa & probata, ſuperueniens accuſatio non facit ipſam ceſſare, vt l. fi. de noxa. & de ædil. ædic. l. ſi qua. Item quia timetur colluſio. C. de aboli. l. 2. ff. de iureiu. l. eum qui. §. in popularibus, & de inoffi. teſta. l. ſi ſuſcepta. Item quia inquiſitio & accuſatio ſunt de iure communi, & ad idem tendunt, vnde vnum non excludit aliud, vt l. 1. §. dixeris, de publica. & l. in ambiguis. ff. de regu. iur. & per Innoc. in c. cum dilecti, de elec. fol. 28. num. 9. circa fi. vide Dy. in c. factum legitimè, de regu. iur. lib. 6. & vide per Cy. & Bal. in l. 1. §. quia Plautius, de libe. agno.

Inquiſitio eſt proceſſus ordinarius, id eſt legitimus, ita no. Inn. in c. dilecti, de ſen. excommu. fol. 233. vnum tamen no. quod qui impetrat inquiſitionem, non dicitur accuſare, gl. eſt no. in l. 1. C. ſi tutor non geſſerit. quod nu. Bal.

Inquiſitio generalis quando fit, non ſeruatur forma iudiciorum, ita no. Hoſtien. in c. bona, de electio. & no. Inſti. de pub. iudi. in prin. vide ſupra in verbo, Accuſatio, in 3. quæſt.

Inquiſitio quando committitur ad inſtantiam alicuius recipiuntur teſtes, quos ille nominat, quando autem iudex inquirit ex ſuo officio, tunc recipit illos, quos ſibi videtur recipere, ita nu. Hoſtien. in præallegato c. bona, de electio. facit ff. de conditio. ob turp. cauſam. l. ſi tibi. Bal. vide infra in verbo, libellus, in 2. q. & ſupra in verbo, alienatio, in 2. quæſt.

Inquiſitio canonica poteſt fundari ſuper delicto in genere ſicut infamia & purgatio, nec coarctandus eſt inquiſitor, qui facit ex officio & bono zelo, ſicut coarctatur accuſator, qui procedit ex odio, & qui debet eſſe plenè inſtructus nũ per formã, & ideo in inquiſitione non habet locũ, l. libellorum. ff. de accuſa. quia poteſt fieri de homicidio, ſimonia, & de adulterio in genere, licet non dicatur vbi & quando, & cũ quo, ſm Inn. & ſentit gl. ibidem. Inſti. de pub. iud. in prin. Tamẽ ſecus eſt in inquiſitione quæ ſuccedit loco accuſationis & tendit ad eandẽ pœnam, vt no. Iac. But. Inſti. de act. in prin. nã & in ea habet locũ d. l. libellorum, & ſi illa omittuntur eſt inquiſitio ſpecialis inepta, & d. gl. Inſt. de pub. iud. debet intelligi in inquiſitione generali, non in ſpeciali, ſm Doct. Et idem dicit in exceptione, quia in accuſatione ſi habet vim accuſationis, vt in exceptione lenocinij, vel ſic oppo. teſti. vt in c. præſentium. fauore probationum credo illud fore introductum, vt cum ſint certa, non eludantur per incertum, alias autem ſufficit exceptio generalis. vide iſta quæ tanguntur in c. fi. de purga. cano. per Inn. fol. 222. & in accuſatione ſi irrogat infamiam, idem quod in accuſatione. ſi nũ, tunc non eſt neceſſe apponere talia, vt ff. de iniur. l. prætor, per Bar. Bald. vide ff. de dolo. l. item exigit. per Guil. de accuſ. & do. Bal.

Inquiri non poteſt, niſi ſemel de crimine vnius hominis, ita no. Inn. in c. in tantũ, de collatio. deteg. fol. 214. nu. 3.

Inquiri debet de capite, & de membris, quando infamia præcedit, ita no. Innoc. in c. cum dilectus, de accuſa. fol. 202

Inquiſitor datur ad petitionem vniuerſitatis, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de purga. cano. fol. 222. nu. 5.

Inquiſitio ab epiſcopo quando committitur ad inſtantiam alicuius, videtur ille legitimatus promotor, ita no. Inn. in c. ex parte, extra de accuſa. fol. 200

Inquiſitor procedit contra Seiũ, Seius opponit declaratoriã, dicit inquiſitor reſpõdeo primo inquiſitioni reſeruatis ſibi exceptionib. Quæritur, an Seius teneatur reſponderet vt quod ſic, quia inquiſitor non ligatur ad ordinẽ iudiciorũ, vt no. Inſti. de publi. iud. in prin. Contrarium eſt verũ, quia imo ſeruare debet ordinẽ, ita notabiliter no. Inn. in c. exhibita, de iud. fol. 62. præpoſteratio n. vitiat proceſſum inquiſitionis, ſicut proceſſum accuſationis per præallegata, no. Inn. Bal. Et pro hoc, quia in iudicio quantũcunq; ſummario debet conſtare de iuriſdictione & de legitimatione perſonarum, vide in l. liber. C. de peti. hæredi. & in l. ſi quaramus. ff. de teſta. & in l. 2. C. de edic. diui Adria. tol. & per Bar. in extrauag. ad reprimendam, ſuper verbo ſummariè, & ſuper ver. Figura.

Inquiritur de criminibus illius, qui debet promoueri abſque ſpecificatione criminum, ſecus in iam promoto, ita nu. Inn. & Hoſt. in c. 1. de poſtu. præla. fol. 16.

Inquiſitio magis debet niti veritati, quàm ſolennitati & circunſcriptioni delicti, ita no. Inn. in c. cum oporteat, de accuſ. fol. 202. nu. 1. de hoc dic, vt no. Inſti. de act. in prin. & ibi per Iac. But. in lect. n. Bal.

Inquiſitionis ſpecialia circa inquiſitionem ſunt iſta. Primum eſt, quia in ea non requiritur ſolennitas, quæ in accu. vt no. Inſti. de pub. iudi. in prin. Secundũ, quia in inquiſi. teſtes poſſunt recipi li. non conteſt. vt per Inn. in c. 1. vt li. non conte. fol. 85. nu. 7. Tertium, quia teſtes poſſunt recipi poſt aperturam teſtiũ, vt per Inn. in c. cum clamor, de teſti. fol. 110. nu. 2. Ratio, quia in inquiſitione non eſt accuſator, & ideo ſubornatio non timetur. Quartum, quia ſi ſuper inquiſitione generali teſtes aliquid dicant, quod iudex per id poteſt ferre ſententiam, vt per Inn. in c. dudum, de elec. fol. 23. nu. 4. Quintum, quia iudex poteſt formare inquiſitionem ſpecialem, ſi teſtes ſuper inquiſitione generali recepti aliquid dixerint, & poteſt ipſos iterum examinare, & ſententiam ferre, vt no. Innoc. in c. qualiter, de accuſa. fol. 202. num. 2. Item non videtur, quod quis ex generali inquiſitione damnetur, niſi ad ſpecialem deſcendatur ſecundum Inno. ibidem. vide in l. ſi vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10.

Iudex poteſt informari de fama alicuius ſine ordine iudiciario & ſine teſtibus in forma iudicij recepta, ita no. Inn. in c. cum locum in tua, circa fi. in ver. De plano, de ſpon. fol. 191. ergo ſi iudex inquireret cum teſtibus inhabilibus, non poteſt ſibi opponi de teſtium inhabilitate, quia ſine eis actus valeret, multo magis ergo valere debet, licet ſint inhabiles, per gl. no. in l. quidam in teſtamento. §. 1. ff. de teſt. Bal. vide infra in ver. Teſtis, in 7. q. & ſupra in ver. cauſa, in 11. q.

Iudex ſi dixit in commiſſione, committimus tibi vices noſtras, certè ex vi iſtorum verborum non poteſt reuocare commiſſionem, nec ad ſe reſumere, ita no. Innoc. in c. venerabili, de offi. deleg. fol. 60. num. 3. & vide in c. 1. in fi. eodem titu. vbi videtur tex.

Iudex appellationis non poteſt pronunciare ex primis actis, niſi producantur, & ſi ex act. ipſis non viſis iud. caret, peruerteret quodammodo ordinem iudicij, & non rectè faceret, ita no. Inn. in c. cum Bertol. de re iud. fol. 128. nu. 4. & vide Bal. in l. is apud quem, poſt prin. C. de eden.

Iudici non debent eſſe clauſa dicta teſtium, ita no. Inno. in c. cum clamor, de teſti. fol. 110. & vide do. Bal. in d. l. is apud quem, in 3. col.

Iudex ſi recuſatur ex eo, quia opponitur ſibi, quod eſt iudex fœmina vel infamis, non admittitur talis recuſatio, ita nu. Inn. in c. ſeſſitati, de reſcri. fol. 6. nu. 2. & in c. cum ſuper, de offi. deleg. fol. 56. nu. 5. vide infra in ver. ſententia, in 1. q.

Iudex quis eſſe poteſt in cauſa ſuæ familiæ, quam habet in ſua poteſtate vel in ſuo obſequio. Sed propter modicam familiaritatem non repellitur, & facilius repellitur iudex, quàm teſtis, ita nu. Inn. in c. inſinuante, de offi. deleg. fol. 56. nu. 1. vide ſupra in ver. Citatio, in 17. q. & vide quod no. gl. in q. 5. conſanguinei.

Iudicibus ordinariis & aliis adminiſtratoribus ratione cauſarũ emergentiũ licet leges tranſgredi, ita nu. Inn. in c. 1. de cuſt. fo. 1. nu. 2. & vide in l. ſi quis filio. §. 1. ff. de iniuſto rupto irritoq; teſta. Bal. ibi, vide infra in ver. ſententia, in 1. q.

Iudex ſi reuocat iuriſdictionem delegatam, quãuis ſe tantum reſidet partes de communi concordia non poſſunt procedere coram reuocato, quia iſta reuocatio non tangit ius partes, ita no. Inn. in c. cũ contingat, de reſcrip. fol. 10. nu. 5. Pro iudicibus diſcretis ſemper eſt præſumendũ prima facie, ita no. Inno. & Hoſt. in c. accedens, ut li. non conteſt. fol. 85. vide ad hoc l. Herennius. §. Gayus. ff. de minu. Bal. vide omnino infra in ver. ſententia, in 33. quæſt. poſt prin. vide ff. de offi. præfec. præto. l. 1. & per Cy. in l. ea quidem C. de accuſa.

Iudici non creditur de proceſſu, ita nu. Inn. in c. cum dilecti, de elec. fol. 28. nu. 6.

Iudex licet poſſit conueniri ex maleficio, & quaſi, tamen quando eius proceſſus petitur caſſari, non agitur contra eum, ſed contra illos quos intereſt, & cum illis debet fundari iudicium, ita no. Inn. in c. in noſtra, de procu. fol. 71. nu. 8. itẽ ille dr̃ pars qui citatur, & contra quem fertur ſñia, & iudex qui tulit ſñiam inter partes non eſt citandus, ſecus in inquirente ex officio, ſecundum Inno. in d. c. in noſtra, vnde concluditur quod iudex, qui tulit ſententiam ſuper accuſatione nõ citatur in cauſa appel. vel nullitatis. Sed quando ſententiauit ex inquiſitione, quam fecit ex ſuo offi. tunc debet citari, ſecundum Inno.

ad Iudicem qui cognoſcit inter principales ſemper ſunt remittendi venientes ex tranſuerſo, ita no. Innocen. in c. humilis, de maio. & obed. fol. 68. num. 4. & dicuntur venire ex tranſuerſo illi, contra quos non agitur, vt l. venditor. ff. de iud. quam le. no. Bal.

Iudex qui ſe pronunciat, non reddit ſe ſuſpectum, quia eſt officium neceſſarium, nõ voluntarium, ita nu. Innoc. in c. paſtoralis, extra de reſcrip. in fi. fol. 6. nu. 4.

Iudex poteſt ſuam ſententiam defendere, quia eſt ſuum intereſſe, ita no. Innoc. in c. dilectus, in fi. extra de reſcrip. fol. 11. & ibi vide Hoſt.

Iudex, no. quod merus executor non procedit ut iudex, ita no. Inn. in c. cum inter, de elec. fol. 22. ibi vide.

Iudex poteſt procedere ex ſuo officio, ubi accuſator eſt illegitimus, ſ. inquirendo, nõ accuſationem proſequendo, ita no. Inn. in c. cum oporteat, de accu. fol. 202

per Iudicem poteſt fieri cauſa ſummariè cognitio ſine præſentia partium, ita no. Inn. in c. ex parte, de accuſa. fol. 200. vide infra in ver. ſententia, in 55. q.

non dicit ſine tita. & ideo tane, vide in c.ſape, de verb.ſignifi. in clemen.ſuper verbo, defenſiones.

Iudici eſt pœna ſi ei caſſetur ſententia vel proceſſus, vide gl.no.in c.2. de proba. in clem. & vide infra in ver. Sententia, in 97.q. vide in l.ſi iudex.ff.de varijs & extraordi.cogni.

Iudicis niſi de man.quis non tenetur reſpondere aduerſario ſuo, ſed ſi reſpondet ſibi præiudicat, ita no. Inn.in c. prout, de dolo & contu.fol.98.nu.1.

Iudex an poſſit condemnare de fructibus quando perijt res, vide ſignanter l.vtique.ff.de rei vendi.ſecundum Inn.

Iudicem vnum in cauſa poſſeſſoriȩ, alium in cauſa proprietatis, nemo poteſt impetrare, nec valent literæ ad hoc impetratæ, ita no. Inn.in c.1.de cau.poſ. & pro prie.fol.91.nu.1. vide infra in ver. Reconuentio, in 2.q.

Iudicem quem eſſe ſi ſuit ſemel iudicatum, de cętero querela non ſui iudi. ſuper proceſſu ſuo audiri non debet, ita no. Inno.in c.paſtoralis, de reſcri.fol.6.nu.8. quod intellige quando lex dat ſibi iuriſdi. ctione dubiã, ſecus ſi caret funditus iuriſdictione, vt in c.ſuper litteris, de reſcrip. & eſt no.glo.in auct.habita.C.ne filius pro patre. Bal.

Iudex ſecularis tenetur ſeruare cõdemna.ſniam, bannum, & excõicationem epiſcopi, & euitare ipſum excõicatum. Et econtra epiſcopus tenetur ſeruare ſniam iudicis ſecularis. tamen in hoc eſt differentia, quia epũs poteſt compellere iudicem ſecularem per cenſuram eccleſiaſticam ad obſeruandum ſuam ſniam. non econtra, quia nedum vnus poteſtas, capitaneus vel vicarius, vel balius eſt ſub epiſcopo, ſed etiam Rex, quo ad cenſuram eccleſiaſticam, ſm Innoc. facit quod no.in l.ex ea.ff.de poſtu. non tamen cogitur iudex ſecularis procedere & condemnare ad epiſcopi mandatum nec econtra, licet condemnatum ab vno alter debeat euitare, & ſic iuriſdictiones eccleſiaſtica & laicales debent ſe cauere adinuicẽ, non opponere, ita no. Inn.in c.1.de offi.ordinarij, & tene mẽti.fo.62.

Iudex appellationis poteſt corrigere, & emendare, vel reformare ea, quæ fiunt in fraudem iudicij, ita no. Inn.in c.bona, de appel.fol.135.nu.3.

Iudex licet recipiat compromiſſum, non tamen propter hoc derogatur ſuæ iuriſdictioni, ita no. Inn.in 1.innotuit, de arbi.fol.79.nu.4.

Iudex in quibus caſibus poteſt iudicare ſecundum æquitatem, vide Inn.in 1.1.circa medium, ſuper verbo, ſuo, de conſtitu.fol.1.nu.2.

Iudex an poſſit eſſe teſtis in cauſa, ſi eam delegauerit, vide infra in verbo, Teſtis, in 11.quæſt.

Iudices ordinarij & delegati quando poſſint in cauſa teſtificari, vide in c.dilecto, de teſti.per Inno.fol.109.num.3. vide ſupra in verbo, condemnatio, in 1.q. vbi habes quod ſi iudex condemnauit aliquem iniuſtè, quod condemnato tenetur ad reſtitu.ſuarum expenſarum omnium.

Iudex poteſt ſuam ſententiam temperare, ita no. Inn. Hoſt. & Compoſtel. in 1.cognoſcentes, de conſti.fol.1. & vide omnino ſupra in ver. Appellatio, in 40.q.

Iudices duo vbi ſunt pares, ſi vnus præuenit alium in cognoſcendo factam ab altero in eodem met negocio, valet, & tenet, niſi appelletur, ita no. Inn.in c.cũ omnes, de conſti.fol.2.nu.3. & vide quod no.gl.in 1.ad hæc. Sed contra hoc facit, quod no.in l.magiſtratus.ff.ad municip. & videtur caſus in l.1.ver.ſanè, de offi.conſul. Tamen punitur actor in expen.primi iudicij, vt no. gl.in 1.ex tenore, de reſcrip. & in c.dilectus, de purga.cano. Secus vbi pars peteret ſe remitti ad primum iudicium, quia ibi finem recipere debet, vt ff.de iudi.l. vbi acceptũ. Non obſt. d.l. magiſtratus, quia ibi loquitur in collegijs vbi plures ſubſtinent vices vnius. Item non obſt.d.l.1. de offi. conſul. quia illud eſt verum ſequendo eundem proceſſum, ſed ex nouo libello ſi non opponatur proceſſus valet, ſed ſi opponatur perſiſtere debet in veteri, vt in auct. qui ſemel. C.quomodo & quãdo iudex, & in d.c.cum M. per Inn. Bal. Et ibidem vide per Compoſt. qui clarius loquitur quàm Inn. Bal.

Iudex ex ſola comminatione recuſari non poteſt ſecundum Hoſt.in c.ſi quando, de reſcrip.quod no. Bal.

Iudex dubitans an reſcriptum ſibi præſentatum ſit verum, vel non, ſi de facto procedit, valet proceſſus ſi in vera reſcriptum eſt verum, ita no. Inn. in 1.ſuper literis, de reſcrip.fol.8.nu.1. Sed quomodo poteſt procedere cum neſciat ſe eſſe iudicem? Reſpondeo, ſufficit quod putet, & opinio cũ veritate concordet, alias ſufficit veritas ſine opi. & ſcientia, vt ff.de iudi.l.2.§.1. Sed illud eſt in extraordinaria iuriſdictione, & vide Bar.in l.multum ff.de condi.indebi. Bal.

Iudex in decidendo & puniendo ſequitur conſuetudinem loci delicti commiſſi, ſecundum Inn.in c.1.de conſue.fol.15. nu 8. Sed in cognoſcendo & procedendo ſequitur conſuetudinem ſuam & loci ipſius iudicis, ſecundum Oldra. Primum eſt verum ſi intentatur actio vel accuſatio, ſed ſi imploraretur offi. iudicis iudex ſequitur legem ſuam. quæ dat ſibi iuriſd. & offi.ium, vt no.in l.2.ff.de eo, quod certo loco, præſertim ſi officium reſidet in iudice & in parte, vt officium inquirendi, ideo quis ſecundum ſua ſtatuta inquirit de delicto commiſſo extra territorium, quia hoc mero officio exercetur, & quia eſt magis procedendi via, quam pœna vel deciſio. Alij dicunt contra, quia nulla lege cauetur, quod de delicto extra territorium commiſſo poſſit inquiri, & quia cum extra delinquitur huiuſmodi iudicis maieſtas non contemnitur, hoc tenet Guido de Suza. Sed Cy. & Bar. tenent primam opi. Bald.

Iudex poteſt parcere, vt non pronuncietur contumacia, ſed non in expenſis, cum ſit intereſſe partis, ita no. Inn.in c.conſuluit, de offi.dele.fol.56.nu.3. Et adde ad id, de expen.l.ſancimus. C.de iudi.ibi, ſcituris iudicibus, &c.

Iudex ſi iudicet vltra ſuam iuriſdictionem, & nil ſibi opponitur, valet ſententia, niſi error ſit expreſſus, ita no.in c.cum ſuper, de offi.deleg. fol.55

Iudex à quo non poteſt citare appellantem, ita no. Innoc. in c.paſtoralis, extra de offi.deleg.fol.58.nu.7.

Iudex ad quem donec conſtet ſibi de vigore appel. quod ſit iudex, non poteſt mittere inhibitoriam, ita no. Inn.in d.c.paſtoralis, de offi.deleg. fol. eodem.

Iudex nullitatis poteſt condemnare & abſoluere, & vide l. verum. §.ex facto, in fi ff.de mino.

Iudex tuetur ſuam iuriſdictionem, vt reus, vt actor, & vt iudex, vt reus quando eſt in poſſeſſione, & alius eum impedit: tunc.n. poteſt & armis, & legibus, & proceſſibus eam tueri, ſicut quilibet poteſt omni modo, quo melius poteſt ſe tueri: vt actor, debet enim agere coram ſuperiore, quia fortè vult conſequi cõmoda iuriſdi. vt no.in l.de iure.ff.ad municip. Tamen iſte iudex fatuus eſt, ſi poſſidet, & eligit viam agendi, niſi hoc faciat propter potentiam aduerſarij: vt iudex, cognoſcit enim inter alios, vt medius homo, non vt pars. Et quando procedit, vt pars viſis iuribus & inſtrumentis alterius partis debet ſilere non iudicare, vnde quando iudex eſt pars, tunc quæſtio principalis eſt de iuriſdictione principaliter per ſe mota: quando vt iudex, tunc incidens eſt alteri, no. principaliter per ſe, quia eſt diuerſum factum, de quo nõ eſt actum, vt ff.ad exhiben. l.de eo.§.fi. ita no. Inn.in c.ex parte, de verb.ſignifi.fol.234.nu. 3.

Iudex cui nihil eſt probatum, nihil mandare poteſt, ita no. Inno.in c.ſolet, in fi.de ſen.excom fol.232.nu.13. vide quod dixi in l.qui accuſare.C.de eden. & vide quod no.per gl.in l.admonendi.ff.de iureiur. & in l.bonæfidei, in prin glo.magna.C.de reb.credi. & iureiur.

Iudex poteſt reuocare ſuum errorem, ita no. Innocen.in c.ſacro, de ſenten. excommunica.fol.230.num.13. idem dicit in c.fi. quod met.cau. quia ſi iudex malè condemnauit in expen.poteſt condemnationem expen.reuocare, idem dicit in 1.audītis, de procur.

Iudex quando poſſit cognoſcere de iniuria ſibi facta, vide Inno. in c.1. & in c.ex parte, de verb.ſignifi.fol.233. & 234 nu.3.

Iudex appellationis debet ſequi conſuetudinem partium, item poteſt addere & ſupplere ſententiæ, ita no. Inn.in c.Raynutius, de teſta.fol.166.nu.5. & in 1.paſtoralis, de offi.deleg fol.57. & idem tenet ibi Abb. facit C.de appel. l.ampliorem, & ff.quod cum eo.l.Titianus: emendat.n.tam in dicto, quàm in ratione, vt ibi Bal. & vide l.fi.C.quando prouo.non eſt neceſ.

Iudex poteſt petere auxilium moderatum, & quid de exempto, vide Inn.in c.1. de ſtatu mona.fol.177.nu.3.

Iudex ſi non admiſit exceptionem, quia putabat non veram eſſe, valet proceſſus ipſo iure, nec propter hoc dicitur inordinatus, ita no. Inno. in c.poſt elect.de conceſ.præben.fol.154.nu.2.

Iudex etiam ſine aliquo libello poteſt decernere poſſeſſorem eſſe tenendum in ſua poſſeſſione, ſi ex narratione, ſcilicet facti conſtat de poſſeſſione, ita no. Innoc.in c.cum veniſſent, de inſt.fol.151.nu.1. adde ff.de ſerui. vrb.præd. l.inter te & me, vbi vide Bal. ſed an poſſit dare licentiam, quod quis ingrediatur poſſeſſionẽ ꝓpria auctoritate, Bar. ponit in l.iaſtè.ff.de acq.poſ. aduerte, iſtud procedit iudiciaria cognitione ꝓcedente, quod dr vt l.cũ qui.§ ſi epiſtola. ff.de fur. & facit l.dot.C.ſolu.mat.à contrario ſenſu litera, ſm Iac. de Are. de quo per Cyn. in l.momentaneæ.C.vnde vi. Sed an iudex poſſit dare hanc licentiam non præcedente cognitione aliqua in caſu, quo pars ſua auctoritate apprehendere, ſeu intrare poſſit poſſeſſionem, vide per Bar.in l.creditores.C.de pign.poſt Iac.Belui. & quod ibi ſcripſi, ſecundum Albe.de Ro.poſt Oldra. & Iac Bal.

Iudex licet citetur ad defendendum ſuum proceſſum, non tamen propter hoc dicitur eſſe pars, vide plenè per Inn.in c.cum ſpeciali, de appel.fol.138.nu.8. videtur enim comparere, vt iudicem appellationis inſtruat. vt ibidem Inn.

Iudex appellationis poteſt ex ſuo mero offi. facta in fraudem iudicis corrigere & reformare, ita no. Inn.in 1.bona, in fi.de appel.fol.136.nu.4. & vide per Cyn. C.de alie.iudi.l.1. & ff.de admini.tut.in l.chirographis.§.fi.per Dy. Bal.

Iudex ſi viderit vel conſtabit ſibi de teſtium ſubornatione, vel de eius vtilitate, nõ debet ſequi dictu eorum, ita no. Inn.in c.cauſam quæ, de re iudi.fol.126. nu. 4. Et ſine excep. ſm eum ibidem, & vide infra in ver. Libellus, in 12.q. prope fi.

Iudex poteſt abſoluere partes à termino eis aſſignato, ita no. Inn. in 1.1. de re iudi.fol.125. & vide infra in ver. Iuriſdictio, in 3.q.

Iudex ordinarius vel delegatus ſiue elector quando poſſit interim ſententiare vel eligere, & quando non, vide Inn.in d.1.1.de re iudi.

Iudex quando procedit ex præſumptionibus multum debet temperare ſententiam in mitiorem partem, ita no. Inn.in c.quin, de præſump.fol. 116.nu.2.

Iudex appellationis ſequitur ſtatuta primi iud. Ratio eſt, quia eius loco ſuccedit, vt l penul.ff.iudi.ſolui. Et ideo ſi in criminali appellatur & confirmatur ſnia, pœna venit applicanda burſæ fiſci cuius iudex pronunciauit, quia hæc lex illius iudicis. Item executio corporalis fit per illum, quia lex ſua iuriſdictionis hoc dicit, ergo ipſe debet reum detinere in ſuo carcere. Sed in eo, quod applicari debet burſæ partis ei burſæ non derogatur, ſimiliter quicunq; exequatur, & dic, vt in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. ita no. Innoc. in c.1. de conſuetu.fol.15.num.5.

Iudex à quo, qui non detulit appellationi poteſt exequi ſuam ſententiam in certis caſibus. Primo, ſi appellatio non fuit interpoſita intra tẽpus appellandi, ſed poſtea poſt præcluſam viam lapſu temporis, & hoc conſtat. Secundo, ſi appellatio eſt inepta, puta quia appellatũ ab interlocutoria ſine cauſa vel ſine ſcrip. Tertio, quando appellatio eſt prohibita à lege, vt quando quis eſt confeſſus & conuictus de maleficio. hoc etiam caſu, ſecundum canones prohibetur appellare. Quarto, quando appellatio eſt remota ꝑ clauſulam appellatione remota, inſertam à iure, vt in præfecti prætorio, vel inſertam in reſcripto, & appellatur incoloratè & informiter. Quinto, quando appellatio eſt remota propter verã contumaciam, vt no.in c.1.de dolo, in cle. Sexto, quando certum eſt appellationem eſſe iniuſtã. Et hæc ſunt vera, niſi appelletur ad Principem, quia tunc poſtquã Princeps admiſit appellationem, nihil eſt attentandum. ſecus in alio inferiore, qui non poteſt iuri derogare, ita no. Innoc. in c.paſtoralis, de offi. deleg. fol.57.

Tu clarius dic, aut appellatio peccat per impoſſibilitatem, & iſta non trahit negocium ad ſuperiorem: aut peccat alias, & tunc aut in forma, & idē: aut non in forma, & tunc debet iudex à quo ſilere, vt ff. de mino. l. intra vtile. Quid in cauſa nullitatis? dic ſi euidenter peccat in materia non impeditur executio, vt no. Inn. in c. cum in iure, de offi. dele. fol. 59. nu. 2. & C. de ord. cog. l. fi. quia nō derogat iuriſdi. primi iud. nec reſcindit cauſa nullitatis pronunciatā, vt l. 3. §. ſi ſeruus, de acq. poſ. per Dyn. Inn. tamen ſi ſnīa dicatur nulla ex defectu iuriſdi. interim non debet fieri executio, vt l. ſi quis filio. §. ſi quis. ff. de iniuſto teſt. vel ludibria fiat proceſſus præiudicialis vel ipſa executio reuocetur, arg. l. diximus. ff. de excu. tut. Si aūt ꝑ apertā calūniam dicatur nulla ſnīa, interim fiat executio, vt l. ſatis. C. de ſal. idem ſi per præſumptam calumniā præſumptione iuris, arg. in Auth. qua ſup. ſecus ſi præſumptione hoīs, quia ex ea nihil eſt innouandum, quia eſt probabilis non eſt neceſſaria. ff. de pœnis. l. abſentē. Et no. quod licet lege caueatur, quod non poſſit opponi de nullitate ſnīæ, tamen ſi dicatur nulla ex defectu iuriſd. talis exceptio procedit & debet admitti, vt na. glo. vnica, & ſingularis in c. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct. in clem. idem puta ſi cōtineat erro rē expreſſum. Sed in errore velata vel alia nullitate velata non pōt opponi, vt l. 3. C. de edic. diui Adria. tol. Et quod dixi in re dubia executionē fieri non debere, intelligo de executione iudiciali, ſecus in execu. legali, quę attinet ſoli veritati, arg. ff. de condi. ob cau. l. ſi pecuniam. §. ſi ſeruum. nec fingi lites poſſunt in præiudiciū diſpoſitionis legalis, vt ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi cū lis, non dico in priuata tamē executione: quamuis n. publica executio retardetur, priuata tamen pœnam non meretur, vt ſi quis occidat bannitum pendente cauſa nullitatis banni. ꝗ tamē re vera valebit, ſecundū Dy. vbi ſupra. Et ſic auferetur ptās bannito vlterius diſputandi de banno, arg. cōtra, ff. man. l. Quintus, & facit ff. de iur. & ho. l. reus delatat. & de lib. cau. l. qui de libertate. tene menti. Bal.

Iudex qui cognoſcit de cauſa reſti. in integ. contra ſententiam ſi videbit ipſam nō valere pronunciabit, quod non valet & non procedet ad alia, ſic iudex appellationis, vt in §. ex alia. Hoc non placet Inn. quod iudex aditus ſuper reſtitū ne vel nullitate intromittat ſe de eo, quod non eſt actum, ita no. Inn. in c. coram, de offi. deleg. fol. 59. nu. 2. vide Cy. in l. eos. C. de appel. & Bar. in l. ſi expreſſis. ff. eo. tit. Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis, in 14. q.

Iudex appellationis non poteſt iudicare de eo, quod non eſt petitum, ita no. Innoc. in c. cum contingat, de offi. deleg. fol. 60. nu. 6.

Iudex poteſt ſuum proceſſum defendere, ita no. Hoſtien. in c. de cętero, de tranſact. item & ſententiam ſuam defendere poteſt, ita no. Innocen. & Hoſt. in c. dilecto, in fi. de reſcrip. fol. 11

Iudex ſicut abſoluit propter contumaciam partis, ita & arbiter poteſt abſoluere ab obſeruatione arbitriȷ, ita no. Inn. in c. ex parte, de arbi. fol. 78. nu. 1.

Iudex eccleſiaſticus in quibus caſibus poteſt ſe immiſcere cauſis ſecularibus, vide Inno. in c. licet, de foro compe. fol. 82. nu. 3.

Iudices extraordinariȷ vbi debeant ſedere & iudicare, & quis puniat eorum officiales, vide Inn in c. cum contingat, de foro compe. fol. 83. nu. 1.

Iudex poteſt ferre ſententiam etiam de re quæ non eſt de ſua iuriſdi. ita no. Inno. in c. poſtulaſti, de foro compe. fol. eod. ſed contra videtur, vt no. C. de anna. except. l. fi. in fi. Solutio, dic, quod illa quæſtio intelligitur quando quis ſortitur forum ratione poſſeſſionis non ratione contractus vel domiciliȷ, & ſic concordat cum Innoc. & dicit Inno. quod ſi habeo bona Mediolani, non ideo dominus Mediolanen. poteſt ea confiſcare, ſi alias non ſum ſibi ſubditus, quia ſi ꝓ occidā Mediolanen. extra diſtrictum Mediolani vel aliud delictum committam, quia ſtatuto non ligor, ex quo in territorio ſuo non delinquo. Fallit ſi offenſus non inuenit de me iuſtitiam, quia tunc poteſt bona mea occupare, vt 23. q. 2. c. Dominus noſter. Sed propter onera realia bene poteſt confiſcare, & ſibi incorporare, & ſi non ſoluantur, quia hic res non perſona conuenitur, & ſententia prædio datur, vt ff. de neg. geſt. l. qui in alienam, in fi. ſecundum Inno. in d. c. poſtulaſti, in c. à nobis, de ſenten. excom idem tenet Bar. in l. cunctos populos, in 8. q. C. de ſum. Trini. & fide catho. Bal.

Iudex non poteſt quem citare extra territorium, vt ſit verus contumax, licet miſſionem patiatur, ita no. Inn. in c. licet, de foro compe. fol. 82. & citare non poteſt realiter, ideſt per capturā perſonæ, quia executio realis non poteſt fieri extra territorium, & ſi edictum extra territorium proponatur, ſolenniter vel ad domum citetur, citatio porrigit effectum ſuum contra citatum, vbicunque ſit, & erit verus contumax ſi ſciſſe probetur, vt l. ſi. de decre. ab ordi. faci. & poterit excommunicari & banniri & confiſcari, vt l. 1. de requi. reis. ff. Si autem nuncius ad eum citandum mittatur extra territorium, non valet citatio, quia extra fines temporis vel loci mandantis non poteſt nuncius citare, arg. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. ſi intra, & non valet citatio, quæ peccat in fundamēto & initio ſuo, vt in c. paſtoralis, de re iudi. in clem. Si autem citatio per nuncium, vel literam fiet intra territorium, ſed in loca exēpta, vt puta eccleſia, bene valet, vt l. ꝑſenti. C. de his, qui ad eccl. cauſa. & no. per gl. in l. pleriq;. ff. de in ius voc. facit quod no. Cy. in l. omnes. §. nihilominus. C. de epiſ. & cle. Citatio ergo, quæ intra territorium ſumit initium, effectum ſuum porrigit vbicunq;, ſecus ſi peccat in fundamento ſui principiȷ, quia vbi fundamentum non eſt firmum, non bene de fine perpenditur, vt no. in ſimili ff. de arbi. l. ſi vnus. §. principaliter, & quod na. in ſimili ff. de poſtu. in l. ex ea, quod tene menti. Bal.

Iudex quando pronunciat ſe iudicem contra verum contumacem non poteſt appellari, licet non eſſet iudex, ita no. Inn. in c. præterea, de dila. fol. 88. nu. 3.

Iudex poteſt quædam ex ſuo arbitrio facere in fauorem litigatoris, quæ tamen ſi non facit, non poteſt appellari, ita no. Innoc. in c. fi. de feriȷs. fol. 89. ſic & ſupplere poteſt, tamen ſi non ſupplet, non poteſt appellari, quia hoc non conſiſtit in iure partium, & vide Specu. in titu. de offi. iudi. & poteſt delegare, & non delegare, & ſi delegat, non poteſt appellari, quia non tangit ius partis, ſecundum Ioan. And. ibi, & poteſt facere gratiam ſpectationis contumacibus, nec inde poteſt appellare, quia iſta potius pertinent ad iudicis auctoritatem, & animi ſui motum, quàm ad neceſſitatem, & no. bene iſta. Bald. vide omnino ſupra in verbo, Concluſio, in 2. q.

Iudex quilibet debet obſeruare ferias ſui fori, non ferias litigantium, & ita obſeruat etiam curia Romana: feriæ enim ſapiunt ordinem proceſſus: tempus. n. eſt de ordine, ita no. Inn. in c. ſi. de feriȷs. fol. 89

Iudex poteſt mutare interlocutoriam latam ſuper exceptione, vnde quando ponitur exceptio per aliquam partem alteri, ſententia interlocutoria iudicis requiritur, vt videatur an benè, vel malè fuerit exceptum, vt no. Abb. in c. duobus, de appel. de primo no. Inno. in c. 1. de ordi. cogni. fol. 90. & vide, quod no. ff. de re iudi. l. quod iuſſit.

Iudex laicus non poteſt cognoſcere de aliquo ſpirituali actu, nec principaliter, nec incidenter, ſed remittitur cauſa ad epiſcopum, ita no. Inn. in c. tuā, de ord. cog. fol. 90. Non obſt. l. quotiens. C. de iud. quia illud intelligitur de incidenti, quod non eſt alterius fori principalis, ſed forum ſpirituale eſt diuerſi fori principale à foro temporali, vt ipſe Inn. no. in c. licet, de foro compe. fol. 82. nu. 1. Non obſt. quod iudex vxorem prægnantem mittit in poſſeſſionē nomine ventris, & puerum ex Carboniano, vt l. 1. §. ſi ea. ff. de vent. in poſ. mit. vbi etiam no. quod licet in ſummariȷs ſufficiant præſumptiones ad probandū filiationem, tamen ad probandū matrimoniū exigitur plena probatio, quia & ibi dico, quod iure canonū debet fieri remiſſio ad epm. Nec obſt. quod iudex ſecularis interponit decretū in emancipa. quia eſt iſte actus voluntariæ iuriſdōnis. Nec ob. quod decernit alimenta, quia verū eſt, ſi aduerſarius fatetur eū eſſe filiū, nā cōfeſſionē bene poteſt audire, ſed ſi aduerſarius negat, remittuntur ad epm. Ratio eſt, vt dicit Spec. in tit. de reconuentione, hoc capitulū habet locum, vbi de matrimonio incidit quæſtio contentioſa & contradic. ſecus ſi non in modum diſceptationis quæritur, ſed de plano, quod eſt no. Sed quid erit ſi coram arbitro incidit qō filiationis, an remittet illam ad epm. dico quod non, quia non poteſt eā arbiter remittere, vt ff. de arbitris l. non diſtinguemus. §. de officio. itē non procedit arbiter vt iudex, & ſic non fiet contra hanc decretalem, tamen iſtæ probationes nō valebunt iſto caſu in vero iudicio. Quid ſi fiant ſtatu. contra hanc decretalem? Reſpō. iſtæ probationes non valebunt iſto caſu in vero iudicio. quid ſi fiāt ſta. contra hanc decretalē? Reſpondeo, valent teſtimonia tanquā extraiudicialia. Et ſi ſtatutum vult facta extra iudicium valere inter ſibi ſubditos, bene valebit ſtatutum, non tamen erit vera probatio, ſed ficta, quia ſtatuta non poſſunt iuriſdōnem ſpālem conferre. Quid in arbitratore? dic quod non ſunt iudicialia teſtimonia, q̄ fiūt corā eo, & ſic eſt duplex genus teſtimoniȷ, vt C. de hære. l. quoniam. Et quod dicit hæc decretalis habet locum etiam in excep. clericatus ex cōtra. & periuriȷ, quæ ſunt cauſæ ſpirituales, ſecundū Hoſt. & tene menti. Bal.

Iudex ſi non vult audire aduocatos & eorum allegationes, non propterea dicitur grauare partem, quia præſumitur iudex ſapiens in iure, nec apparet, quod propter hoc grauet partem, quia multi ſunt, qui non egent allegationibus iuris, ſeu legum, ita no. Inn. in c. paſtoralis, de cauſa poſ. & proprie. fol. 92

Iudex ſi condemnauit de principali, & non de fructibus & intereſſe, quod pertinet ad conſequentiam petitionis, non poterit de fructibus & intereſſe agi nouo iudicio, quia ſopitum videtur vna cum principali, ita no. Inn. in c. grauis, de reſti. ſpolia. Bal. fol. 95

Iudex duobus æquè probantibus non poteſt inter eos diuidere poſſeſſionem, quia non eſt ad hoc actum, ita no. Inn. in c. licet, de proba. fol. 103. nu. 5.

Iudex debet laborare, vt intercipiat teſtem, ſi videtur ei ſuſpectus, ita no. Inn. in c. cum cauſam, ad fi. de teſti. fol. 108. nu. 7. idē tenet Azo, C. eo. tit. in ſumma.

Iudex ex officio ſuo debet inquirere de conditione teſtis, licet non excipiatur ab alio contra quem producitur, ita no. Inn. in d. c. cum cauſam, de teſti. fol. eo. & no. ff. de magi. conue. l. 1. §. ſi præfec. Bal.

Iudex licet deleget cauſam, non propterea in illa poterit teſtificari, quia delegatus iure delegantis fungitur, ita no. Inn. in c. dilecta, de teſti. fol. 109. nu. 3.

Iudex debet quærere a teſtibus de cauſa ſcientiæ ſine interrogatorio, & ſi interrogauit, & teſtis nihil vel bene reſpondit, tunc non debet repeti interrogatio, ſecundum Inno. in c. cum clamor, de teſti. fol. 110. nu. 3. Si vero iudex non quæſiuit, malitia & doloſitas præſumitur, quia omittit ea, quæ officio ſuo incumbunt: debet enim ſuo officio interrogare de cauſis ſcientiæ. ſi autem iudex omiſit interrogare de circunſtantiȷs, non de ſubſtantialibus, vt de loco, tempore, & conteſtibus, & ſimilibus, non ſunt conteſtes iterum interrogandi, ſi autem iudex omiſit interrogare de principali re vel facto, vt de libello in præſcriptione, tunc debent repeti teſtes, quia fuit culpa iudicis non partis, ita no. Inn. in c. per tuas, de teſtibus. fol. 110. nu. 4.

Iudex in teſtibus interrogandis poteſt ex ſuo officio ſupplere, ita no. Inn. in d. c. per tuas, extra de teſti. fol. eodem.

Iudex qui non pronunciat ſuper pria non poteſt parti reſeruare petitionem expenſarum, quia nunquam habuit petitionem ſeorſum à principali, ita no. Inn. in c. fi. de dolo & contu. fol. 98. nu. 2.

Iudici ſoli licet non credatur, niſi quatenus conſtat ex actis, tamen creditur iudici & notario ſimul, ita no. Inn. in c. quoniā contra falſam, de proba. fo. 104. nu. 8.

Iudex poteſt cōmittere notario examinationē teſtium fiendā & in abſentia, ita no. Inn. in d. c. quoniā contra falſam, de proba. fol. eo. & in c. cū Bertoldus, de re iud. fol. 128. & no. etiam in c. 2. de iureiu. lib. 6. & in c. 1. de offi. deleg. in cle. & in c. cū cauſam, de teſti. & ipſemet notarius inſtrm de cōmiſſione facta ſibi poteſt facere, ita tenet Bal. in l. ex ſnīa. ff. de teſta. tute. tamen magis cautū eſt, vt alius notarius rogetur de confectione iſtius inſtrumenti cōmiſſionis. Hoſt. & Io. And. in d. c. quoniam contra, de proba. quod eſt no. ſine cōmiſſione notarius nō pōt examinare, quia hoc ſpectat ad officium iudicis non notariȷ, vt no. C.

de

de teſta.l.hac conſultiſſima.§ penul.facit ff de ex.n.tut.l.ſtire oportet. §.oportet, & ibi per Dyn.Bal.ſed pone, teſtes qui ſunt de eodem domicilio iudicis nõ poſſunt venire ad iudicem propter infirmitatem, nunquid iudex debet ire ad teſtes percipiendo teſtimonium? dic quod in criminali ſic. ſed in ciuili non tenetur ire,ſed poterit committere examẽ notario.& vide Bar.in d.l.ex ſententia, de teſta.tut.Bal.vide in c.conſtitutus,de fideiuſſ.

Iudex ſi viderit vacillare teſtẽ debet iubere notariu, quod ſcribat in actis qualiter ipſi iudici videtur teſtẽ vacillare,titubare,& pallere, &c.& debet ſcribi modus vacillationis,ita no.Inn.in d c.quoniam contra falſam, de proba.fol. 104. nu.5. Et ibi ẽt vide qualiter notarius debet ſcribere vacillationẽ teſtium, quãdo iudex ſibi dicit.Ion.ibidem,& no.bene iſta.Bal. & nn.quod eo tunc,i.tempore vacillationis , debet iudex hoc notario committere non ex interuallo, & maxime non debet committere finito iudicio, vide Inn. in d. c.quoniam cõtra fal.fol. eo.& Ang.in l.Lucius.ff.de his,qui no.inſa.

Iudex ſi citat aliquem per ſuam cedulam ſuo ſigillo ſigillatam,licet non ſit ſcripta manu notarij,valet tamen,ita no.Inn.in c.2.de fide inſtru.fol.113.nu.3.facit in arg.l.ſi publicanus.§.de rebus,de publi.

Iudex quando habet duas vias ad procedendum,ſeu duas auctoritates iuriſdictionales,poteſt ex vtraque procedere.Item poteſt vnũ actum facere ex vna, alterum ex altera,& tunc ex ea via quam elegit proceſſus eſt iuſtificandus,vt ff.de iuſſ.eius cui man.eſt iuriſd.l.& ſi prætur.ſed habens vnam auctoritatẽ,& putans ſe diuerſam habere,ſi procedit,an valeat proceſſus? & videtur quod ſic , niſi aſtringat ſe ſolum ad procedendum ex incompetenti auctoritate,ſm Inno. ſed alij dicunt valere,quia credit ſe iudicem,& eſt,& ſic non errat circo fundamentum, ſed errat in qualitate vel cauſa iuriſdi.ſua. ſicut ille, qui procedit vt ordinarius ex principali iuriſdictione,cum non poſſit,niſi ex prorogata , tamen dicit lex valere ſuum proceſſum.ff.de iudi.l.2.§.1. vide iſta per Innoc.in c.cum ex officij,de præſcri.fol. 124.& per Bal.in l.multum.ff.de condi.& demonſt.Bal.vide per do.Bal.de hoc in l.falſus.C de fur.

Iudex appellationis quando tertius appellat , an pronunciabit pro appellante ſibi non fieri præiuditium,an reſcindet ſñiam in totum,ẽt quo ad principalem, qui acquieuit ſñiæ. Item an perſona quæ venit ex tranſuerſo quæ nunquam appellauit,poſſit tertio appellare.Item an mandetur ſñia executioni in præiuditium vnius & non alterius, vide de omnibus iſtis Innoc.in c. cum ſuper, de re iud. fol.127.nu.2.& 3.iudex in ſñia poteſt dicere,ego pronuncio, vel nos pronũciamus,licet ſit vnus ſolus iudex,ita no.Inn.in c.Apoſtolica,de re iudi.

Iudex non poteſt reſeruare ius,de quo non eſt actum,niſi de conſenſu partium , ita nn. Inno. in c.cum dilecti,de emp.& vendi.fol.160.facit ff.de pac.dota.l.Bebius Marcellus.Bal.

Iudex imponit perpetuum ſilentium accuſatori,ſi non fuerit in termino , ita no. Inn.in c. licet,de accuſa.fol.201.nu.4.

Sciat tamen,quod iſtud ſilentiũ eſt interlocutoria, & poteſt ab impoſitione talis ſilentij appellari,quia nimis præiudicat.ff.de accuſa.l.Titia.Bal.

Iudex poteſt corrigere errorem ſuum,ſiue errauit in proceſſu, ſiue in interlocutoria, & in criminali,ita no.Inn.in c.qualiter,il 1.de accuſ.fol.202.nu.2.

Iudex ſi procedit contra aliquẽ non ſubditum,proceſſus non valet,nec tacitus conſenſus ſufficit ad actũ illum validandũ,ita no.Ion.in c.ad petitionẽ,de accuſa. fol.203.nu.1.Sed bene ſufficit conſenſus expreſſus,ita nn.C.commu.vtriuſque iud.l.2.& vide ſupra in ver.Arbiter,in 8.q.vide in l.1.C.de iuriſd.om. iudi. & in l.ſi per errorem.ff.eo.tit.& vide infra in hoc eodem ver.in proxi. 6.q.

Iudex recipit cautionem pro officij ſui ſecuritate, ita no. Innocen. in c. quia fruſtra,de vſur.fol.213.num.2.& vide per Oldra.& Bart. in l. ſi quis vxori.§.ſi fugitiui, de fur.Bal.

Iudex laicus ſi tenet aliquem in carcere,qui dicit ſe clericum, an teneatur eum dimittere,& quando,vide per Inn.in c.contingit,de ſen.excom.fol.228. nu.2. Et dic,quod detinet eum donec iudex pronunciabit clericum,nam iudex laicus de clericatu non habet cognitionem ſecundum eum,& poteſt epiſcopus inhibere iuditi laico,ne procedat contra clericum etiam litigare volentem,ſecundum eundem Inn.ergo ſi hoc facit epiſcopus, non tamẽ dicitur clericus declinare,ſed inuitus abſtrahi, nec incidit in pœnam inclinantium , quia eo inuito epiſcopus pro intereſſe totius ordinis clericalis declinat eum, non autem ſeipſum declinat.Et vide l.1.C.de lega. admi.parti tene menti.Bald de iſto puncto eſt hodie caſus ad literam in c.ſi iudex laicum,de ſen excom.in 6.q.

Iudice vel quocunque alio officiali mortuo , an poteſtatem eius exerceat aliquis ante euentum ſucceſſionis,vide Inn.in c.ad abolendam,de hære.fol.209.num.1. Et dic quod ſubalternum officium reddit ad dominum principalẽ.Principale officium ad nullum,niſi officium epiſcopi,quod ad capellanum reddit in eo propriẽ quod pertinet ad epiſcopi iuriſdictionẽ,ſicut eſt iuriſdictio & confirmatio,quia ſunt vnum corpus.& in vno collegiali corpore ẽt vnum ius omnium recidit, vt l.ſicut,in fi.ff.quod cuiuſq; vniuer.nomine,niſi ſint ſingulares perſonæ . Inn.

Iudex an poſſit reuocare poſt litem conteſtatam interlocutoriam per eum latam ante,vide Inn.in c ſæpe,de appel.fol.134.nu.3.

Iudex non poteſt iudicare,neque cogere aliquem ad aliquid faciendum ſine cauſæ cognitione,alias non valet ſententia, ita no.Innoc. in c ſolicitudinem , de appella.fol.136.nu.4.ſed pone,ſententia aliquo caſu eſt nulla , quæritur an conſenſus partium faciat eam valere? Et dic quod non,quando omni reſpectu erat nulla,& hoc quantum ad agendum,ſed quantum ad excipiendum ſic,vt C.communia vtriuſque iudicij.l.2.arg.ff.de pigno.l.1.in prin.ſi autem eſt nulla,nõ ſimpliciter,ſed habito reſpectu ad dominum,tunc ratificatione ſumit effectum, vt l.3.§.1.ff.rem ratam habe.& l.1.C.qui pro ſua iuriſus. Iac.But.Bal.vide ſupra hoc eodem ver. in 6.proxi.q.

Iudex appellationis an poſſit de principali cauſa cognoſcere, vide Innoc. in c.vt debitus,de appella.fol.137.num.5.

Iudices qui erunt,quando eſt contentio inter dominum & vaſallum de feudo , vel circa feudum,dicit Inn.quod pares,i.habentes feuda ſimilia. Et quando contentio inter vaſallos eſt,dominus ipſorum eſt iudex. ſed ad quem appellabitur iſtis caſibus,vide Ion.in c. cæterum,de iudi fol.80.nu.5.

Iudex eccleſiaſticus erit iudex,ſi eccleſia petat ſe reſtitui in integrum, ita no.Inn. in c.cum ſit,de foro compe.fol.82.nu.2.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de qualibet oppreſſione pauperum, & de crimine ſacrilegij etiam in dubio,ita no.Inn.in c.cum ſit generale , de foro compe. fol. eo.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcere debet de cauſis viduarum, quia ad eum iuriſdictio pertinet,licet de gratia ſpeciali deferatur iudicibus ſecularibus , vt ipſi cognoſcãt,ita no.Inn.in c.licet,de foro compe.fol.82.nu.3.Adde quod no. in c.ſignificantibus,de offi.dele.in nouella,& in l.1.C.quãdo Imperator inter viduas.Bald.

Iudex eccleſiaſticus habet cognoſcere de cauſa dotis & adulterij,ita no.Innoc. in c.1.vt lite non conteſt.fol.86.nu.3.

Iudices habentes mixtum Imperium iſti non ſolum habent poteſtatem dandi plenam poſſeſſionem,nudam vero poſſeſſionẽ in caſibus cauſa cuſtodiæ poſſunt dare ſimplices magiſtratus,ita no.Innoc.in c.iuæ,vt li. non conteſta.fol.86. Primum fallit in litis diuiſoriis , vbi requiritur litis deciſio corporalis , vt l.inter caſtellianum.ff.de arbi.Bal.

Iudex non repellitur propter omnem inimicitiam,ſed ſolum propter grauem . teſtis vero repellitur propter grandiorem, quæ non ex ipſo ſed ex alio cauſam habet.ff.de arbi.l.non diſtinguemus.§.cum quidã. & in c.cum P. extra de accuſ. Et nimis fauor inſtar inimicitiæ continet,ita nn. Hoſt.in c.accedens, vt li.non conteſt.quæ inimicitia probatur ex verbis,puta ex capitalibus minis, dũtamẽ ex perſona dicta penſemus,vt in l.1.C.ſi quis Imperat.maledixerit,& l.licet. C.de arbi.itẽ ex ipſis rebus & factis,vt C.de appel.l.ſi quis prouocatione.Bal. vide ſupra in ver.Colonus,in 1.q.ibi,quia iudex non intendit præiudicare,vide omnino ſupra in ver. Citatio,in 28.q.ibi. Sed reſponde , quod omnia præcepta iudicum,&c.vide ſupra in ver.Curia,in 3.q.ibi,& quilibet, &c.

Iudex licet mittat in prima citatione peremptorium , pars quæ citatur, non propter hoc poteſt appellare,quia iudex in quacunque citatione ſi vult , poteſt quẽ citare cum perẽptorio,ita nn.Inn.in c.1.de dila.fol.88. tene menti. vide Bar. in l.2.ff.de appel.recip.& Bal.in l.2.C.de epiſ.audien.

Iudex appellationis quandio cognoſcit,an appellatio ſit recipienda , non debet inhibere,ita no.Inno.in c.dilectus,de reſcrip.fol.11.nu.3.

Iudex non poteſt ſuper petitione principali iudicare nunc pro vna parte, nunc pro alia , quia ſuper totũ debet formare ſententiam : actus enim pronunciandi eſt indiuiduus , ſed ſi ſunt plura capitula poteſt de per ſe ſuper quolibet pronunciare,niſi eſſent connexa & inſeparabilia,ita no.Inno.& Hoſt.in c.cum inter, de elec.fol.21.Nec ob.l.intra vtile.ff.de mino. vbi per ſe iudicatum fuit ſuper ætate,quia id fuit interloquendo, non diffiniẽdo,nec ſuper re,ideſt ſuper re ſti.petita,ſed ſuper quoddam præambulo,i.cauſa petitionis,ſcilicet ſuper ætate,& tene menti prædicta.Bal.

Iudex poteſt iudicare ſuper his,quæ veniunt ex quadam conſequentia, licet ſpecificẽ non fuerit petitum in libello,ita nn.Inn.in c.querelam,de elec. fol.24.ff. de min.l.ſi iudex,& C.de ſen.& inter.om.iud.l.cum eorum.Bal.

Iudici poteſt de facto reſiſtere ille qui non eſt citatus, dummodo poſſideat , ita no. Inn.in c.ſi quando,de offi.dele fol.52.vide ſupra in ver.Factum, in 8.q.

Iudex quilibet dummodo ſit ordinarius abſoluit à ſñia excõicationis lata à iure. Sed ſi eſt lata ab homine,is,qui eam tulit abſoluit,vel ſuperior in ea iuriſd. ita no.Inn.in c.prudentiam,de offi.dele.fol.54.nu. 13.vel potes dicere, iudex maior poteſt abſoluere à ſententiis ſuorum ſubditorum,vt vult Inn.in d.c.prudẽtiam,de offi.dele.Et hoc ſi offi.minorũ ei ſubalternatur, vt ff.de iud. l.iudiciũ ſoluitur,alias non debet ſe intromittere, vt 11.q.1.c.perſona,per Arch.Bal.

Iudices ſedebunt à mane vſque ad veſperas,quomodo hoc intelligatur,vide Inn.in c.conſuluit,de offi.dele fol.56.nu.4.

Iudex quando pronunciat appellationẽ fuiſſe deſertã,iſta pronunciatio eſt interlocutoria,& ideo debet appellari in ſcriptis,& cum cauſæ cognitione, facit quod no.in c.ſi.de appel.in cle.& C.quõ & quando iudex. l.ſi prætet quaſi deſertã. & ideo quia eſt interlocutoria reddit executio ad primum iudicem, arg.l.intra vtile.ff.de mino.& no.in l.tale pactum. §.qui prouocauit.ff.de pac. & tangitur per Inn.in c.paſtoralis,de offi.dele.fol.58 nu.5.Bal.

Iudex inferior non cognoſcit de nullitate ſententiæ ſuperioris,ita nn.Inn.in c.cum in iure,ver.ſecus,de offi.dele. fol.59. num.3. facit in arg.ff.de mino. l.minor autem.nec merus executor,per capitulum, de cætero,de re iud. ſecundum Inn. per Bar.in l.à diuo Pio,in prin.ff.de re iudi.

Iudex poteſt ſuam iuriſdictionem defendere etiam cum enſe,& etiam in bello.hoc verum ſi iuriſdictio erat euidens & notoria,ſed ſubditus vel alter ſubtrahit ſibi exercitium iuriſdictionis,ita no.Innoc.in c.dilectus, de pœnis.fol. 224.& plenius per eundem,in c.olim,de reſti.ſpolia.Bald.

Iudex ſuperior in aliquo territorio poteſt cognoſcere de omnibus cauſis , de quibus iudex inferior poſſet cognoſcere in ipſo territorio,ita no. Inn.in c.cum ab eccleſiarum,de offi.ord.fol.63.nu.3.facit C.de offi.præfe.vrb.l.1.in fi.hoc verũ,niſi conſuetudo illius terræ præfigeret certũ ordinem in cognoſcendo ſm eum ibidem.Et dic,quod ipſo iure non valet,quod actum eſt contra cõſuetudinẽ informantẽ iuriſdictionẽ,& contra ordinem conſuetũ,tene menti.Bal.No.cõtra cõſuetudinẽ informantẽ iuriſdictionẽ,&c.Nã conſuetudo põt tendere ad deciſionẽ,ſeu iuſtitiam cauſæ.Et tunc dic,vt per Cy.in l.2. C.quando pro. non eſt ne.

Iudex ſi taxauit malẽ expen.poterit illam taxationẽ reuocare,ita no.Inn.in c.ſuper eo.quod met.cau.fol.73.nu.4.& per eundem in c.ſæpe, de appel.fol.134. num.3.ubi habes an poſſit appellari.

Index ſuperior poſtquam incœpit cognoſcere de appellatione inferioris, poſſeſſionē dare non poteſt, ita no. Inn. in c. conſtitutus, de appel. fol. 132. nu. 3. vide ſupra in verbo, citatio, in 27. q. vbi habes, quod omnia præcepta iudicum ſunt ſtricti iuris. No quod omnia præcepta iudicum, &c. quia contra facit, quod habetur in c. cū eccleſia Sutrina, de can. poſ. & proprie. Sed hoc intellige in articulo præcepti. Et vide Cyn. in l. quotiens. C. de fideicom.

Index qui ſe obtulit facere rationem, & iuſtitiæ complementum, non dicitur grauari, ita no. Inn. in c. dilectis, de appel. fol. 136. nu. 2.

Index à quo appellatur, debet citari ad audiendam ſententiam iudicis ad quem, ita no. Inn. in c. cum ſpeciali, de appel. fol. 138. nu. 8.

Index poteſt iudicare ex pluribus præſumptionibus, ita no. Inn. in c. illo vos, de pig. fol. 162. Et per Dyn. ff. de excuſa. tut. l. 1. Bal.

Index poteſt punire delinquentem ex ſuo offi. etiam ſine accuſatore, ita no. Inn. in c. qualiter, de accuſ. il 2. fol. 205. nu. 5. facit c. fi. de celebr. miſ. Punit ergo quis ſine accuſatore. Ratio eſt, ne maleficia remaneant impunita.

Index, an eo ipſo, quod fuit oppoſita exceptio, quod non erat iudex, deſinat eſſe iudex, ita quod proceſſus poſtea factus per eum non valeat. Inn. in c. cum ſpeciali, de appel. fol. 138. nu. 7. dicit, quod non recordatur ſe legiſſe, ſed Bar. in l. 1. C. ſi quis prædi. po. dicit, quod recordatur, quia allegat ibi eſſe caſum, ſed do. Bal. ibi dicit, quod eſt ſpeciale ibi. tene menti. Aduerte, alibi Bar. quærit in hoc, vtrum ex eo, quod opponitur iudici, quod eſt ſuſpectus, ex hoc impediatur proceſſus, & dicit, quod ſic contra Inn. per Bar. in l. qui poterat. ff. ad Trebel.

Index vnus poteſt alteri mandare, quod recipiat probationes vice ſua, ſeu nomine ſuo, ita no. Abb. in c. conſtitutus, de fideiuſ.

Index ſi dicit ſolue, ſolue, ſolue, non propter hoc dicitur tertia monitio, ita no. Albas in c. tan. de dona. vide gl. in l. 4. de pig. act. Bal.

Index poteſt terminū aſſignatum reuocare: non. n. habet maiorem auctoritatē termini aſſignatio, quàm interlocutio, ſed interlocutoriam poteſt reuocare, ergo et aſſignationem termini, ita no. Innoc. Abb. in c. ſignificante, de appel. fol. 139. quod tene menti. Bald.

Index in cauſis beneficialibus cognoſcit de meritis cauſæ etiam appellatione deſerta, ita no. Abb. in c. ſecundo requiris, de appel. Bal.

Index qui commiſit cauſam alicui, vt cognoſceret & pronunciaret habito conſilio à quodam ſapiente, ſi ille pronunciauit omiſſo conſilio, non oportet appellare, quia ſententia eſt nulla ipſo iure, ita no. Io. And. in c. non eſt, de confrer. lib. 6. in nouella. quod tene menti. adde quod ille, qui petit conſilium hominis certi, nō poteſt appellare à ſententia illius conſilij vigore lata, vel etiam à conſilio nō appellat, tex. eſt ad hoc melior, q ſit in iure ciuili, in l. generaliter. §. ſin autē is, ver. cum minus credele eſt parti, & l. C. de reb. cred. & iureiur. quod no. Bal.

Index ſi in prima dilatione probatoria dixit, & perēptoriè, & tunc ſecunda dilatio non dabitur, niſi cū maiori ſolemnitate, q̄ alias daretur, ſ. quod impedimentum in prima oportet probari teſtibus, non autem ſufficit ſolum iuramentum, ita no. Inn. in c. in cauſis, de teſti. fol. 106. nu. 2. quod tene menti. Bal.

Index vbicunq; daret dilationem probatoriam, demum conceſſa reſti. in integ. ibi arbiter, qui non poteſt concedere reſtitutionem, eo quod eſt miſti imperij, dabit dilationem non prohibita reſtitutione ita no. Inn. in c. penul. de arbi. fol. 79. nu. 3. quod eſt no dignum, de hoc per Cyn. in l. fi. C. vbi & apud quos. Bal.

Index quotieſcunque iudicat vt bonus vir, ab eius ſnīa appellari no poteſt vnquā, ita no Inn in c. præſenti, de reſcrip fol. 14. nu. 3. quod eſt no. ſm Odofr. Bald. vide Io. And. in addi. Specul. in tit. de appel. §. in quibus.

Iuramentum turpe non eſt ſeruandum, ſed turpiter præſtitum ſic, donec abſoluatur iurans, niſi ex neceſſitate, ita no. Inn. in c. venerabilem, de ele. fol. 29. nu. 5. & in c. cum inter. de renun. vide in ver. Teſtis, in 27. q.

Iuramentum quod eſt præſtitum alicui tanquam officiali, eo depoſito non debet ei ſeruari, ſm Hoſt. ibidem. Et vide infra in ver. Teſtamentis, in 45. q. Bal. vide in c. ad Apoſtolicæ, de re iud. lib. 6. & in c. paſtoralis, eo. tit. in clem.

Iuramentum de nō reuelando ſecretum, intelligitur, niſi ex iuſta cauſa reueletur, ita no. Inn. in c. qualiter, il 2. fol. 205. de accuſa.

Iuramentum veritatis ſuccedit locu iuramenti calumniæ in cauſis ſpiritualibus, ita no Inn. in c. literas, de iuramen. calum. lib. 6. fol. 87. nu. 2. Idem in criminalibus, vt in c. dilectus, de accuſ. Et ideo non eſt iuramentum purgationis: interdum. n. iuramentum calumniæ facit ſufficientem probationem, vbi id quod petitur agenti prodeſt, & alij non nocet vel parum, vt no. ff. ad exhi. in l. theſaurus, tene menti. Bal. vide ſupra in ver. Actor, in 15. q.

Iuramentum minoris repræſentat ipſum eſſe maiorem non eſſentialiter, cum eſſet quid impoſſibile, ſed tantū præſumptione ſic, vide Inn. in c. cauſam, alias in c. fi. de iura. calum. fol. 119. Et quid eſt hoc dicere, vide per Cyn. in l. ſi quis maior, C. de tranſac. Et hoc quod facit eum maiorem eſt verum, niſi fraus interueniens, vt no. in l. qua de re. §. contrarium. ff. de contrario iudi. tu. Bal.

Iurans aliquid dare vel facere ſine ſtipulatione, nulla oritur actio ciuilis, vel canonica ex hoc iuramento, ſed denunciatio poteſt impetrari, ita no. Ino. in c. nouit, de iudicijs. fol. 50. quod no. Bal. Et ſic no. quod iura. non includit pactū, coniuncto c. 1. extra de pact. vide Iac. But. & Bar. in l. 1. C. de ope. libe. & Bal. ibidem, & Inn. c. cum veniſſet, de inſti. fol. 151

Iurans in animam alicuius debet reſpondere id, quod domino videtur, non quod ſibi, ita no. Inn. in c. fi. de iura. calum. fol. 88. & in c. ad hoc, de teſti. Et de iuramento præſtando in animam alterius, vide 63. diſt. c. tibi domino. Bal. vide ſupra in verbo, conditio, in 1. & 2. q.

Iurare poſſunt de calumnia omnes, qui habent adminiſtra. à lege, vel à iudice ſine ſpeciali mandato, vt no. Inn. in c. Imperatorum, de iura. calum. fol. 88

Iurare poteſt de veritate etiam ille, qui non videt, ſi tamen indubitanter nouit. Fallit in teſte, qui dicit vidiſſe & ipſum fuiſſe in actu, ita no. Ino. in c. fi. de iur. calum. fol. 88. Ergo pars quæ iurat verū eſſe, nō debet interrogari de cauſa ſcientiæ, & ſi interrogetur, poteſt dicere ſcio, quia indubitanter noui. ſecus in teſte, qui debet reddere cauſam per ſenſum corporis, & de re ita geſta eo præſente & vidente, vnde dicit tex. quod in teſte ſemper requiritur præſentia & memoria, vt ff. de fur. l. quidam tabularum, in fi. & ff. de teſta. l. quidam teſtamento, in fi. & C. de teſti. l. teſtium, in fi. Et hoc dictum dominus meus do. Card. Vabrēſis allegat, quod ad hoc. vt Eccleſia Romana poſſit mouere arma ſpiritualia, & temporalia, ſufficit quod habent iuſtitiam veritatis indubitanter, licet non habeat iuſtitiam probationis, quia procedit eccleſia vt pars, cui ſufficit veritatis fundamentum. Bal. Item ſ. tas, quod ſi teſtis diceret ſe credere, vel ſibi videri, non valeret ſuum teſtimonium, vt no. ff. de arbi. l. diē proferre. §. ſi plures. quia iſta verba magis pertinent ad iudicium, vt eo. tit. l. quid tamen. §. 1. quàm ad aſſertionem facti. Bal. Item æquè creditur parti in negatiua, ſicut in affirmatiua, ſecus in teſte, quia videri factum negatiuum non poteſt. Et ideo magis creditur affirmantibus, qui dicunt ſe vidiſſe, quàm his, qui dicunt ſe non vidiſſe, vt no. per gl. in d. §. ſi plures, & per gl. in c. 1. de præſcrip. lib. 6. niſi teſtis adijciat, ne. eſſe potuiſſet, quia vidiſſem, vt no. in l. 1. §. 1. ff. de itin. act. pri. Tunc enim aſſerit negatiuam per ſenſum corporis, vt C. de contrahen. & commi. ſtip. l. optimam. Si autem dicit teſtis ſimpliciter non vidi, nihil probat, quia ſenſum negat, & tanquam ignorans deponit, vnde nil probat in negatiua etiā vaga, vel generali ic. l. eſt ſuſpectus, vt in c. cum eccleſia, de can. poſ. & proprie. Debet. n. eſſe coarctata, vt poſſit in veram notitiam cadere, ſed nec omnis ſenſus ſentit negatiuam, ſed ſenſus viſus tantum, quia locum vacuum video. Sed non ens, nō guſto, non tango, nec odoro, nec audio. Per contrarium probatur negatiua, quia non entia non obijciuntur ſenſibus, nec apparent ſenſibus, quia ſentire eſt pati, & abſente debet fieri ſecundum Ariſto. Et ſi iſte libellus non concludit, iſta tacita confeſſio ex contumacia non concludit, quia pro qualitate libelli debet intelligi confeſſionis effectus, vt no C. de iuramē. calum. l. fi. §. ſin autem reus, in gl. per H. Secus in confeſſione expreſſa, quæ poteſt excedere naturam petitionis, ſecundum Iac. alibi. tene menti iſta. Bal. vide infra in verbo, Probatio, in 5. q. & infra in verbo, Procurator, in 13. quæſt.

Iuratur iterato de calumnia propter præſumptam malitiam, ita no. Inn. in c. cum dilecti, de elec. fol. 28. nu. 6. ergo iuramentum calumniæ non excuſat ab expen. ſecundum Hoſt. ibidem. Bal.

Iurans homini ab homine poteſt abſolui, ita no. Innoc. in c. cum inter, de renuncia. fol. 39. num. 1.

Iuramento firmato à iure nil debet addi vel detrahi, quia certos habet fines, ita no. Inn. in c. alice de maio. & obed. fol. 67. nu. 2.

Iurare quando quis poſſit in animam aliorum, & quando non, vide Innoc. in c. ad hæc, de teſta. fol. 165

Iurans aliquid dare vel facere alteri, & ille idem iurauit aliquid dare vel facere alteri. Si vnus non ſeruat iuramentum alteri, nec alter illi, non obſeruanti ſeruare non tenetur, ita no. Inn. in c. peruenit, de iureiur. fol. 117. nu. 2. facit quod no. in l. 1. in fi. ff. de lo. pub. fru. & ff. locati. l. quæro. § inter locatorem, & ff. de iureiur. l. ſi non fuerit, & de non nume. pecu. l. fi. & de act. emp. l. Iul. §. offerri. C. de tranſac. l. ſic e apud actu. ff. de reſcin. vendi. l. fi. & de pactis. l. 1. & quod ibi no. cum ſimilibus. Ergo ſi iuraſti dare mihi centum, & ego tibi equū, ſi tu non facis promiſſa, ego non teneor, ſi non facio ſimiliter quæ promiſi, nam defectus cauſæ excuſat, vt in d. l. Ex prædictis collige caſum, quod quis licitè venit contra iuramentum ſuum, & no. iſta. Bal. idem quod dicit Inno. in primo dicto tenet Abb. in c. ſicut, de iureiur. qui dicit, quod non eſt periurus ille, qui periuro non ſeruat fidem, ad hoc v. de ff. de contrahen. emp. l. domum, in fi. Bal.

Iuramentum præſtitum poteſt in melius commutari, ſicut votum factum, ita no. Inn. in c. debitores, de iureiur. fol. 117 nu. 2.

Iurans parere mandatis alicuius ſimpliciter, tenetur obedire de quolibet mandato, de quo veriſimiliter potuit cogitari. Si autem iurauit aliquid in ſpecie, tunc in foro animæ ſtatur intentioni iurantis, in foro autem cauſarum ſtatur interpretationi iuris, ita no. Inn. in c. veniens, de iureiur. fol. 117. nu. 1. ad c quod no. ff. de re iud. in l. non videtur. §. qui iuſſu, & C. de vſur. in l. eos: iuramentum enim licet ſit ita præſtitum: debet. n. intelligi arbitrio boni viri, facit ff. de ope. libe. l. ſi libertus ita. Bal.

Iuramentum de obſeruandis ſtatutis reſtringitur ad licita, ita no. Inno. in c. clericus, de iureiur. fol. 119. & C. de vſur. l. eos, in gl. no. Bal de hoc in c. 1. de iureiur. lib. 6. & vide in l. non videntur data. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur.

Iuramentum quod præcipitur à iure præſtari ſuper contractu fiendo, vel alijs, intelligitur, quod ſolenniter præſtari debeat tactis manibus ſacroſanctis euangelijs, vt in Auct. vt omnes obed. iudici. §. fi. col. 5. ita no. Innoc. in c. & ſi Chriſtus, de iureiu. fol. 118. nu. 3. & no. per Io. And. in c. vt circa, de ele. lib. 6. Bal. Patet igitur, quod vbicunq; fit mentio in lege vel ſtatutis de iuto præſtādo, intelligitur, quod præſtetur ſolenniter tactis corporaliter ſacroſanctis euāgelijs.

Iuſtm debet eſſe veritatis indagatiue, ita no. Innoc. in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. fol. 118. vnde & ſi pars iurat attendere illud qđ ignorat, dr ſubire anceps periuriū, vt ff de in litē iurā. ſe. l. videamus. q̄ aſſertio temeraria veritatis in parte eſt culpa. ff. de act. emp. l. Iul. §. 3. in teſte aūt eſſet dolus & falſitas, ſi præciſè affirmaretur, ſm Inn. alibi. itē iuramentū debet eſſe materiæ licitæ & honeſtæ, non rei turpis vel prohibitæ. ff. de pac. l. iuregentium. §. & generaliter. item ſtylus deſcriptionis exigitur, & conſiliū animi. ibi ſē Inn. & Hoſt. no. Bal.

Iuramentum debet ſeruari, licet ſit in præiudicium rei familiaris, ſecus quando eſt in præiudicium animæ, ita no. Inn. in c. quemadmodum, & in c. cum contingat, de iureiur. fol. 118. & 119. nu. 3.

Iuramentum cadens ſuper debito ſeruandum eſt, licet ſit per vim extortū, ita no. Inn. in c. ad noſtram, de iureiur. fol. 118. & eſt tertium in ordine.

Iuramentum

Iuramentum eſt perſonale ex parte iurantis, ſed eſt reale ex parte eius, cui præſtatur, ita no. Inn. in c. veritatis, de iureiur. fol. 117

Iuramentum tranſit ad hæredem recipientis, non ad hæredem iurantis, nec fortius hæres forum vniuerſale ex iuramento defuncti, nec cenſura eccleſiaſt. poteſt compelli, vt no. in c. ſi. de foro compe. lib. 6. in nouella, per Ioan. And. licet Abb. dixerit contrarium in c. parochiano, de ſepulturis, tamẽ veritas eſt, quod iuramentum quantum ad ſpiritualitatem quæ ſibi ineſt, non tranſit ad ſucceſſorem iurantis, ſed quantum ad robur contractus bene tranſit, quia vires & robur a prin. ſui aſſumpſit de præterito, & ex perſona hæredis robur non mutatur. Item tranſit quantum ad probationem, vt in Authentico de iur. à moriente præſtito, col. 5. Bal.

Iurans non appellare, non obſtante iuramento adhuc poterit appellare per cauſam ſuperuenientem, ita dicit Innoc. in c. ad hoc, de appella. fol. 131. idem in reductione ibidem.

Iurans non alienare ea, quæ ſunt de menſa, intelligitur iurare etiam de poſtea quæſitis menſæ, ita no. Inn. in c. vt ſuper, de reb. eccle. non alie. fol. 159. idem Hoſt. ibidem. Tamen res conſuetæ infeudari non ſunt de menſa ſecundum Inno. ibidem. & per eundem in c. ex parte, de feud. & conſuetudo in hoc ſeruanda eſt, vt ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. permittitur. Sed quomodo iuramentum trahitur ad futura? Reſpondeo, quia eſt vniuerſale, vt ff. de fundo inſtruc. l. Lucius, & in l. ſi. C. quæ res pig. obl. poſ. Et no. quod res quæ non deuoluuntur ad epiſcopatum, ſed ad epiſcopum nomine alieno, i. pauperum, non dicuntur epiſcoporũ deputari menſæ, ſed nomine pauperum vendi dicuntur, & liberè pretium pauperibus erogari. Menſa ſpecialis non continetur appellatione pauperum, & in hac alienatione, nulla eſt neceſſaria ſolennitas ſiue forma, vt in Auth. de eccleſiaſticis titulis. §. qui hoc facere, & §. interdictum, col. 9. ſecundum Bar. quod eſt benè no. & eſt ratio, quia epiſcopus facit iſtam alienationem vt executor, cui non eſt data aliqua forma, tene menti. Bal. Sed quid ſi epiſcopus rẽ emphyteuticam non reuocauit & ſtetit per annum, an iſte lapſus anni facit rem eſſe de menſa. Arch. tenet, quod ſic, quia ex quo epiſcopus percipit fructus nomine menſæ, ipſi menſæ deputaſſe videtur. Ego nõ credo quod conſuetudo res ſic de facili permutetur, ſicut nec inducitur, ad hoc ff. communia præd. l. venditor. Bal.

Iurauit quis non vendere vel alienare rem, ſi de facto alienat, vel vẽdit, ipſa alienatio tenebit, non obſt. iuramento, ita tenet Ion. & Io. And. in nouella, in c. dilecto, de præbend. quod no. pro principibus, qui aliquando permittunt vaſallis alicuius caſtri eorum iuramento, quod nunquam alienando illud caſtrum eximit de corona regali, & ſæpe contrauenit, & alienatio tenet per prædicta, tene menti, vide in c. licet, de iureiur. lib. 6. in gl. & in nouella per Bald. in l. duobus, in ſi. ff. de iureiur. adde tamen, quod tenet alienatio ſi fuit moderatè facta, ſecus ſi immoderatè, vt quia per eam læditur dignitas regalis, vt no. ipſe idem in c. intellecto, de iureiur. adde ſimiliter primum dictum ſupra ea. quæſt. quod no. in ſimili de domino, qui iurauit non reuocare procuratorem, qui reuocare poteſt, licet ſit periurus, vt in c. ſi. in glo. ſuper verbo, Reuocatus, de procu. li. 6. quæ eſt ſingularis.

Iurans non accuſare aliquem poteſt renunciare ad correctionem, ita no. Innoc. in c. venient, de accuſa. fol. 201. nu. 3.

Iuramentum defuncti in extremis præſtitum afficit hæredem, & facit eum hæredem de foro eccleſiæ, ita tenet Abb. in c. ſi. de ſepul. Secus ſi eſſet iuratum in cõtractu, nam per hoc non efficitur hæres de foro eccleſiæ, niſi iam cœptum eſſet iudicium cum defuncto, vt no. Io. And. in c. ſi. de foro compe. lib. 6. in nouella, & eſt ratio, quia iuramentum eſt perſonale ex parte iurantis, & per mortem virtus ſpiritualitatis ei annexa diſſoluitur, vt in c. veritatis, de iureiur. per Inno. fo. 117. Alia vero vires iurim & robur contractus non pereunt morte iurãtis. Bal. Et facit quod hæres teneatur iuramentum præſtitũ à teſtatore in articulo mortis ſeruare, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. filius matrem. Bal. vide ff. de leg. 3. in l. cum quis decedens. §. codicillus, & Titia per Bal.

Iuramentum aſtringit teſtem ad veritatem dicendam, tam ſuper facto, quàm ſuper circumſtantijs, vide per Abbatem in c. cum cauſam, de teſti.

Iuraui ſtare mandatis tuis, non poteris propter hoc iniungere mihi graue & inſolitum, ita no. Abb. in c. veniens, de iureiur. arg. l. fiſtulas. §. penul. ff. de contrahen. emp. Bal. vide in l. pen. de arbi. per Guil. & in l. ſi. de præto. ſtipu. per Bar. & in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. per Cyn. & Bal.

Iuraui non eſſe contra eccleſiam, licet ſic iurauerim, tamen ſi ipſa eſt contra me poſſum me defendere ab ipſa, nec intelligor iuramento præiudicaſſe, ita no. Abbas in c. petitio, de iureiuran.

Iuramentum fidelitatis extenditur ad futura, ita dicit Abbas in c. clericus, de iureiur. & vide per eum, & vide l. ſi fructus. ff. de vſufru. in gl. ordi. Bal. vide ſupra in verbo, Appellatio, in 26. q.

Inueſtitura, inueſtiri poteſt quis quatuor modis de terra, & debentur mediocres, ita no. Inn. in c. per veſtras, de dona. inter vir. & vxo. fol. 199. Poſſideri autẽ non poteſt incerta menſura & locus agri. Aliud ergo eſt inueſtitura. Inno. vide infra in verbo, res, in 2. q. omnino.

Ius commune ſi deducatur in pactum, non eſt ſimonia, ita no. Ion. & Hoſt. in c. ad audientiam, de reſcrip. fol. 5. vide infra in verbo, reus, in 3. q.

Ius alicui nõ quæritur per ſententiam excõicationis, ita no. Inn. in c. ſacro, de ſen. excom. fol. 229. nu. 8. vide infra in verbo, renunciatio, in 5. q.

Iura ſpiritualia non ſunt diuiſa inter epiſcopum & capitulum, ita no. Inn. in c. cũ clerici, de verb. ſign. fol. 223. vide ſupra in verbo, electio, in 14. q.

Iura loquentia de ſtipula. & acquiſitionibus ſeruorum habent locum in contractibus monachorum, ita no. Innoc. in c. cum olim, il 2. de priuilegijs. fol. 219. num. 4. facit ad materiam l. ſeruus. C. de pac. quia quæ ibi dicuntur in ſeruo, idem in monacho.

Iura ſpiritualia non tranſeunt in vniuerſitate temporalium rerum, & ſi ſit appoſitum ſignum vniuerſale, ita no. Ion in c. ex literis, de iurepat. fol. 181. nu. 1. Bal. Caue per l. quædam ff. de acqui. rerum domi. & per no. in l. modicus. ff. de contrahen. emptio.

Ius patronatus eccleſiæ tranſit non ſolum ad filios, ſed etiam ad extraneos hæredes, quia tranſit cum vniuerſitate, ita no. Innoc. in c. 1. de iurepatro. fol. 181. nu. 1. tene menti perpetuo.

Ius patronatus ex ſola præſentatione non quæritur, ita no. Inno. in c. quoniam, de iurepatrona fol. 181.

Ius patronatus poſt fundationem eccleſiæ non quæritur, ita no. Inn in c. 1. de iurepatro. fol. eo. num. 1. & vide ſupra in verbo, caſtrum, in 1. q. ibi, ius patronatus &c. vide ſupra in ver. conſuetudo, in 1. q. ibi, oritur ius petendi, &c.

Ius quæritur in beneficijs eccleſiaſticis ſine poſſeſſione, vide per Cõpo. in c. cũ M. de conſti. Bal. vide in c. literis, de cõſuetudine, & dixi in l. traditionibus. C. de pac.

Iura quando ſunt contraria ſtatur poſteriori, tamen generale non derogat ſpeciali alicuius l. ei, ita no. Inn. in c. 1. de reſcrip. fol. 4. nu. 3.

Ius impetrandi acquiritur in gratioſis ex ſola interpretatione, & tantum operatur in eis interpretatio quantum in contentioſis citatio, ſecundum Innocen. in c. conſtitutus, de reſcrip. fol. 7. nu. 3.

Ius quando petitur in aliqua re, debent vocari omnes quos tangit res, ita no. Inn. in c. inter quatuor, de maio. & obed. fol. 66 nu. 3. & interdum vocantur illi, quos res non tangit per præiudicium, ſed per affectum, vt ſunt conſanguinei & amici, quod eſt in vno caſu tantum, ſ. quando volo procedere contra aliquem abſentem vel pupillum, tanquam contra indefenſum, nam iſta negatiua, quod ſit indefenſus, aliter non poteſt apparere, niſi per iſtam diſcuſſionẽ, & imaginationem, vt l. ergo ff. qui. ex cau. ma. Porro hi, qui præiudicio contingunt, ſunt citandi, niſi in illis caſibus in quibus res iudicata, ſeu inter alios acta non præiudicat, ſecundum Inn. & no. ff. de mino. l. de ætate, & ff. ex qui. cau. ma. l. ſi miles. §. 1. & C. ſi propter publicam penſi. l. ſi deſerta, in ſi. Regulariter non ſunt citandi illi, qui non habent ius in proceſſu. Bal.

Iure, ideſt ſecundum ius, quod ſecundum conſuetudinem ſit, dicit Inn. in c. cum veniſſent, de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſeruan. fol. 100. nu. 1.

Ius ſtatim eſt quæſitum in beneficialibus ex permutatione, ſecus in rebus corporalibus, ita no. Ion. in c. inter cætera, de præben. fol. 147. nu. 3.

Ius an quæratur alicui ex inueſtitura, vide per Inn. in c. ex ore, de his quæ fiunt à maio. par. capituli. fol. 158 per Dyn. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Bal.

Ius non poteſt acquiri in beneficijs ex præſcriptione, ita no. Abbas in c. ex parte, de teſtibus.

L

LAicus *debet poſtulari ad canonicatum, non eligi, ita no. Inn. in c. ſi. de obl. ad ratiocina. fol. 48. nu. 2. &c.*

Laicus tempore inchoati proceſſus & delicti, ſi poſtea efficiatur clericus vel monachus non mutat forum, vt l. ſi quis poſtea. ff. de iud. & l. cum quædã puella. ff. de iuriſdi. om. iudi. Nam pœna alteratur, vbi in pœnis inſpicitur tempus delicti. Sed vbi inſpicitur tempus ſententiæ, tunc ſecus, quia ſecũdum illud tempus moderatur condemnatio, licet ſecundum aliud tempus accuſatio ſit formata, vt ff. ſi ex noxa. cauſa agatur, l. penul. & de pœn. l. 1. & ff. de neg. geſt. l. Pompo. il 2. Si vero ſit clericus ante inchoatum proceſſum, idem quo ad pœnã, ſi in fraudem recipit clericatum, ſecundum Dyn. Sed quære ſicut bona alienare poteſt ſic, vt ita dixerim, non & perſonam, vt ff. de dona. & l. poſt contractũ. de in integ. reſtitu. l. abſentem. Non enim eſt perſona, aut res litigioſa? Reſpondeo, quod noxa ſicut lepra ſequitur caput, vt no. in Auth. de mona. in princi. col. 1. & ff. de capi. di. l. 2. §. nemo, & ff de poſtul. l. ex ea. Vel dic, quod licet clericus in ante geſto teneatur inſpecto initio tantum, iudex ſecularis non poteſt in eo ſequi ſententiam corporalem, quia non poteſt mittere falcem in alienam meſſem arg. ff de bon. aucto. iudi. poſ. l cum vnus. §. is qui, & ff ſi ſerui. vendi. l. ſicuti. §. Ariſto. & in Auth. de ſanct. epiſ. §. ſi vero, col. 8. vbi dicitur, quod primo degradari debet, & poſtea tradi ad pœnam iudicis ſecularis. Sed an poſt capturam clericatum accipiens dicatur eſſe præuentus dic, quod ſic, quia capture non eſt citatio, ſed cuſtodia, vt in c. vt famæ, de ſen. excom. Vt quando iudex ſecularis capit clericum in ſcelere, ſeu in delicto cõprehenſus, tangitur iſta materia in c. 1. de obli. ad ratiocina. & melius per Io. And. ibidem, quem omnino vide, & per Bar. in d. l. 1 ff. de pœnis. Bal. itẽ ſcias, quod mutatio duplex, ſ. fori, & pœnæ, & neutra ſit ſi erat præuentus, ſed ſi non erat præuentus, ſit mutatio iud. non pœnæ, niſi quando non cadit in iudice talis qualitas pœnæ: tunc n. primo degradari debet, poſtea remitti puniendus veteri pœna, & facit ff. ad municip. l. incola, & quod ibi no. Bal.

Laicus tenens clericum in carcere, ſeu aſſerentem ſe clericum, an Laicus teneatur eum dimittere, & quando, vide Inn. in c. contingit, de ſen. excõ. fol. 228. nu. 2. & vide ſupra in verbo, Iudex, in 88. q. vbi latè.

Laici interdicti promoueri non poſſunt, ita no. Innocen. in c. non eſt, de ſponſalibus. fol. 190.

Laici pro rebus eccleſiaſticis poſſunt conueniri coram iudice eccleſiaſt. ita no. Inn. in c. ſi clericus, de foro compe. fol. 82

Laicus non accuſat clericum, ſeu presby. etiam de fornicatione, ita no. Inn. in c. ex parte, de teſti. fol. 105. nu. 1.

Laicus etiam de ſpiritualibus tenetur reſpondere Papæ, ita no. Innocen. in c. dilectus, il 2. de præben. fol. 151. vide ſupra in verbo, Clericus, in 22. quæſt. & etiam in 30. quæſt.

Latitare dicitur omnis, qui non obedit vocationi iudicis, cum ſit: præſumatur, ita no. Inn. in c. dilecto, de verb. ſignifi. fol. 235. nu. 4.

Laudum arbitratorum non emologatus tacitè lapſu temporis, ita no. Innocen. in c. Quintaual.

c.Quintaual.de iureiur.fol.118.nu.4. Ratio eſt, quia magis accedit cōtractui, quàm ſententiæ, vt in Auth.vt diffe.iudi.§.1.col.8. Itē ſi arbitrator non procedit vt iudex, ergo non habet citare partem ad eſſentiam laudi, ſecundum no. per Inn.in c. dudum, de præſump.fol. 116. Sed ad ſui inſtructionem ſi ei non liquet de cauſa, requirit abſentem, & ſi abſens non comparet, videtur impedire ne arbitretur, vt ff.de verb.obl.l.ſi quis arbitratu. Item quare citat, vbi requiritur exploratio voluntatis, vt ff.de ædil.edic.l.quod ſi nolit, & de in diem adiec.l.ſi neceſſario, & de leg.2.l.quod tamen, quod tene menti. Adde quod no. per gl.ff.de arbi.l.ſi de meis.§.decepiſſe, per Dyn. & ff.de furtis.l.ſi dominiō, per gl. & de indi.l.1. & vide quod dixi ff.de condi.indebi.l.ſi procurator. Bald. vide ſupra in verbo, Arbiter, in 7.quæſt.

Legatarius admittitur in teſtem, in cauſa teſtamenti, quia neceſſario non ſequitur, valet teſtamentum, ergo & legatum, ita no. Innoc.in c.quoniam, de teſtibus.fol.105.num.2.

Legatum, vide infra in verbo, Teſtator, in 1.& 3.quæſt. & infra in verbo, Prælatus, in 2.quæſt.

Legatus quid poſſit reſeruare ſuæ collationi, vide Inn.in c.cum dilectus, de iureprtro.fol.182.nu.2. & vide quod no.ff.de teſta.mili.l.ſi certarum, in fi. Bal. vide ſupra in verbo, emanans, in 1.q. & ſupra in ver. Ciuitas, in 5.q.

Legatus an poſſit facere ſtatuta contra ius cōe. dic quod ſic, niſi in reſeruatis vel prohibitis ſtatui, ita no. Inn.in c.vt ſingulu, de offi.Archipreſbyteri. fol.51

Legati in prouincia ſibi commiſſa poſſunt facere cōſtitutiones generales in his, quę pertinent ad ſuam iuriſdictionem, ita no. Inn.in c.nemini, de officio leg.fo.62. idem tenet Abbas in c.1.de loca. & ſic facere ſtatuta, procedit per eundem, per quem procedit iuriſd. & eandem merum habet ſtatuere & iudicare, ſecundum Inn.ſiue quis habeat iuriſdictionem altam ſiue ſuperiorem, ſiue baſſam, i.inferiorem, & poteſt facere ſtatu.in ſpectantibus ad ſuam iuriſdictionem. Non tamen poteſt facere ſtatu.ne à ſua iuriſdictione poſſit appellari, quia ſoli Principi licet apponere clauſulam omni appellatione remota, vt in c.venientes, de iureiur. quia hoc, ſ.an appel.ſit recipienda necne, non pertinet ad ſuam iuriſdictionem, ſed ad iuriſd.ſuperiorum. Nunquid ergo ualeat ſtatutum, quod faciūt iſti in prouincijs quibuſdam, ſ.quod ab interlocutoria nō poſſit appellari. videtur, quod ſic, ſi appellatur ab inferiore ad epiſcopum legatum. ſecus ſi ad Papā, quia non poteſt diuertere à molendino domini Papæ, poteſt tamē retinere hūc modum, quod faciat iudices tres. primum, primæ cauſæ. ſecundum, primæ appellationis. tertium, ſecundæ appellationis: & ſic non poterit appellari extra prouinciam, quia non eſt licitum tertio prouocare, & hoc eſt iuris communis, non vi ſtatuti, ſecundum Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu. Qui non dicit verum, quin quo ad Papam poteſt appellari omiſſis gradibus. Si autem facit conſtitutionem non negatiuam, ſed affirmatiuam, puta quod ab interlocutoria liceat appellari vna vice, valet conſtitutio, quia auget ius ſuperioris, non autem minuit ſecundum quoſdam. Sed videtur, quod non poſſit ſine ſpeciali commiſſione, ſtatuere id, cuius contrarium ſtatuit dominus, vt ff.man.l.ſi hominem. Sed quid ſi ſtatuit, vt procedatur ſummariè & de plano? videtur valere, quia non tangit ius ſuperioris, ſed ordinem iudiciorum. in contrarium allegatur ff.de offi.procon. & leg.l.nec quiſquam, & no.in Spec.in tit.de leg.§.ſupereſt, ver. ſed nunquid, & in c.fi.de hæreti.lib.6.& de verb.ſignifi.c.ſæpe, in cle.in gl.3. Sed quid ſi ſtatuit, quod minor non reſtituatur, videtur quod non valet, at ff. de mino.l.3.in prin. At contra, ff.quod quiſque iuris.l.1.§.1.& plenè vide in c.fi.de appel.lib.6.in nouello. Bal.

Legatus facta vnius prouinciæ exiſtens in alia explicat ſibi decreta, ita no. Inno. in c.nouit, de offi.deleg. fol.62

Legatus nullam habet poteſtatem auferendi iura vnius eccleſiæ, & dare alteri, ita no. Inn.in c.fi.de confir.vtil.vel inutil. fol.142

Legitima poteſt diminui prætextu conſuetudinis, ita no. Abb.in c.Raynutius, de teſtamētis. imo eſt ibi caſus de hoc melior qui ſit in iure, ibi dum dicit ſm Tuſcanenſem conſuetudinem ciuitatis, &c. vide Cy.in l.ſancimus.C.de nup. Bald. vide Io.And.in c.multum, de reg.iu.lib.6.qui allegat ad id.in d.c.Raynutius.

Legitimatus & reſtitutus famæ ab Imperatore eſt habilis ad honores ciuiles, non eccleſiaſticus, ita no. Inn.in c.per venerabilem, qui filij ſint legitimi. fol.198. nu.3. legitimatus à Papa non videtur legitimatus ad ſuccedendum, niſi in terris eccleſiæ, ita dicit Inn.in d.c.per venerabilem.

Legitimatio ſummi Ponti.quid operatur, vide Inn.ibidem.

Legitimatio ſobolis non firmat electionem illegitimè electi, alias nati, quia non purgatur vitium eligentium, quia non trahitur retro, ita no. Hoſtien. in c.innotuit, de electio.

Legitimatio perſonæ procuratoris non facit eum irreuocabilem ante li. conteſta. ita no. Inno.in c.in cauſis, de elec.fol.28.no.4.

Legitimè videtur factum in dubio, quod factum eſt, ita no. Innoc.in c.fi.de libelli obla.fol.85.& ibi uide de natura iſtius uerbi, legitimè.

Legitimè nihil poteſt fieri, ſi forma non ſeruatur, ita no. Hoſtien.in c. cum dilectu, de reſcriptis.

Lex licet ſit abrogata, tamen ratio ſemper remanet legis, quam ſemper licitum eſt allegare, ita no. Inn.in c.nouit, de iudi.fol.81.nu.6.& vide l.penul.in prin. C.de lat.lib.tollen. Inn. vide ſupra in verbo, citatio, in 28.q. circa mediū ibi, quod ſi lex aſſignet tempus, &c. Bal. vide in c.auctoritate Martini, de præben. lib.6.& Bar.in l.fi.ff.de falſis.

Lex petendæ.C.de temp.in integ.reſti.habet locum, vbi terminus præfigitur non iudici, ita no. Inn.in c.de cauſis, de offi.deleg.fol.52.num.5.ff.de mino.l.inter vtile, no.C.de adulto.l.fi.& ff.de execu.tut.l.ſi cum ipſe, & in l.ſcire oportet. §.conſequens, & per Dyn.in §.rurſus, & l.arbitrio.§.penul.ff.de dolo. Bal. vide infra in verbo, ſtatuimus, in 6.quæſt.

Lex primo.§.ſolent.ff.quando appel.ſit, intelligitur quando præſens ſedebat in ordine non iudicans, ſed conſulens, vel quando ſedit iudicans, ſed contradixit, & ideo poteſt cognoſcere de appellatione, quia cognoſcit diuerſo iure, ita no. Inno. in c.irrefragabili, de offi.ordi.fol.64.nu.2.

Lex de vſu aquæ.ff.de varijs & extraor.crimi.qualiter intelligatur, vide Inno.in c.2.de offi.iudicis.fol.66.nu.2.

Lex penul.ff.de aqua quoti.& æſti.vide Inn.in c.cum veniſſent, in fi. de in integ. reſtitu.fol.74.nu.9.

Lex ſi de meis.ff.de arbi.vide Inn.in c.per tuas, de arbi.fol.78.nu.3.ibi ponit, &c.

Legis intellectum ſufficit habere, licet non habemus intellectum facti, ita no. Inn. in c.eccleſia, vt li.penden. fol.101

Lex ſi quis in tantam.C.vnde vi.an habeat locum in cauſis eccleſiaſticis, vide Inno.in c.ad noſtram, de iureiur. fol.117

Lex vtique.ff.de re.vendi.qualiter practicetur in ſententia formanda & cęteris capitulis illius l.vide Inn.in c.1.de re iudi. fol.125

Lex petendæ.C.de temp.in integ.reſti.& l.diffamari.C.de inge.manumiſ. quomodo debent intelligi, vide Inn.in c.ſuper eo, de appel.fol.132.& ibidē vide per Inn.de coarctatione dilationum, & vide ſupra hoc eodem ver.in 2.q.

Lex viua quando aliquid prohibet, debet idem operari, ac ſi lex mortua prohiberet, ita no. Inn.in c.fi.de accuſa. fol.205

Leges ciuiles an ſint ſeruandæ in foro eccleſiaſtico, ſeu canonico, vide per Inno.in c.1.de no.ope.nun.fol.218.& etiam per Io.And.ibidē in nouella, & in c.quod clericis, de foro compe. Dic, quod ſi loquimur in ſententia, tunc inter laicos eſt ſeruanda in foro epiſcopi, ſi patitur iuriſdictio iudicantis, vt in c.fi.de excep. lib.6. Si loquimur in ſtatutū. Aut ſtatu.eſt contrarium canoni: & tunc epiſcopus debet ſeruare canones, non ſtatu.vt in c.eccleſia, de conſti.& in c.cum cauſam, de re iud. Aut non eſt contrarium, ſed ſupplet, vel diſtinguit ius canonicū, & tunc ſeruandum eſt ſtatu.arg.notatorum in l.1.de conſti. Principum. Aut ſtatu.eſt præter ius canonicum, & diſponit de caſu alias non deciſo, & tunc ſeruandum eſt, vt ff.de legi.l.de quibus. & ideo conſuetudines feudorum ſeruantur in foro epiſcoporum, ſicut pacta, vt ff.de legi.l.ſed & ea. Et non ſolum conſuetudo eſt ſeruanda, ſed ſimile conſuetudinis & ſtatuti, no.ibi, & l.non poſſunt, & in l.ſed & poſteriores, eo.tit. nam quando lex fit ſuper caſu non deciſo, ſemper tacitè agi videtur, vt de ſimilibus ad ſimilia porrigatur, vel procedatur, quod eſt no. Bal. Adde ad iſtam materiam, quod no.glo. in c.mala fidei, de reg.iu.lib.6.Bald. vide Bar.in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matri.& no. bene hoc in eo, quod dicit ſemper, & an hoc procedat in pęnalib. dic vt in c.1.§.ſed quia natura, in tit.qua ſit prima cauſa ben.amit.& ibi dixi.

Lex ſi dicit, quod hæreticus in articulo mortis non poſſet reconciliari, eſſet inhumana & contra voluntatē Dei, ita no. Inn.in c.à nobis, de ſen.excō.fo.226.nu.2.

Lex, de intellectu l.Barbarius.ff.de offi.præſi.vide omnino Inno. in c.cum dilecta, de reſcrip.fol.9.nu.1.vbi ponit no.intellectum illius legis.

Libertates deducendæ ſunt ad tēperantiā, ita no. Inn.in c.quanto, de cēſi.fo.184.

Libertas, vide infra in verbo, Rex, in 3.q.

Libellus eſt triplex, quidam eſt ſupplicationis, & eſt ille, qui offertur iudici à quo tantum, deinde præſentatur iudici recognituro de cauſa, deinde parti, contra quam. Quidam dicitur conuentionalis. & iſte primo offertur iudici, deinde parti. Alius dicitur citatorius, qui offertur parti tantum. in primo non requiritur expreſſio rei vel cauſæ, vt l.prætor.ff.de iuriſdi.omn.iudi. in ſecundo requiritur expreſſio rei & cauſæ proximę & remotæ. in tertio non requiritur expreſſio cauſæ, vt C.ſi min.ita ſac.aliė.l.ex quidem.in gl. Hoc quantum ad libellū, quo debet, & poteſt procedi. Sed eſt libellus ex quo poteſt, ſed non debet procedi, quando exprimitur cauſa proxima tantum, ſ.oblatio informis, tamen ualet ad interruptionem. Eſt tertius libellus, ex quo non debet, nec poteſt procedi, quia non concludit iudici, neque parti: iſte eſt difformis, & ſic eſt triplex libellus, ſ.ex quo procedi poteſt, & debet. Ex quo poteſt, & non debet. ex quo nō poteſt, nec debet. Alius eſt enim libellus informis, alius difformis, ſicut in iuramento dicimus. Et ſic erit triplex libellus, Formis, Informis, & Difformis, ita no. Inn.in rubri.de libel.obla. fol.84

Libellus, in quo iniuſta cauſa petitur, non debet recipi, ita no. Inn. in c. inter dilectos, de dona.fol.163.nu.2.& no.ff.de excep.doli.l.2.§.circa. Bal.

Libellum ineptum ſi iudex admiſit, & ſuper eo eſt probatum, non ualet probatio, ita no. Spec.in tit.de offi.iudi.§.de ſeruis.uer.quid ſi libellus, & no. in c.examinata, de iudi.per Io.And.Inn. Si uero libellus eſt aptus, ſed proceſſus ineptus, adhuc non ualet probatio, niſi per confeſſionem, in c.Piſanis, de reſti.ſpol. ſecundum Io.Cald.& ff.de iureiur.l.ſi patronus libertum, per Guil. de accuſa. Si delegatus pronunciat ſuper ineptitudine libelli, non deſinit eſſe iudex, quia eſt interlocutoria, uer.quid ſi proprio.G.

Libellus propriè non dicitur querela, cui petitio non inſeritur, ita no. Inno.in c.in noſtra, de ſepul.fol.169.in prin.

Libellus qualiter debeat concipi in petitione quartæ epiſcopalis, uide Inn. in c.certificari, de ſepultu.fol.168.nu.1. Adde quod quarta epiſcopalis non debetur, niſi ab eccleſijs ſubditis, ſed parochialis debetur etiam ab exemp.quia iſta non debetur ratione ſuperioritatis, ſed ratione iniuriæ, ideo quia non ſepeliuntur apud parochiam, ſecundum Io.And.in c.cum ex officijs, de teſtamentis. Bal.

Libellus qualiter formetur, quando ſocius agit contra ſocium ratione ſocietatis, uide Inn.in c.inter dilectos, de exceſſib.prælatorum.fol.217.nu.7.

Libellus quando formatur ſimpliciter, & tunc nomine proprio intelligitur formatus, niſi eſſet perſona eccleſiaſtica, quia tunc nomine eccleſiæ intelligitur formatus, ita no. Inn.in c.olim, de reſti.ſpol.fol.97.nu.2.

Libellus requiritur in cā inquiſitionis & denunciæ.ita no. Inn.in c.1.de libel.obl. fo.84.nu.3.uide infra in uer.Sñia, in 16.q.& infra in uer.Renūciās, in 14.q.

Libello

Libello non procedente poteſt fieri miſſio ex primo decreto, & executio ſententia, ibidem Inn. & vide ſupra in verbo, Actor. in 1. & 3. quaſt.

Libellus quando poſſit mutari vel emendari, & quando non, vide Inn. in d.c. 1. de libel. obl. fol. 84. nu. 6. poſt li. conteſt. Itē in cauſa appellationis non poteſt quis emendare vitium petitionis in libello poſitum, ſed vitium exceptionis bene poteſt emendare, vel vitium poſitionis, vt C. de temp. appel. l. per hanc, & no. C. de appel. Nec obſt. quod appel. pendente nihil debeat innouari, quia verum eſt in innouatione executionis, ſecus eſt in innouatione probationis vel delegationis, vt l. fi. C. de errore aduoca. tene menti. Bal. Item ſcias, quod in l. in delic. §. ſi detracta. ff. de noxa. fuit generaliter actum ibidem. nam qui declarat libellū non dicitur mutare vel emendare, & ideo hoc poteſt fieri in quacunque parte litis, exponendo quod dixi, non perimendo. ff. de rei vendi. l. Pompo. ſcribit, ſi frumentum. §. 1. & in c. cum dilectus, de accuſa. Sed ſecūdum eſt falſum, quia ille §. ſi detracta, loquitur in libello ſpeciali, nam eo ipſo, quod non exprimitur qualitas, videtur ſimpliciter agi, nec poteſt poſtea addi qualitas poſt litem conteſtatam, quia non intentat per libellum. ſecundum commune dictum aduocatorum. Doct. noſtri dicunt, quod quando in libello adycitur qualitas, aut ſuper ea fundatur intentio actoris, & eſt de ſubſtantia, & tunc poſt li. conteſt. non poteſt detrahi, quia alia via eſt electa, exemplum in l. 1. §. diuus. ff. de ſica. & ff. de inſtito. l. habebat, & arg. l. ſi mulier, in fi. ff. quod met. cau. in ratione ſui. Aut ex ea pendet beneficium conuenti, & non obligatio agentis, & tūc poteſt addi & detrahi, vt d. §. ſi detracta, quia obli. principalis, ſecundum Legiſtas nō mutatur, tene menti iſta. Bal.

Libellus generalis admittitur, & tunc valet etiam ſententia generalis, tamen debet eſſe clarior, quàm libellus, ita no. Inn. in c. 2. de libelli oblatione. fol. 85

in Libello ſufficit acceſſoriè petere fructus perceptos & percipiendos ſine alia expreſſione quantitatis, ita no. Inno. in c. 2. de libelli oblatione. fol. eo. & ff. de arbi. l. quid tamen. §. penul. Bal.

in Libello ſufficit dicere, peto decem, qua mutuaui, licet non adyciam te mihi ſoluiſſe, vel ſolenniter in contractu eſſe, vel pecuniam in vtilitatem eſſe conuerſam, ita no. Inn. in c. fi. de libel. obla. fol. eo. &c.

Libellus licet non ſit recipiendus ſine cauſa, tamen ſi recipiatur & reſpōdeatur ab aduerſario bene tenet proceſſus, ita no. Inn. in d. c. fi. de libel. obla. fol. eo. vide ſupra in hoc eodem ver. in 3. q.

Libellus non requiritur, vbi non agitur contra ſpecialem perſonam, niſi quando cōtradictor petit, ita no. Inn. in c. 1. de libel. obla. fol. eo. nu. 4.

Libellus etiam ſine concluſione procedit coram Papa, & fortè etiam coram alio, ſi concluſio ſit vniformis, & ex verbis colligi poſſit, arg. ff. de auct. tut. l. penul. & no. infra quaſt. 4. quia præſulatus. facit ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. qui dum rectè. Si vero poſſint diuerſa concluſiones elici, non procedit libellus per concluſionem non declaratus. Si autem libellus habet concluſionem, licet non ſit per circumſtantias declaratus, procedit, vt ff. de pœnis l. ſi præſes, & no. Inn. in c. 1. de li. conteſt. fol. 85. nu. 3.

Libellus debet continere talem cauſam quæ probata ſufficit, i. quæ neceſſario inferat, ita no. Inn. in c. 1. de li. conteſt. fol. eo. & no. in l. 2. §. circa. ff. de excep. doli. vel ſaltim inferat præſumptiuè, vt l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fran. credi. & arg. no. in l. penul. ver. ſed quæ ratio. C. de peri. tut. Bal.

Libellus ineptus non ſolum reijcitur, ſed etiam veritati contrarius notoriè, ita no. Inn. & Hoſt. in c. 1. de offi. vica. fol. 51. nec debet poni in actis, quia iudex verbo, & facto poteſt eum lacerare, vt l. 1. & ibi gl. ff. de offi. aſſeſſo. & in l. fi. C. de ordi. cog. & no. in l. qui cum maior. §. ſi patris. ff. de bo. lib. Sed quæro, libellus ineptus fuit oblatus in iudicio contra aliquem, vel fuit generalis, vel obſcurus, ille contra quem fuit oblatus fuit litem conteſtatus ſuper illo libello inepto generali vel obſcuro nihil opponens. Poſtea ille videt, quod libellus eſt ineptus, ſeu obſcurus, opponit contra libellum, dicitur ab actore, quod illa exceptio non erat admittenda, quia erat exceptio dilatoria, & ſic debuit ante litem conteſt. opponi, vt l. 2. & l. exceptionem. C. de proba. Certum eſt enim, quod eſt licitum arguere de ciuilibus ad criminalia, vt l. abſentem. ff. de pœni. Sed nos videmus, quod ſi libellus ineptus generalis vel obſcurus offertur, debet excipi ante litem conteſtatam, & tunc debet nomen rei in libello aboleri, vt l. libellorum, ver. itē quid ſi accuſator. ff. de accuſa. item iſta videtur excep. facti, non iuris, quia obycere, quod libellus, ſeu eius intentio nō valet, vt dicit l. 1. ff. ſi menſor. fal. mo. dixerit, ibi, nec intentionem, &c. vnde cum infra tempus non fuerit oppoſita, ſilentio perdidit cauſam, vt extra de excep. c. paſtoralis. C. qui accuſa. non poſ. l. ſi ea. nec reperio iure cautum, quod exceptio non oppoſiti libelli ſit peremptoria, quia peremptoria habet ſe circa negocium principale, & hoc ſonant verba, quia perimit. Dilatoria differt iudicium cum à capite libellus poſſit reſtaurari, facit quod no. in c. Raynaldus, de teſta. Dic plenè per Ia. And. in c. examinata, de iudi. in nouella. De incertitudine libelli, dico, quod non vitiat ipſum, ſi non opponitur, vt C. de annali excep. l. fi. nam acta ordinaria li. non vitiantur propter incertitudinē, ſecus in probatorijs & deciſorijs, vt ff. depoſiti. l. 1. §. ſi quis argentum, in gl. no. de rei vendi. l. idem Pompo. ſcribit ſi frumentum. §. fi. vera autem ineptitudo poteſt ſemper opponi ante ſententiā, vt in d. c. examinata. Hoc verum ſi peccat in iure, ſecus ſi peccat in facto, vt d. l. fi. de annali excep. Item vbi libellus non continet cauſam poteſt quandocunq; emēdari per modum probationis. Si autem continet cauſam inſufficientem, non poteſt emendari, niſi ante litem conteſt. vt l. edita. C. de edendo, & l. 2. §. circa. de excep. doli. Sed arg. contra, ff. de appel. l. ſcio. Sed illud in cauſa appellationis, vbi vera cauſa apparet ex actis pãntis. Sed quid ſi reus eſt litem conteſtatus ſuper libel. ambiguo, & fecit hoc ideo, vt ſententia eſſet generalis, ſed actor cum ſibi deficiant probationes, vult reſtringere libellum, declarando ſuam intentionem ad hoc, vt ſententia ſibi non officiat in alijs, ſed reus contradicit, per auct. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, & quia in fauorem rei eſt inductum, quod poſſit procedi ſuper ambiguo libello, ſi reus vult, quid iuris hoc caſu? gl. in alleg. l. fi. de annali excep. arguit pro, & contra. Sed contra actorem multum facit ff. de arbi. l. de rebus. Sed pro eo actore facit ff. de rei vendi. l. idem Pompo. ſcribit. §. fi. & arg. ff. de verbo. obliga. l. inter ſtipu. §. 1. quod videtur verius. Ad hoc ff. de verb. obl. l. quicquid aſtringendæ. Sed quid erit ſi iudex vult incertum libellum repellere, reus cōtradicit ? videtur quod reus non admittatur, quia libellus incertus præſertim vbi cauſa non eſt, non concludit, quia concluſio non ſequitur ex præmiſſis. Contrarium dicas, quia iniuriam facit iudex tam actori, quàm reo, vt no. in d. l. fi. de annali excep. Ex his colligitur illa propoſitio famoſa, quam dicit Iac. But. in d. l. edita. C. de edendo, ſ. quod libellus generalis cōcludit iudici, non parti opponenti. Aliud autem in libello inepta præciſè, vt quando ius non cōuenit facto, vt C. ne quis vella regin. l. 1. & de formulis. l. 2. Puta ſi laicus petat eccleſiam in proprietatem, licet ſit patronus, quia in Laicis ius proprietatis non cadit, vt in c. examinata, de iudi. Sicut nec Iudæus mancipium Chriſtianum, &c. vt h. vir bonus. iudi. fol. nam iſte libellus eſt cōtra iuſ conſtitutionis. Sed libellus incertus eſt potius contra ius partis, & hoc verum, vbi actio proponitur, ſecus ſi officium iudicis, quia tunc etiam partibus inuitis iudex ex officio pōt repellere petitionem indiſcretā, vt C. de præd. curialib. l. 1. li. 10. & ff. de tranſac. l. cum hi. §. in cauſa. Tene iſta menti perpetuo. Bal.

Libellus non eſt neceſſarius in cauſa appellationis, quia ſine libello poteſt iudicari ex præmiſſis actis, ita no. Inn. in c. coram, de offi. deleg. fol. 59

Libellus generalis includit ea, quæ ſunt iuris cōis, non ea quæ ſunt conſuetudinis vel dic, quod libellus non indiget ſpecificatione in his, quæ includuntur de iure communi, ſed in his quæ non includuntur de iure cōmuni eget ſpecifica expreſſione, ita no. Inn. in c. conquerente, de offi. ordi. fol. 65. nu. 3.

Libellus quomodo formetur quando petitur caſſari electum vel electio, vide Inno. in c. cum veniſſent, de in integ. reſti. fol. 74. nu. 2.

Libellus ſupplicatorius debet offerri referendarijs ſacri Palatij, ita no. Inn. in c. ex literis, de in integ. reſti. fol. 75. nu. 1.

Libellus iſte, dico quod tali tempore & loco me ſpoliaſti tali re, vnde iuſtitiam mihi fieri peto. bene valet de generali iuſtitia, ita no. 1. q. 4. quia præſulatus, ita no. Inn. & Hoſt. in c. 2. de ordi. cog. fol. 90. nec coarctat iudex vigorem, quin & iniuſta ſententia valeat, niſi appelletur. ſed iuſtificat libellum contra ineptitudinem petitionis, i. concluſionis, & concludit iſte libellus generalis iudici, item parti, niſi petat declarari, vt ff. de rei vindic. l. ſi in rem, in fi. ſcilicet quādo narrata poſſunt recipere diuerſas concluſiones. ſed quando habent vnicam tantum & vniformem concluſionem, tunc concluſio eſt ſpecialis & certa. Reo quoque ſic petere ſufficit, vt no. ff. de in ius vocan. l. libertus à patrono. quod videtur reus facere eo ipſo, quod excipit vel negat, vt l. amplius. ff. rem ratam habe. et ff. de procura. l. non ſolum. §. ſi ſtatus. & ideo quando contradictio rei ſapit vim turbationis actoris, non eſt neceſſe aliter probare de turbatione, arg. ff. de acq. re. do. l. Pompo. in fi. Item poteſt quis eandem petitionem ex pluribus cauſis iuſtificare, vt ff. de admini. tut. l. Aemilius, & de excuſ. tut. l. qui teſtamento. & de contrahen. emp. l. ſi mater tua, & l. ſicut exceptionem. §. ſi plures, de excuſa. tut. tene menti. Bal. Idem dicit Inn. quod ſi libellus generalis recipitur, proceſſus valebit. Sed ſi in eo plures includantur condemnationes, ſecundum illam, quæ minorem condemnationem requirit, fiet condemnatio, niſi ex qualitate probationum, vel ex proſecutione actorū aliud inducatur, ita no. ipſe in c. cū dilec. de ordi. cogn. fol. eo. quod no. Ex hoc no. quod procedit iſte libellus, peto talem condemnari ſecundum formam iuris, & ſtatutorum, ſcilicet ſi non petatur declarari alia lege, vt ff. de accuſa. l. ſenatus. in quo libello dic quod aut per ſtatutum derogatur iuri ciuili, vt quia dicit ſtatutum, quod non poßit, niſi pœna ſtatuti imponi. & tunc ſolum ſtatu. videtur eſſe acceptatum, quia ſola vea videtur electa, quæ poßibilis eſt, ut l. 3. ff. de teſta. mili. Aut non derogatur, & tūc aut ſtatu. cumulat pœnam, & tunc utraq; uia uidetur eſſe electa, ut l. qui ſepul. de ſepul. uiola. Aut non, & tunc uia ſimplicior & lenior per iudicem eſt tenenda, ſi acta patiuntur, ut ff. de pœnis. l. ſi præſes. Actor non poteſt addere, cui uult, dummodo probet, & tunc iudex ſequi debet uiam probationum, ſecundum Inn. & hoc in pœna imponenda, ſed in ordine iudicij debet procedere tantum ſecundum ſtatutum ſuum, quod bene no. Bal.

Libellus non continens originem petitionis dicitur generalis & informis, tamen tenet ſuper eo informis ſententia, & pariet exceptionē rei iud. in omnibus, ita no. Inn. & Hoſt. in c. ſuper, de ordi. cog. fol. eo. Sed iſte libellus non debuit recipi, ut C. de eden. l. fi. & l. fi. C. de annali excep. & arg. ff. de verb. obl. l. triticum. libellus informis nulla probatione ualet, ut no. ff. depoſiti. l. 1. §. ſi quis argentū. fallit in probatione confeßionis, ut ff. de iureiur. l. ſi duo. §. ſi quis. Et no. quod libellus indefinitus æquipollet generali, ſecundum Inn. Poteſt tamen indiſcreta petitio poſita in libello declarari in proceſſu, & tunc medium arctat extrema, niſi malignè factum ſit, ut ff. de arbi. l. de rebus, quod no. Bal.

Libellus incertus procedit ſuper pertinentijs, quia petuntur acceſſoriè, & nomine pertinentiarum caſtri, intelligitur territorium eius, ita no. Inn. in c. cum ad ſedem, de reſti. ſpol. fol. 97. nu. 2. & 4. & petito caſtro tacitè intelligitur petitū eius territorium, ut ff. de offi. præfec. urb. l. 1. §. cum urbem. Bal.

Libellus an ſit dirigendus contra eum quem dico uaſallum meum eſſe, uel diſtrictualem, an contra eum qui poßidet obedientiam in eo, an contra utrunque ? Dic quod contra utrunque, ut utrique præiudicet, quia res. quæ eſt æquè principalis, nam poßidentis intereſt non perdere, & poſſeſſi intereſt dominium nō mutare, ita no. Inn. in c. ad audientiam, de reſcrip. fol. 5. nu. 2. & no. in l. unuſ ex. ff. de fideicom. liber. & ff. de rei uendi. l. 1. §. per hanc. quod no. Bal.

de Libello disiunctiuo, uide per Inn. in c. Abb. de re iud. fol. 130. nu. 1.

Libellus ſi recipiatur, & in eo non apparet de intereſſe actorum, quod ſententia

debet

debet reſtringi ad intereſſe actorium, ſi poteſt fieri, alias debet ferri ſecundum probata, ita no. Inn. in c. inter monoſterium, de re indi fol. 129. nu. 2.

Libellus ſubiectionis formatur contra clericos rebellantes, ita no. Ino. in c. cum inter, de re indi. fol. 126. nu. 2.

Libellus eſt neceſſarius ſuper his, quæ ante li. conteſt. contingunt, ita no. Innoc. in c. ſignificante, de appel. fol. 139. nu. 1.

Libellus qualiter debet formari in cauſa appellationis, vide per Innoc. in c. dilectis, de appel. fol. 136. & videtur caſus notabilis in l. Athenas, in fi. cum l. ſeq. ff. de aquu plu. arcen.

Libellus re perempta procedit etiam ſi res petatur in actione ex teſtamẽto, vt per Bal. in l. filiofami. res. ff. de dona. cauſa mortis.

Libellu eodem poteſt peti res, & pœna, licet tempore petitionis nondum ſit cõmiſſa, vt extra de teſt. c. Raynuldus, in prin. per Doc. & do. Pet.

Liberatio tanquam quid fauorabile poteſt fieri etiam abſente parte aduerſa, ita no. Inn. in c. veniens, de renun. fol. 41. & per eundem in c. ſidem, de pac. per gl. in l. 1. C. de pact. & in l. non ſolum. §. ſi libertatis. ff. de liber. lega. Confeſſio vero ad obligandum & pactum requirit præſentiam aduerſarij, vt ff. de pac. l. idem in duobus. ff. de confeſſis. l. certum. §. ſi quis vero, & ff. de act. & oblig. l. conſenſu, & C. de do. l. non ambigitur, & C. de ſacroſan. eccl. l. illud, & de contrahen. emp. l. 1. in fi. Nam vbicunq; requiritur, ibi oportet, quod conſenſu amborum actus producatur, facit quod nu. ff. de neg. geſt. l. fi. in fi. & qui renunciat liti, videtur renunciare iuri, ſecus ſi dicat renuncio inſtantiæ, vt C. de præſcrip. long. temporis, l. 1. & no. C. de pact. l. poſtquam liti. Et vide Innocen. in c. ex tenore, de renuncia. Bal. vide Bar. in l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff. de excuſa. tut. & in d. §. ſi liberationis.

Liberato principali per remiſſionem ſibi factam, videtur etiam liberatus conſiliarius, & quilibet accuſatorius ſibi in iudicio animæ, ita no. Inn. in c. ſicut, de homici. fol. 210. nu. 2. quod nu. ad paces, quæ fiunt quotidie, quia factu pace cum principali, & cum ſuis auxiliatoribus facta videtur. quod nu. Bal.

Licitum & illicitum aliter iudicatur in foro conſcientiæ, quam cauſarum, de quo vide plenè per Inn. in c. quia plerique, de immu. eccle. fol. 189

Licitum eſt facere reprobationem reprobationis, non vlterius, ita no. Abb. in c. licet cauſam, de probo.

Ligare nemo poteſt non ſubditum, & ſi conſuetudo erat in contrarium, nõ valet, ita no. Ino. in c. quæſiuit, de his quæ fiunt à maio. par. capitali. fol. 158. nu. 2.

Limes quid ſit, & in cuius iuriſdictione ſit, & ſi quis iudicat de eo, quod fiet in cõfinio territorium, vide per Inn. in c. penul. de parocb. fol. 169. nu. 2.

Limites & ea quæ ſunt circa limites, quando poſſunt præſcribi, & quando non, vide Inn. in c. ſuper eo, de parochiis. fol. eodem.

Limes & limitis adhærentia non præſcribuntur, & quæ dicantur adhærentia limitis, dic quod relinquitur arbitrio iudicis, ita no. Innoc. & Abbas in c. 1. de parochijs. fol. eodem.

Limites probantur per libros antiquos, teſtes & famam & adminicula, ita no. Abb. in c. cum cauſam, de proba. quod no. quia ſæpe eſt de facto.

Liber rationum an faciat fidem & quando, & quid de libris mercatorum, vide per Bar. in l. vnda. ff. de dona.

Litera, vacante ſede miſſa, videtur potius miſſa eccleſiæ, quàm perſonæ, ita no. Hoſtien. in c. eam te, de reſcrip. & vide ſupra in ver. Credulitas, in 5. q.

Literæ impetrata contra vicarium nõ arctat dominum, ita no. Inn. & Hoſt. ibidẽ.

Litera ad inſtantiam impetrata, quot modis tollantur, ſeu euaneſcunt, vide per Hoſt. in c. cæterum, de reſcrip.

Litera impetrata ſuper confirmatione ſententiæ, licet non adijciant ſi veniat confirmanda, tamẽ tacitè intelligitur, quod ſunt literæ iuſtitia, ita no. Inn. in c. ex parte, de reſcrip. fol. 4. num. 3. item ſubintelligitur hæc clauſula partibus conuocatis, quod iuſtum fuerit decernas, ſecundum Hoſt. & vide ſupra in ver. Factum, in 1. q. & infra in ver. Reuocatio, in 3. q. &c.

In Literis de iuſtitia non eſt neceſſe facere mentionem de principali iure aduerſarij, quia non læditur illud ius partis. ſecus in gratia, quæ venit ad eludendam ius alterius, ita no. Inn. in c. cum ordinem, de reſcrip. fol. 4. nu. 3.

Literas Principis vitiat mala grammatica, ſed mala grammatica in narratione non vitiat, quia eſt mala grammatica partis non Principis, ita no. Inn. in c. ad audientiam, & in c. ex parte, il 2. de reſcri. fol. 5. vel dic, quod qualibet vitiat, ſed falſa orthographia non vitiat, quia non eſt ſcientia, vt in c. ex parte, de fide inſtru. vide infra in ver. Reſcriptum, in 4. q. & ſupra in verbo, gratia, in 1. q. & ſupra in verbo, Pactum, in 2. quæſt.

Literæ iuſtę poſſunt etiam eſſe obreptitiæ, i. præter conſcientiam impetratæ, ita no. Inn. in c. cũ dilectu, de reſcrip. fol. 9. nu. 4. arg. l. fi. in fi. ff. quod met. cau. Bal.

Literæ quæ ſunt clam impetratæ ab aduerſario, i. eo inſcio, non propterea dicentur obreptitiæ, ſecundum Inno. Contrarium ipſe no. in c. cum olim, de re iudi. fol. 126. vbi dicit, quod quando quis impetrat literas aduerſario ſuo ignorante, quod iſtæ literæ ſunt ſubreptitiæ, exponit ipſe ibi ignorante, ideſt non citato citando, & dicit ipſo ibidem, in d. c. cum olim, ſed argumentũ contra, ff. de acq. poſſ. l. clam poſſidere, quæ nihil facit. Bal.

Literæ impetratæ à falſo procuratore, cenſentur falſæ, & ideo non poſſunt ratificari confirmatione, ita no. Inn. in c. ex parte decani, de reſcriptis. fol. 12. nu. 2. Nec debet eſſe in pendenti propter ſummam authoritatem earum, arg. ff. de hæredi. inſtitu. l. illa inſtitutio.

Litera non valet, ex quo ſtylus curiæ non ſeruatur, ita no. Hoſt. in c. man. de reſcr.

Literæ à non clerico ſuper beneficio impetratæ non valent, ita no. Inno. in c. ex literis, de tranſa. fol. 69. num. 2. ergo ſi quis non habet tonſuram, non poteſt impetrare beneficium.

Literæ impetratæ ſunt impetrantis tantum ante præſentationem, ſed poſt præſentationem ſunt cõmunes, ita nu. Inn. & Hoſt. in c. ex conqueſtione, de reſti. ſpol. fol. 95. ergo non conferunt iuriſdictionem antequam præſententur, quia iuriſdictio cõmunis eſt: hoc verum actu, ſed habitu ſtatim iudex eſt, quod ſuperior delegat, vt ff. de iudi. l. cum furioſus, ergo illud quod facit iudex delegatus ante præſentationem eſt ipſo iure nullum, quia actum, i. exercitium non habet. Non obſt. ff. de iudi. l. 2. §. 2. vbi ſufficit ſcientia litigatorum: quia illud in prorogatione, nam & ſine expreſſa prorogatione tacitè fit prorogatio litigando. Vnde ſi iudex videt eos coram ſe litigare, non procedit temere, & ſic non obſt. Quid in mandato procuratoris, qui aliquid facit ante receptas literas mandati? Dic vt no. Arch. in c. is qui, de procur. lib. 6. vbi tenet, quod non valet. quod non credo verum, quia ex quo dominus mandat, ratum habere tenetur, vt ff. de procu. l. ſi procurator abſentis, alias nulla ratihabitio valeret, quia mandatum præſentatum non fuit, quod nec erat in rerum natura, quod eſt contra iuris ciuilis regulas, facit ff. qui ſatiſd. cog. l. Iul. Sed an eo ipſo, quod dominus tranſmittit alicui inſtrumenta cauſæ, videtur eum facere procuratorem? Dic vt no. Guil. de Cun. in l. Labeo. ff. de pac. & tangitur in l. fi. C. de pactis conuentis. Sed ibi non eſt mera traditio inſtrumentorum, ſed conuentio perſonarum, & ex multis concurrentibus augetur effectus. Bal.

Litera commiſſionis citandi non eſt neceſſario ponenda in actis, ita no. Innocen. in c. quoniam contra falſam, de proba. fol. 104. nu. 3. quia iſta commiſſio citandi non eſt de actis, ſecundum eum. Sed Cyn. in l. neminem. C. de requi. reis, tenet quod debet poni in act. Bal.

Literæ ſigillatæ prælatorum vel aliorum officialium quam fidem faciant. Vide Inno. in c. 1. & plenius in c. 2. de fide inſtru. fol. 112. & 113. nu. 2.

Litera noua ſcripta in charta raſa, ſeu vetuſta inducit præſumptionem cõtra inſtrumentum, non repulſionem, ita no. Innoc. in c. cum Ioannes eremita, de fide inſtrum. fol. 114. nu 8.

Literæ quando impetrantur non eſt neceſſe ibi fieri mentionem, de appel. ita no. Inn. in c. oblatæ, de appel. fol. 137. nu. 1. quod eſt no.

Litera monitoriæ quid operentur, & quid datio executorum, vide per Inn. in c. dilectus, de præben. fol. 147. nu. 5.

Literæ impetratæ non dicuntur obreptitiæ, licet impetrans ſit peccator, ita no. Inno. in c. propoſuit, de conceſ. præben. fol. 152. nu. 4.

Literæ iudicis ſine teſtibus faciunt fidem, ita no. Abb. in c. cum à nobis, de teſti. & ibi dicit, quod duo teſtes derogant literis ſigillatis. ratio eſt, quia vna vox eſt probatio plena & vera, ſigillũ vero plena & præſumpta, ſed derogat præſumpta, ſecundum Pun. de Lazar. quod nu. bene.

Litis conteſtatio, vel quaſi debet fieri ſuper exceptione, ita no. Inno. in c. exhibita, de iudi. fol. 82. & vide infra in ver. Teſtis, in 84. q.

Litem conteſtari non videtur, qui reſpondet poſitioni, quia nec poſitio dicitur libellus vel petitio, nec continetur concluſio in poſitionibus, vnde poſitiones non fiunt ad litis inchoationem, ſed ad veritatis indaginem, in præparatorijs autem cauſarum fiunt poſitiones, ita nu. Inn. in c. 1. de li. conteſt. fol. 85. nu. 1. Et ſuccedunt loco probationis, non loco lit. conteſt. ſecundum Spec. in tit. de li. cõteſt. §. 1. Bal. & vide ſupra in ver. citatio, in 24. q.

Litis conteſtatio poteſt fieri per negationem facti, & per negationem iuris, vnde ſufficit dicere reo, nego me contraxiſſe, vel nego me teneri, ita no. Inn. in d. c. 1. de li. conteſt. fol. eo. nu. 3. De hoc in Spec. in tit. de li. conteſt. in ſecunda parte, §. 1. ver. ſed nunquid per reſponſionẽ. cum ſequenti, vbi omnino vide, & l. age. C. de tranſactio. & l. edita. C. de edendo, in ãpin. Hu. Bal. vide ſupra in verbo, excep. in 7. quæſt.

Litem conteſtandi præſumitur animus fuiſſe, vbi verba ſunt apta ad litem conteſtandam, ſecundum Inn. in d. c. 1. de li. conteſt. fol. eo. nu. 3. vide ſupra in ver. citatio, in 24. q. ibi, licet non requiratur li. conteſt. &c.

Litis conteſtatio non fit per exceptionem oppoſitam, dicit Inn. in c. pront, de dolo & contu. fol. 98. nu. 1. Nec eſt neceſſe, quod iudex interroget, vt ibi, vide omnino infra in ver. Teſtis, in 42. q.

Litis conteſtatio, an requiratur in inquiſitione ſi partes non ſunt contumaces, vide Ino. in c. cum olim, de teſtibus. fol. 107. nu. 3.

Lis conteſtari poteſt in cauſa appellationis, licet nõ ſit neceſſarium, ita no. Inn. in c. Raynaldus, de teſta. fol. 166. nu. 4. & ibi vide per Abbatem, & intellige altera parte præſente, ſed vtraque parte præſente, exordio litis lis eſt conteſtanda, vt C. ne liceat in vna eademq; cau. l. 1. per Iac. & Cy. facit, quod no. per gl. no. in c. per venerabilem, qui filij ſint legiti. quod eſt nu. Bal.

Lite conteſtata poteſt opponi contra accuſantem, quod ſua non interſit, ita no. Inn. in c. ſuper his, de accuſa. fol. 201. nu. 7. &c.

Lis mota non impedit executionem ſententiæ à qua non eſt appellatũ, ita no Inn. in c. cum in iure, de offi. deleg. fol. 59. In contrarium facit capitulum vt calumnijs, eo. tit. in cle. Pro prima opinione facit l. fi. C. de ordi. cogni. niſi ſit præiudicialis & habens paratam probationem, vt C. quando prouo. non eſt neceſ. l. 2. in ver. ſi promptas, & hæc vera vbi conſtat de iuriſdictione pronunciantis. Sed vbi non conſtat nunquam fit executio, ſecundum Inn. & ideo exceptio iudicis incompetentis ſemper impedit execut. ſententiæ, vt eſt gl. ſing. in c. 1. de ſequeſtru. poſ. & fruct. in clem. item hæc vera ſunt ſi conſtat de proceſſu cauſæ verè, vel præſumptiuè, ſecus ſi non conſtat de proceſſu. Quando autem præſumatur factus proceſſus, & quando non, vide per Ino. in d. c. cum in iure, ſuperius allegatu, ex prædictis patet, quod laudum non meretur executionem, niſi producatur compromiſſum, & videatur iuriſdictio. Bal.

Lite pendente, non debet quis priuari poſſeſſione, ita no. Inno. in c. cum veniſſent, de in integ. reſti. fol. 74. nu. 2.

Lis non eſt conteſtata ſuper plus petitione, quando petitur plus tempore, & hoc liqueat iudici per exceptionem oppoſitam & probatam de partium conſenſu,

vel

vel confeſſione vel inſtrumento, abſoluitur reus ab obſeruatione iudicij duplicatis induciis & actore condemnato in expenſis clauditur actori iudiciorum copia, niſi reficiat expen. ita no. Inn. & Hoſt. in c. 1. de plus pett. fol. 91. Sic ergo dilatoria ſolutionis non eſt cauſa abſolutionis, ſed dilatoria vel duplicationis induciarum, ſ. quæ exſtabant tempore li. motæ, arg. ff de pœnis. l. aut fact. §. quiſquis, & vide quod dixi in l. ſi pecuniam. ff. ſi cer. pet. &c. Bal.

Lite pendente ſuper quæſtione iuris patronatus, an poſſeſſor poſſit præſentare, vide per Abbatem in c. ex literis, de iurepat.

Locatio, vide omnino infra in ver. Sacerdos. in 3. q.

Loca quæ dicũtur vicina, vide pleuè per dn. Petrum in c. ſuper ſpecula, ad finem, de priuilegijs.

M

MAleficium, ſiue crimen punitur etiam inuito accuſatore, quando de maleficio ſiue crimine conſtat, ita no. Innoc. in c. quia, de iudi. fol. 80. Sed quid de interfecto qui dixit, ſciant omnes, quod Titius qui infamatur, quod me interfecit, non eſt in hoc culpabilis, an nihilominus poſſit accuſari, an vero ipſum teſtimonium interfecti eum excuſabit? quod videtur, vt no. ff. ad Sylla. l. diuus. Sed illa lex intelligitur in delicto in committendo, quia tunc ſola veritas probationum inſpici debet, & punitur maleficium etiã inuito offenſo, vt l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cle. bene. Bald.

Maleficium non dicitur eſſe notorium per confeſſionem, quando quis confitetur factum, ſed negat illud maleſactum, imo dicit iure feciſſe, ideo cõſeruator qui habet magis punire, quàm cognoſcere intromittet ſe de hoc. Alij dicũt, quod imo in c. ſtat. de offi. deleg. vide ſi reus producit teſtes, actor poteſt ſimiliter id, & ſi alias non eſſet, quod eſt no. Bal.

Maleficium non debet, neque poteſt alicui obijci in genere, ſed debet ſpecificare oppoſi, per Inn. in c. ad hæc, de teſtamen. fol. 165

Malitia procuratoris non nocet domino, niſi dominus dolum vel culpam participet, ita no. Inn. in c. ſignificante, de pigno. fol. 162. vide ſupra in ver. Arbiter, in 7. q. & ſupra in ver. Condoceus, in 1. q. ibi, ſecus in mandatore, &c. Vide ſupra in ver. citatio, in 48. q. vbi habes, quod quotieſcunque mandatur aliquid fieri, quod fiat tempore apto & congruo, &c.

Mandans percuti clericum, & interim mandantem pœnituerit & deceſſerit, non incidit in canonem, ita no. Inn. in c. mulieres, de ſen. excom. fol. 226

Mandatum vicini habetur pro mandato etiam in cauſis criminalibus, ita no. Inn. in c. cum in, de purg. cano. fol. 222. & l. 2. §. in hac. ff. iudi. fol. Bal.

Mandatum Papæ eſt intelligendum ſecundum ius, ita no. Inn. in c. quia cunctis, de conceſ. præb. fol. 156. nu. 8. idem dicit in c. dudum, de elec. fol. 23

Mandatum Papæ adimplens qualiter, & de quo conueniatur, vide in no. in c. dilectus, il 3. de præben. fol. 151

Mandatum quod capitulum aliquid faciat, intelligitur directum ad membra, quæ faciunt capitulum, ita no. Inn. in c. Romana, de ſen. excom fol. 233. nu. 3.

Mandans indirectè vel conſulens in morte alterius, niſi pro ſide morte ſecuta efficitur irregularis. Si autem mandat indirectè, aut manda. nil honeſtum, & caſus improuiſus non facit quem irregularem. Si inhoneſtum, tunc ſic, niſi mand. vel conſilium reuocatum fuerit expreſſè prius & ſagaciter aduerſario intimatum, quod ſibi caueat vel tacitè, vel per parentelam. ff. de adimen. leg. l. 3. in fi. ergo conſilium & mandatum datum in criminibus, reuocari poteſt ante factũ, ita no. Inn. in c. ad audientiam, de homici. fol. 211. per totum, quod tene menti. Bal. vide infra in ver. Procur. in 4. q.

Mandata plura vbi inuicem ſe compatiuntur vtrique mandato, tenetur quis obedire, ita no. Inn. in c. expoſuit, de dilatio. fol. 89. nu. 3.

Mandatum ſpeciale derogat generali, ita no. Inn. in c. Abbate, de reſcrip. fol. 13

Mandatum Apoſtolicum referendum eſt ad ius, ita no. Inno. in c. dudum, de elect. fol. 23. nu. 3. vide ſupra hoc eodem ver. in 3. q.

Mandatum iuriſdictionis poteſt fieri ad futura conditionaliter, ita no. Inn. in c. cũ olim, de offi. deleg. fol. 59. nu. 2.

Mandata quæ fiunt in iudicijs ex abrupto non valẽt, nec oportet, quod appelletur, quia mandata iudicum ſemper debent fieri cum cauſa cognitione, alias nunquam tranſeunt in rem iudicatam, ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de in integ. reſti. fol. 74. nu. 9. Et hoc in mandatis quæ ſunt de ſpecie contentioſæ iuriſdictionis, ſed mandata quæ non pertinent ad lites vel cauſas, ſed ad aliud officiũ præcipientis bene valeat, vt ibidem Inn. quod no. Bal.

Mandatum iudicis de rebus occupandis bene excuſat occupantem à pœna conſtitutionis, ſiue l. ſi quis in tantum. C. vnde vi, ita no. Inn. in c. ad noſtram, il 1. de in reinr. fol. 117. Hoc verum, ſi tale man. emanauit ritè, ſed ſi non emanauit ritè, tunc habet locũ l. meminerint. C. eo. tit. in vi expulſiua, in vi turbatiua habet locum l. fi. C. ſi per vim vel alio modo, ſm Bar. & quantum ad hoc eſt rectè emanaſſe eo ipſo, quod pars fuit citata, vt d. l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. Vel dic, quod præceptum excuſat non indiſcreta permiſſio. Bal.

Mandatum factum nuncio, quod citet omnes qui ſe opponunt, intelligitur, qui ſe opponunt tunc, vel poſtea, quia præſens confuſum præſentis nõ tenet vſum, ita no. Inn. in c. dilecti, de excep. fol. 121. nu. 1.

Mandatum Papæ non debet deludi, ſed debet realiter adimpleri, ita no. Innoc. in d. c. inter cætera, de præben. fol. 147. nu. 3.

Mandatum ſuperioris tranſit in rem iudicatam, ſi non appellatur, ita no Innoc. in d. c. inter cætera, de præben fol. eo. nec reuocatur ſi cauſa cognita factum ſuit, & no. in l. ſi ff de offi procur. Cæſarie. Bal.

Mandatum Papæ illi, qui implerunt, & poſtea moleſtant, ſeu contraueniunt, an illi poſſint excõmunicari auctoritate earundem literarum. Dicit Inn. quod non, nec extranei, qui de iure impediunt, ſecus ſi contra ius, ita no. Inn. in c. pro illorum, de præb. fol. 148. nu. 3. vide ſupra in verbo, Citatio, in 26. q.

Mandatum an finiatur morte, vide per Bar. in l. cum filium. § ſi quis. ff. de dona.

Maritus tenetur alimentare vxorem, etiam ſi nullam dotem habuit, imputetur ſibi, ſi duxit eam ſine dote, ita no. Innoc. in c. per veſtras, de donatio. inter virum & vxorem. fol. 199. num. 3.

Maritus de ſuis proprijs, non de bonis mulieris tenetur alere vxorem, ita no. Inn. in c. peruenit. de emp. & vendi. fol. 160. Hoc verum, ſi vxor ſibi dotem ſoluerit, vt ff. mandati. l. creditor. §. inter, de excep. doli. l. pater. Et viro operetur, vt l. ſicut, de operis libertorum, & idem in vidua, quia niſi operetur hæredibus mariti, non debet alimentari ab eis, niſi eſſet prægnãs, tunc enim donec pariat, aliter propter partum, & fortè etiam poſt partum per 40. dies poſt, vt ff. de pœnis. l. prægnantis, in glo. Sed an vidua debeat habere ab hæredibus mariti veſtes viduales? Credo quod ſic, ſunt enim appendix in luctus, & quaſi expenſa funeris, & quia in ſeruitio viri eſſe videtur, arg. ff. ſolu. matr. l. in his. §. 1. item ſi adhuc debet alimentari, cum adhuc de eadem familia ſit, ſic ergo & veſtiri, maximè ſi eſt grauida. Alij dicunt quod non, niſi amore deſcendentium relinquerit, vt C. de inſir. pœni. celibatus. l. fi. in fi. tene menti iſta perpetuo. Bal.

Maritus an habeat modicam coertionem in vxorem. Gandinus tenet, quod ſic in materia, ſeu tractatu de pœnis, ad fi. Quod eſt verum cum cauſa, alias nõ licet, imo plus punitur tunc quam ſi in aliam deliquiſſet, vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. omnia. Bal.

Mater in ætate filij non eſt legitima teſtis, vbi tangitur commodum filij, ſed facit inditium, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de accuſ. fol. 202. Et inditium eſt minus, quàm ſemiplena probatio, vnde duo inditia non faciunt plenam probationem, vt no. ff. de proba. l. cum probatio. & de excu. tut. l. 3. §. ætas. præſertim in cauſa criminali, vt ibi per Dy. facit c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. Bal. in alijs vero caſibus mater non eſt legitima teſtis pro filio, quia nimis diligit eum naturaliter, dicit Abbas in c. ſi pereo, de teſti. Sed in cauſa ætatis, ſicut ſcriptura partis admittitur, vt Inſti. de ingenuis, in fi. ff. de excu. tut. l. 2. §. ætas, ſic teſtimonium matris, vt ff. de proba. l. etiam, ſ. ad inditium non ad ſemiplenam probationẽ, vnde oportet, quod mater alio teſte coadiuuetur. arg. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. & facit ff. de condi. & demonſt. l. Lucius. Bal.

Matris appellatio extenditur ad omnes aſcendentes, & filij ad omnes deſcendentes, ſed non ad tranſuerſales, ita no. Inn. in c. ſi vero, de ſen. excom. fol. 225. vide infra in ver. Pater, in 2. q. ibi, & mater, &c.

Matrimonium non probatur per inſtrumentum dotis directè, præſertim in præiudicium alterius matrimonij, ita no. Inn. in c. illud, de præſump. fol. 116. nu. 2.

Matrimonium non probatur etiam, quod quis aſſerat aliquem longo tempore poſſediſſe, quia longa poſſeſſio, nec etiam fama probat matrimonium, ita no. Inno. in d. c. illud, de præſump fol. eo. idem in beneficio, quia licet quis longo tempore tenuerit, ſeu poſſederit eccleſiam, non propter hoc probatur, quod beneficium, ſeu eccleſia ſit poſſidentis, ergo dominium non probatur per aſſertionem longæ poſſeſſionis, nec per famam, niſi in poſſeſſorio, ſecundum Inn. ibidẽ, nec quaſi dominium intentatum, vt no. C de proba. l. cum res, & ff. de publiciana. l. eum qui. §. in publicia. tene menti. Bal. vide per gl. Cy. & Bal. in l. proprietatis. C. de proba. & in auct. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle ad fi. per Bal.

Matrimonium quod non tenuit à principio, an poſſit poſtea confirmari, vide Inno. in c. 1. de eo, qui duxit in vxo. quam per adul. po. fol. 194. Et ibi poteſt etiam confirmari, tamen filij ante nati vel concepti non legitimantur per ſubſequens matrimonium, vt l. Paulus ff. de ſtatu hominũ. & per Guil. de accuſa. Sed illi, qui ſunt nati ex legitimo concubinatu bene legitimantur per ſubſequens matrimonium, tene menti. Bal.

Maior quot modis quis dicatur, vide per Inn in c. ſedes, de reſcrip. fol. 7. num. 2. & ibi etiam vide, quæ perſonæ dicantur maiores, & quæ minores.

Maior pars capituli vel vniuerſitatis, an poſſit ordinare de rebus ſingulorum, vide per Inn. in c. fi. de his, quæ fiunt à maio. par. capituli. fol. 158

Medicus qualiter teneatur de morte infirmi, & ſi infirmus nolit ſeruare præcepta medici, an dicatur mortuus ex ſuo defectu, an ex vulnere? Dic, quod ictus eſt contemplandus, de quo vide per Inn. in c. tua, de homi fol. 211. nu. 2. & 3. Sed quid ſi infirmus obediuit medico, ſed deceſſit culpa medici, collige ex ſuis dictis ibi, & facit ff. loca. l. maritus, & l. illicitas. §. ſicut. ff. de officio præſidis, tene menti. Bald.

Medicina an debeatur famulo infirmo, vide per Bar. in l. cum dotem. §. ſi autem. ff. ſoluto matrimo.

Merum imperium, vide ſupra in ver. ciuitas, in 2. q. vbi habes, quod confiſcatio bonorum eſt meri imperij, & vide ibi in 6. q. poſt prin.

Metus ſicut debet cadere in conſtantem virum, ſic dolus in prudentem, alias non vitiat iuramentum, ita no. Inn. in c. cum dilectus, quod met. cau fol. 73. nu. 1. Adde quod nimia reuerentia æquiparatur timori, vt no in l. 1. §. quæ honoranda. ff. quarum rerum actio non datur, in gl. quæ non eſt alibi. Bal.

Minor non reſtituitur ad opponendum exceptionem declinatoriam, maximè odioſam, idem in eccleſia, ita no. Inn. in c. ſorã ſylicet, de in integ. reſt. fol. 76. nu. 2. Sed dilatoriam ſolutionis vel peremptoriam reſti. ut ff. de in integ. reſti. mi. l. minor 25. annis omiſſam, & ibi no. Bal.

Minor ſi omittit curam arbitri excipere vel probare, non poteſt coram eo petere reſti. in integ. ita no. Inn. in c. cauſam, de in integ reſti. fol. 77. nu. 8. vide infra in verbo, ſtatutum, in fi. q.

Minor confeſſo, quod confitetur tempore incongruo, dicitur lædi, ita no. Inno. in c. ex literis, de in integ. reſti. fol. 75. nu. 4.

Minor non habens curatorem, non poteſt compromittere, ſicut nec cõtrahere. Sic non poteſt procedere ad actus iudiciales coram arbitro, quia compromiſſum tenet inſtar iudicij, in dubio tamẽ qui compromiſit, præſumitur legitimæ ætatis, vt ff.

Margarita Baldi loco Repertorij

vt ff. de arbi. l. 3. in prin. quia quilibet præſumitur idoneus. ff. de proba. l. cum de ætate, & l. ab ea parte, & in Spec. in tit. de arbi. §. fi. & §. conſtat, ver. ſed quid de minore, & in c. dudum, de præſump. & in c. 1. vt eccleſia. l. eneſi. & vide ff. de mino. l. minor. §. minores, in tex. & gl. Bal. Spec. in locis ſupra alleg.

Miſſio ex primo decreto poteſt fieri nullo præcedente libello. idem de executione ſententiæ, ita no. Inn. in c. 1. de libelli obla. fol. 84. nu. 4. & vide infra in ver. Teſtatae, in 2. q. & infra in ver. Libellus, in 8. q.

Miſſus in poſſeſſionem quando lucretur fructus, & quando non, vide Inn. in c. quoniam frequenter, in fi. vt li. non conteſt. fol. 86. nu. 9.

Miſſus in poſſeſſionẽ pro menſura debiti petiti non valet, vbi obſtat exceptio. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei, niſi fiat ex diffinitiua, vt l. eo tempore. ff. de precalio. Sed aliæ pœnæ, quæ ſunt merè pœnæ bene poſſunt infligi contumaci, vt excommunicatio & mulcta, & bannum, quia citatus non ritè, non tenetur comparere, ſed citatus non rectè bene tenetur comparere, licet iudex ſciat ſe iniuſtè facere, ſi hoc non exprimat, ſecus ſi exprimat aliquid quod videatur illicitum vel iniuſtum, vt ff. ne quis eum, qui in ius voca. l. 1. §. Oſſilius, & l. ſed exi mendi, & no. in l. vir bonus. ff. iudi. ſolui, ſecundum Oldra. & Inn. in c. 1. de dila. fol. 58. & vide ſupra in ver. Actor, in 10. q.

Miſſio in poſſeſſionem quædam eſt reuocabilis, quædam irreuocabilis, etiam ex primo decre. ita no. Inn. in c. quærenti, de offi. deleg. fol. 56

Miſſio in poſſeſſionem ſicut fit in tertia loco in cauſa iudicati in omnibus, ſic & in aliis corporalibus, ſm Inn. in c. 2. de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſeruan. fol. 100

Miſſio non fit in beneficio debitorum, vel in iure pat. pro temporalibus, quia non poſſunt adinuicem permutari, nec vnum alteri commenſurari, ſed pro ſpiritualibus bene poteſt fieri miſſio in aliis ſpiritualibus, ita no. Inn. in c. 1. de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſeruandæ. fol. eo. nu. 3.

Miſſio quando reuocatur propter rationabilem excuſationem abſentis vel propter ætatem, quia pupillus, non venit refectio expenſarum, ita no. Innoc. in c. ſi aduerſa. ium, de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſeruandæ. fol. eo. nu. 2. & eſt gl. in l. minor. ff. de euictio. ergo ſi pupillus citatur, quia citatio non eſt legitima, non tenetur ad expenſas.

Miſſio vtrum fiat in re petita & conuicta ſeu euicta, an vero fiat in alia re loco pignorum, differt, quia primo caſu quando fit in re petita & conuicta, ſeu euicta, tertius contradictor impedit execu. quia tunc debet fieri executio de facto ſine vlla cauſæ cognitione, vt dicit Inn. in c. ex eatione, de appel. fol. 131. in princ. ff. de peti. hære. l. Pompo. de rei vind. l. is à quo ff. depoſi. l. 1. §. apud Iul. ff. de vſufruc. l. cuiuſcunque. §. ſi fundus. Secundo caſu, quando fit in alia re loco pignorum, tunc impedit illa miſſio execu. ff. de re iudi. l. à diuo Pi. a. §. ſi ſuper rebus. C. ne vxor pro marito, l. ob maritorum, & l. 1. C. de priuil. fiſ. i. tunc. n. exigitur ſummaria cognitio, ita no. Inn. in c. veniens, de teſtibus. fol. 105

Moderatio dilationum habet vim interlocutoriæ, & poteſt ferri interlocutoria abſente parte ſicut procedi, nam interlocutoria eſt de proceſſu, ita no. Innoc. in c. ad peti. de accuſa. fol. 203

Monitio nuda videtur quando per reſcriptum nihil additur iuriſd. ordinariæ, ita no. Inn. in c. licet, de offi. ord. fol. 64. vide ſupra in ver. citatio, in 46. q.

Monitio iudicis, i. iuſſus dandi vel faciendi non habetur pro citatione, ita no. Inn. in c. tua, alias in c. ſicut, in gl. 2. ver. itẽ monitio, de coha. cler. & mulie. fo. 143

Monitio neceſſaria eſt etiam in notorio, ita no. Inno. in c. ſacro, de ſen. excommu. fol. 229. nu. 1. Adde quod ipſe idem no. in c. ad noſtrá, il 3. de iureiu. fol. 118. & plenius in c. tua, de coha. clerica & mulie. per eundem. fo. 143. Sed contrarium videtur idem tenere in c. quanto, de tranſla. præla. fo. 38. ſ. quod in notoria poſſit ferri ſententia, etiam non citata parte.

Monitus ad faciendum reſidentiam, cenſetur etiam monitus ad audiendum ſententiam admonitionis, nec eſt neceſſe, quod ſuper hoc ſpecifi. è citetur, ita no. Abb. in c. de cætero, de cleri. non reſiden. quod no. Bal.

Modus agendi vel excipiendi eſt diligenter attendendus, ita no. Inno. in c. dudum, extra de elec. fol. 23. nu. 3.

Modus poteſt opponi in delegatione & ſubdelegatione, verbigratia, poteſt delegatus Papæ ſubdelegare cauſam hoc addito, quod ſine eius conſilio pronunciare non poſſit, nam cum poſſit ſibi reſeruare iuriſdictionem, ergo & conſilium, imo plus, quia poteſt adijcere de conſilio cuiuſlibet, verbigratia, quia dixit, ita tamen, quod non pronuncietur ſine conſilio talis Doctoris, vel vt non pronuncietur, niſi ſecundum tenorem conſilij talis Doctoris vel perſonæ. Sed in arbitro nõ poteſt iſte modus adijci, ſ. de ſequela conſilij. ſed de tranſitione conſilij ſic, quia eſt contra ſubſtantiam compromiſſi, ita no. Inn. & Hoſt. in c. ſi pro debilitate, de offi. deleg. fol. 52. & hoc ſi verba neceſſitatiua dirigantur in ipſum arbitrũ, ſecus ſi in ipſas partes, quia volunt & conſentiunt, quod arbiter ſic iudicet, & dant ſibi capitula, in quibus conſentiunt, ſicut fit quotidie, & hoc non eſt de forma compromiſſi, ſed eſt quædam obligatio quæ fit inter partes, & iſte modus in iudice delegato eſt de forma, ita quod non valet ipſo iure, ſi nõ ſeruetur. Nam cuilibet non licet delegare, licet liceat modum apponere, arg. ff. de in lite iurando. l. videamus. §. penul. & ſi iſte modus dicitur de forma ſententiæ, vt C. de ſen. & interlo. o. omn. iudi. l. cum eorum, ita & de forma commiſſionis, formaq; iſta eſt forma iuris, quia à iure approbata eſt. Alij dicunt, quod arbitro etiam poteſt opponi iſta clauſula, vt ſequatur conſilium de dando ſibi de iure, non de facto, vt ff. de hæredi. inſti. l. illa inſtitutio, ſecundum Ray. Tertiũ dictũ, ſed nec apt. mihi nõ placet, quod aut aſſumitur arbiter, in cuius mero ponitur arbitrio, & tunc clauſula iſta quaſi contradictoria vitiat. Aut in bona viro, et non mero, & tunc valet, quia conſiliarius iſte non reprobat, quod arbitriũ ſit ca pitatariũ, & ſub alio. Cõſiliarius. n. non diffinit, nec ex conſilio arbitri actum, nec ius ſic in ele. ex ui de ca addi a, & per hoc dico, quod qui reſeruat ſibi cõſiliũ, n. reſeruat ſibi iuriſdictionem ſi iſte conſiliarius eligat apud prætorẽ, vel ſeorſum à cõpromiſſo, ſtandũ eſt, vt l. itẽ ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbi. in arbitratore hoc pot adijci, ſicut executori vltimæ voluntatis & procuratori, vt l. itaque. §. ſi quis. ff. mandati. & quod dixi eſſe de forma, eſt verum, vbi per hoc ſuam conſcientiam aggrauaret, ſecundum Hoſt. item eſt verum cum adijcitur certa perſona. Si vero incerta monitio eſt, quia tacitè intelligitur, vt C. de ſen. ex pericu. recitan. l. 2. item quando adijcitur, ita tamen vt iuſtè iudicet, quia eſt quædam monitio, non modus vel forma, ſecundum Inno. in d. c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. & tene menti iſta. Bal.

Modum dicitur excedere omnis ille, qui grauat ſine excedit fines mandati ſine iuris, ita no. Inn. in c. ſuper quæſtionum, de offi. deleg. fol. 56. nu. 2.

Modi agendi poſt confirma. qui ſunt, vide per Innocen. in c. conſtitutus, de appella. fol. 132. num. 7.

Modus pronunciandi in cauſa appellationis, & de libello formando, vide per Inno. in c. dilectus, extra de appel. fol. 136. nu. 4.

Monachus cartaldus monaſterij non agit pro conuentu, niſi ſit ſyndicus. Sed præbendarius etiã ſuo nomine agit, ita no. Inn. & Hoſt. in c. edoceri, de reſcri. fo. 9

Monachi & eremitæ egent modica literatura, ita no. Inno. in c. cum in cunctis, de elec. fol. 19. nu. 1. & vide omnino infra in ver. Natus, in 1. q.

Monachus qui efficitur ſub ſpe Abbatiæ, quæ adhuc non vacat, non peccat, quia eſt licita ſpes, ita no. Hoſt. in c. cum ad hoc, de elec. vide infra in verbo, Monaſterium, in 2. quæſt.

Monachus poteſt eligi ad epiſcopatum, ita no. Inn. in c. poſt tranſlationem, de renunc. in. fol. 41. num. 3.

Monachus non poteſt eſſe ante 14. annum, ita no. Inn. in c. cum in diſtri. de temporibus ordi. fol. 43

Monachus licentiatus abſolutus eſt à primo monaſterio, ita no. Innoc. in c. ſicut, il 1. de iureiuran. fol. 117

Monachus in quibus caſibus, & pro quibus perſonis de licentia iuris cõmunis vel Abbatis poſſit eſſe procur. & in iudicio, vide per Inn. in c. cum I. & A. de re iudi. fol. 129. nu. 2. Et ibi habes, quod vbicũq; permittitur monacho agere in eo caſu poteſt procuratorem conſtituere, quod no. Bal. vide ff. qui pe. tut. in l. 2.

Monachus non poteſt condẽnari ad refectionem expen. quia non habet proprium, ita no. Innocen. in c. reprehenſibilis, de appella fol. 133. vide infra in verbo, Sepultura, in 1. quæſt.

Monachus poteſt admitti ad accuſandum contra Abbatem petita venia, in qua non requiritur citatio partis, ita no. Inn. in c. ex parte, de accuſ. fol. 200

Monachi ſpoliati poſſunt reſti. petere, ita no. Inn. in c. olim, de accu. fol. 204. nu. 1.

Monachus expulſus de monaſterio non acquirit monaſterio, quia eſt abſolutus ab ipſo, ita no. Inn. in c. cum olim, il 2. de priuileg. fol. 219. nu. 3. idem eſt ergo in alijs, qui ſunt abſoluti & licentiati, quod eſt valde no. Bal. De hoc vide in c. vnico, in gl. ſi. de inſan. langui.

Monachus non poteſt eſſe arbiter, ita no. Inno. in c. cum ad monaſterium, de ſtatu mona. fol. 177. nu. 4. & eſt gl. ordinaria in l. Pedius. §. 1. ff. de arbi.

Monachi extrinſeci & prouiſionati an ſint vocandi in elec. & factis monaſterij, vide per Abbatem in c. ſi. de relig. domi. Si eorum beneficia ſunt manualia, videntur vocandi, alias non, ſecundum eum ibidem tanquam emancipati, ſecundum alium Abbatem de S. Vito. Bal.

Monaſterium tenetur debitoribus ingreſſi, non ſolum de bonis acquiſitis tempore ingreſſus, ſed etiam de poſtea acquiſi. nec habet ſepara. bonorum, ita no. Inn. in c. 1. de obli. ad ratiocinia. fol. 48

Monaſterium adit hæreditates monacho delatas liberè, & liberius quàm monachus, ſi eſſet ſui iuris, vnde ſi monachus haberet feudum aliquod, poſſeſſionem, proprietatem vel vſumfructum, omnia iſta ad monaſterium tranſeunt, cui monaſterio de iſtis proprium habere poteſt in vita monachi ingreſſi. Sed eo mortuo feudum ad dominum reuertitur, & monachus non oportet, quod adeat iuſſu monaſterij, quia principalem actionem habet monaſterium, & ad ipſum ſpectat. Monacho autem mortuo & profeſſione facta monaſterium adit, & omnia in eum transfert pleno iure qualiacunque ſunt bona, & hoc ex virtute profeſſionis, ita no. Inn. in c. in præſentia, extra de proba fol. 103. nu. 4. Bal. Item monaſterio ex perſona ipſius monachi competit rei vendi. & publicatia, & poſſeſſio in ipſum monaſterium tranſibit ipſo iure, vt ff. de precario. l. ſi adoptauero, quia cum capite bona transfert. ff. de ſecun. tab. l. qui ex liberis. Item intellige, quod feuda ingreſſi tranſeunt ad monaſterium, ſi ipſis feudis poſſit deſeruiri per ſubſtitutum, & omnia iſta tranſeunt cum vniuerſitate, quia per ſe alienari non poſſent in eccleſiam. facit, quod no. ff. de verb. obl. l. ſi ita quis. §. ea lege, & l. quædam, de acq. re. domi. & C. ne rei dominica vel templorum. l. 2. cũ ſimilibus, ſecundum Inn. in d. c. in præſentia, tene menti iſta. Bal. Adde quod donatio. facta eccleſiæ per ingreſſum monaſterij reuocatur per licitũ egreſſum ante profeſſionẽ, quia donatio iſta fundatur ſuper eo, quod tollitur, ſ. egreſſus, ſecus eſt in mera & pura donatione facta per ſe ipſam, vt no. ipſe idem in c. quod à te, de clericis coniuga. quod no. Bal.

Monaſterium an teneatur ex contractu vel delicto Abbatis, vel monachi, vide Innã. in c. cũ olim, il 2. de priuil. fol. 219. nu. 4. & per gl. in c. dilectus, de ord. cog.

Monaſteria an ſit exempta à lege diœceſis, vel iuriſd. vide plenè per Inn. in c. 1. de ſtatu mona. fol. 177. nu. 4.

Monaſterio perempto, an pereant eius priuilegia, vide per Inno. in c. Abbate, de verb. ſignifi. fol. 234. nu. 2.

Monopolium, de materia monopolij, vide per Inn. in c. ſignificauit, de app. fo. 135 & ibi habes, quod illi tit. per priuilegium & conſuetudinem poteſt derogari.

Moneta, quando ſit, requiritur ibi intrinſeca materia bonitas, cudentis auctoritas, commẽſurata expendendi quantitate. Et quando ſit moneta ex adulterina materia vel forma, tunc moneta dicitur falſa, ſed quando fit ex exceſſu pretij,

tunc

tunc dicitur iniuſta & non ſalſa, ita no. Inn. in c. quanto, de iureiuran. fo. 118. vide ad materiam de moneta Bart. in l. ſi prius, de aqua plu. arcen. & Bald. in l. eleganter. §. qui reprobo, de pig. act.

Mora qualiter contrahatur per lapſum termini, & quid operetur mora circa fructus, vide plenè per Inn. in c. propter, de loca. fol. 161. nu. 7.

Mortuus. prælato mortuo vacat poſſeſſio prælaturæ, ſed non poſſeſſio bonorum eccleſiæ, ita no. Inn. in c. ex parte, de arbi. fol. 78. nu. 2. Sed quid in prælato eccleſiæ collegiatæ. dic idem, quia poſſeſſio prælaturæ eſt vacans, ſed non poſſeſſio rerum eccleſiæ, quia eſt apud collegium, & ſi non eſt collegium, vt quia omnes deceſſerunt, adhuc non vacat poſſeſſio. Et idē eſt ſi decedat rector eccleſiæ non collegiatæ. quia non vacat poſſeſſio. Et ſi quis eā interim occupat, œconomus eccleſiæ, vel ſucceſſor poteſt agere nomine eccleſiæ interdicto vnde vi, non criminis expilatæ hæredi. vel interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, ſm Inn. in c. cū ſuper, de cau. poſ. & proprie. fol. 92. & ratio eſt, quia eccleſia eſt in animam viuentē, quæ nunquam moritur, arg. in Auth. quomodo op. epiſcopos, in fi. col. pe. & an. in l. & quia. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Diſſimiliſq; eſt eccleſia hæreditati iacenti, quia hæreditas non eſt in animam viuentem, vt ff. de fideiu. l. mortuo, & de ſtipu. ſeruorum. l. vſufruc. & l. 1. §. Scæuola ſi quis ce. liber eſſe iuſ. fu. & de min. l. Et ei qui modū. Quæro ergo quis interim poſſidet bona eccleſiaſtica, dicit Moyſes, quod muri eccleſiæ, quod eſt ridiculum dicere, quia inſenſata non poſſident, vt no. in l. ſi ut. ff. quod cuiuſ. vniuer. nomine. Dic ergo quod poſſidet eccleſia, ſ. vniuerſalis ſiue congregatio fidelium, vel Chriſtus ſecundū Ion. vel eccleſia Romana tanquā eccleſiarū domina & caput. Sicut n. gallina ſub alis congregat pullos ſuos, vt no. i l. 1. ff. de in integ. reſti. min. ſic eccleſia Romana ſub alis ſuis omnes alias eccleſias continet & tenet, poſſeſſio ergo pōt dici eſſe penes eccleſiā, quæ eſt caput, & membra ſimul, vt penes eccleſiā vniuerſalem, i. congregationē fidelium, penes eccleſiam quæ eſt mēbrum & non caput, vt penes eccleſiam Peruſinam, quæ ex eo quod non habet collegium actu ſufficit habitu, vt poſſideat, quod eſt no. Et ſic eccleſia tribus modis dicitur, pro capite, pro membris, & pro vtroque ſimul. Sic & Chriſtus in diuina ſcriptura quandoque ponitur vt caput, quandoque vt membra, quandoque vt vtrunque, vt reperitur in pſalmis in diuerſis locis, & eſt arg. quod valeat relictum factum eccleſiæ minorum, ſ. vt capiat Deus, i. eccleſia Romana, quia domini capacitas conſideratur in cuius perſona fundatur, vt ff. de leg. 2. l. debitor. §. ſeruo. & ad l. Falcid. l. cum dotem. non. n. media perſona, ſed finalis inſpicitur, in qua acquiſitio ſumit effectum, vt ff. ad Trebel. l. cogi. §. in qui. tene iſta menti. Bal.

Mortuo prælato cuſtodia rerum pertinet ad capitulum, ita no. Inno. in c. 1. vt eccleſiaſtica benefi. ſi. fol. 158. nu. 5.

Mulier & religioſa poteſt eſſe executrix teſtamenti, ita no. Abbas in c. vos quidem, extra de teſta.

Mulier ſi iurat non habet beneficium Velleiani, vide per Abbatem in c. ex reſcripto, de iureiur. & in auth. matri & auiæ. C. quando muli. tut. offi. fun. poteſt. ibi, renunciabit ex conſcientia legis, & legis auctoritate, et ideo non eſt neceſſe ibi, quod certioretur de beneficio Velleiani, quia non iſu non læditur renunciando, ſed lex exequitur. Sed vbi renunciat non de conſcientia legis, non valet iuramentum, niſi fuerit certiorata nec præſumitur certiorata, vt ff de verbo. oblig. l. ſciendum. per gl. & Dyn ſecundum Ray Bal.

Mutuans eccleſiæ debet eſſe diligens, vt illud mutuum in rem eccleſiæ cōuertatur, ſed in alijs contractibus ſufficit vtiliter eſſe ceptum, ita no. Inn. in c. grauis, de depoſito. fol. 160. nu. 3. in priuatis autem perſonis, dic vt in l. ſi. de exercitoria, & de annua. in l. doli. tene mēti iſta. Bal. Et no. quod pro eodē reputamus ſoluere tutori vel eccleſiæ, ſm Ion. ibidem. ad hoc ff. de pigno. l. ſi quis, in prin. & l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. 1. in glo. C. ſi aduerſus credi. l. pen. et p Cy. in auth. hoc ius porrectū. C. de ſacroſan. eccle. Aut ergo quis mutuat, vel aliter cōtrahit, aut negocia gerit eccle. aut ſoluit, vt ibid. Inn. no. Bal.

Mutilati membris, aut monſtruoſi ſunt irregulares, ita no. Inn. in c. porro, de cle. pugnan. in due. fol. 212. & vide ff. de ſta. homi. l. non ſunt liberi. Bal.

Mutilati membris, & corpore vitiati, non poſſunt teſtificari contra clericos in cauſa criminali, ita no. Abbas in c. 1. de excep.

Multitudo quæ appellatur, vide per Ion. in c. latores, de cle. excom. fol. 215. & quæ gens, vide l. pen. ff. de proba. Bal.

Multiplicatio, vide ſupra in ver. Crimen, in 6. q.

N

NAtus illegitimè poteſt eſſe monachus, non prælatus, ita no. Inn. in c. 1. de filijs presbyterorum. fol. 46.

Narratio falſa non debet fieri per aduocatum, ita no. Inn. in c. paſtoralis, de iudi. fol. 81. nu. 2.

Narratio ſola non dicitur, nec eſt petitio, quia ſi hæc eſſet poſitio, eſſet petitio cum narret factum, quod eſt falſum, ſecundum Inn. in c. 1. de li. conteſt. fo. 85. nu. 3.

Negatio improbabilis non facit rem dubiam, ita no. Inn. in c. ex parte, de ver. ſig. fol. 234. num. 3. & per Doct. in l. 1. C. de procura. Bald. & vide infra in verbo, Tantum, in 1. quæſt.

Negatiua iſta, quod inſtrumentum nō habet vitium, an poſſit probari per teſtes, qui illud inſpexerunt, non facto interfuerunt? Dic, quod de vitio viſibili ſic, ſi teſtes ſunt periti, non autem de vitio falſitatis, ita no. Innoc. in c. cum olim, de priuilegiis. fol. 219. num. 2. vide infra in verbo, Scriptura, in 3. q. & ſupra in ver. Appellatio, in 32. q.

Negans ſoluere cenſum, licet appellet, poteſt excommunicari, ita no. Inno. in c. ſignificante, de cenſibus. fol. 183. num. 3. vide ſupra in verbo, Feudum, in 1. q. & ſupra in verbo, lite conteſt. in 3. q.

Negationum non ſunt cauſæ, & ideo mera negatiua non probatur, ita no. Inno. in c. bona, de elect. fol. 23. Studeant aduocati ponere negatiuè, vt non videantur ſe aſtringere ad probandum, vt no. ff. de mino. l. de ætate.

Negatiua aliter probari non poteſt, niſi vbi fingitur probata, ex quo actor non probat, ita no. Inn. in c. coram, de offi. deleg. fol. 59. & de probatione negatiuè, vide per eundem in c. 3. loco, de proba. fol. 102

Negatiua non probatur, niſi indirectè ſiue ſit implicita, ſiue explicita, & præſumitur cōtra teſtē, qui aſſerit negatiuam, ita no. Ion. in c. cum eccleſia Sutrina, de cau. poſ. & proprie. fol. 91. nu. 7. Niſi illa negatiua habeat fundamentū, vel fomentum iuris, vt quod ad canonicos electio tantum pertinet, quando teſtis cōformat ſe cum iure cōi, ſemper dictum ſuum meretur excuſationē, ſm Hoſt. & eſt triplex negatiua: Vna eſt quæ cadit in plenam notionem teſtis, & iſta eſt negatiua facti inſtantanei, vt quod ego non ſum in tali loco, quia teſtis videt intuitu illocum vacuū, & per hoc intelligit quod non ſum ibi: ſemper n. intelligentia opus eſt, quia vt dicit Ariſt. in problematibus, intellectus videt, intellectus audit. Alia eſt negatiua quæ cadit in præſumptiuā notitiam, vt negatiua facti continui, vt quia negat teſtis Titiū hoc anno poſſediſſe, quia vidit Seiū ſolū hoc anno intrare & exire, & fructus percipere, præſumitur quod habeat eūdem poſſeſſorem: itē in negatiua memoriam non excedente. Alia eſt quæ nō cadit in ſenſum teſtis, vt eſt negatiua quæ non habet concomitantiā certi loci & tēporis in prima negatiua et teſtes negantes probāt, vt affirmātes, in ſecunda magis creditur duobus affirmantibus, quam duobus vel decē negantibus, in tertia negantibus non credit. Primū probatur in l. optimū. C. de contrahen. & commit. ſtipu. Nā ſi creditur plus quam inſtro, ergo plus quam teſtibus. ſecundū probatur in l. diem proferri. §. ſi plures. ff. de arbi. & probatur in c. 1. de pœnis. lib. 6. tertium probatur in l. actor, de prob. & negatiuæ ſunt tres, vna facilis probari teſtibus, alia difficilis, alia impoſſibilis, vide omnia in prealleg. c. cum eccleſia Sutrina, de cau. poſ. & propri. per Inn. licet non ita clarè, & tene menti de dictione abſque, an ſit dictio affirmatiua, vel negatiua, vide Cyn. in d. l. actor. C. de proba. & in c. qui generaliter, de procu. lib. 6. per Arch. Bal.

Negatiua quod quis non ſit contumax, qualiter probatur, ſenſit Inn. in c. actor, de dolo & contu. fol. 100 & eſt gl. ordinaria in l. ex conſenſu. §. 1. ff. de appel.

Negatiuam ſolutionis opponens cum periurio, debet eam probare ſi eſt tertius, ſecus ſi creditor. quia creditor habet ius fundatum ex promiſſione, ſed tertius non habet fundamentū, ita no. Ion. in c. ſuper his, de accuſ. fol. 201. idē tenet Cy. in l. 2. C. de iure emphy. & ibidem ē per gl. ergo ſi ſyndicus accuſatur, quod non denunciauit maleficium, debet denuncians probare negatiuam. Sed Bar. dicit, quod accuſans repreſentat fiſcum, qui eſt creditor, & ideo non habet probare negatiuā, quia fiſcus per iſtum tanquā per perſonam & organum ſuū agere videtur, ac ſi creditor ageret per procuratorem vel coniunctam perſonam. Secus ſi agēs ageret ciuiliter ad intereſſe ſuum ex negligentia contra ſyndicum, quia denunciatio non debetur ſibi, ſed fiſco, & ideo probet negatiuam. Sed certè imo vtrique debetur, arg. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. interdum. Sed quid ſi oppono, quod tu non ſoluiſti gabellā contractus, & ideo excipio contra te agentē ex contractu. Certè tunc debeo probare negatiuam per librum cenſualē, nam hic fiſcus eſt creditor, ego ſum oppoſitor, alius & alius, ſecundum Bart. in l. in illa, de verb. obli. & l. hoc iure, eo. tit. vbi videas. Et idem ſi oppono, quod non procedit accuſatio, quia non fuit ſoluta decima in communi. Nu. tamen, quod niſi ſtatutum permittat excipi de hoc, iſta exceptio non procedit, vt no. in l. 2. ff. ſi ager vectiga. vel emphy. peta. facit ad hoc l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. ercis. niſi iſta ſolutio eſſet de ordine proceſſus, quæ verba ſunt no. digna. Si autem non opponitur negatiua ſolutionis & periurij, ſed ordinationis, iſtud eſt potius negare, quam excipere, & ideo neganti non incumbit onus probandi, ſecundum Inn. ibidem. Si autem opponatur negatiua forma, præſumitur forma ſeruata. Inno. quæ omnia verba tene menti perpetuo. Bal.

Negocia vniuerſitatis debent fieri per vniuerſitatem ſimul congregatam, ita no. Inn. in c. auditis, in ſi. de elect. fol. 27. nu. 5.

Niſi, de iſta dictione, & de eius materia, ſiue natura, vide omnino infra in verbo, Sententia, in 26. q.

Nocere, nihil poteſt ſeruare ordinem iudiciarium, ita no. Innoc. in c. nonit, de iudicijs. fol. 80. nu. 1.

Nomen procura. eſt generale, dicit Inn. in c. conſtitutus, de elec. fol. 34. & vide ſupra in ver. Error, in 1. q. vbi æquiuocatio nominis, &c.

Nomen integrum & cognomen debet apponi in reſcrip. ita no. Hoſt. in c. cum acceſſiſſent, de conſti.

Nominare alterum in iudicio quando ſit licitum alteri, & quando non, no. Inn. in c. quoniam, in ſi. ut li. non conteſt. fol. 86. nu. 8.

Nominatio eſt nuda in tractatu & ſolennis in ſcrutinio, ita no. Inno. in c. quod ſicut, de elect. fol. 26

Notorium eſt de præſenti vel proximo, communis opi. eſt de longè remotis, ita no. Inn. in c. veniens, de verb. ſignifi. fol. 236. nu. 6.

in Notorijs proceditur per famam ad liquidam probationem ſine ordine iudiciorum, ita no. Inn. & Hoſt. in c. bona, de elec. fol. 23. vide infra in verbo, Sententia, in 58. quæſt.

Notorium excludit ſpoliatum à reſtitutione, ita no Inn. in c. conſtitutus, de filijs presby. fol. 47. Et vide ſupra in ver. Citatio, in 61. q.

Notorium dicitur, quod eſt coram pluribus confeſſatum, ita no. Inno. in c. ſtatuimus, de offi. deleg. fol. 61. nu. 6. quod no. perpetuo.

Notoriū eſt, quod adeo omnibus liquet, quod quaſi inficiari non poteſt, ita no. Inn. in c. ſi tunc, in gl. magna, ver. notoriū, de cohabi. cleri. & mulie. fo. 143. quod notoriū proponitur per decē teſtes. Inn. Sed Azo. dicit notorium eſſe quaſi corā turba & populo factū, ut ipſe no. C. de accuſ. in l. ea q̄ vdē. Poteſt autē eſſe notorium de quolibet actu, ut de officio, ut C. qui & aduerſus quos. l. 1. in gl. ſicut eſt notoriū, Barbarium geſſiſſe præturam. ut l. Barbarius ff. de officio prætorū.

De maleficio dit, vt d.c.ſicut, & in d.l.ea quidem. De contracto dic, vt in l.1. C.de his, qui in eccle.manu. Eſt aũt notoriũ aliud veritatis, aliud præſumptionis, vt d.c.ſicut, in gl.magna, ver.notorium p̃ſumptionis. Hoc ſecundo modo dominium poteſt eſſe notorium, vt ff.de neg.geſt.l.ut qui n ſturo. §.cũ me abſente, in gl. Nam poſſeſſio notoria facit dominiũ eſſe notoriũ præſumptiuè, vt no. in l.pen.de condi.indeb. & ff.de ſolu.l.Titia, indirectè ergo cadit notoriũ ſuper dominio, quia iura inuiſibilia ſunt, vnde per ſe non cadit in eis, ſ.intellig. notoriũ facti, ſed per accidens ex additis viſibilib.cohærentibus.

Notoriũ veritatis eſt triplex, ſ. facti tranſeuntis & iã tranſacti ſiue iam retro, facit qđ no. ff.de acq.poſſ.l.1.§.veteres. factorũ reiteratorũ iã & nunc, facit quod no. ff. de pœnis. l.ſi diutino. facti cõtinui habẽtis in ſe actũ ſucceſſiuũ, facit qđ no. ff. de interrog. l.cũ qui.§.in popularib. & qđ no.in l.pen.de act.& obl. in notorio facti præſentis nõ fuerit, pos procedi ad diffinitiuã præmiſſo citatione, & reo contumace omiſſis omnibus alijs medijs, i.li.conteſt. & proba. ſed reo cõparente debet ſeruari forma iudiciorum, in gl.magna, ver.& dicunt, & ver.non tamen negamus. Si aũt ſit notoriũ continuũ, vt ſi laicus detinet clericũ in carcere, vel vaſallus hoſtiliter inſequit̃ dominum ſuũ, adeo valida eſt veritas iã notorio, quod nullũ deſiderat ordinẽ. ver. ſi aũt ſit continuũ, ſtatim ergo põt ferri ſñia, nec cadit facti defenſio vel negatio pp quam induciæ concedi conſueuerũt, vt ff.de re milit.l.3.§.ſi od diem, & l.1.de furtis. Bal. Innoc. finaliter videtur in alia glo. velle, in ver. item dicimus, quod in nullo notorio veritatis ſit neceſſarius ordo præter citatio. & quod valet ſñia lata tam contra abſentẽ, quàm contra præſentem omiſſis medijs, & ſi iudici non conſtet eſſe notorium. Sed in nõ notorio, vel in notorio præſumptionis requiritur ordo iudiciorũ, & non valet ſñia non recep. proba. quia fertur inordinatè omiſſa medio, nam proba. ſunt media cauſæ, vt no. in l.1.ff.ſi quis iuſdi.non obtempera. ſm Inn. item no gl. in l.prolatam. C.de ſen. & interlo.om.iudi. & Ber. in c.eccleſia S.Mariæ, de conſti. Secus ſi iudex recepit teſtes, nam licet non probetur, tamen valet iniuſta ſñia, quia non peccat in ordine iudiciorum, vt ff.de edendo. l.argẽtarius.§ cum antem. Et iſtud quod dictum eſt de modo procedendi in notorijs habet locum in criminibus, ſecus in ciuilibus diſcept. niſi pertineant ad merum iudicis officium, & poſſit de eis inquiri, quia tunc idem quod in criminalibus, ſm Inn. & remittit ad no. per eum in c.ad noſtram, de iureiu. fol.117. ergo vbi proceditur per modum accuſationis, quia ordinarius eſt proceſſus, vt no. in l.Barbarius.ff.de offi.præt. debet ſeruari forma iudiciorum, non tamen exiguntur probationes, quia notorium eſt liquido probatio probato ipſo facto, vt ff.de act.emp.l.emptorem, niſi reus negaret. Simile no.C.de peric.tuto.l.ſi tutor. Et no. notorium exequari rei iudi. quantum ad fidem faciendi & fidem faciende. Sed quantũ ad aliquod ius notorium induendũ vel prohibendum, ſecus, niſi vbi eſſet canon lata ſñia, vt ff. de extra.fur.l.nullus, & ff.de ritu nup.l.palam, in fi. & no.ff.de sepi.dimi.l.amiſſione, in fi.§.1. & hoc de notorio per viam liquidi facti. Sed in notorio pronunciationis, non requiritur ordo, nec citatio, prout no. idem Inn. in c.ex ratione, de app. vide Bar. in l.à diuo Pio.§.in venditione, de re iud. & Bal. in l.1.C.de iur. & fac.igno. in notorio confeſſionis in criminali requiritur proceſſus, ſi fuit cõfeſſio extra iudiciũ, vt ff.de adul.l.capite 5. ſed in iudicio requirit̃ ſñia, prout no.ff.de ioſamibus l.ictus, & hoc ſi confeſſio eſt legitima, alias non debet ferri ſententia, vt in c.at ſi clerici, de iudi. & de elec. c.per inquiſitionem, & ff.de quæſtionibus l.maritus. Inn. in pr. coll. c.ſicut tenemens iſto perpetuo. Bal.

Notarius ſi ſemper ſcribit in inſtrumento ſe rogatum, multũ proderit, et ad quid, vide Inn. in c. 1. circa medium ibi, non eſſe vtile, quod tabellio, & c.de fide inſtro.fol.112.nu.7. & vide omnino ſupra in ver.Credulitas, in 4.q.

Notarij malè faciunt, ſi faciunt inſtrumenta, niſi de mandato illorum quorum intereſt, ita no. Inn. in c.1.de fi.inſtru.fo.eo. & vide infra in ver.Teſtis, in 28.q.

Notarius factus ſi negabitur eſſe, quid ſit neceſſe probare ad hoc, vt fides ſuo inſtrumento adhibeatur, vide per Inn. in d.c.1.de fide inſtrum. fol eodem.

Notarios poſſunt creare Principes & alij domini temporales in eorum territorio, ita no. Inn. in c.cum P.tabellio, de fide inſtrum.fol.115.nu.3.ſuper verbo, Tabellio, & ibi vide quis poteſt creare notarios.

Notarius dicitur à nota, quia in notis redigunt, quæ coram eis aguntur. Tabellio dicitur ex eo, quia in tabulis ſcribit, ita no. Ioa. ibidem ibi, & licet aliqui po.

Notarius ſi eſt mortuus qualiter probabitur, quod fuerit notarius. Dic quod per communem opinionem probabitur, ita no. Inn. in c.veniens, de ver.ſig.fo.236.nu.5. idem de prælato & filio, qui fuerit legitimus, quia per communem opinionem probabitur hoc ſecundum eundem ibidem. quod no. Bal.

Notarius quod quis non fuerit, qualiter probabitur, vide Inno. in d.c.veniens, de verbo.ſignifica. fol eodem.

Notarius iam diu mortuus ex quo fuerit in poſſeſſione offi. ij præſumitur pro inſtrumentis ſuis. Secus ſi viuit & litigat ipſemet de officio ſuo, & negetur notarius, ita no. Innocen. in d.c.veniens, de verb.ſignifi. fol. eodem. vide infra in eodem verbo, in 15.quæſt.

Notarius licet fecerit vnam chartam falſam, aliæ valent: illa n. falſa non tollit effectum aliorum. Illæ autem quas facit poſt condemnationẽ nullum habent vigorẽ, ita no. Inn. in c.fraternitatis, de hære.fol.208.nu.1. nõ tamen dicitur inſtrũ de falſo redargui, niſi redarguatur tenor inſtrumenti, licet præſumptio ſit tacita, vt no.ff.de pac. l.iuriſgentium.§. quod ferè. licet præſumptio pro reliqua charta habeatur, vt C.de peric.tut.l.pen.de apocis publi.l.quicunque, lib.10. Bal. Et an notarius infamis poſſit conficere inſtrumenta, no. in l.2.§.miles.ff. de infamibus, & ff.ad l.Iul.repetun.l.fi.per Bar. Bal.

Notarius non poteſt alteri ſtipulari, niſi in iudicio, vel quaſi, ita no. Inno. in c.dudũ, de conuer.cõiu.fol.175.nu.1. Alij contra Inn. ibidẽ, vide Io. An. in c.quãquam, de vſur. lib 6. & per Bar. in l.non quaſi.ff.rem pupilli ſal.fore.

Notarius in iudicio poteſt fungi duplici officio, ſ. mandato iudicis ſe ſubſcribẽdi, & ſtipu. Inn. in d.c.dudum.fol.eo. & vide infra in ver.Prælatus, in 2.q.

Notarij qui ſcribunt actus extraiudiciales de nocte, non ſcribunt, actum eſt hoc de nocte, ſed ſcribunt, actum eſt hoc de die, cui nox illa applicatur, quia in inſtrumentis & alijs quæ fiunt extra iudicium nox habetur pro die. l.more Romanu.ff.de ferijs. Sed in actuarijs iudiciorum eſt ſecus, quia debent ſcribere omnia de die, ita no. Ino. in c.conſuluit, de offi. deleg.fol.56.nu.5.

Notarius tenetur edere inſtrũ contractuum illi, cui quæritur ius ex contractu. ff. de eden. l.prætor. Sed aduerſarius non tenetur edere, niſi ad eũ peruenerit protocollum notarij, nã ſi ſuis nummis redemit inſtrumentum contractus, & adeo iſtud inſtrumentũ eſt ſuum, quod alteri non tenetur edere. Si tamen de inſtromento quis formet libellũ, vel faciat poſitionem, ad quã reſpondeat libello vel poſitioni debet ipſum edere, & aliter non debet reſponderi, quia ſe vſurũ dicit, de eo agit vel ponit. Et hoc verum, ſi ſuum eſt inſtrumentũ, & habet in promptu, ſecus ſi inſtrumentũ eſt alterius tantum, vel magis alterius, quàm ſuum. Itẽ ſecus ſi inſtrumentum ſit tale, quod aduerſarius debeat habere penes ſe, vel præſumat̃ habere, vt l.3.ff.de edendo. Item ſecus ſi non habet in promptu, vt l.1.de fideiuſſo. Et hoc tempore deliberationis, ſed tempore probationis tenetur quis producere ſimul, & probare, & ſi producit, probat pro vtraque parte, vt no. ff.de edendo.l.1.§.editiones, ita no. in fi. in c.cum olim, de proba.facit ff.vt leg. no. io l.poſtquam.§ dies, ſecundum Bar. Bald. Et de iſta materia vide omnino in Spec. in tit.de inſtru.edi.§.nunc dicamus, & ibi vide multas quæſtiones ad hanc materiam. Bal.

Notarius ſi non recordatur ſe fuiſſe rogatum, inſtrumentum factum non valebit, nec poterit ipſum conficere de nouo, ita no. Ino. in c.1.de fide inſtrum.fol.112.nu.7. quod tene menti. Bal.

Notarius ſiue probet notariatum per priuilegium, ſiue per quaſi poſſeſſionem per exercitium officij, & cõem opi. gentium coadiuuantem, ſufficit ſibi, ita no. Inn. in c.1.de fide inſtro fol.eo. quod no. Bal. & vide ſupra hoc eodem ver. in 8.q.

Notarius propriè eſt ille, quem creauit Papa, vel Imperator, quia iſte vbiq; terrarum mundi poteſt conficere inſtrumenta, pp autem ſtatuto vel conſuetudinẽ non poteſt fieri notarius, qui verè & vniuerſaliter habeat publicum officium, ſm Inn. & Hoſt. Sed ſcriba, qui intra territorium ſtatuentis habet poteſtatem cõficiendi inſtrumenta, intra confecta vbiq; habent vigorẽ, ſed extra rogata nequaquam valent. Hi habent quoddã officium locale, ſm Spec. Poteſt autem Papa & Imperator hoc ius creandi notarios concedere alteri, ſm Inno. & Hoſt. ita no. ipſi in c.cum P.Tabellio, de fide inſtrum.fol.115. Sed quæro, an notarius imperiali auctoritate poſſit exercere officium in terris eccleſiæ, vel in cauſis ſpiritualibus, vel notarius Papæ in terris imperij in temporalibus. Et crederem, quod ſic, quia iſtud eſt officium iuriſdictionis, & vbiq; extenditur dignitas hominis, quæ eſt annexa oſſibus, arg. no. ff.de pœnis.l.ex eo. quod no. Bal.

Notarius non poteſt delegare ſcripturam, ita no. Inn. & Hoſt. in c.cum P.tabellio, de fide inſtrum.fol.115. idem no. in Auth. de tabellio.§.nos autem, col.4. vnde notarius palatij non poteſt committere alteri commentarienſi vices ſuas, vt ff.de iure fiſ.l.in fraudem.§.quotiens, & arg.l.pen. C.de ſpor. facit quod no. in Auth.de heredi. & falci.§.ſi vero abſunt, col.1. nemo enim debet ingerere manus in officio alterius, ut l.2.C.de execu.& exac.lib.10. quod no. Bal.

Notarius quando ſemel vel pluries dictionem, &c. apponit in inſtrumẽtis, iudex ſupplet illam interpretando ex natura contractus, vel ex conſuetudine regionis, vel ex conſuetudine notarij, vel ex proximis ſcripturis, ita no. Hoſt. in c.cũ P.tabellio, de fide inſtrum. facit C.locati. l.licet, & ff.de fundo inſtructo. l.cũ delanionis.§.1. & ff. de pign. actione. l.uel vniuerſorum, & ff. de edendo.l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium. Bal.

Notarius non poteſt incidere inſtrumentum, etiam quod partes aſſerant ſe erraſſe in contractu, ita no. Innocen. in c.quoniam contra, de proba.fol.104.num.9. quod eſt no. Bal.

Notificatio, vide ſupra in uerbo, citatio. in 12.q.

Nullitas, vide infra in uer.reſti.in integ. in 1.q. & ſupra in uer. Actor, in 4.q. & ſupra in uer. Appellatio, in 55.q.

Nuncius, vide ſupra in uer.Citatio, in 29.q. circa fi. ibi, ſed nuncius.

Nuncius poteſt cõſiteri in iudicio ad allegandas cauſas abſentiæ, ita no. Inno. in c.querelam, de procur.fol 70.no.2. Et vide ſupra in uer.Credulitas, in 6.q. & ſupra in uer. Ciuitas, in 5.q.

Numerus, vide infra in uer.Vox, in 2.q. & infra in uer.Statutum, in 5.q. in fi.

Numerus canonicorum licet ſit rap tus & valeat impetratio ultra numerum quoad canonicatum, non tamen valet quoad præbendam, ita no. Inn. in c.pro illorum, de præben.fol.148.nu.5.&c.

O

Officium excuſatoris eſt allegare abſentiam & iuſtificare cauſas ex probationibus, ita no. Inn. in c.ueniens, de teſtib. fol.105. & iſte excuſator nõ tenetur ſatiſdare, ut no. in l.nemo alienæ.ff.de reg. iu. Et quilibet eſt habilis ad hoc officiũ et infamis & excõicatus, ut no. in l ſeruum quoq;.§.publicè.ff. de procu. Et ſi excuſatio ſua nõ placet iudici, debet ſuper hoc interloquendo pronunciare, à qua interlocutoria poterit excuſator appellare, arg.ff.de neg.geſt.l.liberto.§.fi. non tamen puniētur, ſi non appellat, ut ſibi placet. Sed non poteſt excuſator priuilegium domini allegare, ſeu opponere declinatoriam excep. quia hoc pertinet ad officium procuratoris, & in hoc exigitur mandatum, & quod perſona ſit habilis, ſecundum Inno. ergo procu. in criminali poteſt opponere excep. fori, & alias excep. quæ non extendunt crimen. Sed ad crimen, reſpondere non poteſt, nec poteſt etiam eo ſundari iudicium, quod relegationis pœnam excedere poſſit. Poteſt tamen allegare cauſam defenſionis, quæ eſt liquida & ex actis, cum etiam ſine ullius allegatione iudex debeat in actis inhærere, ſm Innoc. Sed quid ſi ciuilis incẽdẽs in criminali,

criminali, an poteſt agi per procuratorem? videtur quod ſic, quia eſt quæſtio ciuilis non criminalis, cum lex dicat quod criminalis incipit demum iſta finita. C. de plagia. l. ſi. nã diſputatur ſeorſum à crimine & ante li. cõteſt. ſm Iac. ibi. Quid de exceptione banni quæ perimit iuriſdi. & crimen ex forma ſtatuti? dicit Iac. Bal. quod ante li. conteſt. non poteſt opponi per procuratorem, quia mixta eſt non mera declinatoria, habet ergo reus perſonaliter comparere ad eã opponendum, quia perimit crimen qualitercunq; opponatur, & idem tenet Cy. niſi bannum eſſet notoriũ per alia, quæ tunc producuntur, quia tunc magis ex officio, quam vi exceptionis repellitur agens, ſecundum Cy. in l. reus. C. de accuſ. Nec n. debet admitti euidenter calumnioſa accuſatio. ff. de bo. liberto. l. qui cũ maior. §. ſi patris, vbi de hoc Iac. But. dixit procuratorem admitti. quia exceptio banni examinatur per ſe ante crimen intentatum. & fortè iſta exceptio non dicitur criminalis, arg. no. per Inn. in c. dudum eccleſia, de elec. fol. 25. Sed opi. Cy. eſt verior, tene menti. Bal. & vide infra in ver. ſententia, in 16. q. in fi. ibi, dum dicit, quod iudicis officium, &c. & in 50. q. Item vide infra in ver. Reconuentio, in 1. q. & ſupra in ver. Actio, in 3. q.

Officium iudicis quoddam expeditur proprio motu, quoddam ad poſtulationem partis, nam ſi reſpicit publicam vtilitatem ſine accuſatione experitur inquirendo, vt c. qualiter & quando, de accuſa. Idem ſi publicam pietatem & æquitatem, vt in tutore dando vel reuocando, vt ff. de ſuſpec. tuto. l. 3. Idem ſi publica de cauſa, de leg. 1. l. ciuitatibus, & ff. de vſufruct. leg. l. legatum. Idem ſi teſtamentorum pietate. ff. de peti. heredi. l. hæreditas, in fi. & c. nos quidem, de teſtamen. Idem ſi animæ ſanitate in vſuris & malè collec. de iureiuran. c. ad noſtram, il 2. Quod vero rem familiarem alicuius reſpicit, & nõ publicam curam petenti tantum impendi debet. ff. de dam. infec. l. 3. §. hoc iudicium, & ſi lex iudici imponitur expediendi proceſſum & nemo petit, non intelligitur iudex in mora, vt ibi Spec. in tit. de offi. iud. Bal.

Officialis qualiter teneatur in ſyndicatu, vide per Bar. in l. 1. §. quod nouiſſimè. ff. de publicanis.

Oblatio, quid contineatur nomine oblationum, vide per Innoc. in c. cum inter, de verbo. ſignifica. fol. 235

Oculus officialium ſæpe fallitur, ita dicit Innocen. in c. ex parte, extra de fide inſtrumen. fol 115.

Ordinatio ad titulum patrimonij quid operetur, vide Innoc. in c. epiſcopus, de præbendis. fol. 146. num. 2.

Ordinatio, Conſecratio. Electio & prouiſio, non fiunt in forma iudicij, ſed cõfirmatio ſic, ita no. Inn. in c. ad diſſoluendum, de deſpon. impub. fol. 192. nu. 4.

Ordinatio caſſata an redeat ad eum, qui malè ordinauit, vide Inno. in c. ad aures, de exceſ. prælato. fol. 216

Ordinatus in ſacerdotem præſumitur habere alios ordines, ſi eſt ordinatus à perito & diſcreto, ita no. Inn. in c. tua, de cleri. peregri. fol. 49.

Obedientia in ſpiritualibus eſt licita. Sed homagium in ſpiritualibus non, ſed in temporalib. in conſiſtit, ita no. Inn. in c. indignum, de reg. iur. fol. 236

Obedientia quæ habeatur pro confeſſione, vide per Innoc. in c. conſuluit, qui clerici vel vouentes. fol. 194

Opinio quæ non eſt in fauorem præualet veritati, quæ eſt in odium, ita no. Inno. in c. nuper, de bigamis. fol. 49. nu. 1.

Opinio erronea non inducit malam fidem, dicit Inn. in c. fi. de præſcrip. fol. 125

Opinio communis in anima non in voce conſiſtit, tamen quod organo vocis exprimitur, credere quis putatur, ita no. Inn. in c. veniens, de ver. ſig. fol. 236. nu. 3.

Opponens crimen, an debeat deſignare locum & tempus, vide Inn. in c. ad hæc, de teſt. fol. 165. vide ſupra in ver. Appellatio, in 38. q.

Qui præſtant bello iniuſto, nullam habet actionem ad impendia facta vel damna habita, ita no. Inn. in c. ſicut, de iureiur. fol. 117. ergo caueant nobiles & barones, quod alijs dominis habentibus guerram præſtent adiutorium, quia debẽt conſiderare id iuſtum ſit vel non, & ſi iniuſtum, nunquam pro damnis habitis agere poſſunt ad emendam. quod perpetuo no. Bal.

Obligatio prælati non eſt perpetua, nec afficit ſucceſſorem, ſed obligatio capituli ſic, ita no. Inn. in c. niſi eſſet, de præb. fol. 148. quod no. Bal. vide infra in verbo, Teſtis, in 8. q. propè finem.

Obligatur quis ad reſignationem facti, non ad reſignationem iuris, ita no. Innoc. in c. propoſuit, de conceſ. præben. fol. 152. num. 5. vide infra in verbo, Vniuerſitas, in 6. quæſt. in fi.

Odium, vide infra in ver. Teſtis, in 80. q. & infra in verbo, Tractus, in penul. q. & infra in ver. Reuocatio, in 3. q.

Optio non competit excommunicato, ſicut nec eligere poteſt, in c. referente, de præben. fol. 146.

Offenſus, vide infra in ver. Statuimus, in 5. q.

Offenſa grauis quæ dicatur, vide per Inn. in c. cum illorum, de ſen. excom fol. 227.

Offenſus ſolus poteſt opponere excep. offenſa etiam manifeſta, ita no. Inn. in c. ſacro, de ſen. excom. fol. 229

Offenſa quando dicat facta in perſona vel in rebus, vide Bar. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. & per do. Petrum in c. nuper, de ſen. excom.

Omiſſum per iudicem in interlocatoria poteſt poſtea ſuppleri, ſecus poſtea in diffinitiua, ita no. Inn. in c. auditis, de procur. fol. 71. nu. 2. vide infra in ver. Sententium, in 25. q. circa medium.

Omiſſis medijs ſubſtantialibus non poteſt perueniri ad extrema, ita no. Innoc. in c. contingit, de arbi. fol. 78

Omiſſio conſuetudinis loci non vitiat matrimonium, quia conſuetudo non dat eſſe, alias nõ eſſet matrimoniũ, ita no. Abb. in c. 1. de deſpõ. imp. ſed cõſenſus vt materia, ſeu ſubſtantia, & verba vt forma, ita no. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile, & C. de præſ. 30. vel 40. ann. l. cum notiſſimi, in prin. Et no. quod ſiue conſuetudo inficiat præludia matrimonij, vt de dandis localibus, ſiue ritum quendam, vt de pallio tenendo ſupra caput, idem eſt, quia iſta non attingunt ſubſtantialem eſſentiam matrimonij, ſecundum Abbatem ibidem, in his autem quæ poſſunt recipere modum & formam eſſe à conſuetudine, omiſſio modi vel formæ vitiat, vt ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. Bal.

Onus de ſoluendis collectis & oneribus põt imponi in re, quæ traditur eccleſiæ, ſed laicus non põt reſeruare ſibi ius inuadendi propria authoritate, ſi non ſeruetur pactum, ita no. Inn. in c. verum, de foro compe. fol. 82. nu. 2. facit in arg. ff. commu. præd. l. caueri. Hoſt. tenet contrarium in c. cum dilectus, de dona. Bal.

Ordinarius inquirit de crimine etiam non facta prius ordinaria inquiſitione de fama, ſecus in delegato, ita no. Inn. in c. cum oporteat, de accuſ. fol. 202. nu. 1. domeſticè de plano, & ſine citatione partis debet præmittere ordinarius, vt C. de offi. recto. prouinciæ. l. iuſtiſſimos. Bal. & vide infra in ver. Renuncians, in 1. q. & infra in ver. Reconuentio, in 2. q.

Ordinarius inquirit de crimine ex ſola ſuſpitione, ſecus in delegato, ita no. Abb. in c. vt noſtrum, vt eccleſia. benefi. Et præſumptio transfert onus probationis, ſecundum eum ibidem: interdum aggrauat onus probandi, vel non eſt veriſimile. ff. quod met. cau. Bal. & ibi vide. & vide ſupra in verbo, Citatio, in 27. q. & quis dicatur ordinarius, no. Hoſt. de offi. ordi. §. 1. Et quare dicatur ordinarius, no. ipſe idem in c. fi. de foro compe.

Ordo ſacer, quid ſit, vide per Inn. in c. 1. de ſchiſmaticis. fol. 209. nu. 3. & vide ſupra in ver. Abbas, in 2. q.

Ordo naturalis eſt cognitio exceptionis præiudicialis ſi præcedat cognitionem cauſæ principalis, dicit Inn. in c. prout, extra de dolo & contu. fol. 98

Ordo naturalis, vt primo ſtatuatur terminus actori ad probandum quam reo, tamen propter lites abbreuiandas poteſt ſtatui vtrique ſimul, ita no. Innoc. in c. prout, de dolo & contu. fol. eodem.

Ordinem procedendi ad relaxationem iuramenti ponit Inn. in c. debitores, de iureiur. fol. 117. nu. 2. facit in arg. ff. de iure deli. l. profectitia. Bal. vide infra in ver. Sententia, in 68. q.

Ordinem in genere an valeat quis profiteri, vide per Inn. in c. porrectum, de reg. & tranſe. ad relig. fol. 173. nu. 2. & vide ſupra in ver. Cauſa, in 6. q.

Ordines qui ſunt illi, qui conferunt cum executione, qui ſine, qui nec vno modo, nec altero. Dic quod ordinem cum executione dant illi, qui habent ordinem & authoritatem. Ordinem ſine executione dant illi, qui habent ordinem & authoritatem in habitu, ſed non in actu, & exercitio propter irregularitatem eorum. Si autem non ſunt irregulares vel alias criminoſi, nec excommunicati publicè, vtraque conferunt: depoſiti autem ab ordine & adminiſtratione nil conferunt quaſi priuati, ita no. Inn. in c. 1. de ſchiſmaticis. fol. 209

P

PApa quando donat aliquid alieni, illi, quibus donat ex plenitudine poteſtatis Papæ, ſtatim efficiuntur poſſeſſores, ita no. Innoc. in c. bona, de poſtu. præla. fol. 17. nu. 3. idẽ videtur in Imperatore ſi dat iuriſdictionem vel priuilegium vel ſententiam, vt valeat etiam non ſubditis citatis, quia ſuper iure dominij ſui non ſubditorum iudicat, vt l. ſi. in fi. ff. de ſerui. vrba. præd. quod eſt no. Bal.

Papa cognoſcendo videtur ad ſe cauſam reuocare inter eoſdem, non inter alios, ita no. Inn. in c. cum oportet, de conſti. & vide ſupra in ver. Caſus, in 1. q.

Papa mandando quod aliquis recipiatur in canonicum videtur mandare, quod cũ feratur illi canonicatus, nam id mandatum includit ea, quæ ſunt facti, ita no. Inn. & Hoſt. in c. cum te, de reſcrip. fol. 5. vide ſupra in ver. citatio, in 44. q.

Papa ſi reſcribit pro indigno præſumitur circumuentus, ita no. Hoſt. in c. cum adeo, de reſcriptis.

Papa vtrum dicat in bullis, mando, vel præcipio, eſt differentia & vis in iſtis verbis, ſecundum Hoſt. in c. capitulum, de reſcrip. vbi vide, quia quando vtitur verbo, mandamus, tunc tale man. non rumpit ius commune, ſed quando vtitur verbo, præcipimus, ſic, vt no. ff de offi. præſi. l. ſæpe. Bal.

Papa fert ſententiam in notorio, etiam parte non citata, ita no. Inn. in c. quanto, de tranſla. præla. fol. 38

Papa eſt publica perſona, ita no. Inn. in c. cum pridem, de pactis. fol. 68

Papa etiam põt errare in fide, ita no. Inn. in c. 1. de ſum. Trini. fol. 1. licet non præſumatur, vt in l. ſi. ff. de ſupel. lega. Et ideo non debet quis dicere, credo id, quod credit Papa, ſed illud quod credit eccleſia, & ſic dicendo non errabit. Bal.

Papali reſeruationi renunciari non poteſt, ita no. Innocen. in c. cum acceſſiſſent, de conſtitu. fol. 2.

Papa poteſt committere cui vult executionem relictorum ad pias cauſas, ita no. Inn. in c. cum tibi, de verb. ſignifi. fol. 233

Papa an poſſit præcipere iniuſta maximè laicis, vide Innoc. in c. inquiſitioni, de ſen. excom. fol. 229. nu. 3.

Papa quando recipit aliquos in proprios filios, an uidetur quaſi adoptando eos in ſuam meram poteſtatem redigere & eximere ab alijs, uide Inn. in c. cum capella, de priuileg. fol. 220. num. 1. & uide eo. tit. c. ſi Papa, lib. 6. Et dic quod non, quia ſunt uerba affectionis & non exẽptionis, facit ff. de hæredi. inſti. l. nemo qui frater. §. 1. Inn. ibidem.

Papa ſi recipit ſcienter aliquem ad oſculum, uidetur eum abſoluere, ita no. Inno. in c. cum olim, il 1. de priuile. fol. 219. nu. 3.

Papa ſi dicit, ad audientiam noſtram peruenit, & hoc modo inquiſitionem commiſit, ualet, licet Imperator ſit infamis, ita no. Inn. in c. cum oporteat, de accuſ. fol. 202. nu. 5. uel excommunicatus, ut l. 1. C. de preci. Impera. offer.

Papa non debet ſe intromittere de iuriſd. Imperatoria, nec è contra, niſi opem ferendo, ita no. Inn in c. per uenerabilem, qui filij ſint legiti. fol. 158. nu. 3.

Papa nõ debet ſubſtinere, quod ſibi illudatur, & ideo receptus authoritate Papæ,

in canonicum præferendus eſt, & in præben. ita no. Innoc. in c. inter cætera, de præben. fol. 147. nu. 3.

Papa mandauit alicui vt eligeret, & ille malè elegit, quæritur, quis denuo eligere debet, vide Inn. in c. inter dilectos, de exceſ. præla. fol. 216. nu. 4.

Papa ſolus iudicat de ſuis priuilegijs, quomodo hoc dictum intelligatur, vide Inn. in c. cum veniſſent, de iudi. fol. 80

Papa nunquam aufert parti ſuam exceptionem, ita no. Inn. in c. ex tranſmiſſa, extra de foro compe. fol. 82

Papa ex certa ſcientia quæ colligitur ex tenore reſcripti derogat iuri communi, ſecus in legato, ita no. Inn. in c. præſenti, de reſcrip. fol. 38. in prin.

Papa commiſit alicui ordinem eccleſiæ, quid poteſt facere iſte, dic quod ſi inter partes commiſit, debet facere ius, ſi autem per modum gratiæ latiores debet habere habenas, ita no. Inn. in c. ſuper eo, de offi. deleg. fol. 53. nu. 1.

Papa ſupplet defectus Imperatoris, & corrigit vitia eius, ita no. Innoc. in c. 1. de offi. ordi. fol. 62. nu. 2. Et ſic videtur quod Imperator habeat ſuperiorem in temporalibus, quod eſt falſum. Sed intelligitur dictum Inn. in criminibus eccleſiaſticis, & crimen eccleſiaſticum eſt, quod ſi in eccleſia non eſſet apud gentiles crimen eſſet, vt in c. nos inter alios, de purga. cano.

Papa omnia poteſt, debet tamen præmittere clauem diſcretionis ante clauem poteſtatis, ita no. Inn. in c. quanto, de iureiuran. fol. 118

Papa ſolum diſpenſat cum irregularibus, ita no. Innocen. in c. cum æterni, de re iudica. fol. 130.

Papa non reſtituit laicũ ad famam, ita no. Inn. in c. cũ te, de re iudi. fo. 129. nu. 2. Tñ collegium Cardinalium poteſt reſtituere famam clericis, vt ibidem Inn. no.

Papa habet in ſe plenitudinem poteſtatis, vnde ſi reuocat ad ſe negotium, omnibus ſilentium eſt indictum, ita no. Inn. in c. vt noſtrum, de appel. fol. 137. Hoc autem facit Papa dupliciter vel verbis vel rebus ipſis & factis, & incipiendo cognoſcere, arg. ff. de legib. l. de quibus. ibidem Inno.

Papa quando mandat ſimpliciter teſtes recipi, intelligitur ſeruato ordine iudiciorum, ita no. Inn. in c. cum dilecti. de confirma. vtili. vel inutili. fol. 142

Papa licet det formam procedendi in principali, non remouet quin debeat fieri li. conteſt. ita no. Inn. in d. c. cum dilecta, de confirma. vtili vel inutili. fol. eodem,

Papæ omnis creatura ſubdita eſt, c. 1. nu. 1. de conſti. fol. 1

Patientia aduerſarij qualiter probetur, & an ex pluribus aduerſarijs ſufficiat vnum pati. Et an canonici dicantur poſſidere ius eligẽdi, vide de omnibus iſtis per Inn. in c. bonæ, de poſtu. præla. fol. 17. nu. 1.

Patientia habetur pro titulo, ita no. Inn. in c. cura, de iurepatro.

Pactum de non mouendo quæſtionem impedit proceſſum, quia ex ipſo pacto oriuntur duæ excep. ſ. declinatoria & peremptoria, & ita eſt vbicunq; peremptoria impedit proceſſum. Abſit tamen, quod peremptoria impediat. Sed cuius facto oriuntur duæ excep. ſ. declinatoria & peremptoria, declinatoria impedit proceſſum, non peremptoria, quod eſt no. ita no. Innoc. in c. 1. de li. conteſt. fol. 85. nu. 1. & vide ſupra in ver. Exceptio, in 4. q. ibi, ſed pactũ de non petendo, &c. & vide infra in ver. Renuncians, in 10. q.

Paciſci non licet ſuper diminuenda quantitate decimarũ, & pactum ſi factũ fuerit, nõ valebit, ita no. Inn. in c. venerabilis, de confirma. vtili vel inuti. fo. 142

Pacta ſimplicia confirmantur cum debita modificatione, ita no. Inno. in c. ſignificanti, de præben. fol. 146

Pactum factum contra naturam, contractus non valet, ita no. Abbas in c. fi. de precario, vide Bar. in l. vbi, ita donantis. ff. de dona. cau. mortis.

Pactum quod pignus non ſoluto debito fiat creditoris, ſi plus valet res, & pignus debetur, nam à cõiter accidentibus ita contingit, quod plus valet pignus quam debitum, ita no. Abb. in c. ſignificaſti, de pign. Si autem deterius eſt pignus, valet pactum, arg. ff. de leg. 3. l. quæ habebat. ff. de hæredi. inſti. l. ſi quis ſolidum. Nam quod non valeat pactum iſtud eſt ſtatutum in odium creditorum, non in eius fauorem, ſimile no. ff. de tranſ. l. cum hi. §. cauſa. Sed dicitur tale pactum valere. ff. de ſolu. l. Caſſius, & de pign. l. ſi fundus. §. fi. Solutio, vt pro iuſto pretio habeat, valet pactũ, quod intelligitur ſi ſimpliciter non facta mentione pretij dicatur, vt d. l. Caſſius. Sed vt pro debito habeat, non valet pactum, quia non eſt fauendum feneratoribus, arg. ff. de priuilegijs credito. l. ſi ventri. §. in bonis, in ratione litteræ.

Pactum an valeat, quod quis poſſit capere debitorem ſuum, Doct. quod nõ in alia. §. eleganter. ff. ſolu. matri. per Bar. in repeti. l. creditores. C. de pig. Et ibi etiam no. an poſſit quis renunciare beneficio ceſſionis.

Pactum quod non poſſit probari ſolutio debiti aliter quam per inſtrumentum an valeat, vide Saly. in Auth. iubemus. C. de iudi. dicentem, aut pactũ eſt generale contra omnẽ ſpeciem probationis, puta debitor paciſcitur cũ creditore, quod ſolutionem non allegabit, nec vlla ſpem probationis illam probabit, & tunc nõ valet, quia inuitat creditorem ad delictum, arg. l. ſeruus. §. illud. ff. de pac. & ſic videtur contra publicam vtilitatem & contra bonos mores. Aut pactũ eſt ſpeciale, puta ne probet per teſtes, ſed per inſtrumentum, tunc credo quod valeat, quia non inuitat ad delictum, ſed fraudem debitorum repellit: poteſt enim tempore ſolutionis ſibi prouidere, & per inſtrumentum probare, pro hoc facit quia tale quid poteſt fieri per legem, vt patet in caſibus, no. in l. pactum, de pacto, ergo & per pactum, arg. l. fi. de fidei. Saly.

Palatium epiſcopi non gaudet eccleſiaſtica libertate, ita no. Innoc. in c. inter alia, de immun. eccle. fol. 189. Contrarium no. 17. q. 4. c. id conſtituimus, in gl. ordin. quam no. & vide ſupra in ver. Caſtrum, in 1. q.

Pallium Archiepiſcopi quare debet habere quatuor cruces nigras, vide Hoſt. in c. 1. de vſu pallij, vbi plenè.

Pars, vide omnino infra in verbo, Tempus, in 11. q. & vide ſupra in verbo, Concluſio, in cauſa, in 1. quæſt.

Partes quando intendunt prorogare iuriſdictionem delegatam, illa ſolum prorogatur ſi quæ eſt ordinaria. ita not. Inn. in c. ſignificantibus. de offi. del. fol. 60. nu. 5. Et vide ſupra in ver. actor. in 1. & 2. q.

Partium voluntate receditur à iure cõmuni, ita no. Inn. in c. 1. de reſt. ſpol. fo. 93

Pars poteſt aſſerere veritatem licet non viderit, ſecus in teſte, quia teſtis teſtificari debet de veritate ſenſata organo ſenſus palpata. ita no. Inn. in c. ex literis, de iurein. fol. 174. quod eſt no. Et in parte iſtud dictum de teſte eſt contra Old. alibi Bal. Et vide etiam Inn. in c. fi. de iur. calum. fo. 88. & infra in ver. Teſtis, in 86. q. & infra in ver. Sententia, in 34. q. circa medium.

Pars non tenetur ius alterius partis dicere. i. ſui aduerſarij. ita no. Inn. in c. ſi duobus, de appel. fol. 131. nu. 2. adde l. non ex omnibus. §. 1. & quòd ibi no. ff. de arbi. vbi quis non tenetur dicere nomina teſtium, qui contra eum faciunt, & dic vt ff. de vent. inſp. l. 1. per Iac. de Are. Bal.

Pars quomodocunque reputet ſibi ſatisfactum eſſe in termino, non contrahitur excommunicatio. ita no. Inn. in c. præterea, de ap. fol. 132. & in c. P. & G. de offi. del. fol. 89. quòd no. pro debitoribus ſi contra eos eſt lata ſententia excommunicationis, in qua incurrat ſi certo tempore non ſoluat debitum creditori: quia ſi creditor tempore ſolutionis reputet ſibi quomodocunque ſatisfactum, quòd debitor non erit excommunicatus. & no. bene hæc. Bal.

Pater non habens filios legitimos videtur legitimare filios baſtardos per teſtamentum eo ipſo quòd vocat eos filios ita no. Inn. in c. per tuas. qui fil. ſint leg. 1. fol. 198. Hoc verum quò ad ſucceſſionem tantum, non quò ad veram & plenam legitimationem, cum ad hoc non habeat poteſtatem ſecundum Hoſt. ibidẽ. quod tene menti. & vide in auth. vt liceat matri & auiæ, poſt prin. col. 8. nam ius ciuile præſumit matrimonium, ſed eccleſia non. Sed vt præſumptio iuris ciuilis locum habeat, requiritur quòd matrimonium ſit poſſibile de natura, ideſt quod mater iſtius filij viuat. item requiritur de iure, quòd vterque ſit ſolutus. item de facto, quòd de facili habeatur vtriuſque præſentia & conſenſus. item ſecundum bonos mores, quòd non ſit nimis incidens viro. ff. quib. & à quibus. l. ſi rogati. §. ſi matrimonij. Et ita dicit Bart. cuius verba ſunt tuiſſe: quia iſta ſpecies legitimationis non eſt per matrimonium verum, vel præſumptum, tunc fieri. Sed retro factum eſſe. vel eſt ſpecies differens ab alijs modis, præſertim ſi pater dum teſtatur eſt in puncto mortis, vbi etiam de matrimonio vero ſuſpicat. Bald.

Pater et mater an poſſint offerre filiũ monaſterio. vide Inn. in c. ſi quis, de regular. & tranſeuntibus ad religionem. f. 172. nu. 2. vide infra in ver. Teſtis, in 37. q.

Pater non dicitur filium poſſidere, licet ſit in quaſi poſſeſſione patriæ poteſt. ſecundum Bar. in l. 1. §. acquirimus ff. de acq. poſſ. [illegible] ſed an ex delicto filia teneatur aſſignare ſibi legitimã, vide Bar. in l. ſi cũ dotem. § ſi poſt. ff. ſol. matri.

Pater qui dilapidat bona filij quid ſit agendũ, vide p Bar. in l. ſi cõſtãte. ff. ſol. mat.

Patronus laicus ſi non eligit, epiſcopus ſuccedit, ſecus ſi eligit indignum, & non eſt tempus lapſum, ita no. Inn. in c. cum vos, de offi. ordi. fol. 63

Patronus ſeu is ad quem ſpectat collatio beneficij, poteſt vti ea collatione & iure ſuo poſſeſſore non citato, nec aliter priuato, ita no. Innoc. in c. de multa, de præbendis. fol. 149. num. 3.

Patroni non conferunt beneficia, ſed præſentant, ita no. Inn. in c. ex frequentibus, de inſtitu. fol. 151. & vide ſupra in ver. clericus, in 14. q.

Pax, vide infra in verbo, Res, in 3. q. ibi, iuſtitiam & pacem, &c. vide ſupra in verbo, crimen, in 5. q.

Præſens, vide omnino ſupra in ver. conſuetudo, in 8. q. ibi, niſi ſint præſentes duo.

Preces Cardinalis, vel patrocinia an inducant ſimoniam, vide Innoc. in c. tuam, de æta. & quali. fol. 45. nu. 3. quod no. contra officiales, qui precibus flectuntur. Bal. facit l. obſeruare. ff. de offi. præſi. Bal.

Preces importunæ æquiparantur metui, ita no. Inn. in c. petitio, de iurein. fo. 119. tene hoc bene menti pro renuncia. filiorum, qui propter importunas preces renunciant ſucceſſioni. Bal. Adde quod nimia reuerentia æquiparatur metui vel timori, gl. eſt ſingu. in l. 1. §. quæ honoranda. ff. quarum rerum actio non datur. Bal. & vide infra in ver. Supplicatio, in 1. q.

Pœna poteſt peti etiam ſi excedat intereſſe, niſi ſit loco vſurarum appoſita, ita no. Inn. in c. ſuam, de pœnis. fol. 223. & vide ff. ſi cer. pet. l. rogaſti. §. fi. Bal.

Pœna circa iniuſta à iure non poteſt permutari, niſi per illum, qui habet poteſtatem diſpenſandi, ita no. Inn. in c. licet, de pœnis. fol. 223. nu. 1.

Pœna inſerta veteri conſtitu. quæ poteſt implicitè ſub ea includi, retrotrahitur, ita no. Inn. in c. cum tu, de vſu. fol. 213

Pœna quæ non imponitur primordialiter. ſed ratione contumaciæ, non facit clericum agentem irregularem, quia non eſt ad hoc actũ, ſed eſt necdũ officio iud. ita no. Inn. in c. poſtu. de homi. fol. 211. arg. ff. de peti. heredi. l. item veniunt. §. produximus, & de in litem iuran. l. 1. Inn. vide ſupra in ver. Appel. in 13. q.

Pœna ordinaria non imponitur ex inquiſitione ſm cano. ſed ſm leges ſic, ſicut ex accuſa. ita no. Inn. in c. cum P. de purg. cano. fol. 222. quod eſt verum ſi proceditur cũ plena cauſa cognitione, ſecus ſi incidenter & ſummatim, quia tunc extraordinariè etiam ſm leges, vt no. C. de teſti. l. nullum, & ff. de iniu. l. ictus fuſtium, idẽ quandoq; eſt, quia iudex nõ habet tantũ imperium, vt l. 2. C. de ſpor. & l. fi. ff. de offi. præfec. vigilum, & l. ſi quid. ff. de offi. proconſu. Bal.

Pœnæ ſecundarum nuptiarum ſunt abolitæ per dictum Apoſtoli, quod mortuo viro ſtatim nubat in domino, &c. niſi illæ pœnæ quæ ſunt in fauorem liberorum, quia illæ adhuc ſtant, ita no. Inn. in c. fi. de ſecun. nup. fol. 200. Aliud eſt. n. viduitatem indicere, aliud prohibere prolis. ff. de condi. & demon. l. ſed ſi huius. §. fi. Bal. idem tenet Abb. ibidem, item non eſt ſublata pœna quod priuetur tutela, vt C. quando mu. tute. offi. fun. poteſt auctentia ſacramenta. Bal.

Pœna vbi non reperitur certa, debet apponi talis, quæ magis timeatur, ita no. Inno. in c. de cauſis, de offi. deleg. fol. 52. nu. 7. Et iudex põt eligere minorem, ſe-

ſecundum

candem eum. vide gl. dicit, quod eligit reus. ff. de mino. l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. Tu dic, vt no. C. de ſeruis fugi. l. 3. & l. quicunque. Bal.

Pœna adiecta conſtitutioni affirmatiuè non exigit monitionem, ſecus ſi negatiuè niſi habeat diem, ita no. Inno. in c. extirpanda, de præben. fol. 150

de Pœnis ciuilibus & canonicis, & quid ſit ſimilitudo ad inuicem, vide plenè per Inn. in c. qualiter, il 2. de accuſ. fol. 203. nu. 6. & ibi etiam dicit, quod in pœnis proceditur de ſimilibus ad ſimilia. Bal.

Perſona electa connumeratur inter eligentes, ita no. Inn. in c. cum in iur. de elec. fol. 29. nu. 1. quod tene menti, quia hoc intelligitur quando proceditur per viã compromiſſi, & non per viam ſcrutinij, vt no. Ber. in c. Cumano, de elec. & eſt ratio, quia in ſcrutinio quilibet vtitur ſua voce tantum, ſed in compromiſſo nõ tantum ſua voce, ſed compromittentium fungitur poteſtate. Ita tenet Hoſt. & Io. And. in d. c. Cumana. Ratio autem quare perſona electa non computatur inter eligentes, nec auget numerum eligẽtium, no. per Ber. in c. per veſtras, de in tegra: ro quia ſe nõ debet, nec poteſt quis eligere, & quia differentia debet eſſe inter eligentes & electum, & no. hæc. Bal. Et vide ſupra in ver. Coniuncta perſona, & per totum, & ſupra in ver. Commiſſio, in 2. q.

Perſona ſi poteſt ſubmitti multo fortius locus, ita no. Inn. in c. ex tuarum, de auctoritate & vſo pallij. fol. 29

Perſonæ miſerabiles quæ ſunt, vide Inn. in c. ſignificantibus, de officio delegati. fol. 60. num. 2.

Perſona principalis ſi confitetur & negat, ſtatur confeſſioni, ſecus in pluribus procuratoribus eiuſdem non inſolidum conſti. quia concorditer debent cõfiteri aut negare, ita no. Inn. in c. in noſtra, de procur. fol. 70. nu. 3.

Percutiens, vbi quis percuſſus & timetur de percuſſione euidẽter, põt impune percuti, ita no. Inn. in c. ſi verò, de ſen. exc. fol. 128. vide ſupra ĩ ver. Caſus, in 2. q.

Peccatum, vide ſupra in ver. Monachus, in 3. q. vide infra in ver. Pœnitentia, in penul. q. & ſupra in ver. Coniurationes, in 1. q. & ſupra in ver. Appel. in 35. q.

Peccatum remittitur per pœnitentiam quo ad Deum, non quo ad iudicem fori, quin debeat puniri, ita no. Inn. in c. de his, de accuſ. fol. 200

Permutatio habet locum in fiſcalibus pœnis, non in pœnis creditorum, niſi eis conſentientibus, ita no. Inn. in c. Odoardus, de ſol. fol. 163

Permutare eccleſia licitum eſt, & poteſt peti, ita no. Abb. in c. quæſitum, de rerum permu.

Periurium nacepe non cogitur quis ſubire in facto alieno, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de purg. cano. fol. 222. nu. 2.

Periurus eſt infamis, dicit Abb. in c. querelam, de iureiur. De iure ciuili dic, vt no. ff. de infa. l. Lucius, in gl. ordi. Bald. Et vide ſupra in verbo, crimen, in 10. q. circa ſi. vbi habes, quod periurus repellitur omnino à teſtimonio. Inn. in c. Odoardus, de ſolu. fol. 163

Præſcriptio non interrumpitur per exceptionem, ita no. Innoc. in c. 2. de ordi. cogni. fol. 90. num. 10. Fallit in excep. non nume. pecu. vt in auct. hanc querelam. C. de non nume. pecu.

Præſcriptio non procedit in cauſis ſpiritualibus, nec ipſa præſcriptio dicitur titulus legitimus, ita no. Inn. in c. contingit, de dolo & contu. fol. 99. nu. 1. & vide infra in verbo, Titulus, in 2. q.

Præſcriptio eſt reſtringenda, quia odioſa, ita no. Innoc. in c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. fol. 123. nu. 2. Et vide ff. de do. in l. arbitrio. §. penul. Bald. vide infra in verbo, Soluere, in 2. q.

Præſcriptio centum ann. requiritur quando ius priuatum iuri publico Eccleſiæ Romanæ eſt coniunctum, ita no. Inn. in c. ad audientiam, de pręſcri. fo. 123. nu. 2. & vide infra in ver. Rec, in 3. q.

Præſcriptio non valet, niſi in c. probatis, ita no. Inno. in c. ad audientiam, de præſcrip. fol. eo. & vide ff. de iti. act. pri. l. 1. §. Vinianus. Bal. Et vide ſupra in verbo, Abbas, in 14. q.

Præſcriptio non currit in his, quæ præſumuntur ex timore præſtita, ita no. Inn. in c. ſi diligẽti, de præſcri. fol. 124. nu. 5. quod no. vide ſupra in ver. Abb. in 23. q.

Præſcribi poteſt etiam contra viſitationem priuatam, ita no. Inn. in c. cum ex, de præſcrip. fol. eodem.

Præſcriptionum quædã ſunt merè odioſę, quę currunt ſolo odio 30. vel 40. ann. in laicis, & hæc per citationẽ interrũpũtur, vt l. ſicut. C. de pſcri. 30. vel 40. ann. Niſi citatio ſuum effectũ ſecum non poſſit trahere, vt quia circũdatur propter contumaciã actorum: tunc. n. imperfecta eſt citatio, quia nõ conſtat ex ſuis partib. ſed efficitur in cauſa caduci, & in exordio antequam ſit in facto eſſe, ab ea cauſa ſubducit, vt no. in d. l. ſicus, p Guil. de accuſ. Omnis. n. actus ad hoc, vt producat effectũ incorruptionis, in ſe ipſo perfectus & validus debet eſſe, vt no. C. de li. conteſt. auct. offerat, & no. in l. ſi pater. C. ne de ſta. defun. Et per has pſcriptiones non tollĩ obligatio naturalis, vt no. ff. de neg. geſt. l. at quã natura, & de fideiuſ. l. ſi quis poſtq. rem ra. habe. l. ſi. Et per hoc probat, quia is natura debet qui de iure gentiũ debet, vt ff. de re. iur. l. cũ amplius. §. is nã debet. Sed de iure gen. nõ ſunt preſcr. cognitionales, quia iuſ gen. eſt vniforme, pręſcr. vero ſũt diſformes. Et nõ tales pſcr. q ſunt cõtra bonã fidẽ debitã iure naturę ius canonicũ nõ fouet, imo reſcindit eas ſi ad hoc agat. Sunt. n. contra naturalẽ iuſtitiã, licet ſint contra iuſtitiã poſitiuã, vt no. ff. de poſtu. l. 1. §. pueritiã. Conſiſtunt. n. in iure bono pp lites dirimẽdas, ſed nõ ęquo, vt no. ff. de iuſt. & in l. 1. §. 1. Nec. n. qui dio patitur, conſentire vĩ, vt no. ff. de dolo. l. 1. §. ſi quis cum, quia iſta eſt nuda patientia non adiuncta alicui rei ſignificanti conſenſum. Secus in præſcriptione quadã quæ venit ad corroborationẽ conſenſus & confirmationẽ contractus, quia illa eſt cõiũcta cõſenſui, vt l. ſi. C. de his, qui à nõ domino. Quędã ſunt pſcriptiones mixtæ & fauore poſſeſſoris & odio negligentia actoris: eſt. n. negligentia legib. odioſa & deteſtabilis. l. non cum. ff. ex quib. cau. ma. Et per has ſm Mar. quærit dominiũ, ita vt ipſe ſolus ſit dominus, & alter oĩno deſierit,

qui quondã fuit dominus. Vnde tertio poſſidente ante dominus nõ poſſet ager quaſi abſortũ ſit vetus dominiũ iure præſcriptionis, ſm Mar. Sed Bal. & Io. tenens quod vtile dominiũ qrẽ, & directũ non abſorbeatur, arg. rerũ incorporaliũ, oã in ipſis per præſcri. ius vtile quæriĩ, vt ff. de aqua plu. arcen. l. 1. in ſi. Sed poſſet reſpondere, quod in illis non requiritur titulus, & ideo pſcriptio ſit minus efficax, quia minus iuſtificari poteſt ff. ſi ſerui. vendicetur. l. ſi quis diuturno. Et quod generalis citatio vel alia interruptio generaliter operatũ in omnibus quæ ſunt apta includi ſub genere & in connexis eiſdem. C. de anna. excep. l. ſi. quam legẽ ego intelligo in omni genere præſcriptionis. Rectè tamen dicit ſe dominum, qui pręſcrip. ſuſfultus eſt, quia licet oppel. dominij de ſtricta ſignificatione referatur ad directũ, vt ff. ſi ager vect. vel emphy. pe. l. 1. §. qui in perpetuũ, tamen de larga ſignificatione etiam interdum refertur ad vtile, imo etiam interdum ad publicianam in his quæ veniunt principaliter pp aliud, vt ff. de rei vend. l. Marcellus, i. tranſeunt cum vniuerſitate: illud. n. non eſſet verum in ſingularibus petitionibus. ff. de euic. l. minor. §. ſi ſeruus, & facit quod no. per Dyn. ff. de excep. rei iudi. in l. ſi mater. §. eandem, & in l. & an eadem. §. actiones, in ver. qualiſcunque, item præſcriptiones mixtæ vel mediæ interrumpuntur medio modo, ſ. per li. conteſt. veram, vt C. de rei vendi. l. more lit. & per quoſ conteſt. vt l. 2. C. vbi in rem actio. per moram conteſtandæ lis. ff. ſi quis cau. l. ſi cum, in ſi. Quædam ſunt præſcriptiones introductæ mero fauore, vt vſucapio triennis. iſtis prædictis tribus modis interrumpitur, quo ad effectum, nõ ipſo iure, & ideo qui vſucepit, alienare põt ius, quod habet. ff. de rei vend. l. ſi poſt. nec vitio litigioſi pcluditur ſibi ius in eo, quod lis. motio nõ põt impedire, & ſic conuerſio quadã directi in vtile dominiũ, et tamen ex eadẽ inſtantia fertur ſñia, quia ſobrogatur vtile dominiũ loco directi, & ſic fingitur idem dominium numero, arg. ff. de do. inter vir. & vxo. l. dona. §. ſponſus. Quędã ſunt pręſcri. ſua natura currentes, vt redhibitoria, & quanto minoris, & iniuriarũ. Et tunc dic, vt l. ſi. ff de eo, per quẽ fa. eſt, & l. ſi cũ. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. ſ. quod interrũpitur per li. conteſt. vel per morã li. conteſt. ita tãgit Inn. in c. ex trãſmiſſa, de pręſcri. fo. 123. ſed nõ ita latè nec clarè, & tene menti. Bal. Et ſcias ẽt, quod quandoq; plus operatur tempus, quàm pactum, quãdoq; minus. ff. ad Trebel. l. facta. §. ſi quis. ff. quẽ ad. ſer amit. l. ſatis. §. ſi ego. interdũ ſunt paria, no. ff. de neg. geſt. l. ſi ego, & tene menti iſta omnia. Bal.

Præſcribi non poteſt liberatio à procuratore, ſtãte viſitatione, quia eſt annexa viſitationi, ita no. Inn. in c. cum ex offi. de præſcrip. fol. 124. no. 2.

Præſcriptio non extenditur ad aliam rem, ita no. Inn. in c. tua, de decimis fo. 178

Præſcriptio non currit inobedientis, ita no. Abb. in c. cum non liceat, de præſcri. Ergo ciuitates imperij non poſſunt præſcribere, quod non obediant imperio, & terræ eccleſiæ, quia obediant eccleſiæ: pſcriptiones. n. contra ius diuinũ, quod dictat quod oĩs anima Principi ſit ſubiecta, non procedunt, quia nulla pſcriptio põt tollere legem ſuperiorũ, nec diuidere imperium, nec eccleſiã, quæ ſunt indiuiſibilia et perpetua, alias ſequeretur, quod ſicut vna ciuitas pſcriberet ſe in libertate ſic & totus mundus, & annihilaret imperiũ, quod nec ipſe Imperator põt permittere, vt no. q̃ño op. eſſet, in prin. col. 1. Alij dicunt, quod cum eccleſia non habeat iuriſdi. in temporalibus ex diuina inſtitutione, ſed ex donatione Imperatorũ, quod poteſt præſcribi contra eccleſiam, facit quod no. in c. bene, de poſtu. prala. Sed ego dico, quod ciuitates poſſunt præſcribere merũ imperiũ, & cõmoda iuriſdictionis, non tamen libertatem abſolutè. Licet glo. dicat aliud in Venetis. Inſti. de nup. & C. de præſcri. 30. vel 40. ann. l. comperit, & no. in Auct. de defenſo. ciuita. §. nullo, in ſi. gl. magna, col. 3. Vnde iſtud myſterium pręſcriptiõ eſt ſubalternum, & ſubditũ Principi, quia ſic Deus inſtituit, ſic ius ciuile & canonicum ſcriptũ. Pręſcriptiones. n. non inuenit ius gentiũ, ſed ciuile, & ideo per ius ciuile põt omnibus præſcriptionibus derogari, & ius ciuile viuum eſt Imperator, & accidit quod ſicut vegeticulus non poteſt continere liquorẽ vltra ſuam capacitatẽ, ſic nec ciuitas quę eſt circumſcripta, non põt eſſe capax imperij non circumſcripti, fieret aũt ſic ſi libera foret. Sed contra hoc eſt, quia quædã ciuitates ſunt liberę ratione fęderum. ff. de capti. l. non dubito. Solutio, ibi loquitur de his, quę nũquam imperio Romano fuerunt ſubiectę, vel ſunt liberę actu, ſed habitu ſunt ſubiectę, & ita fortè viuis mundus. Et iſtud negocium eſt altiſſimum, & maioris egens inquiſitionis. Bal. vide ſupra in ver. Animus, in 1. q. & ſupra in ver. Appellatio, in 34. q.

Pręſcriptione interrupta per interruptionem poſſeſſionis non interrumpitur effectus pręcedentis tituli. Et ideo ſi poſtea iterato incipit bona fide poſſidere, pręſcribit ex titulo præcedenti. gl. eſt ſing. ſecundum Bar. in l. ſi is qui pro emptore. §. ſi quis bona. ff. de vſuc. & no. aliam gl. in l. Celſus, eo. tit. in glo. magna, in ver. & idem erit, &c. quod in quibuſdam caſibus quo ad dominiũ traditio eſt neceſſaria, debet illa probari, ad hoc vt procedat vſucapio vel pręſcriptio. Sed in caſibus in quibus quęritur ſine traditione, debet apprehenſio probari, alias non vſucapitur, nec eſt alibi gl. illa. Bar.

Perſecutio in iure appellatur res eccleſiaſtica, ita no. Inn. in c. peruenit, de teſtibus cog. fol. 112. quod no. Bal.

Pręhendę vbi ſunt diſtinctę, ibi ex mora capituli non deuoluitur electio canonicorum ad epiſcopum, ita no. Inn. in c. cum eccleſia, de elec. fol. 28. nu. 2. vide ſupra in ver. Epiſcopus, in 7. q. in ver. Suſpenſus, in 2. q.

Pręhenda poteſt habere iura ſua ſicut quęlibet domus eccleſiaſtica. & ideo nomine pręhendę agi poteſt ſicut nomine hoſpitalis, ita no. Innoc. in c. ex literis, de proba. fol. 102. nu. 2.

Præbendas plures an quis poſſit habere, uide per Innoc. in c. cum iam dudum, de pręben. fol. 147. nu. 2.

Pręhenda eſt annexa canonicatui, & quo iure pręhendę petantur, uide per Inn. in c. dilectus, il 3. de pręben. fol. 151. uide ſupra in uer. Canonicus, in 4. q.

Pręceptores non poſſunt remoueri. Et an teneatur locus ex dolo uel culpa eorum,

vide Innocen.in c.cum deputoti,extra de iodi.fol.81.num.3.
Pœnitentia habet locum in peccatu forma,non in peccatu materia,ita no. Innoc. in c.quia propter,de ele.fol.31.nu.8.Sed Hoſt.ibi tenet contrarium, & Ioan. Cald.tenet cum Inno.
Pœnitentia qualis debet eſſe in corde,& quanta debet eſſe in ſatisfactione,& an ſit arbitraria,vide Inn.in c.cum omnis,de pœni.& remiſ.fol.224.nu.3.
Petitio dummodo ſit tolerabilis,debet admitti,ita no.Inn.in c.examinata, de iudici.fol.81.num.2.
Petitio ſicut debet eſſe legitima,ita & reſponſio,ita nu.Inno. in c.1. de li.conteſt. fol.85.vide ſupra in verbo, litis conteſta. in 2.q.ibi, vel petitio, &c. Et vide ſupra in ver. Abſolutio,in 7.q.
Peto cenſum,& ſi non ſoluas peto te pronunciari cecidiſſe à iure tuo. Iſta petitio procedit ſm Inn in c.litera, de dila.fol.89.vide ſupra in ver. Actio, in 5.q.
in Petitis coram diuerſis iudicibus poteſt petens petere ſe remitti ad eundem iudicem,primo aditum ſuper eodem facto vel contiguo, nec tamen proceſſus eſt nullus,ita nu.Innoc.in c.cum M.de conſti.fol.2.quod no.Bal.vide infra in ver. reſti.in integrum.in q.6.
Petitio ſuppletur per ſententiam,& econtra ſententia per petitionẽ,ita no.Hoſt. in c.querelam,extra de elec.
Petens ſe reſtitui ad ſententiam vel ad probandum,non per plenam reſtitutionẽ, ſed ſemiplenam & præparatoriam ſic,vt ff. ad exhiben.l.theſaurus.;Et ideo nõ eſt opus ordine iudiciario,nec probatur neceſſarijs,ſed præſumptiuis,ita no.Innu.in c.2.de in integ.reſti. fol.74
Petere incoloratè quid ſit,vide in c.ex literis,de in integ.reſti. Et dic quod eſt non aſſignare cauſam in libello,vel iudici interroganti.quod eſt bene nu.Bal.
Petens aliquid puto electionem confirmari,videtur petere confirmari omni iure quo melius & efficacius valere poteſt,ita no.Inn.in c.cum eccleſia,de cau.poſ. & proprie.fol.92.nu.7.& vide ſupra in ver. Actor,in 13.q.
Petens aliquod ius in eccleſia debet dicere, quod ius petit, & ex qua cauſa, ſeu titulo petat,ita no. Ino .in c.ad audientiam, de præſcrip. fol.123. & vide ſupra in ver. Alienatio,in penul.q.
Petitio ſubiectionis eſt generalis, & procedit ſine ſpecificatione capitulorum, ita no.Inno.in c.cum inter,de re iud.fol.126.nu.1.& ibi vide quod libellus ſubiectionis formatur contra clericos rebellantes.
Petere admoneri inſtitutum quis poſſit,vide per Innoc.in c.quia diuerſitatem, de conceſ.præb.fol.153.nu.1.
Peto eccleſia canonicam mihi debitam de his,quæ Titius reliquit toti eccleſiæ in teſtamento. Dicit Inn.quod procedit libellus ſi eccleſia non poteſt ſpecificè exprimere quid & quantum.ff ſi pars here.pe.l.penul. in fi. ff.de rei ven. l.quæ de tota,ita nu.Inn.in c. 2.de ſepul. fol. 168
Petitio vbi eſt generalis,tunc ſententia poteſt fieri generalis,ita no. Abb.in c.licet cauſam,extra de proba.
Præſumptio præſumitur pro ſententia excommunicationis, licet non tranſeat in rem iudicatam,ſecus in alijs ſententijs,ita no.Innoc.in c.bonæ, de elec. fol.23. nu.8.& vide infra in ver.Teſtis,in 69.q.
Præſumitur quis idoneus ad ſimplicia beneficia,niſi contrarium probetur, ita no. Abbas in c.dudum,de proba.
An præſumatur pro proceſſu, vel pro ſententia, vide per Innoc.in c.quoniam contra falſam,de proba.fol. 104.num 8.& per eundem in c.dudum, de præſump. fol.116.num.2.
Præſumitur pro ſententia, & pro actis, ſi conſtet de actis, ſecus ſi non conſtet, niſi poſt tempus exercendæ appellationis, quia tunc omnia præſumũtur ſolenniter acta,ita no Innoc.in c.in præſentia, de renun. fol.40. Citatio tamen non præſumitur,vt no.Guil.de accuſa. in l.penul. ff.de in ius voc. Bald. vide infra in verbo,Sententia,in 1.q.
Præſumitur pro ſententia iudicis ordinarij,ſed pro ſententia iudicis delegati non præſumitur,niſi appareat de iuriſdi.ita no.Inn. in c.cum in iure, de offi.deleg. fol.59.nu.4. vide infra in ver. Sententia,in 41.q.
Præſumitur pro ſententia quo ad æquitatem ſui , non quo ad acta iudicij , niſi ſit lata inter præſentes & non cõtradicentes,ita no.Ino .in c.cum in iure peritus, de offi.deleg.fo.eo.facit C.de rela.l.1.& vide ff.de fideiuſ.tutu. l.cum oſtendimus.§.fi.& per Bar.in l.fi.ff.quando appel.ſit.Bal.& per Inno. in c.quoniam contra falſam,de proba. fol.104
Præſumitur ſubtraxiſſe,qui ſaccum diſſigilat, & contra eum iuratur, tamen iudex taxat,ita no.Inn.in c.ſuper eo,quod met.cau. fol.73.nu.2. vide ſupra in verbo Litera,in 15.q.
Præſumitur minus pro ſuſceptione habitus quàm pro voce expreſſa,ita no. Inno. in c.2.quod met cau.fol eo.nu.3.vide infra in ver.Sententia, in 43.q. & infra in ver.Tantum,in 1.q.
Præſumptio contra petentem facit,quod petitio reſti. in integ. non retardat petitionem executionis,ita no Innoc.in c.ſciſcitato, de in integ.reſti.fol.76.Hoc eſt verum in vehementi præſumptione iuris ſicut eſt pro ſententia Principis et præfecti prætorio, vt ff de offi.præfec.præto.l.1. Secus in nuda præſumptione hominis,quia propter eam non receditur à iure communi, vt l.abſentem. ff.de pœnis,ſed arg.contra,de ordi.cogn.l.fi.& C.de falſit.l.ſatis. Bald. vide ſupra in ver. Abbas,in 15.quæſt.
Præſumitur habere iuſtiorem cauſam ille,qui prætendit antiquiorem poſ. ita no. Inn.in c.paſtoralis,de cau.poſ.& proprie.fol.92.nu.6.facit ff.de act.emp.l.ſi ea res. Et hoc,quando patet de prioritate poſſeſſionis quod no.Bal.
Præſumptio iuris,& de iure quando dicatur, vide Innoc. in c.quia veriſimile, de præſump.fol. 116.num. 2. Et præſumptio operatur multa & varia, vt ibidem Inn. vide de ſponſa.c.is quod,in gl.vlti.
Præſumitur quis velle defendere ſuum factum , ita no.Innoc.in c.diuerſis, de cle. coniugo.fol.144.nu.3.
Præſumitur de poſ. de eodem facto numero , qui concordant in loco tempore & alijs circumſtantijs, ita no.Ino.in c.qualiter,il 2.de accuſa.fol.203.nu. 3.
Præſumitur ſemper contra coniurantes, niſi coniuratio ſit ſpecialis contra diffamatum,ita no.Inn.in c.1.de ſelnſm.ſtuit.fol.209.nu.4.
Præſumitur pro aſſertione iudicis,cui partiũ conſenſus accedit,& eſt ratio, quia partes poſſunt ſibi præiudicare per ſuam confeſſionem,ita no. Inn.in c.cum S. de eo,qui fur.ordi.fol.216.ad hoc C.de fide inſtru.& iur.ha.fiſco l. 1. lib.10. & in l.optimam.C de contrahen.& commit. ſtip. Secus ſi partes non conſentiunt,quia non creditur iudici , vt no. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden.per Cyn.Bar.& me Bal.
Præſumitur excõicatus,qui ſemel fuit excommunicatus, vt in c.ſicut , de ſen.excom. Tamen ſi quis eſt excõicatus ſub conditione debet probari conditio , ita no.Inn.in c.propoſuit de cleri.excommunicato miniſtrante. fol.215
Præſumitur poſſidere omnis,qui detinet,niſi contrarium probetur, ita no. Inn.in c.cum olim,de priuileg.il 2.fol.219.nu.7.vide 7.q.1.c.per Arch.
Petrus accepit à Chriſto exercitium poteſtatis per traditionem clauium, & iſtæ claues non erant militares,ſed ſpirituales , ita no. Compoſt. in c. tranſacta, de conſtitutionibus.
Præter naturam,iſtud dictum ponit Inn. in c.dudum,de elec.fol.23. ibidem.n.dicit,quod iſta dictio non includitur in diſpenſo.ſed remouet vitium obreptionis.
Præceptum iudiciale requirit cauſæ cognitionem & probatam,ſecus in extraiudicialibus præceptis,ita no.Innoc. in c.ad aures,de temp.ord.fol.43. nu.1. & in c.2.de in integ reſti.fol.74. Et vide quod no.Ber.in d.c.ad aures.quod no.ff. de appel.l.ſi creditor.§.iuſſus,& l.non poteſt videri dolo carere,de reg.iur. & vide infra in ver.Sententia,in 1.q.
Præceptum non ligat quando eſt dubium de fundamento iuriſdictionis, ita no. Innocen.in c.cum in iure,de offi.delega.fol.59. num.1.& vide ſupra in verbo, Citatio,in 38.quæſt.
Prælatus ea quæ acquiſiuit poſt prælaturam præſumitur de bonis eccleſiæ acquiſiuiſſe,ita no. Abbas in c.1.de teſta.& alias in Auth. de ſanctiſ. epiſcopis. §. interdicimus.col.9.idem dicit gl.in officiali publico, vt no. C. de iure fiſ. l.facultas,lib. 10.Secus in tutore & curatore , quia præſumitur induſtria & non fraude quæſitum, vt C.arbi.tut.l.ſi defunctos. Sed vxor de bonis viri vel ſuis operibus honeſtis præſumitur acquiſiuiſſe, & totum acquirit viro, cui cuius ſeruitium eſſe debet, vt l.ſicut .ff.de ope.lib.idem in concubina,quia niſi in honore parum ab vxore diſtat. vt l.item legatu.§.parui.ff.de leg.3.nec debet eſſe melioris conditionis concubina, quàm vxor, vt l.ſi concubina.ff.rerum amo. & ff. de verbo.obliga.l.Maſurius. Bald vide ſupra in verbo , Beneficium , in 3. & 6.quæſt.vbi de hoc.
Prælatus qui eſt notarius poteſt ſibi deſcribere legatum factum eccleſiæ, ita no . Inno.in c.cum inter vos,de re iud.fol.126.quod bene probat tex. ſecũdum eum. Nec obſt.l.1.C.de his,qui ſibi aſcrib.in teſt. quia loquitur de illis , qui in propria cauſa ſe aſcribunt ſecundum eum,quod no. Bal.
Prælatus ſi contrahit nomine ſuæ perſonæ,ſucceſſor in ſuo beneficio non tenetur. Si autem contrahit nomine officij,tunc ſucceſſor in dicto beneficio tenetur.Hoc verum in rectore vel prælato,ſecus in præbendario, quia non obligat ſucceſſorem,quia loco vſufructuarij cenſetur vſus præbendarius,non loco procuratoris eccleſiæ,ſed prælatus & rector vtroque nomine cenſetur,ita no.Inn. in c. querelam,ne prælati vi.ſuas.fol.208.arg.ff.locati.l.ſi quis domum.Eſt ergo differentia quis contrahit,& quo nomine. Et vbi dixi teneri ſucceſſorem, eſt verũ, ſi contractus eſt legitimus non in præiudicium eccleſiæ,alias non, vt quia non in vtilitatem eccleſiæ,ſed perſonæ redundauit, vbi non tenetur ſucceſſor , quia obligatio non eſt in rem,ſed in perſonam ſcripto.tene menti.Bal.
Prælati licet ſint de inferioribus poſſunt diſpenſare cum illiteratis,ita nu. Inno. in c.1.de ſum.Trini fol.1.Tamen ille qui allegat diſpenſationẽ,oportet eũ probare, vt ibidem Hoſt.vide omnino infra in verbo,ſilentium,in 2.q.& infra in verbo,Procur. in 4.q.& infra in verbo, Renunciatio,in 1.q.& vide ſupra in verbo,Conuentus,in 1.quæſt.
Prælato nominato videtur eccleſia nominata,ita no.Hoſtien. in c.edoceri, extra de reſcriptis.
Prælatus admittitur pro conuentu cum cautione de rato,& ſi bona ſunt diuiſa , ita no.Hoſt.in d.c.edoceri,& ibi per gl.facit ff.de mino.l.pater. Bald.vide ſupra in verbo, Dignitas,in 1.q.
Prælatus agere poteſt pro obedientia ſua,ſecundum Innoc.in d.c.edoceri, de reſcrip.fol.9.num.4.
Prælatura inferior ab epiſcopatu, vel ſacerdotium non liberat à patria poteſtate, ita no.Inno.in c.indecorum,de æta.& quali fol.44.num.1.vide ſupra in verbo,Natus,in 1.quæſt.
Prælatus vbicunque facit aliquid ſcienter,quod eſt contra ius commune,ſi factum eſt tale,quod diſpenſare poſſit ſuper eo, tunc id factum habetur pro diſpenſatione,quod eſt no.ita no.Inno.in c.diuerſis,de cle. coniug. fol.144. nu.1. probatur etiam per l.quidam conſulebant .ff.de re iud.quod tene menti pro reformationibus factis per conſiliarios contra formam ſtatuti,quia ſi habent poteſtatẽ ſuſpendendi ſtatutum,videntur tacitè ſuſpenſa,& in eis diſpenſatum Bald. Ad hoc vide etiam quod no.Inno.in c. veniens,de fil.presbyte.fol.46.& quod no. 54.diſt.c.ſi ſeruus.Bal.& vide infra in verbo, Vxor,in 3.q.& ſupra in verbo, Adminiſtrator,in 2.q.Sed contraria glo.eſt in c.1.de æta.& quali. lib.6.& gl. 16.q.1.Eccleſia habet ſenatus.
Prælatus eccleſiæ de qua culpa tenetur , vide Inno. in. in cap. ea quæ , de officio Archidiaco.fol. 50.

Prælatus petit rectorias nomine ſuo, ſed res eccleſiæ nomine eccleſiæ, ita no. Inn. in c. in literis, in fi. de reſti. ſpol. fol. 95. nu. 14.

Prælati habent adminiſtrationem liberam cū donatione modicæ rei, ſecus in alijs adminiſtratoribus, ita no. Inn. in c. veniens, de præſcrip. fol. 125. nu. 5. Non. n. eſt ita coarctādus adminiſtrator Dei ſicut hominis, quia Deus nobiliſſimus eſt, arg. ff. de dona. l. filius, moriſq; nobilium eſt donare, vt ff. de nata. reſti. l. quæris. Et ideo maior & liberalior eſt poteſtas prælatorum, quàm aliorum adminiſtratorum, ſecundum eum ibidem, tene menti. Bal.

Prælatus ſi habet conſcientiam læſam, eccleſia vero habeat bonam fidem, quid debet facere prælatus, vide Inn. de præſcrip. c. fi. fol. eo. & ibi gl. in fi. in c. bonæ, de poſtu. & 50. diſt. c. generalis, 22. diſt. de Conſtantinopolitana.

Prælatus excommunicatus an propter excommunicationem debet ceſſare ab adminiſtratione prælaturæ, vide per Inn. in c. ex tua, de cleri. nō reſiden. fo. 145 nu. 6. & vide tex. in c. veritatis, de dolo & contu.

Prælati plures poſſunt eſſe in eccleſia, vnus ſub alio qui ſubalternantur alteri, ita no. Inn. in c. cum non, de præben. fol. 147. nu. 2.

Prælatus quando quis eſt de facto, licet non de iure, valent quæ geſſit ſicut in Barbario, ita no. Inn. in c. literas, de conceſ. præben. fol 154. num. 2. & eſt ſententialis admonitio neceſſaria, ſecundum eum ibidem, & vide gl. in c. nihil, de electio. & in c. 1. de ſchiſmati.

Prælati an poſſint dare minoribus vel inferioribus eis poteſtatem conferendi beneficia, vide Innoc. in c. conſtitutus, de conceſ. præben fol. eodem. vide glo. in c. ſi. de offi. vica. lib. 6. & in c. penulti. de offi. lega. lib. eo. & de elect. in c. cum conceſſa, in clemen.

Prælatus concedendo in feudum, feudum ſolidum non dr̄ alienare, ita no. Abb. in c. 2. de feudis. nam conſuetudo conuertitur in naturam. vnde videtur tal. i eſſe natura rei, arg. ad idem ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim, in ratione ſui, & l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſti. Bal. vide gl. in c. ſignificauit, de cenſi. & 35. q. 8. de gradib. per Arch. vide Pan in c. 1. de reſcri. in cle. & in c. 2. de feudo, & quod no. idem Inn. in c. vt ſuper, de reb. eccle. non alienan. fol. 159

Plebanus dicitur habere curam animarum, ita no. Inn. in c. ad audientiam, de eccleſiis ædificandis. fol. 188. & vide ſupra in ver. Actor, in 12. q.

Præſentatio clericorum habet vim electionis, ita no. Inno. in c. cum autem, de iurepatro. fol. 182.

Præſentatio an dicatur fructus, vide Innoc. in c. conſultationibus, de iurepatro. fol. eodem. num. 1.

Præſentatio reſcripti debet fieri capitulo, nec ſufficit fieri executoribus, ſecundum Hoſt. in c. in literis, de reſcrip. vide infra in verbo, Tempus, in 2. quaſt. & vide tex. de conceſſ. præben. in c. ſi ſoli, & c. capitulo, eod. titu. lib. 6. & glo. in c. bonæ, il 2. de electio.

Priuilegium quod continet ius commune, non eſt priuilegium, ita no. Inn. in c. 1. de reſcrip. fol. 4. nu. 4. niſi concedatur inhabili, vt l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. facit ff. mand. l. qui mutuam, & C. de fideicom. l. quidā rectè. Sed ſi aliquid addit vel detrahit iuri communi, tunc eſt priuilegium, vt l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iu. Sed ſi ſtatutum continet ius commune bene eſt ſtatutum, ſed recipit intellectum iuris communis, vt l. 2. C. de nox. & tolluntur contraria l. ſicut ius commune, vt no. in c. 1. de conſtitu. lib. 6. Idem dicit in conſuetudine, vel dic quod conſuetudo non eſt cōſuetudo, nec effectualiter, nec effectualiter, ſed eſt mera obſeruantia iuris ſcripti, non noua præſcriptio conſuetudinis, quia non inducitur tempore, ſed in vſum facti inducitur. Bal. vide ſupra in ver. Conſuetudo, in 9. q. & ſupra in ver. Cauſa, in 7. q.

Priuilegium & indulgentia continere debent aliquid ſpecialitatis, ita no. Hoſt. in c. 1. de reſcrip. vide in c. ſi Papa, & in c. in his, de priuil. lib. 6.

Priuilegium ſpeciale dicitur illud, quod conceditur alicui ordini, ſecundum Hoſt. in c. ſi quando, de reſcrip. vide omnino infra in ver. Statutum, in 5. q. & ſupra in ver. clericus, in 5. q.

Priuilegium carnale fortius eſt, quàm ſpirituale, ita no. Hoſt. in c. 1. de transla.

Priuilegia rectorum Marchiæ in appel. interpoſitis ad ſedem Apoſtolicam poſuit Inno. in c. cum veniſſent, de eo qui mit. in poſ. fol. 100. num. 1. vide ſupra in verbo, Clericus, in 40. q.

Priuilegium ſuper litis pendentia impetratum valet, ſi faciat mentionem litis, ita no. Inno. in c. dilectus, vt li. penden. fol. 101. nu. 1. Et quando dicitur lis pendere, an per ſolam citationem, in tali caſu vide gl. in c. cauſam, de teſti. vbi gl. videtur dicere, quod per ſolam commiſſionem cauſæ, vide etiam tex. cum glo. in c. 2. vt li. penden. in clem.

Priuilegia præiudicialia ſunt ſtricti iuris propter vitium ambitionis, ita no. Hoſt. in c. dudum, de priuil. facit tex. in c. quamuis, de præben. lib. 6.

Priuilegium conceſſum miniſtris eorum perſonam non egreditur, ita no. Innoc. in c. permittimus, de ſen. excom. fol. 23 1. facit ff. de leg. 2. l. cum patronus, & ibi per Iac. de Are vide ad hoc gl. no. in c. priuilegium, de reg. iur. lib. 6.

Priuilegium rumpitur quo ad numerum canonicorum eo ipſo, quod quis recipitur vltra numerum canonicorum, & per conſequens quo ad numerum portionum, vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ, quia talis portio acceſſoria eſt, & rumpitur rupto principali, vt ff. de iniuſto teſta. l nam & ſimil. §. rumpendo. Secus vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, quia tunc rupto canonicorum numero ad hoc ſtat numerus præbendarum, cum præbendæ peti non poſſint anteqnam vacent, & tam numerus canonicorum, quàm præbendarum eſt principalis, & ideo rupto vno non rumpitur reliquum, arg. C. ſi pend. app. l. 3. ſecundum Abbatem in c. dilectus, de præben. tene menti. Bal.

Priuilegium ſuum allegare quis tenetur, ſed non priuilegium aduerſarij, ita no. Abbas in c. ſi duobus.

Princeps reſcribit tribus modis, ſcilicet ſecundum legem, præter legem, & contra legem. Contra ius diuinum vel naturale, contra ius gentium, & contra ius ciuile ſeu poſitiuum, & tunc aut ius ciuile venit ad corroborationem iuris gentium, vel ad coadiuuandum vt actionis, aut per ſe, vel l. penul. ff. de conſti. prin. & l. fi. C. ſi contra ius vel vtili. publ. & no. Inn. in c. 1. de reſcri. fol. 4. & vide ſupra in ver. Papa, in 1. q. & ſupra in ver. Imperator, in 1. & 2. q. vide omnino infra in verbo, Rex, in 1. & 2. q.

Princeps Romanus ſi indicit bellum, tunc tam res mobiles quàm perſonæ ſiunt capientium. Si autem Princeps inferior vel alius habens iuriſdictionem bellum indicit, poteſt nomine ſuæ iuriſdictionis ſtatuere de lucro rerum, ſi bellum ſit iuſtum. Item de retentione perſonarum non tamen capti ſunt ſerui. Si autem ſit bellum ab eo, qui non habet iuriſdi. in aduerſarium à Deo vel à lege. ſed eſt bellum pro inimicitia propulſanda, ſeu vindicanda, tunc nec res, nec perſonæ efficientur capientium. bene tamen poſſunt retinere res pro recuperatione damnorum factorum, ita no. Inn. in c. 2. alias ſi. de iureiur. & in c. ſicut, eo. tit. fol. 117. & ſeq. Ex prædictis igitur patet, quod captus in bello regum vel populi ſit ſeruus. Et ideo captus liberè poteſt teſtari, ſecus eſt in bello imperiali, & fuit de facto in perſona Burgari de Maſſiano, quod bene no. An autem in generali pace poſſint remitti damna ſingularum perſonarum, no. per Inn. in c. ad noſtram, de iureiuran. fol. 118. Bal. Et ſic no. ex prædictis, quod valent ſtatuta facta tempore iuſtæ guerræ ciuitatis ſuper ſpoliis, tamen capti non ſunt ſerui, vide infra in verbo, ſtatutum, in 3. q. ibi, quia etiam iudex Princeps non poteſt, &c.

Princeps poteſt delegare cauſas ciuiles prælati, ita no. Innoc. in c. inter dilectos, de fide inſtrum. fol. 114. num. 2. Idem in criminalibus, vt in c. in Archiepiſcopatu, de rapto. Abbas.

Princeps, vide Caſtrum.

Pignus, vide infra in ver. Teſtis, in 42. q. in fi.

Pignus, vide omnino infra in ver. Teſtator, in 1. q.

Prior clauſtralis conuocat capitulum ad electionem faciendā, non tamen propter hoc habet iuriſdictionem, nec eſt ſyndicus, ita no. Innoc. in c. 1. de maio. & obe. fol. 66. num. 2.

Prior poteſt compelli ad conuocandum capitulum ſi neceſſe ei incumbit, ita no. Inno. in c. 1. de maio. & obe. fol eo. facit l. 3. de fideicom. liber. Bal.

Prior tempore potior eſt in iure, vel in præbenda, quomodo autem attendatur iſta prioritas, vide Inn. in c. relatum, de prob. fol. 146. nu. 2.

Prior eſt nomen dignitatis, ita no. Inn. in c. monachi, de ſtatu mona. fol. 177. nam prioratus eſt dignitas, & hoc eſt verum de conuentuali, ſecus in alijs, ita dicit Abb. in c. niſi eſſent, de præb. item no. in c. & ſi principalis, in clem.

Prioratus quando eſt de menſa, non dicitur habere priorem, ita no. Innoc. in c. monachi, de ſtatu mona. fol. eodem. vide glo. no. in c. frequens, de conceſſione præbendæ, in glo. magna.

Principale, vide omnino infra in ver. Reconuentio, in 3. q.

Peremptorium verbum debet adijci in citatione, vt ſit verum & expreſſum peremptorium, nec ſufficit vna citatio ſola ad ſententiam, niſi eſſet dictum in ea, & peremptoriè, vel niſi citatio fuerit in perſonam quæ ſemper habet vim peremptorij, ita no. Inn. in c. ad petitionem, de accuſa. fol. 203. & vide ſupra in ver. Clauſula, in 3. q.

Peremptorium non eſt neceſſe quod perueniat ad eum, qui de contumacia vel culpa notatus eſt, ita no. Inn. in c. ex literis, de exceſ. præla. fol. 216. vide ſupra in ver. Appellatio, in 6. q. ibi, non ideo quia in prima vice inijt peremptoriū, &c. vide ſupra in ver. citatio, in 19. 24. & 28. q.

Portiones an dicantur præbendæ & redditus, vide per Innoc. in c. dilect. il 1. de præben fol. 147. nu. 6.

Portiones & præbendas diſtinctas an habere poſſint regulares, qui nō habent proprium, vide Inn. in d. c. dilect. fo. eo. & ibi gl. in c. ex parte Aſten. de cōceſ. præb.

Poſitiones, vide omnino ſuprà in ver. Lit. conteſt. in 2. q.

Poſitio alternatiua admittitur in facto alieno, ita no. Innoc. in c. ex parte, il 2. de reſcrip. fol. 5. nu. 5. idem in articulis, ſecundum Hoſt. ibidem, & vide omnino ſupra in ver. Cura animarum, in 1. q. & ſupra in ver. Credulitas, in 6. q.

Poſitioni criminoſæ debet reſponderi in ſpiritualibus vel tendenti ad crimen, ſecus in temporalibus, ita no. Inn. in c. dudum, de elect. fol. 23. num. 11. & vide infra in ver. Reſponſio, in 3. q.

Proteſtatio valet vbi res poteſt dupliciter intelligi, non vbi certus eſt intellectus, ita no. Inn. in c. cum M. de conſti. fol. 2. num. 1. idem vbi quis per contrarium factum contradicit proteſtationi, ſi facta ſecum adinuicem non compatiuntur non valet, ut hic dicit Inn. idem Bar. ibidem, & eſt caſus in c. tua, de ſponſa. & ibidem, uide quod factum præualet proteſtationi, nec proteſtatio tenet ad hoc. ff. de acq. hære. l. ſi ſeruum § ſi quis ſeruus. Item proteſtatio ualet ad præcauendum futura, niſi actus qui ſequitur ſit incompaſſibilis proteſtationi, ſed ad caſſandum præterita ſequens proteſtatio non ualet. ſecundum Doct. Bal. uide omnino infra in uer. Teſtis, in 13. q & infra in uerbo, renuncians, in 13. q.

Proteſtatio non nocet tacenti, niſi ſint ſigna conſenſum indicantia, ita no. Inno. in c. Cumana, de elec. fol. 34. nu. 3. & Iac. de Arena in l. 2. §. ueritatem. ff. ſolu. matri. alias l. fi. ff. de lib. agno. Bal. & uide ſupra in uer. contumax, in 5. q.

Proteſtans ſi aliquid contra ſe dicit ſtatur ſibi, & ei imputetur, ita no. Innoc. in d. c. Cumana, de elec. fo. eo. facit ff. pro donato l. fi. & ff. de mino. l. Aemilius. Bal.

Proteſtationem ſuam nemo poteſt cogi, quod remittat, niſi in nunciatione noui operis, ita no. Inn. in c. ſanè, de offi. deleg. fol. 52. nu. 2.

Proteſtans non excipit, quia proteſtatio nō elidit petitionē. Item qui proteſtatur non agit, ita no. Inn. in c. 2. de ord. cog. fol. 90. & infra in uer. Teſtis, in 40. q.

Proteſtatio contra ius cōe facta non ualet, niſi illi proteſtationi conſentiat iudex uel aduerſarius, puta ſi quis proteſtatur quod ius no patitur, puta exceſſe ſalua in ſpe, quod ius no patitur, ita no. Inn. in c. præſenſiū, de teſtib. fo. 107. n. 3.

Proteſtatio

Proteſtatio an iuuet, vt non uideatur appellationi renunciari, vide Inn. in c. quaſtioni, & inc. qua fronte, de appel. fol. 132

Prohibitio alienationis facta à teſtatore an valeat, vide plenè per Abbatem in c. Raynal. de teſtam. Sed an prohibitio facta filiis extendatur ad nepotes, vide quod no. in Auth. de reſti. fideicommiſ. §. nos autem, col. 9. An prohibitio facta honorato extendatur extra ſuam prouinciam, vide ff. de lega. 3. l. pater. §. quindecim. An prohibita venditione prohibita ſit omnis ſpecies alienationis, vide gl. qua non eſt alibi, ſecundum Doct. in l. 2. C. de vſucap. pro empto. Et quid de locatione longiſſimi temporis. ff. de leg. 2. in codicillis. §. instituto. An prohibita alienatione a teſtatore poſſit fieri alienatio propter debita teſtatoris perſoluenda, vide ff. de mann. teſta. l. qui potuerunt, & de fideicommiſſarijs liber. l. cum per fideicom. per Iac. de Are. & dic vt per Bar. in l. filiusfa. §. diui, de lega. 1. An qui alienationi conſenſit, poſſit poſtea agere vigore prohibitionis factæ à teſtatore, vide ff. de leg. 2. l. cum pater. §. libertis. An prohibitio facta ſuper contractu includat vltimã voluntatem, vide ff. de lega. 3. l. pater. §. fundũ. An in generali prohibitione includatur eccleſia, ſ. vt non poſſit etiam eccleſiæ dari, vide ff. de verb. obli. l. ſi quis ita. §. ea lege. An prohibitus alienare teneatur cauere & facere ne per legem alienetur, dic vt in d. §. ea lege. An prohibitus emere videatur prohibitus pignus accipere. ff. de pig. l. in quorum. An prohibitus alienare poſſit actionem mouere vel in iudicio confiteri, vide ff. de iure deliberandi. l. aut prætor, & ff. ſi quid in fraudem patro. l. 1. §. quod ſi in litẽ. & C. de tranſa. l. præſes. An prohibitus alienare poſſit habere rem pro derelictis, vide ff. de ſtipula. ſeruo. l. quod ſeruus. Bal.

Probatio quid ſit, vide Inn. in c. forus, de verb. ſign. fol. 233. & habes ibi, quid ſit arg. circa prin. & vide C. de proba. in rub. & de rei vend. l. indicia. Bal.

Probatio incumbit actori, nam alteri plus altero non creditur, ſecus ſi pro actore præſumitur, ita no. Inn. in c. Abbate, de verb. ſignifi. fol. 234. nu. 3.

Probatio quæ non prodeſt, dicitur impertinens, & non debet admitti, ita no. Inn. in c. inter dilectos, de exceſ. præla. fol. 216. & facit de offi. dele. c. cum contingat, il 3. vide omnino ſupra in ver. fortè, in 3. q.

Probatio fundamenti, puta iuriſdictionis delegatæ, iuris eligendi præter ius commune, & conſimilium incumbit affirmanti iudicans, quia iuriſdictio delegata eſt extraordinaria, & non præſumitur, tamen ſi vtraque pars fuerit præſens tanquam coram delegatio ſine proteſtatione alicuius exceptionis contra iuriſdictionem, & fuerit lis conteſt. præſumitur pro iuriſdictione. In alijs autem exceptionibus quæ non ſunt fundamenti, ſed cauſæ principalis vel incidentis, non præſumitur pro iudice, niſi in commiſſione ſuo arbitrio, vt in dilationibus, vel ſua taxationi, vt in fructibus. Item non præſumitur in iudicijs ſolennitas, id eſt ordo iudiciorum, ſed in extraiudicialibus præſumitur ſolennitas, niſi vbi ſcriptura requiritur, ita no. Inno. in c. innatuit, de eo, qui fur. ordi. ſuſce. fol. 216. Aduertendum eſt hic, quia duplex eſt ſolennitas, ſ. cauſalis & formalis. De prima dic, ſi inſtrumentum continet cauſam, aut diſpoſitiuè aut narratiuè. Si diſpoſitiuè, quia ea oritur ex ipſo inſtrumento. vt cauſa emptionis & venditionis, tunc ſtatur inſtrumento, vt C. depoſiti. l. deſiderium. Si narratiuè, aut ſuper illa cauſa fundatur obligatio, & tunc præſumitur cauſa vera, niſi probetur cõtra per ſimilem probationem eiuſdem ſpeciei, vt l. generaliter. C. de non nume. pecu. Fallit in mutuo & dote, niſi in inſtrumento facta ſit mentio, vt C. de non nume. pecu. l. ſi ex cautione. Si ſuper ipſa non fundatur obligatio, tunc eſt impulſiua, vt ff. de condi. indebi. l. damus. Et ſi præſumatur vera, ſiue non, valet obligatio, vt ff. de dona. l. 2. §. fi. Aut cauſa non eſt expreſſa in inſtrumento, & tunc aut quis ſciebat ſe non teneri & obligatur cum effectu, vt ff. ſi quis cautio. l. ſed & ſi quis. §. fi. Aut errabat, & tunc ſecus, vt l. 2. §. circu. ff. de exce. doli. aut dubitatur, & tunc aut ſunt merita vel inditia donationis, & præſumitur donatio, vt l. Campanus, de ope. libe. & de proba. l. Procula, aut non ſunt inditia donationis, & tunc aut ad liberandum & præſumitur donatio, vt l. tale pactum ff. de pact. & exigitur inſinuatio, vt ff. qui. mo. pign. vel hypo. ſol. l. penul. §. 1. & ff. de reg. iu. l. ſi quis obligatione. Aut ad faciendum, & tunc nũ præſumitur donatio, vt d. §. circa. Formalis ſolennitas alia probatoria. Et ſi inſtrumentum non continet hanc, non præſumitur pro inſtrumento, quo ad ſolennitatem, vt C. de teſta. l. ſi vnus, tamen quo ad veritatẽ præſumitur ſi ibi ſunt duo teſtes, vt l. fi. de rebus eorum, & ex inde naſcitur obligatio naturalis iure gentium, quod veritati incumbit, alia probatoria & ſubhaſtatio, cauſa deciſio, tunc poſt decretum interpoſitum præſumitur, non ante, vt l. 1. C. de fide inſtrum. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. Alia probatoria, vt auctoritas & decretum, & iſta non præſumitur, vt ff. de publicia. l. quæcunque. §. fi. Alia ſubſtantialis, & iſta præſumitur, vt ff. de verb. obli. l. ſciendum. Et quæ ſit ratio differentiæ, dic vt ibi per Dy. quia iſta eſt intrinſeca ſolennitas ab actu, quod no. Bal.

Probatio de conſcientia admittitur per iuramentum purgationis, ita no. Innoc. in c. bona, de elec. fol. 23. nu. 5. vide infra in ver. Scientia, in 4 q.

Probatio recepta valet, niſi ſit talis quæ recipi non debuit, ita no. Inn. in c. conſtitutus, de fil. presby. fol. 47. in libello, vt l. fi. C. de anna. excep. Bal.

Probatio teſtium probantium ſimpliciter factum, non probat notoriũ, ſecus ſi probet factum cum circumſtantijs includentibus notorium, vt quia factum coram populo vel in concilio generali; per confeſſionem autem ſimplicis facti bene, nam probatur notorium, aut ſit notorium ex tempore confeſſionis, ita no. Innocen. in c. ſtatuimus, de offi. deleg. fol. 62. num. 5. & ſupra in ver. Actor, in 11. q. & vide in c. monialis, de purg. cano.

Probatio ſimplex non ſufficit, quando requiritur probatio qualificata, ita no. Inn. in c. ſtatuimus, de offi. deleg. fol. eo. nu. 6.

Probatur per iuramentum intereſſe contra omnem violentiam vt expulſiua, inquietatiua, turbatiua, & compulſiua, ita no. Inn. in c. ſuper eo, quod met. cau. fol. 73. nu. 3. & l. ſi duo. ff. vti poſſi. in §. fi.

Probatio criminis in modum exceptionis, quomodo operatur, vide Inn. & Hoſt. in c. 2. de ordi. cogni. fol. 90

Probare non habet inſtitutionem ſuperiorum, ſed de vſu facti tantum, qui dicit ſe ſpoliatum poſſeſſione iure canonicatus, ita no. Innoc. in c. ex parte, de reſtit. ſpol. fol. 96. num. 5.

Probatio indirecta poteſt fieri etiam teſtibus præſentibus, ita no. Inno. in c. fi. de dolo & contu. fol. 98. num. 1.

Probatio facta iudici non in figura iudicij, non valet in cõtradictorio iudicio, ita no. Innoc. in c. quoniam contra falſam, de proba. fol. 104. num. 8. per gl. in l. 1. C. quorum bonorum.

Probatio ſummaria ſufficit in poſſeſſorio, ita no. Inno. in d. c. quoniam contra falſam, de proba. fol. eo. & no. in d. l. 1. quorum bonorum.

Probationes ſunt recipiendæ etiam in interdicto vti poſſi. tantum ſuper eo, quod petitur, non ſuper alijs, ita no. Inn. in c. licet cauſam, de proba. fol. 103. nu. 8.

Probare non ſufficit, quod teſtes falſum dixerunt poſt latam ſententiam, ſicut non ſufficit probare corruptionem tantum, niſi falſitas probetur, vide per Innoc. in c. licet cauſam, de proba. fol. eo. nu. 2.

Si Probans per tres teſtes, vbi duo ſufficiunt, parum prodeſt aduerſario meo obijcere contra vnum, vel appellare, ita no. Inn. in c. ſuper eo, de appel. fol. 132

Probatio iuridica teſtium valet pro poſſeſſore contra publicum inſtrumentum, ita no. Abbas in c. 3. de proba. Et ibidem vide quod illi de capitulo poſſunt eſſe teſtes in cauſa capituli.

Probatio dubia non prodeſt probanti, ita no. Abb. in c. præſentia, de proba. & l. 1. §. ſi quis argentum. ff. depoſiti. & l. fi. ff. de prætu. ſtipu. Bal.

Probare non ſufficit vnum, ſi quis ſe aſtrinxit ad probandum plura, ita no. Abbas in c. licet cauſam, & ibi caſus, de proba.

Probationes factæ coram vno iudice fidem faciunt coram alio, ita no. Abbas in c. cum bonæ, & ibi caſus, de proba.

Probatio viſus non eſt ſufficiens probatio, quando actus nõ plenè patet viſui, ita no. Abb. in c. præterea, de teſtibus.

Profeſſus poteſt expelli de monaſterio, ſi eſt incorrigibilis, ita no. Inn. in c. cum cauſam, extra de elect. fol. 26. nu. 2.

Profeſſi non habent vocem in capitulo, ita no. Innocen. in c. ex ratione, de ętate & qualitate. fol. 44.

Prophetę & ſancti quodcunque dicunt eſt indubitanter tenendum, ita no. Inno. in c. cum venerabilis, de exceptio. fol. 120. nu. 6.

Promotus dicitur confirmatus, licet non ordinatus, ita no. Inno. in c. cum in cunctis, de elect. fol. 19. nu. 3.

Promouendus, quæ ſunt circa ipſum conſideranda, vide Innoc. in c. ex tenore, de tempo. ordi. fol. 42. nu. 4.

Promotio nõ impeditur ex obiectu culpæ, ita no. Inn. in c. 1. de obli. ad ratiocinia. fo. 48 ſed an obiectu doli ciuilis ſint puniendi, vide ibidem Inn. & idẽ gl. dicit.

Promotus in epiſcopum licet ante promotionẽ eſſet in peccato mortali, tenet, ita nu. Inn. in c. ſicut, de iureiur. fol. 117. & ibi caſus.

Promoueri non poſſunt ad ordines ſacros ioculatores, buffones, & homines degeneres, ita no. Inn. in c. cum decorem, de vi. & honeſt. cleri. fol. 143. quomodo enim ſunt digni ordinibus, qui non ſunt teſtimonio digni ff. de ſena. l. Caſſius, & l. indignum, & ff. de iudi. l. cum prętor. §. penul. & de teſti. l. teſtium. §. penul. ergo infames non poſſunt ordinari nec promoueri ad ſacros ordines, niſi ingrediãtur monaſterium, vt in Auth. de monachis, in prin. col. 1.

Promotoris inquiſitia non dicitur de ſubſtantia proceſſus, nec eſt citandus, ita no. Inn. in c. ſicut olim, de accuſa. fol. 204

Pronunciatio, quando ſit pronunciandum in incidenti, & quando non, vide Inno. in c. cum in iure peritus, de elec. fol. 29 facit gl. no. in c. 1. de ordi. cog.

Pronunciandum eſt ſuper emergenti, in quo examinatur ſeorſum à principali cauſa, vt ſuper qualibet declinatoria, vt C. de plag. l. prȩſes, C. de adulte. l. quoniam Alexandrum. Eſt tamen validus proceſſus ad vlteriora ſi iudex cognouit & non pronunciat, quia tacitè uidetur pronunciaſſe, ut ff. de min. l. ait prętor. §. permittitur, & de appel. c. ex parte M. facit ff. de iudi. l. 2. §. ſi dubitetur, & l. ſi quis ex aliena. Secus ſi nihil cognouit, nec pronunciauit, quia tunc inordinatè proceſſit, & non ualet iudicium, ut in c. exhibita, de iudi. Vel dic, quod ualet, ſed poteſt appellari. Non obſt. l. prolata, C. de ſenten. & interlocu. omn. iudi. quia ibi loquitur quando ordo iudicij peruertitur, ſ. poſt li. conteſt. ſecus ſi ante, nam ante li. conteſt. non eſt iudicium, ſecundum Bar. ſuper incidenti, id eſt quod examinatur poſt li. conteſt. ſimul cum principali, quia pars eius eſt. Si quidem à parte actoris non oportet pronunciari, tamen ſi pronunciatur, ualet, nec dicitur propterea pars grauari ſi fundetur in iuſtitia. ff. de min. l. inter utile. Et dicitur incidens ut replicatio, uel quæ partem probandorum continet. Si uero à parte rei ſit incidẽs & peremptoria, hoc modo dicitur incidẽs, & quia ſubſtantiam petitio elidit, non poteſt pro reo pronunciari interloquendo, ſed diffiniendo ſi, quia litis conteſt. ſperat ſententiam diffinitiuam. ff. de iudi. l. de qua re. ſicut unũquodq; appetit finem propriam. ff. de min. l. 3. §. 1. Sed ante li. conteſt ſuper incidenti fertur interlocutoria, vt ff. de procu. l. ſi & reus, & de litis conteſt. c. exceptionẽ, lib. 6. Et unde quod dixi ff. de iureiur. in l. ſi iuſiurandum & ad pecunias. §. 1. Et hic Hoſt. & Io. deſcribit emergentes ex tẽpore, quæ non poſſunt cauſari, niſi in iudicio, unde exceptio iudicis incompetentis, uel procuratoris, uel ineptitudinis libelli, & omnes quę non deſiderant diffinitiuam, naſcũtur in litis limine & exordio, non ante, et tempore litis inſpiciunt, ſi competunt uel non. Sed incidentes habent originem extra litẽ motam & cauſam uetuſtiorem, ſecundum Io. facit quod no. ff. de condi. ob cauſam. l. qui ſe debere, & in l. 1. C. de ord. iudi. Iſta tangit Inn. in c. penul. de ord. cog. fol. 90. ſed non clarè ſicut dico, tene menti iſta perpetuo. Bal.

Pronunciatio

Pronunciare aliquem tuendum in poſſeſſione, idem eſt quod ponere aduerſario ſilentium, ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de iuſti. fol. 151. nu. 2.

Prorogatio fit quatuor modis, ſubmiſſione, & tunc quia ſtatim ſubmittentes efficiuntur ſubditi, non poſſunt pœnitere, vt l. eſt receptum. ff. de iuriſd. omn. iudi. Contrarium no. ff. de iudi. in l. 1. item permiſſione, & tunc prorogans pœnitere poteſt vſque ad litem conteſta. vt l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. omn. iudi. quia obligat. Item ſolutionis, & iſta fundat iuriſdictionem à prin. vt no. in l. 1. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Itē declinatoriæ exceptionis omiſſione. Et in hoc ſufficit ſi elapſus ſit terminus opponendi declinatorias vel ex facitas actus contra eius, vel incompaſſibilis exceptioni declinatoriæ, vt ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. item ſcias, quod quatuor impediunt prorogationem. Primo defectus fundamenti in principali iuriſdictione, vt l. priuatorum. C. de iuriſdi. omn. iudi. & in c. P. & G. de offi. deleg. & c. ſignificaſti, de foro compe. Item error, vt l. 2. & l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omn. iudi. Item metus, vt d. l. 2. Et prohibitio ſuperioris, vt c. 2. §. 2. Item taxatio legis impedit prorogationem de tempore ad tempus, ſ. lex taxat tempus iudici & inſtantiæ, ſecus ſi iudici tantum, quod eſt no. Et quod dixi de errore, eſt verum in iuriſdictione conferenda, non in ea quæ eſt corroboranda ne elidi poſſit, vt ibi & alibi no. Et debet fieri prorogatio ad iuriſdi. conſimilem, vt no. Inn. l. inter conuenientes, ad municipales, & ex prorogatione acquiritur auctoritas & exercitium ignoranti propter fundamentum principalis iuriſdi. vt d. l. 2. §. 2. quod tene menti. Bal. Item ſcias, quod quadruplex eſt prorogatio, ſ. de re ad rem, de tempore ad tempus, de perſona ad perſonam, & de loco ad locum. Sed illa de loco ad locum non habet locum in ordinario, ſecundum quod no. in c. 1. de foro compe. in clem. Illa de perſona ad perſonā, non habet locum in delegato, & ſufficit iuriſdi. in habitu vt poſſit prorogari ad actum, vt l. 1. ff. de iudi. v de omnia iſta per Inn. in c. ſi pro debilitate, de offi. deleg. fol. 52. nu. 4. et vide ſupra in ver. Clericus, in 20. q. & ſupra in ver. cita tio, in 28. q. vbi habes, quod contractibus bonæ fidei ſit neceſſaria prorogatio.

Poteſtas ſiue Vicarius, vide omnino infra in verbo, Statutum, in 2. q. ibi, poteſtas tenetur ſeruare.

Poteſtas an teneatur ex delicto ſuæ familiæ, vide Bart. in l. 1. §. familia. ff. de publicanis.

Poteſtas condemnat aliquem ad mortem, an iſte efficiatur ſeruus pœnæ, videtur quod non, quia non poteſt poteſtas alicui libertatem adimere vel ciuitatem. ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. qui vniuerſas. Præterea iſte condemnatur ex forma ſtatuti, & ſtatutum non dicit, quod fiat ſeruus pœnæ, ergo, &c. nam quod omittitur à ſtatuto pro omiſſo haberi debet, vt no. Cy. in l. 1. C. de hære. inſti. Præterea nos videmus, quod bona non confiſcantur, quod fieret ſi moreretur ſeruus pœnæ. Præterea hodie nemo bene natus ex condemnatione efficitur ſeruus pœnæ. Ex hoc ſequitur, quod valent eorum teſtamenta, quia ſunt liberi, & retinent. In contrarium videtur, quia iſta ſententia ſtatim facit damnatum ſeruum, vt ff. de pœnis. l. qui vltimo, & l. quidam. ergo non valet ſuum teſtamentum. Et hoc eſt verum de iure, quia lex non iudex facit eum ſeruum, arg. ff. de ritu nup. l. palam, in fi. tamen ſi de conſuetudine eſt, quod eorum teſtam ſeruentur, valet teſtamentum cum etiam lex & conſuetudo poſſunt concedere teſtandi licentiam, arg. ff. de offi præſi. l. Barbarius, in fi. & de his, qui vt in l. penul. & hæc vera de condemnatis præſentibus. Sed abſentes condemnati ex forma ſtatuti non fiunt ſerui, niſi demum fiant captiui, tunc quaſi ab hoſtibus capti incidunt in ſeruitutem, nam ſententia in eos fertur hoc modo, quod ſi quo tempore peruenerint in fortiam communis, &c. vt c. poſtulaſti, de re iudi. in cle. Vnde antequam caſus eueniat, interim ſunt liberi & poſſunt teſtari, arg. ff. de ſeruis exportan. l. Titius. Bal. hoc ponitur Spec. in tit. de iuriſdi. omn. iudi.

Proceſſus, ſed caſſetur, non nocet poſſeſſori non citato, ita no. Inn. de purg. cano. in c. cum dilectus. fol. 222 facit l. ſi deſerta prædia. C. ſi propter publicam penſita. & no. in l. cum miles. §. 1. qui. ex can. main. Bal.

Proceſſus licet ſit cœptus per denunciationē trāſfertur ad inquiſitionē, & vterq; modus poteſt cumulari, ita no. Inn. in c. licet Hely, de ſimonia. fol. 206. nu. 2.

Procedi non poteſt in cauſis ambaſciatorum & eorum, qui ſunt abſentes cauſa reipublicæ, ita no. Innoc. in c. licet, de foro compe. fol. 82. num. 2. vide infra in verbo, ſententia, in 2. & 72. q.

Proceſſus & appellatio vbi ſunt ſuper eodem, etiam ſi ab interlocutoria interim eſt ſuperſedendum, ita no. Inn. in c. quia propter, de elec. fol. 32. nu. 11. ff. de mino. l. inter vtile, & arg. l. diuus. ff. de excu. tut. hoc enim natura appellationis operatur & maioritas tribunalis. Bal. vide ſupra in ver. Caſus, in 12. q.

Proceditur in curia non obſtante abſentia alterius partis quando appellatur extra iudicium, ita no. Inn. in c. ſtatuimus, de elec. fol. 37. nu. 7.

Proceſſus debet caſſari in eo, non fuit ordo ſeruatus, ita no. Inno. in c. venerabilis, extra de offi. deleg. fol. 60. nu. 2.

Proceſſu publicato adhuc poſſunt produci inſtrumenta, ita no. Inno. in c. paſtoralis, de can. poſ. & proprie. fol. 92. intellige vſque ad calculum diffinitiuæ ſñiæ, antequam concluſum ſit in cauſa, vt in c. cum dilectus, de fide inſtrum.

Proceditur in cauſa inquiſitionis, etiam li. non conteſt. & non ſufficit ad domum citatio in cauſa inquiſitionis. Aut ergo citabitur perſonaliter, aut per edicta publicè propoſita in albo prætoris, ita no. Inn. in c. ſi aduerſarius, de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. fol. 100. nu. 4. & vide l. 1. de requi. reis. tene menti. Bal.

Proceſſus vnius non nocet alteri, quando ſunt duo in eodem crimine coniuncti, ita no. Inn. in c. cum ſuper, de confeſ. fol. 102. nu. 3. vide ſupra in ver. appellatio, in 23. q. & vide gl. in c. dilecto, de preben.

Procedi poteſt per inquiſitionem in cauſa ciuili fiſci, vel eccleſiæ Romanæ, ſed in cauſis priuatorum non poteſt procedi per inquiſitionem. ſed debet procedi per petitionem. ff. de dam. inſe. l. 4. §. hoc autem iudicium. forma autem iſta eſt data à iure, vt ſi e pœnore non procedatur, nam petitio eſt de forma iudicij, vt ff. de iudi. l. inter litigatores, aliter iudicium ordinem ſuſcipere non poteſt. ff. de libe. cau. l. liberis. §. ſi quis & actor, & reus ſunt nomina correlatiua, & ideo vbi non eſt actor, ibi non eſt reus, quia in correlatiuis vno deſtructo vel poſito in eſſe, deſtruitur & reliquū, i. in eſſe ponitur, vt ff. de acceptila. l. fi. & l. fi. C. de indic. vidui. tol. Item actiones inſtrumenta quædam ſunt. Item & petiti, & ſine talibus inſtrumentis iudex iuriſdictionem ſuam non exercet, quod hinc eſt, nec de facto ſupplet in caſibus expreſſis in iure, & lex dicit, quod ibi officium iudicis excepit petiti. Iſtud eſt notabile valde, quia ad officium iudicis pertinet. Notandum eſt ergo, quod lex ait, valde pertinet, i. vltra communem modum vſus cauſarum. ff. de adil. edic. l. adiles. §. item ſciendum, ſuper executione tamen teſtatoris iudex procedit ſine petitione, & ſuper petitione vſurarum & non dimiſſarum in teſtamēto, ita no. Inn. in c. ad noſtram, il 2. de iureiurando. fol. 118. Quod autem dicis in teſtamento, intelligitur quandoque ad pias cauſas, vt pro anima, vt ff. de leg. 2. ſi quis Titio, in glo. vel pro monumento. ff. de petitio. hæredi. l. hæreditas, in fi. aliter enim ſi ad epiſcopum non pertinet publicatio teſtamenti, ergo nec executio, vt C. de epiſ. & cle. in l. repetita, & no. in c. fi. de fide inſtrum. per Inn. vt cui minora denegantur, maiora cōcedantur, vt l. factum. ff. de ſeruis expor. & de ſenatu. l. qui indignus, cum ſimil. Papa vero de plenitudine poteſtatis inquirere poteſt ſine vllo petitore, & omnia facere exequi, ſecundum Inn. in d. c. ad noſtram, il 2. tene menti. Bal.

Proceſſus iud. valet etiam poſt recuſationem ipſius iudicis, niſi appelletur, ita no. Inn. in c. cum ſpeciali, de appel. fol. 138. nu. 4. Adde ad hoc quod no. ſupra in ver. Iudex, in 28. q. De hoc dicto Inno. videtur caſus in c. ſuper quæſtionum, de offi. deleg. lib. 6. Contrarium tamen no. gl. 2. q. 6. c. quotiens, & in q. 5. quia ſuſpecti, & dicit tex. quod per recuſationem deſinit eſſe iudex, de offi. deleg. c. cū ſuper, & eo. tit. c. in literis, in gl.

Procedi quomodo debeat ſuper exceptionibus tam per iudicem, quàm per procuratorem, vide Inn. in c. interpoſita, extra de appel. fol. 140. nu. 1.

Proceſſus inquiſitionis eſt extraordinarius, & multis arbitrarius, ita no. Inno. in c. cum oporteat, de accuſ. fol. 202. nu. 1. Adde quod no. inſt. de publ. iud. in prin. idem Arch. & Io. in c. non eſt, de conſuo. lib. 6.

Proclama ad quam eccleſiam affigi debeat, vide Inn. in c. cum inhibitio, de clandeſti. deſpon. fol. 193. nu. 1. ad idem c. cauſam, de elec. in clem.

Poſſeſſio, vide ſupra in ver. index, in 90. q. & vide omnino ſupra in ver. colonus, in 1. q. & infra in ver. teſtis, in 9. q.

Poſſeſſio eſt triplex, conuentionalis, iudicialis, & violenta, prima duæ non præiudicant domino, vltima ſic, niſi facta fuerit violenta, ita no. Hoſt. in c. quoniam, vt li. non conteſt. & de acq. poſ. l. fi. Bald. Et vide infra in verbo, ſpiritualia, in 2. q. vide Bar. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acq. poſ. & Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito.

Poſſeſſionem nullus poteſt quærere contra Principem, alias Papam, quæ ei præiudicet, quo ad ſpiritualem iuriſdictionem, ſed quo ad temporalem iuriſdictionē in aliqua ciuitate vel ſimilibus ſic, ita no. Inn. in c. bona, de poſtu. fo. 17. nu. 1. quod tene menti. Bal. vide Cy. in l. competit. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann.

Poſſeſſio vacans prodeſt domino, ſed ſi nō eſt vacans prodeſt bonæ fidei poſſeſſori, ita no. Inn. in c. Cumana, de elec. fol. 34. nu. 4. vide ſupra in ver. reos, in 3. q.

Poſſeſſionem auferre eſt de proceſſu iudicij, ita no. Innoc. in c. dudum, de elec. fo. 23 vide omnino infra in verbo, Statutum, in 5. quæſt. circa medium ibi, de poſſeſſione vero, &c.

Poſſeſſio iuriſdictionis qualiter acquiratur alio poſſidente, & cuius ſcientia ſit neceſſaria, vide in c. conquerente, de offi. ordi. fol. 65

Poſſeſſio ſine cauſæ cognitione nemini, ita no. Inn. in c. inter quatuor, de maio. & obed. fol. 66. nu. 2. facit C. de pact. l. ſi pacto quo pœnam. Bal. vide infra in verbo, taciturnitas, in 2. quæſt. & ſupra in ver. Allegans, in 4. q. vide Io. And. in c. licet epiſcopus, de præben. lib. 6. & dixi in l. ſi deſerta prædia. C. ſi propter publicam penſitationem.

Poſſeſſionem nactus, ſed adeptus fingitur quis, qui non eſt per conſuetudinem, ita no. Inn. in c. cum ſuper, de can. poſ. & proprie. fol. 92. per c. 2. de conſuetudine. fol. 15. ergo in d. c. 2. non eſt fauor eccleſiæ, quod quæratur eccleſiæ poſſeſſio ſolo titulo, quia hoc non eſt verum, vt no. C. de ſacroſan. eccle. l. fi. nam hoc videmus in alijs perſonis priuilegiatis, vt in fiſco, cui non acquiritur poſſeſſio, niſi accipiatur, vt no ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. idem reſpondit, vnde ſicut imperio non acquiritur poſſeſſio ſine actu corporali ſic eccleſiæ. Idē videmus in cauſis priuilegiatis. C. ſolu. matri. l. dotis. facit quod no. idē Inn. in c. in præſentia, de proba. fol. 103. Operatur ergo plus conſuetudo quam fauor eccleſiæ, arg. ff. quib. ex cau. maio. l. ſciendum, & l. denique. Sed ibi erat poſſeſſio odioſa, circa quam non fingitur: ſed in d. c. 2. erat in poſſeſſio fauorabilis, quod tene menti. Bal. & vide ſupra in ver. clauſula, in 10. q.

Poſſeſſio acquiritur in corporalibus ſolo titulo, ita no. Inn. in c. cum noſtris, de conceſ. præb. fol. 153. nu. 3. ergo ſi Imperator concedit alicui aliquam iuriſdictionem, ſtatim facit eum poſſeſſorem, quia Imperator habet vniuerſalem poſſeſſionem, ſtatim quod eſt coronatus, licet per ſingula non attingat, quia non debet glebas circuire, vt l. 3. ff. de acq. poſ. Eſt enim irregularis poſſeſſio eius, & plurimum iuris & iuſtitiæ habet, qui non poteſt expelli de iure. Sed ſi de facto non habuit poſſeſſionem eam alteri dare non poteſt, quia nemo dat, quod non habet, ius tamen proprietatis transfert ſine poſſeſſione, arg. l. pen. C. de dona. inter virum & vxorem, & facit ad prædicta quod no. C. de inceſt. nup. in Auct. in prin. col. 2. Patet etiam ex prædictis, quod Imperator qui obtinuit in incorporalibus non indiget miſſione in poſſeſſionem, quia per ſolam ſententiam victus perdit poſſeſſionem, & victor eam nanciſcitur, quod eſt verum in actore vincēte. Si autem vincat reus nunquid indiget executore. ff. quod met. cau. l. metū. §. ſed licet, & ff. qui ſatiſd. cogan. l. ſciendum. §. ſi fundum. Sed in rebus corporalibus

ralibus

ralibus victor non poteſt inuadere poſſeſſionem ſua auctoritate, licet habeat ſententiam iudicis pro ſe, niſi de iudicis licentia, non tamen omnis iudex poteſt ſibi dare licentiam, ſed ſolum ille, qui poteſt in poſſeſſionem mittere. Item ſciat quod in incorporalibus non habetur poſſeſſio, niſi mediante re corporali, vt l. ſi ædes. ff. de ſerui. vrba. præd. Iſta ponit Inn. in c. cum noſtris, de conceſ. præben. ibidem, licet non ita clarè & plenè. quæ tene menti. Bal. Idē dico, quod ſi Princeps dat alicui ſuam iuriſdictionem, ſiue per priuilegiū, ſiue per ſ(e)n(tent)iam, quod valet iſta donatio, etiam non citatis ſubditis, quia ſuper iure ſui dominij non ſubditorum iudicat, vt l. 1. in fi. ff. de ſerui. vrba. præd. quod no. Bal.

Poſſeſſio quaſi iuris præbendalis, canonicalis vel epiſcopalis qualiter acquiratur, & qua actione, & qualiter perdatur, & qua vi, vel qua reſiſtentia vel cōtradictione. Et an in incorporalibus requiratur animus & corpus, i. voluntas & factum, nam incorporalia facto poſſidētur. ff. de ſerui. vrba. præd. l. ſeruitutes. §. in ſuperficiebus, in fi. principij, in acq. poſ. ita no. Inn. in c. in literis, de reſti. ſpol. fol. 94. nu. 10. vnde omnia incorporalia iuris intellectum habent, quia iura ſunt. Sed quædā inhærēt rebus corporalibus, vt iuriſdictio quæ adhæret territorio, vt C. vbi & apud quos. l. fi. Item ſeruitutes perſonales, vt vſusfructus, vſus, miniſterium ſeruorum, dicunt in perſonam facta relatione ad alteram partem, i. ad habentem, tamen in rebus & in iuribus realibus fundatur, alioquin non eſſent ſeruitutes, ſed obligationes perſonales. ff. de ſerui. l. vt pomum, & de ſerui. ruſti. præd. l. pecoris, & de vſufru. leg. l. fundi Trebatiani, & no. ff. de vſufruc. l. ſi quis ita. Item ſeruitutes reales ſunt hinc inde, id eſt prædiales. Itē perſonalium ſeruitutum quæritur poſſeſſio patiētia & vſu. ff. de vſufructu. l. 3. §. dare. In realibus dic, vt l. 2. de ſerui. & aqua. In realibus ſententia prædio datur. ff. de nego. geſt. l. qui aliena, in fi. & inhæret prædio. ff. de contrahen. emptio. l. ſi aquæductus. Reales etiam ſeruitutes inſunt rebus actiuè & paſſiuè. Perſonales inſunt rebus paſſiuè tantum, ſed perſonales obligationes nullo modo inſunt rebus, ſed perſonis tantum. ſed iuriſdictio ineſt rebus ſolum actiuè, & ineſt perſonis paſſiuè. Et ideo eſt in rem ex parte venientium, & in perſonam ex parte patientium. Sic eſſe vaſallum ratione originis, id eſt fidelis eſt quædam ſeruitus, vt no. ff. de vſufruc. l. ſi cuius, & eſt quaſi perſonalis. Sed eſſe vaſallum ratione rei, eſt ſeruitus realis, quę omnia tene mēti. Bal. Quædam ſunt ſimpliciter incorporalia, & ſine vllo corpore iuris habent intellectum, vt ius eligendi, ius præſentandi, & ſimil. arg. ff. de peti. hære. l. hæreditas, in fi. in iſtis non cadit poſſeſſio corporalis, nec quæritur pedum poſitione, ſed per actus conuenientes & conſuetos, & quando fiunt, vt fieri debent, et à quo fieri debent, ſecundum Inn. in d. c. in literis, de reſti. ſpol. ibidē. Sciās quod eſt reperire quaſi poſſeſſionem eligendi, quia omnis poſſeſſio quæ alicuius eſſentiæ eſt, cum ſterilis eſſe nō debeat, fructus parit poſſeſſori, quos ergo fructus iſta poſſeſſio parit? reſpondetur, eligere erit in fructu, ſed an fructus iſte erit naturalis an induſtrialis. Dic quod induſtrialis, quia non ſolo curſu naturæ producitur in eſſe, ſed facto hominis, ſecūdum Inn. in d. c. in literis, in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis tria ſunt, ſ. quaſi poſſeſſio, quæ in facultate eſt vſus, qui in exercitio eſt fructus, qui in commoditate eſt, vt perceptio bannorum & cæterarum cōmoditatum iuriſdictionis. Sed in electione commoditas nō eſt diſtincta ab vſu, vnde eligere licere, i. eligere de licentia iuris eſt fructus. Idem in iure præſentandi, quia præſentare eſt vſus, ſi actus huius iuris nec .n. aliam commoditatem præſtat modo præſentandi, niſi ipſum præſentare, & actus & exercitium dicitur eſſe fructus, ſeu habitus iuris, & poſſeſſio iſta quandoque incipit à iure, & tunc ſufficit titulus adiudicationis per ſententiam iudicis, vt no. de conceſ. præben. c. cum noſtris, per Inn. Tamen ex ſolo titulo nemo poſſidet iſta incorporalia, niſi qui habet verum ius, ſicut nemo poſſidet actum, niſi qui habet actum. Quandoq; incipit iſta poſſeſſio à facto, & tunc factum, i. actus præcedere debet, alias non habet cauſam, nec fundamentum vllum, vnde exigitur cauſa fundamenti, ſecundum Innoc. in d. c. in literis, de reſti. ſpol. fol. eod. ſed non ita clarè. tene menti. Bald.

Poſſeſſio iuriſdictionis quæritur ordinario, ſi ingreſſo territorio ſubditi ſibi pareāt in faciendo, quia maius ſignum eſt facere, quam pati, ſecundum Inn. in c. in literis, de reſti. ſpol. fol. eodem. Et an ſit duplex poſſeſſio in incorporalibus, ſ. naturalis & ciuilis, & quando prædium poſſidet ſeruitutem vacantem domino. Et quæ ſit potentior naturalis, an ciuilis in incorporalibus, & ſuper qua magis fundatur præſcriptio, vide de omnibus iſtis Inſti. de act. §. ea, per Ia. Bu. Bal.

Poſſeſſionem nunquam habitam non licet propria auctoritate intrare, ita no. Inno. in c. cum veniſſent, de reſti. ſpol. fol. 95. & ibi caſus. Bald. vide in l. non dubium. C. de leg. & in l. 1. in prin. ff. quo. leg. per gl. Accur. & vide infra hoc eodem verbo, in 16. q. circa finem ibi, ſi autem poſſeſſio erat vacans, &c.

Poſſeſſio in corpore an magis quæratur per vnum actum, quàm per alium, vide Inn. in c. ex parte, de reſti. ſpol. fo. 96. nu. 4 vide ſupra in ver. beneficiū, in 3. q.

Poſſidere & præſcribere poteſt quilibet clericus ius excommunicandi & ſimilia, ita no. Inn. in c. olim, il 3. de reſti. ſpol. fol 97. nu. 1.

Poſſeſſio eccleſiæ & aliarum rerum intelligitur continuata, donec quis expellatur, ita no. Innoc. & Hoſt. in c. ſæpe, de reſtitu. ſpol. fol. eodem. & vide ſupra in verbo, Animus, in 1. q.

Poſſidens tantum poteſt turbari in poſſeſſione, quia qui non poſſidet, turbari non poteſt, & modi turbationis ſunt exprimendi in libello, ita no. Innoc. in c. cauſam, de probationibus. fol. 103. num. 6. alias ſi non exprimeret, eſſet libellus generalis & incertus, quod no. & tene bene menti. Bald. & vide do. Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendi.

Poſſeſſione de accipienda, quando plures armata manu contendunt, cuilibet eſt inhibendus acceſſus ante cognitam rationem vel cauſam. Si autem armata manu contendunt de poſſeſſione retinenda, quia vterque aſſerit ſe poſſidere, tunc ſummatim cognoſcitur quis poſſideat, & tunc alteri inhibetur, ne ante cognitam quæſtionem accedat. Si autem vnus vellet inuadere alius retinere, nō debet iudex hoc permittere, vt l. illicitas. ff. de offi. præſi. & ff. de offi. procu. Cæſa. l. fi. & ff. de aqua quoti. et æſti. l. pen. Si autē poſſeſſio erat vacans, & vnus alium præuenit in poſſeſſione occupanda, ille qui præoccupauit, erit loco poſſeſſoris, nec poteſt vim pati, nec debet per iudicem compelli, niſi conueniatur, vel niſi in beneficijs vel præbendis, quas iudex non debet pati occupari, licet vacent, ita no. Inn. in c. in præſentia, de proba. fol. 103. nu. 3. tene menti iſta. Bal. vide ſupra hoc eodem verbo, in 12. q.

Poſſeſſio locatoris non probatur per ſolum inſtrumentum locationis factum extra rem, ita no. Inn. in c. inter dilectos, in fi. extra de fide inſtru. fol. 114. vnde per inſtrumentum non probatur poſſeſſio, quia non infertur neceſſario, nec præſumptiuè, vt C. vnde cognati. l. non hoc, tamen qui probat redditus apportatos à colono præſumitur poſſidere, niſi contrarium probetur, vt l. Pompo. ff. quib. mo. vſusfru. amit. & l. quamuis. §. ſi conductor, de acq. poſ. & C. ſinium regun. l. ſi quis ſuper quod tene menti. Bal. vide Bar. in d. l. quamuis, & l. qui vniuerſas. §. quod per colonum, de acq. poſ.

Poſſeſſiones eccleſię æquè bene dicuntur illę, quæ pertinent ad epiſcopatum, ſicut illę, quæ pertinent ad canonicos, ita no. Inn. in c. nouit, de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capituli. fol. 157

Poſſeſſio iuriſdictionis aliter quæritur contra ſubditos, qui ſunt in poſſeſſione libertatis, aliter contra eum dominum, qui eos ſubditos tenet, ita no. Inn. in c. dilectus, de capel. mona. fol. 180. nu. 3.

Poſſeſſio generalis iuriſdictionis, quæ territorio & vniuerſitati cohæret, non acquiritur, licet ſinguli de vniuerſitate confiteantur ſe eſſe ſubditos, & iurēt fidelitatem, ſed tamen hoc non faciant collegialiter, ita no. Inn. in c. dilectus, de capel. mona. fol. eodem. quod no.

Poſſeſſio vacua quæritur in ſubſidium per bannum, & ſi nemo in ipſum incurrat, ita no. Inn. in d. c. dilectus, de capel. mona. fol. eodem.

Poſſeſſio non quæritur per illum, qui ingreditur poſſeſſionem rei, quam putabat ſibi fore legitimè traditam, ſed non erat. Ratio eſt, quia non ingreditur animo acquirendi, ſed iam quæſitam retinendi. Iſta eſt gl. no. ff. de acq. poſ. in l. poſſideri, in prin. Sed Bar. eam ibi reprobat.

Poſſeſſionem ingrediens cum decreto iudicis inualido, an teneatur pęna ſtatuti de turbata poſſeſſione. Bar. tenet quod ſic, ſi ſtatutum ſimpliciter loquitur. Ratio, quia fuit in lata culpa, ſecus ſi ſtatutum requireret dolum, ſecundum eum, in l. poſſidet, de acq. poſ. quod no. Et adde quod idem Bar. no. in l. 1. §. non autem. ff. ſi quis teſt. li. eſſe iuſſ. fue.

Poſſeſſorium & petitorium ſi ſimul cumulantur in eodem libello. licitum eſt iudici diuidere libellum, & pronunciare ante de poſſeſſorio, quàm de petitorio, ſi ſibi conſtiterit, ita no. Inn. in c. ſuborta, de re iud. fol. 129. quod eſt no. Bal.

Poſſeſſorium præmittitur in ordine pronunciandi, ita no. Ian. in c. cum dilectus, de cau. poſ. & proprie. fol. 93. ſed in præualentia exequendi præfertur petitorium, cedit ergo poſſeſſorium petitorio quo ad finalem effectum, & duos intellectus, vel in cumulatione, vel in contraria, ſeu mutua connexione. Subijciamus rem in exemplo: Ago interdicto vnde vi, & rei vendi. Super vtroq; pronunciabit per l. dr quare. ff. de in. Sed vna executione cōtentus ero. Si fiat executio in rei vendi debet mihi ſufficere, quod rem habeo cum acceſſionibus, per interdictum nudam poſſeſſionem auoco. ff. vti poſſi. l. ſi duo, in fi. Sed per rei vendi. euinco, vt Inſti. de offi. iudi. in fi. ff. ſi ſerui. vendi. l. 2. & ff. de rei vendi. l. Pompo. §. ſed res, & ff. de act. emp. l. ſi quis fundum. Fruſtra ergo de poſſeſſorio laboro, arg. ff. de vulg. & pupil. l. fi. §. Titius, de ædil. edic. l. bone. §. aliquando. Si ergo ſimul peto executionem petitorij & poſſeſſorij, non repellar ratione duplicitatis, ſed fiet executio petitorij omiſſo poſſeſſorio, quia vna ſolutio ſufficit ad vtranque, ſi primo plenior fiat, arg. ff. de ſolu. l. nuncupatione §. fi. Si vero volo petere executionem petitorij non poſſum, ſed poſſeſſorij poſſum tantùm non. n. eſt fruſtra pronunciandum: fruſtratoria. n. pronunciatio fieri non debet, ſicut dicit lex, quod arbiter electus abſque pęna non cogitur pronunciare, ne fruſtra ſit & impunè contemnatur, vt ff. de arbi. l. litigatores, §. fi. Alius intellectus eſt ad declarationem dicti cap. cum dilectus, ſ. quod ago ego contra te interdicto recuperandæ, tu contra me rei vēdica. pro incorporalibus, in quibus actio nō datur poſſeſſorij, ut Inſti. de act. §. æquè, uel pro corporalibus, quia ego habebam naturalem, in ciuilem, per iudicem pronunciatur contra te in poſſeſſorio, contra me in petitorio, ſi petam contra te executionem repellar. Et ideo fiet executio contra me, quia cauſa dominij præualet cauſę poſſeſſioni, arg. ff. de publiciana. l. exceptione. ff. mandati. l. man. diſtrahendorum ſeruorum. ſed videtur quod nō debuerim audiri, quia exceptio ſpoliationis eſt priuilegiata, ut l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. Sed quod in d. c. cum dilectus, non fuit oppoſita exceptio, ut in tit. ſeq. c. 1. nec reconuentio habet uim exceptionis. quia ſuper exceptione non pronunciatur ſed ſuper reconuentione ſic, ut ff. de excep. rei iudi. l. ſi inter te & me. Ad aliud ergo pronunciatur ſuper poſſeſſione, ſi petitorium confundit poſſeſſorium? Reſpondeo propter fructus, ut ff. de rei uin. l. utique. Item quia bene fiet executio, niſi exciperetur, & ſic ſententia producit effectum ſuum in eſſe, ſi nō opponatur, & ita declaro ego Bal. iſtud c. uide ſupra in uerbo, Appellatio, in 31. q. & ſupra in uer. Cauſa, in 9. q.

Procurator oportet, quod habeat ſpeciale mandatum ad crimen opponēdum, alias non eſt legitimus procur. ita no. Inn. in c. ſuper his, de accuſ. fol. 201. nu. 12. & c. ſtatuimus, in fi. de elec. lib. 6. Nec ſufficit cauere, ut ibi, & ſic procuratorium non extēditur ad oppoſitionē criminū, niſi hoc ſpecificetur in mandato, uide ſupra in uer. Abbas, in 6. 9. 13. & 16. q. & uide ſupra in uer. Abſolutio, in 5. q. ibi, procurante, &c. Vide caſum in c. non poteſt, de procura. in clem.

Procurator licet conteſtetur litem, nihilominus dominus debet iurare de calumnia, & reſpondere poſitionibus, ita no. Inn. in c. paſtoralis, de iudi. fol. 81 nu. 3.

vide

vide infra in verbo, Teſtis, in 46.q.& ſupra in ver. Caſus, in 8.q. hodie eſt caſus de iuramento calumniæ, lib.6.

Procurator vniuerſitatis vel collegij debet reſpondere id, quod maiori parti placet, ita no. Inn. in c. paſtoralis, de iudi. fol. eo. num. 2. vide ſupra in ver. Citatio, in 2.3.& 4. quæſt.

Procurator ſi conſtitutus eſt à prælato nomine ſuæ eccleſiæ, vel à poteſtate nomine ciuitatis, non finitur mandatum, licet conſtituens moriatur re non integra. Idem in actore tutoris, ita no. Inn. in c. dilecti, de foro compe. fol. 83. nu. 1. facit l. pen. §. 1. C. de admini. tut. & l. ſi quis alicui. ff. de acq. hære. & l. item eorũ. §. fi. ff. quod cuiuſque vniuer. nomine. Hodie eſt caſus in contrarium, in c. fi. de procu. in cle. Sed ſi prælatus dum ipſe litigat de prælatione ſua facit ipſe procuratorem nomine ſuo & moritur, quandocunque expirat man. vt ff. de ſuſpec. tut. l. poſt finitam. Hodie dic, vt in c. fi. de procu. in clem. Si prælatus fecit aliquem contractum, aut conceruit redditus, qui ſpectant ad prælatum, vt quia locauit prædia, & tunc mortuo vel translato, vel amoto prælato contractus non durat vlterius. ff. loca. l. ſi quis domum, & c. fi. ne prælati vices ſuas, vbi no. gl. niſi contraxerit vt ſyndicus monaſterij, vel ſolenniter cum conſenſu capituli, vel pro vtilitate monaſterij, quia vtiliter geſtum propterea debet ratum haberi, vt ff. de neg. geſt. l. Pompo. §. 1. Aut contractus concernit veram alienationẽ proprietatis, & tunc ſi contractu fuit ſeruata ſolennitate ſtatim poſſeſſor cœpit iure perpetuario poſſidere, & non conuenitur quod ſolenniter actum eſt, vt ff. de min. l. in integ. & l. ſi minor. ff. de acq. hære. Bal.

Procurator poteſt eſſe contumax ante li. conteſt. in præparatorijs iudiciorum, & tunc præiudicat domino, vt dominus patiatur primum decre. vt C. de procura. l. eum qui, non ſecundum decre. vt l. hoc amplius, in fi. ff. de dam. infec. facit ff. de procur. l. ſed & hæ, in fi. Item vt dominus habeatur pro conuicto ſuper præparatorijs interrogationibus, vt ff. de procu. l. non ſolum. Item vt claudatur domino iudiciorum copia, niſi primo refectis expen. arg. ff. de leg. 2. l. qui ſolidum. §. etiam. vt non dominus poſſit excommunicari, quia procur. datur cauſa, non perſona, nec vt dominus poſſit infamari. ff. de infamibus. l. furti. §. qui alieno, nec mulctari, vt l. penul. §. ſi procur. ff. ſi quis ius di. non obtem. niſi dominus ratificet culpam procura. l. 3. §. ſi procu. ff. quod quiſque iur. & c. 1. in fi. vt li. non conteſt. Sed bene facit dominum incidere in pœnam contractus & contẽptus, quia non exigitur dolus, vt l. non diſtinguemus. §. ſi domini. ff. de arbi. ſed ſi dominus non eſſet monitus, non excuſaretur conſtituendo ignarum & contumacem, arg. ff. man. l. idemq́;. §. ſi tutor. C. qui pe. tu. l. cum à matribus, & de app. l. præſes, & ff. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. procu. poteſt etiam contumax eſſe procur. in ipſa lite conteſtanda, quia non vult litem cõteſtari. Et idem quod ſupra, quia ſumus in primo tempore, ſ. ante litem conteſt. Poteſt etiam eſſe cõtumax poſt li. conteſt. & tunc contumacia procur. nocet domino ad præiudicium litis fortius, quàm ante li. conteſt. quia maior eſt contumacia poſt li. conteſta. quàm ante, & dominus ex hoc poteſt pati ſecundum decre. Non ſolum ergo miſſio tedialis fiet ex contumacia procur. poſt li. conteſt. ſed etiam præiudicialis in vera poſſeſſione. C. de dign. l. quotiens in me. In domino, quia delictum procu. poſt li. conteſt. facit dominum cadere à cauſa, ergo & contumacia, vt ff. de excep. do li. l. apud Celſum. §. quæſitum, ſ. vt poſſit ferri ſententia ex contumacia, arg. C. de his, quibus vt indig. l. Polla, vbi non ſolum in lite præiudicat, ſed in alio præiudicio, quia venit ex neceſſaria conſequentia ipſius litis, quod eſt mera pœna, ſed ibi loquitur in proſequente non in contumace. Item nocet, vt dominus habeatur pro confeſſo ſuper poſitionibus, vt in c. 2. de confeſ. lib. 6. ſicut ſi ipſe dominus eſſet contumax, vt ff. de confeſſis. l. certum. Sed non nocet quo ad præiudicium excommunicationis, vel perſonæ, quia ſuper ipſam perſonam non habet man. & hoc verum, niſi ipſe dominus diſſimulet, & particeps fiat ipſius cõtumaciæ, quia tunc ipſe eſt cauſa excommunicationis ipſius, non procur. vt C. de exac. mili. ann. l. 2. lib. 12. Poteſt etiam eſſe contumax procur. in ipſa ſententia, quia perſonaliter citatus dixit nolo venire, & ex hoc dominus patitur ſententiam, ſed non priuatur beneficio appellandi, quia dominus non eſt verus contumax, ex quo procu. exceſſit fines mandati, tamen ſententia valet propter culpam domini, qui malum procuratorem conſtituit. Poſt ſententiam poteſt procur. eſſe contumax in non appellando, & tunc ſi eſt ſoluendo, præiudicat domino, ſecus ſi non eſt ſoluendo, vt ff. quando appel. ſit. l. pen. in fi. & no. C. de appel. auth. hodie, quod eſt un. Bal. poteſt etiam procur. eſſe contumax in appellatione interpoſita proſequenda, & tunc indiſtinctè nocet domino, niſi dominus adiuuaretur extraordinario remedio per reſtitu. in integ. vt ff. de mino. l. etiam ſi ſine. §. fi. de dolo. l. arbitrio. §. pen. C. de iudi. l. properandum, in fi. & d. l. præſes, de appel. Vnde ſcias, quod licet procur. verus contumax non audiatur appellans, tamen dominus propter contumaciam procur. intra decem dies poterit appellare, ita tamen quod illi decem dies computentur à die latæ ſententiæ. ſi autem dominus eſt fictè contumax, quia citatus fuit ad domum, ſed non repertus, habet decem dies ad appellandum, & iſti decem dies à die ſcientiæ computantur, quod eſt dictum ſingulare, licet gl. in c. præſentium, in gl. per hanc, dum allegat 2. q. 6. biduum. infra de teſti. videtur ſentire contrarium, vide iſta no. per Inn. in c. 1. vt li. non conteſt. fol. 85. nu. 1. & 2. & ibidem per Hoſt. vide ſupra in ver. Citatio, in 38. q.

Procurator poſt litem conteſt. impeditus debet conſtituere proprium procuratorem ſuis proprijs expen. vnde licet non haberet de pecunia domini expendat de ſua burſa ſecundum Inn. tamen repetet à domino per actionem mandati, ſecundum Hoſt. Sed ante litem conteſt. non imputatur ſi non ſubſtituit, etiam ſi habuit mandatum ad ſubſtituendum, ne domini diligentia, qui dedit manda. ei noceat ad ſubſtituendum: nemo. n. qui conſtituit procur. tenetur dare mand. ad ſubſtituendum, & ſi hoc facit ſibi nocere non debet, nec debet fieri eius conditio deterior. vbi autem procu. non habet man. ad ſubſtituendũ ante li. conteſt. ideo non imputatur, ſi non ſubſtituit, quia non poteſt, ſed quadam lex videtur dicere, quod non prius teneatur expendere, quàm recipere. ff. man. l. ſi vero non remunerandi. §. fi. quæ omnia tene menti. Bal.

Procurator ad negocia poteſt dominum nominare in iudicio, & quaſi declinatoriam habeat opponere, ſecus in procur. ad iudicia, ita no. Innoc. in c. quoniam, vt li. non conteſta. fol. 86

Procurator eccleſiaſticarum perſonarum iurat de calumnia ſine mandato ſpeciali, & eſt ſpeciale in perſonis eccleſiaſticis, ita no. Innoc. in c. 1. de iura. calum. fol. 87. nu. 4. quod præſtatur ſuper tota cauſa. Sed ad iurandũ in emergenti non requiritur ſpeciale man. nec vbi lis non conteſtatur. ff. de procur. l. non ſolum, in prin. de dam. infec. l. qui bona. §. qui alieno, vbi de hoc. Bal. vide ſupra in ver. Exceptio, in 7. quæſt.

Procurator debet mitti talis, et ita inſtructus, quod ſciat veritatem negocij, alias ſi interrogetur, & dicat ſe neſcire veritatem, quia ignorat factum, facit dominum ſuum haberi pro contumace quo ad expen. imputetur. n. domino quare nõ miſit procu. inſtructum & ſcientem negocij veritatem, ita no. Inn. in c. in pertractandis, de iur. cal. fol. 88. vide ſupra in ver. Impeditus, in 1. q.

Procurator li. et iurauerit de calumnia, tamen ſi dominus tanquam legalior interrogetur, nihilominus dominus tenetur iurare, ita no. Innocen. in c. fi. de iura. calum. fol. eodem nu. 1.

Procurator quando dubitat, debet habere inducias ad dominum conſulendum, ita no. Inn. in c. expoſuit, de dil. fol. 89. nu. 2. vide ſupra in ver. Actor, in 2. q. ibi, cauſa ſatere procuratorem.

Procurator ſubſtitutus ad impetrandum poteſt alium ſubſtituere, ſi habuit ad hoc ſpeciale mandatum, ita no. Hoſt. in c. ex parte decani, de reſcrip. vide ſupra in ver. Citatio, in 31. q. & ſupra in ver. Licentiatus, in 5. q. ſupra in ver. Dominus, in 3. q. & ſupra in ver. Nomen, in penul. q.

Procurator non poteſt iurare in animam domini, niſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum, ita no. Inn. in c. quia propter, de elec. fol. 32. nu. 14.

Procurator non prorogat iuriſdictionem conſentiendo, ſed excipere omittendo, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum, ita no. Innoc. in c. de cauſis, de offi. deleg. fol. 52. num. 1.

Procurator litis non prorogare poteſt iuriſdi. de re ad rem ſine ſpeciali mandato, ita no. Inn. in c. cum olim, de offi. deleg. fol. 59. nu. 2. poſt primam manum, & ibi caſus. vide infra in ver. Sucius, in 3. q.

Procurator poteſt renunciare exceptioni dilatoriæ, & etiam probationi exceptionis peremptoriæ. Alij dicunt non valere renuncia. quia per procuratorem remitti non poteſt exceptio, ſed omitti, ita no. Inn. in c. cum olim, de offi. delega. fol. eo. nu. 3. Hoc vltimum eſt verius, quia remiſſio eſt donatio, vt ff. de dona. l. ſi quis delegauit. Item quia procurator conſtitutus non poteſt renunciare exceptioni, puta non nume. pecu. C. de nona. l. non attulit. Nec fideiuſſor, vt no. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. Tamen ex ordine iudiciorum poteſt procurator concludere in cauſa, licet hoc modo renuncietur omnibus de cætero allegandis, vt no. ipſe in c. paſtoralis, de cau. poſ. & proprie. fol. 92. & per Io. And. in c. fi. de in integ. reſti. lib. 6. Bal.

Procuratorem conſtituens non dicitur habere aduerſarium, nec iudicem, antequã adeat, & ideo ſi reuocat procuratorem ante litem conteſt. nec tenetur intimare, niſi procuratori, ita no. Inn. in c. ex inſinuatione, de procu. fol. 70. in prin. & lis. motu, ſi lis eſt conteſtata, valet conteſtatio, ſed an valeat reuocatio, ſecundum eum in c. in noſtra in gl. aduerſa, eo. tit.

Procuratore conſtituto ad litem conteſt. & ſubſti. poteſt per ſe cauſam peragere totam, ita no. Inn. in c. petitio, de procura. fol. 71. nu. 3. ff. de procura. l. qui procuratorem dat. Bal.

Procuratorem non ſufficit dimiſiſſe, ſi procu. noluit cõparere, & dominus cũ conſtituens tenetur de impenſis, ita no. Inn. in c. conſtitutis, de procu. fol. 72. nu. 3.

Procurator ad negocia, & mediator teſtificatur ſi partibus placet, alias non, ita no. Inn. in c. Romana, de teſti. fol. 112. de primo vide gl. in d. c. Romana, de ſecundo, vide in c. 1. de teſti. lib. 6.

Procurator conuentus non ſecundum ſuum credere, ſed ſecundum voluntatem & placitum maioris partis conuentus debet reſpondere, ſecus in Abbate, qui proſequitur ſuum ius, ita no. Inn. in c. ad hæc, de teſta. fol. 165. & ibi vide per eundem, quod Abbas põt reuocare procuratorem conſtitutũ à conuentu. Inn. Bal.

per Procuratorem generalem quæritur poſſeſſio domino, ſecundum Bart. in l. qui in donatione. ff. de dona. & ibi vide per eum, quid in pacto adiectionis in diem, & l. commiſſoria.

Procuratorem an quis facere poſſit inhabilem, & ad ſubſtituẽdum habilem. Bar. quod non, ſi in eo procu. officium radicatur, ſecus ſi nudum præſtat miniſteriũ, per l. 1. §. cæterum. ff. de acq. poſſ. & per Io. And. in c. religioſus. ff. de procura. in cle. Caſus eſt de hoc in terminis, in c. procu. de elec. lib. 6.

Producens, vide omnino ſupra in verbo, Inſtrumentum, in 1. quæſt. & in ver. Atteſtati, in 2. quæſt.

Promittens non exigere, non incidit in pœnam, ſi aduerſarius ſuus cui promiſerat ſponte ſoluat, ita no. Inn. in c. conſtitutus, de pœnis. fo. 223. quod no. facit ad no. in l. 3. ff. ſolu. matri. Bal.

Promiſſio facti vni iudici non extenditur ad alium iudicem. ff. iudi. ſolu. l. pen. ita no. Abbas in c. præterea, de teſti. cogen.

Promiſi centum vel aliam quantitatem nomine pœnæ dare, & ſi nõ ſoluerem vel non facerem, quod promiſi, certè quantumcunq; fuerint promiſſa iſta centum nomine pœnæ, non tamen cogor ſoluere iſtam pœnam, ſed ſolum intereſſe, ita no. Inn. in c. tuam, de pœnis. fol. 223. quod ſingulariter eſt no. Bal.

Promiſſio facta authoritate mandati de ea perſona ad quam non trahitur mand. eſt nulla, ita no. Inn. in c. cum olim, de præben. fol. 151

Promiſſor

Prouiſor ſeu executor, ſi non ſeruat formam mandati ſibi facti, nulla eſt prouiſio, ſed ſunt quædam clauſulæ monitoriæ, ſeu oratoriæ, quædam ſunt modales, quædam conditionales. Monitoria clauſula eſt quando committens dicit, prouideas tali, ſi eſt idoneus. quæ clauſula non facit conditionem, & valet prouiſio etiam ſi ille non fuerit idoneus, dummodo ſit habilis, licet non ſit dignus, nec ſufficiẽs. conditionalis clauſula eſt, quando committens dicit, prouideas tali ſi eſt oriundus de prole militum, vel de nobili ciuitate vel genere, nam ſi non eſt talis, qualis eſſe debet, non tenet prouiſio, quia forma prouiſionis erat limitata propter appoſitionem conditionis, & hic executor non habet examinare iſta conditionaliter, ſed de plano in domo nõ in iudicio, quia eſt merus executor, qui debet exequi ſine cauſæ cognitione. Sim. le no. C. de his qui. vt indig. l. ſi ea. tamen legitimum contradictorẽ audire debet talis executor, maximè ſi citare incepit, quia fortè ſi. aſſumpſit in mandato iudicis, & ſuper nullitas per eum debet pronunciare. ff. de confir. tuto. l. tutores à patrono, in ver. idoneum pronunciando. Itẽ ab iſta ſua pronunciatione poteſt appellari intra decem dies, ſicut à grauamine ſeu à ſententia. Sed ſi non aſſumpſit partes iudicis poteſt perpetuo opponi de defectu conditionis. Alij dicunt, quod licet citet vt iudex illum cuius intereſt, & cui præiudicatur, tamen hoc facit, vt ſummariè ſe informet, non vt pronũciet, & ideo non eſt proceſſus iudiciarius, nec debet pronunciari, vel appellari. Hoc ergo conſtat in iſta conditione, ſi eſt ita, quod non exigitur citatio. Si autẽ non dicantur verba conditionis, ſi eſt ita, ſed dicantur, ſi tibi conſtiterit, tunc exigitur citatio, tanquam ſit de forma commiſſionis, ſi alius læditur, tamen ille, cuius non intereſt, non poteſt opponere, quod nõ ſit citatus ille, cuius intereſt. Sed ſi non læditur alius, tunc nemo citandus eſt, quia videtur vt ſi ſupplici bono viro, non vt diſceptatori committi, ita no. Inn. in c. dudum, de præſump. fol. 116. quod no. quia quotidie accidit de iſtis executoribus. Adde & omnino vide quod no. ff de bon. poſ. l. 3. §. pen. Modus quoque inſertus intelligitur de forma, non ad eſſentiam actus, ſed ad executionem, vt no. C. de ſen. l. cum eorum, & vide quod no. ff. de condi. & demon. in rubrica, & vide etiam in c. 1. de offi. deleg. in clem. caſus breuis eſt, executor & prouiſor non tenetur citare, niſi partes iudicis aſſumat ſponte vel coactè ex forma mandati, & iſta eſt ſubſtantia. Bal. Vel concludi ex præmiſſis, primo de officio executorum. Item quod merus executor debet exequi, & de plano, & ſine figura iudicij & cauſæ cognitione. Item quod ſi in reſcripto ſententia vel ſimili alio apponatur aliqua conditio, quod ante omnia debet cognoſci de conditione ſi eſt vera. Item quando cõditio additur alicui ad hoc, vt actus producatur in eſſe, debet actus extitiſſe. ad hoc vide ff. de condi. & demon. l. qui heredi. §. fi. & in rubrica eod. tit. Item quod in caſu quo executor citet, ſummariè cognoſcere debet. Bal.

Poſtulatio ſi non admittitur, iniuria fit poſtulantibus, licet dicatur, quod poſtulatio gratiæ ſolum innititur, ita no. Hoſt. in c. bona, de poſtu. præl. & vide ſupra in ver. Electio, in 1. q. & idem tenet gl. in c. penul. de poſtul.

Poſtulabiles qui ſint, & qui intelligibiles, vide per Hoſt. in c. fi. de poſtu. præla. & vide omnino ſupra in ver. forma, in 1. q.

Poſtulatur non profeſſus, ita dicit Hoſt. in c. cum monaſterium, de elec. & vide per Arch. in c. nullus, de elec. lib. 6.

Punitur non delinquens pro facto delinquentis in factis vniuerſitatis, ita no. Inno. in c. quia propter, de elec. fol. 32. nu. 9. & vide infra in ver. Teſtis, in 10. q. & infra in ver. Reus, in 6. q.

Puniuntur plus auctores quàm factores, ita no. Inn. in c. nouit, de ſenten. excom. fol. 230. nu. 3. & vide c. 1. de vſur. in cle. & ſupra in ver. Calũniator, in 1. q.

Punitio criminis vſurarum ſpectat ad iudicem ſecularem, non ad epiſcopum, ita no. Inn. in c. ad noſtram, de iureiu. fol. 117. Et an notarius qui facit inſtrumenta vſurarum veniat puniendus, vide 46. diſt. c. ſicut, & 10. diſt. c. non licet. Et quare vſuræ prohibitæ ſunt, vide in Auct. nullum creditorem agricol. in prin. col. 3. Adde ad prædicta quod no. in c. inter nos, de purg. cano. Inn. ponit multas rationes quare ſunt prohibita, ſuper rubr. de vſur. fol. 213. & Hoſt. in c. 2.

Publicatio, vide omnino ſupra in ver. Citatio, in 38. & 40. q.

Purgatio an includat inquiſitionem. dic quod ſic, ſi cauſa incæpit à præcedenti inquiſitione, ſecus ſi à præcedenti purgatione, ita no. Inno. in c. cum in iuuentute, de purga. cano. fol. 222. Et ille, qui ſe purgat, abſoluitur ab infamia, vt per Inn. in c. cum dilec. de purg. cano. fol. 222

Purgatio ſi non fuit præſtita, prout debet, interim alia præſtari debet, ita no. Inn. in c. cum d. lec. de purga. cano. fol. co. nu. 5. & vide ſupra in ver. Caſus, in 3. q. De hoc videtur caſus in c. ex tuarum, de purg. cano.

Q

QValitas agendi eſt exprimenda in libello, ſi ex ea in aliud transferatur iuriſdictio, vel delictum arguatur. Et ſic vbicunque ratione qualitatis, vel circunſtantiæ datur iuriſdictio, quæ alias non daretur, ibi non procedit libellus, niſi qualitas in libello exprimatur, ita no. Inn. in c. cum ſit generale, de foro compe. fol. 82. nu. 2.

Qualitas facti, puta notorietas, vbi aufert iuriſdictionem, non ſufficit probare ſimplex factum, quia eſt iudex incompetens, vt conſeruator, ita no. Inno. in c. ſtatuimus, de offi. deleg. fol. 61. nu. 2. De hoc hodie eſt caſus in c. 1. eo. tit. lib. 6.

Quæſtio fructuum reddendorum cohæret cauſæ proprietatis, & ſuper proprietate & poſſeſſione recipiuntur probationes, ita no. Inn. in c. ex literis, de prob. fo. 102. nu. 3. Sed ex poſſeſſione præſumitur proprietas, tamen valet poſſeſſio in diuerſoriis iudiciis, vt l. 2. ff. fami. ercis. hoc verũ ſi habet poſſeſſionem titulatũ, alioquin præſumitur prædo: ſi nõ habet aliã cauſam adijcere, niſi poſſideo, quia poſſideo. ff de peti. here. l. qui interrogatus. ff. cõi diuidun. l. cõi diuidun. §. inter prædones. Alij dicunt merã poſſeſſionẽ ſufficere ad dũeam præſumẽdũ, quia hæc actio non requirit verũ dominiũ, & quia incolentes dedicit, ſcm Old. & Bart. ff. de cõdi. inſtituti. & vide quod legiſ. & no. ff. ſi pars here. pe. in l. 1. §. proinde. Bal.

R

RAtio, rationes quæ ſiunt ex officio, puta ab argentario vel mercatore, & ſimilibus. Vel quæ non ſiunt ex officio, licet mãdantibus partibus, ſunt edendæ plenè, cum die & conſule, quia rationum diſcuſſio aliter non poteſt patere: nam rationes continent data & accepta, & per computum. ff. de edendo l. ſi quis ex argentariis. §. rationes. non autem eſt rationum ſolus contractus, vel vna apodiſſa vnius promiſſionis vel confeſſionis. Propria vero & priuata ratio vnius non eſt alteri edenda. Fallit in vſurario, vel ratione animæ, vt per reſti. vſurarum à peccato anima liberetur, vel odio vſurarum, vt in c. 1. de vſuris, in clem. Domeſtica autẽ rationes quas quis ſcribit in ſuo memoriali, non ex officio, ſed ex animi ſui motu ſuæ ſunt. Itẽ inſtrumenta quibus quis vſarus eſt, tenetur edere ſiue docere. ff. de arbi. l. non omnibus, nec cogitur quis ſuum aduerſarium inſtruere de ſuis teſtibus propter metũ ſubornationis. Originale tamen ſemper debet reddi producenti, vt l. probatoria. C. de diuerſis offi. lib. 12. omnia iſta tangit Inn. in c. 1. de proba. fo. 102 ſed non ita plenè, nec clarè. Bal.

Ratiſentio non augmentat numerum, quia abſentes non computantur in numero, ita no. Hoſt. in c. in Geneſi, de elec.

Ratificari non poteſt ſine ſolennitate id, quod ab initio fieri non poteſt ſine ſolennitate, ita no. Inn. in c. cum dilecti, de emp. & vendi. fol. 160

Ratihabitio non ſufficit, vbi tractatus debet præcedere, niſi præmiſſo tractatu. Inn. in c. cum nos, de his quæ fiunt à præla. fol. 157

Reſciſio vel actio ad reſcindendum ob dimidiam iuſti pretij exceſſam non habet locum in tranſactione, ita no. Inn. in c. cum cauſa, de emp. & vend. fol. 161. & no. ff. ad Trebel. l. Lucius § fi. Dummodo tranſactio ſit bona fide facta. Bal. Inn.

Rector eccleſiæ non poteſt tranſigere vltra tempus ſuæ vitæ ſine auctoritate epiſcopi, ita no Inn. in c. veniens, de tranſa. fol. 69. & ibi caſus. vide ſupra in ver. Citatio, in 36. quæſt.

Rectores collegiorum habent iuriſdictionem in cauſa vniuerſitatis & ſingulorũ, & etiam alij, qui non ſunt de collegio, poſſunt coram eis agere contra totam ſocietatem, & contra ſingulos de ſocietate, ita no. Inn. in c. cum ab eccleſiarum, de offi. ordi. fol. 63. num. 2. Et ſtatuta eorum valent coram ſuo iudice, vt l. 2. in fi. C. de conſ. i. pe. Bal.

Rector collegij electus debet confirmari à ſuperiore in realibus collegijs, ita no. Inno. in c. cum inter dilec. de exceſ. præla. fo. 216. idem in perſonalibus ſecundum quoſdam, ibidem Inn.

Religioſus, vide infra in ver. Sepultura, & in ver. Templis, in 1. q.

Relatio. De materia relationum vide plenè Inn in c. intimaſti, de appel. fol. 139 nu. 1. vſque ad nu. 4. vide ſupra in ver. Credulitas, in 6. q.

Regnum propter delictum primogeniti deuoluitur ad ſequentem, ita no. Innoc. in c. licet, de voto. fol. 176. & ibi caſus.

Regiſtrum, quid dicatur regiſtrum, & an ſcripturæ regiſtri faciant fidem, vide de omnibus iſtis per Inn. de procur. c. 1. fol. 70

Regula vel ſtatutum ipſius regulæ non ſunt ius, ita no. Inno. in c. dudum, de conuer. conin. fol. 175. nu. 4. vide infra in ver. Superior, in 2. q.

Regula ex quo eſt approbata per Papam nemini licet contraire, ita no. Inn. in c. ne Dei, extra de ſimonia. fol. 207

Reſcriptum & inſtantia ex ipſo fundata non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, nec ex eodem reſcripto poteſt conueniri. Et quod dicitur inſtantiam ad ſucceſſorem tranſire, de vniuerſali eſt intelligendum, ita no. Innoc. in c. quia V. de iudicijs. fol. 80. ſupra in ver. Forma, in 3. q.

Reſcripta quando dicuntur ſibi inuicem derogare, vide plenè per Hoſt. de reſcrip. c. 1. de priuilegijs iuris, vide ff. de mino. l. ſi apud. Bal. & vide ſupra in verbo, Nomen, in vlti. quæſt.

in Reſcriptis ſemper debet fieri mentio de religione ſecundum ſtylum curiæ, ita no. Hoſt. in c. ſi quando, de reſcrip. & vide ſupra in ver. hermoditum, in 1. q.

Reſcripta an ſint perpetua, vide plenè per Hoſt in c. ſedes Apoſtolica, de reſcrip. & de præualentia literarum, ibidem per Inn. & Hoſt. fol. 7

Reſcriptum an afficiat ſucceſſorem beneficij, vel patrimonij, vide Inn. in c. ſignificauit, de reſcrip. fol. 12. & ibi caſus.

Reſcriptum non iuuat impetrantem, ſi contra reſcriptum facit, quia non intelligitur pro eo reſcriptum, qui cõtrarium facit eius, quod eſt ſcriptum, ita no. Inn. in c. mandatum, de reſcrip. fol. 13. nu. 4.

Reſcriptum accipit vires ex intellectu ſcribentis, ita no. Inn. in c. tum eccleſiaſtica, de excep. fol. 120. & in c. cum olim, de præben.

Reſcripta beneficialia tanquam ambitioſa ſunt reſtringenda, ita no. Inno. in c. cũ olim, de præbẽ. fol. 151. nu. 4. ſic ad lites quaſi odioſa. Inn. & vide de hoc tex. in c. quamuis, de præben. in 6.

Reprobatus, vide ſupra in verbo, Approbatus, in 1. q. & ibi dixi de iſta quæſtione. ut ibi uide.

Reſignatio beneficij an poſſit fieri in alijs manib. quàm epiſcopi, vide Inn. in c. ex inſinuatione, de ſimonia. fol. 206. & vide gl. in c. 1. de renun. in cle.

Reſidentia, vide omnino ſupra in verbo, Beneficium, in 5. q. & vide omnino ſupra in ver. Clericus, in 6. q.

Reſponſio, vide omnino ſupra in verbo, Poſitiones, in 2. quæſt. & infra in verbo, Reus, in 5. quæſt.

Reſpondere non debet quis aduerſario ſuo, niſi de mandato iudicis. Tamen ſi ſponte reſpondet, ſibi præiudicat & imputetur ſibi, ita no. Inno. in c. prout, de dolo & contu. fol. 98. nu. 1. uide gl. in c. cum in cauſa, de iura. calum.

Reſpondere quis non cogitur poſitioni uel interrogationi, qua crimen obijcitur, niſi obijciens obijciat crimen in notorio uel infamia uel ſuſa, quia ubi debet quis ſe purgare, ibi debet & reſpondere, ita no. Inn. in c. cum ſuper de confeſ. fol. 10[illegible]

Reſpondere

Reſpondere tenentur querelantibus omnes illi, qui ſunt in conſilio prouinciali, ita no. Inn. in c. graue, de preb. fol. 150. nu. 7. Tamen in criminali nemo reſpõdere tenetur ſine citatione, de quo eſt caſus in c. 1. de indi. & vide Io. And. in c. ſi. de ele. lib. 6. Et in generali conſilio quilibet habet ius reuocãdi domũ ibid. Inn.

Reſpondere nolens intelligitur eſſe contumax, niſi ſit liquidum qualiter non tenetur reſpondere, ita no. Inn. in c. veniens, de accuſa. fol. 201. nu. 3.

Reconuentio locum non habet, vbi officium iudicis incidenter imploratur, nec in cauſis ſummarijs, nec in cauſa appellationis, ita no. Hoſt. in c. 1. de mutuis petitis facit ff. de procur. l. ſed & hoc. §. non ſolum, & l. omnium. Bal.

Reconuentio nec etiam conuentio habet locum coram iudice delegato dudum poſt li. conteſt. quia tex. legis limitat tempus, dum dicit mox à principio. Sed corã iudice ordinario habet locum conuentio, non reconuentio, ita no. Inn. in c. 1. de mutuis petitio fol. 85. nu. 4. & vide tex. & gl. no multum, ff. de procur. l. omnium, quod iudex poteſt aſſignare terminũ reo pro conueniendo. quod tene menti. Et vide de fraude, quod quis non poſſit, niſi ſub vno iudice cõueniri, in d. c. 1. in fi. per Inn. & vide in c. diſpendia de reſcrip. lib. 6. fol. 14

Reconuentio vſque quo procedat in petitorio & poſſeſſorio, vide Innoc. in c. 1. de ſequeſt. poſſeſ. & fruc. fol. 101. num. 3. Et ibi dicit Innoc. quod vbi principale negocium non effugit cognitionem iudicis acceſſoriam, eodem diſceptari non poteſt. quod no. Bald.

Relictum, vide omnino infra in ver. Teſtator, penul. q. & ibi dicitur relictum ad pias cauſas, &c. & infra in d. ver. Teſtator, in 3. q.

Rectè & ritè, iſtorum verborum vide plenè differentiam ſupra in verbo, Miſſum, in 3. quæſt.

Remiſſio, remitto tibi vnum annum de pœnitentia, quæ ſit virtus iſtorum verborum, vide plenè per Inn. in c. quod autem, de pœni. & remiſ. fol. 224. nu. 3. Et de virtute iſtorum verborum, quodcunq; ligaueris ſuper terrã, &c. vide ibid. Inn.

Remiſſione condemnationis facta per commune, nõ intelligitur facta remiſſio debiti priuatæ perſonæ, nec condemna. ſpectantis ad priuatum, vide ſupra in verbo, Guerram, in vlti. quæſt.

Renuncians beneficio, ſtatim quod renunciat, prælatus vel ordinarius poteſt illud alteri conferre, & poteſt ſtatim illi auferri poſſeſſio ſine vlla citatione. Secus ſi non renunciat beneficio, ſed fortè debet ſibi auferri propter contumaciam, & non ſuſcipiendo ordines, quia tunc iſte propter hoc non eſt priuatus ipſo iure, ſed ferenda ſententia, ita no. Inn. in c. accepta, de reſti. ſpolia. fol. 93. nu. 1. vide ſupra in ver. Liberatio, in 1. q. in fi.

Renuncians appellationi condemnatur in expenſis, ita no. Inn. in c. ex parte, el 2. de reſcrip. fol. 5. nu. 1. vide ſupra in ver. Epiſcopus. in 2. q. ibi videtur renunciare propria beneficio, & vide oĩno infra in ver. Statutũ, in 5. q. circa mediũ.

Renunciare eccleſiæ eſt magis quam renunciare liti, ita no. Innoc. in c. in noſtra, de reſcrip. fol. 12. nu. 3.

Renunciare quis non cogitur rei, in qua quis credit ſe ius habere, ita no. Innoc. in c. licet de elect. fol. 19. nu. 2.

Renunciare quis non poteſt iuri quod ex ſe abſolutè non pendet, ita no. Hoſtien. in c. de cauſis, de offi. deleg. & ibi eſt glo. no. facit 2. quæſt. penul. in ſumma, & de re iudi. c. ſi. lib. 6.

Renunciare non poteſt quis ſolennitatibus quæ requiruntur in vero iudicio, ſed in compromiſſo ſic, ita no. Hoſt. in c. de cauſis, de offi. deleg.

Renunciatio litis poteſt fieri etiam abſente altera parte, ita no. Innoc. in c. cum pridem, de pactis. fol. 68. Ex hoc patet, quod poteſt deſeri appellatio. pacto contrario, vel per renunciationem expreſſam etiam altera parte abſente, ita no. glo. in l. poſtquam liti. C. de pact. Sed quid ſi non renunciatur liti, ſed alteri iuri. Si quidem tacitè renunciatur, valet inter abſentes, l. 2. C. de pact. ff. de mino. l. ſi filius. Aut eſt ius, quod poteſt tolli nuda voluntate, puta ſola ratificatione, & valet in abſentia. ff. de nego. geſt. l. Pomp. & l. Neſennius. Aut eſt ius radicatum, quod non poteſt tolli nuda voluntate vnius, & tunc ſi interueniat medium organum, ideſt nuncius, vel epiſtola, valet, arg. l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. Si vero non interuenit inſtrumentum, ideſt organum, vna gl. quæ eſt in l. non ſolum. §. ſi liberationis, de liber. legat. dicit quod valet, ſed illud eſſet verum in vltima voluntate, ſecus in contractibus, vt no. ff. de pact. l. idem in duobus. Bal. & no. bene iſta.

Renunciatio & concluſio facta in cauſa principali non extenditur ad cauſam appellationis, niſi expreſſè dictum vel actũ ſit, quod ad cauſam appellationis porrigatur, ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de teſtib. fol. 106. num. 3. Aduerte hic, quia in renunciatione ſi fuit renunciatum productionibus & allegationibus, et tunc eſt verum, quod renunciatio iſta facta in cauſa principali non noces in cauſa appel. Aut renunciatur iuri de quo ſit probatio, & nocet renunciatio in cauſa appel. vt C. de fide inſtru. l. 3. Bal. Sed an renunciatio & concluſio in cauſa dicantur de eſſentia iudicij, ita quod ſi omittãtur, proceſſus ſit nullus? Et videtur quod non, quia numeratur inter illa, quæ ſunt de eſſentia, vt no. C. de ſen. l. prolatam. Veritas eſt, quod de ſubſtantia eſt renunciare & concludere, alias nihil valet proceſſus, ſm Doct. & eſt expreſſum in c. quoniam contra falſam, de proba. & in c. cum dilectus, de fide inſtru. facit C. de iudici. auct. iubemus.

Renunciari poteſt teſtibus. Sed aut eſt renunciatum generaliter, & tunc ſi aduerſarius de nouo apponat in cauſa appel. ex qua admittitur ad excipiendum, admittit ad probandũ. Sed ſi ſpecialiter renunciatũ eſt teſtibus ſuper aliquo certo articulo, ſeu capitulo, & tunc ſecus, ita no. Innoc. in c. cum veniſſent, de teſti. fo. 106. nu. 3. Et ſic no. caſum vbi teſtes recipiunt poſt generalẽ renunciationẽ.

Renunciari non poteſt per ſtatutum appellationi ſingulorum, ſed per pactum ſic, ita no. Inn. in c. venientes de iureiur. fol. 118

Renunciari poteſt appellationi, ita no. Innoc. in c. conſtitutus, de appella. fol. 132. Et poteſt appellari tam in iuditio, quàm extra, vt ibidem Innoc.

Renunciatum non videtur priori appellationi ab interlocutoria per appellationem poſteriorem à diffinitiua, quia tunc rata manet ſententia, vnde geminatio appellationum non nocet, ita no. Inn. in c. dilecto, de appel. fol. 138. num. 4. Caſus eſt hodie in c. ſi vnte, cum gl. ſua, de dolo, in clem.

Renunciare videtur proteſtationi & verbis, qui vnum dicit, aliud facit, ita no. Inno. in c. tua, extra de ſpon. fol. 191

Renunciari poteſt libello producto & admiſſo in cauſa ciuili, ſed non in criminali poſt inſcriptionem, ita no. Inn. in c. licet, de accuſa. fol. 201. nu. 5. quia in criminali forma eſt iam data à iure, quod petatur abolitio, & tunc eſt in pectore iudicis ſi vult eam concedere necne. Bal. Adde quod licet accuſator ſe inſcripſerit ad pœnam talionis, poteſt nihilominus libellum emendare ante li. conteſta. ſecundum Iaco. in l. edita. C. de eden. & in l. accuſaturus. ff. de adulterijs, niſi per ſtatutum productio accuſationis haberet quo ad producentem vim litis conteſt. Producere autem accuſ. nemo cogitur. ff. de furtis. l. Sempronia, de falſis. l. Athletas. C. de accuſa. l. ſi quis homicidij, quod no. perpetuo.

Renuncians appellationi, nihilominus poteſt agere contra iudicem de iniuſtitia ſibi facta, ita no. Abb. in c. ſæpe, de appella. facit l. cum interdicto. C. arbi. tute. quod no. Bal. vide per Bar. in q. per eum diſputata, quæ incipit, à ſententia iudicis, qui malè iudicauit, &c. & dic vt ibi.

Renuncians in vno articulo, nihilominus poteſt ſi vult in alio appellare, ita no. Inn. & Abb. in c. dilectis, de appella. fol. 136

Reus non cogitur reſpondere libello, quando iuriſdictio fundatur ex loco cõtractus, niſi ſit fundata prius iuriſdictione, ita no. Innoc. in c. Romana, de foro compe. fol. 84. num. 2.

Reo non currit tempus ſiue terminus actore agere non valente, ita no. Innoc. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. & vide l. ſi. ff. de lege commiſſo. Bal.

Reus poteſt opponere contrarias exceptiones, ex quibus idẽ reſultat effectus: ſecus ſi diſcordent ratione finis, ita no. Abb. in c. veniens, de praſc. et ibi vide per eũ.

Reus conuentus rei vendi. ſi probauit ſe dominum, confirmanda eſt ei poſſeſſio, & proprietas adiudicanda, ac ſi poſſidens non egiſſet, ita no. Inno. co. in c. cum veniſſent, de reſtitu. ſpolia. fol. 95. Actore ergo non probante reus abſoluitur. Sed reo probante actor condemnatur reo: nam reus eo ipſo, quod excipit vel negat, petere videtur. Non eſt ergo ſine petitione ſi pro eo fertur ſententia. Ex hoc patet, quod ſententia lata pro reo probante facit eum dominum, ſi actor erat dominus, & ſi tertius erat dominus cauſat ei vſucapionem. ff. de excep. rei iudi. l. ſi quis rem à non domino. Itẽ ſi reus à poſſeſſione cadat & vadat ad actorem, poterit reus petere exequi ſententiam contra actorem antiquum ex poſſeſſione noua, vt ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori, & ſi hoc non faceret, ſententia lata pro tali reo vi condemnationis actoris faceret vi condemnationis domini, quia in reali etiam vbi non poteſt fieri condemnatio, poteſt fieri executio, arg. ff. de petitio. hæredi. l. 4. de excep. rei iudica. l. à te. §. 1. Sed Hoſtien. dicit, quod reo abſente debet ferri abſolutoria, nam aut debet reo res adiudicari, cum non ſit hoc petitum, nam reconuentio exigitur ad hoc, vt actor poſſit condemnari reo in aliqua principali re, alias fruſtra eſſet reconuentio. ff. de exceptio. rei iudicata. l. ſi inter me & te, & eſt expreſſum ff. ſi pars hæredi. peta. l. 1. §. proinde, ibi, inuicem petere debebunt, &c. item dicere, quod quando probatio excedit petitionem fiat condemnatio ex ſola probatione abſque petitione, ridiculum eſt, vt c. examinata, de iudi. Item per Hoſtien. facit C. de tranſac. l. ſi præſundo, & no. in l. ſiue apud acta, eo. tit. nam non eſt idem retinere, & adiudicare. Sed cum Inn concordat glo. ff. de proba. l. circa eum, & Dyn. in regula non licet actori, de regu. iur. lib. 6 Item aliquid plus debet conſequi reus probando ſe dominum, quàm nihil probando, arg. Inſti. de act. §. 1. Sed pro Hoſt. facit, quia nam ſententia lata pro reo eſt petere excep. non ius agendi, arg. ff. de eo per quem factum erit. l. 1. §. ſi reus. Dico quod Inn. dicit verum circa eandem poſſeſſionem, non vt feratur condemnatoria, niſi per modum ſilentij, ſcilicet iuſtificatoria ſententia: pronunciabit enim iudex reum iuſtè poſſidere, qui probauit ſe dominum, & ideo eum abſoluet, & ſi incidenter ſaciet mentionem de probatione dominij. poterit etiam dicere: Item declaro eum dominum, quia in hoc venit incidenter. & ſic confirmatur reo poſſeſſio, & additur titulus ſententiæ, arg. ff. ad carbo. l. 1. Reſultant effectus prædicti, quia licet mera probatio non habeat paratam executionem, verum eſt, niſi tranſiuit in ſententiam confeſſionem vel inſinuan. ita no. gl. quæ non eſt alibi, in d. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. penulti. Et confeſſio tacita æquipollet expreſſæ quo ad executionem paratam, quod eſt no. ff. de pact. l. tale pactum. §. 1. Sed dictum Hoſt. habet locum in diuerſo poſſeſſione, vt ſi reus poſſidet dimidium, actor aliam dimidiam, nam non ideo, quod reus probet excipiendo ſe dominum totius rei adiudicabitur ſibi poſſeſſio actoris, nec eam euincet, quia non eſt actum ad hoc. Nunquam enim exceptio egreditur petitionem, vnde in exceptione compenſationis ſi plus eſt debitum, ex quo compenſatur, quàm ad quod compenſatio obijcitur, & totum probetur, non tamen in reſiduo condemnabitur. ff. commo. l. in rebus. §. ſi. quod ſingulariter eſt no. Bald. vide infra in verbo, Silentium, in 1. quæſt. circa medium.

Reus voluntarius debet firmare perſonam ſuam in iudicio, ſed reus neceſſarius eo ipſo, quod eſt citatus habet perſonam legitimatam, ita no. Innoc. in c. paſtoralis, de excep. fol. 120. num. 3. Sed non legitimam cauſam, niſi eam aſſignet, & probet. quod tene menti. Et vide Innoc. in c. cum inter, eo. titu. fol. eodem. Et eſt reus neceſſarius omnis ille, contra quem dirigitur narratio petitionis ſpecialiter & non in genere, quia quando fit citatio generalis ſine ſpecificatione perſonæ, ſolum intelliguntur citati illi quorum intereſt, & quia non conſtat quorum interſit, habent comparenter, ſi negatur eorum intereſſe, doceat de ſuo

intereſſe, ſecundum Innoc. ibidem, quod no. Bald.

Reus conuentus quando ſimpliciter negat, non cogitur probare ius ſuum: ſufficit enim ſibi, quod alleget titulum. ff. de rei vendi. l. in ſpeciali, ſecus ſi excipit, ita no. Innoc. in c. ſi diligenti, de præſcrip. fol. 124. num. 2. Dic vt in l. cogi. C. de petitio. hæredi.

Reus punitur ex eadem inquiſitione criminaliter, & cogitur ad reſtitutionem damnorum, ita no. Inn. in c. cum oporteat, de accuſa. fol. 202. nu. 2. & eſt mul tum no. ſecus in accuſa. vt l. 1. C. quando ciui. actio præin. crimi. Bal. vide Cyn. in l. ſi quis ad ſe fundũ. C. ad l. Iuliam de vi. & Bar. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. vi bono. rap. & in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis.

Reus condemnatus per ſententiam quæ erat nulla, an poſſit principaliter agendo petere declarari ſentẽtiam nullam. Et videtur quod ſic, vt ff. famil. ercif. l. quædam mulier, & de inrepat. l. fi. Sed in cauſa nullitatis incidens quæſtio eſt, & incidit cauſæ appellationis, non autem eſt cauſa principalis & per ſe intentata, vt no. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. 1. in gl. ordi. In contrarium videtur, quod reus eſt tutus ope exceptionis, & ſibi ſufficit exceptio, vt l. 1. §. ſi reus. ff. de eo, per quem factum erit, & l. 1. §. ſi debitor. ff. vt in poſ. lega. Item ex quo ſententia eſt nulla non expedit à iudice petere id, quod eſt ipſo iure diſpoſitum vel conceſſum. ff. de cond. inſti. l. quæ ſub conditione. §. fi. & l. 1. C. de theſauris. Solutio, dicunt quidam quod reus nõ poteſt agere de nullitate principaliter, & per ſe, vt l. purè. §. fi. de excep. doli. Sed tu dic, quod officium iudicis oritur, quo petitur ſententia nulla declarari, & reuocari quatenus de facto proceſſit, vt l. 4. C. de accuſ. facit quod no. ff. de ferijs. l. 1. in fi. principij. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin. l. 1. §. 1. & de euict. l. minor, in prin. nec obſt. quod datur exceptio, nam et nihilominus actio, i. officium iudicis loco actionis dabitur, arg. ff. de libe. leg. l. quod mihi, & quod no. ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori, poſt principium, ſm Abbatẽ in c. 1. de ſen. & re iudi. & tene menti. Bal. vide per Bar. in l. quidã in ſuo. ff. de cond. inſti. & ibi etiam per Bal. & vide etiam per Bar. in l. ſi quos. C. de decurio. lib. 10. Sed an procedat iſta petitio, dicit ſnĩam nullam, & ſi qua eſt, peto eam reſcindi vt appellationis. & videtur quod non, ſecundum Abbatem ibidem. Nam ſiue ſit actor originalis ſiue reus, non poſſet allegare contraria, vt c. venient, de præſcrip. quia iſta ſunt contraria eſſentialiter ratione ſui: nã contraria natura ſunt. Præterea ſi ſnĩa fuit lata ab ordinario, & cauſa appellationis pertinet ad ſuperiorem, cauſa nullitatis non pertinet ad ſuperiorem, ſed ad eum iudicem qui iudicauit, vt C. quo & quãdo iudex. l. ſi vt proponis, in gl. C. de ſen. ex pericu. recitan. l. 1. & C. de ſen. & interlo. omn. iudi. l. 1. Solutio, dicit Dyn. quod aut appellat actor & non procedit libellus implicans contraria, arg. C. de inoffi. teſta. l. eum qui, aut appellat reus, & tunc procedat libellus, quia cauſa nullitatis venit incidenter, vt in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. Sed iſta ratio videtur falſa, nã dicto libello cauſa nullitatis expreſſè & per prius & non per poſterius intentatur, vnde principaliter venit, adeo quod licet appellatio à principio eſſet ipſa iure nulla, vel poſtea deſerta, tamen durat cauſa nullitatis, arg. C. ſi pendente appellatione. l. 3. facit quod no. Inn. in c. ſæpe, de appel. fol. 134. & Guil. de Cun. in l. ſuum. C. de iure deliberan. & vide per Bar. in l. ſi expreſſum. ff. de appella. Oldra. dicit, quod libellus procedit, quia iudicia quæ ſimul cumulantur, ſunt ſimul tractanda & contigua, ad quod facit capitulum conſtitutus, de in integ. reſtitu. & quod ibi no. per Innocen. & in c. cum olim. §. eadem, de priuilegijs. fol. 219. ſed Innoc. alibi dicit, quod aut appellatur à diffinitiua, et procedit dictus libellus. Aut ab interlocutoria non habente inſtar diffinitiuæ, & tunc ſuperior non cognoſcit de nullitate, & ſicut non procedit libellus reſpectu nullitatis, quia interlocutoria nulla ipſo iure nunquam defertur ad ſuperiorem in gradu iuriſdictionis, ſed ad eundem iudicem pertinet corrigere factum ſuum, ita no. Innoc. in c. dilecto, de appel. fol. 138. quod eſt valde no. Ad hoc facit, quod vbi cœptum eſt iudicium, & adhuc pendet ibi, & non alibi finem accipere debet. ff. de iudi. l. vbi, imo plus eſt dicendum, quod ſi in libello non eſt facta mentio nullitatis, tamen de ea pronunciari poteſt, quia ineſt tacitè, & quia incidentia expediuntur ſine libello. ff. de excuſa. tuto. l. qui ceſt. ff. de mino. l. verum. §. ex facto. ff. de appel. l. ſi conſtat, & ff. de ædilitio edic. l. ædiles. §. ſciendum. Sed pone, condemnatus petit ſententiam pronunciari nullam, iudex pronunciat ſententiam nullam, ſed reus vltra dicit, domine abſoluatis me à debito. Dicit iudex ſuperior, ego non ſum iudex debiti, ſed iudex proceſſus & nullitatis eius. modo quæritur, an iudex nullitatis poſſit de debito pronunciare. & videtur quod non, quia eſt petitum coram eo, nec habet in hoc iuriſdictionem, ſed vbi cœptum fuit iudicium ibi finem accipit. ff. de iudi. l. vbi cœptum, ſecundum Iac. But. in d. l. ſi vt proponis, ſed Bar. dicit, quod iudex nullitatis ſuccedit in locum primi iudicis in abſoluendo & cõdemnando ſuper contentis in prima petitione, per l. abſentem. C. de accuſa. in verbo ibi, pro ſua iuſtitia reformabit, vide per Bar. in l. ſi expreſſim. ff. de app. & in l. penul. C. quando prouo. non eſt neceſ. habet enim cauſa nullitatis naturam appellationis, vt deuoluat totum negocium ad idem, ff. de fami. ercif. l. quãdam mulier, vbi corrigitur ſententia, & pronunciatur ſuper actione prima, ad idem de inrepat. l. Carmelia Pia, ſed Iac. de Are. concedit hoc, quãdo cauſa ad primum iudicem redire non debet propter ſuam iniquitatem & dolum, vt d. l. 4. C. de accuſ. alias ad eundẽ redit pronũciatio, niſi ſit appellatum, vt d. l. vbi cœptum, & d. l. Carmelia Pia, & hæc teneas menti, & no. bene iſta. Bald. vide Cyn. in l. eos. C. de appel. & Bal. in l. ſale pactum. §. qui prouocauit, in 14. q. ff. de pact. vbi videtur diſtinguere, an ſit petitum, vt pronuncietur ſuper principali, vel non ſit petitum.

Reſtitutio in integrum petitur de plano contra interlocutoriã, ita no. Inn. in c. querelam, de procur. fol. 70. nu. 1.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, & nullitas ipſius ſententiæ poſſunt cumulari, ſicut in eodem libello, ita no. Innocen. in c. conſtitutus, de in integ. reſtitu. fol. 77. num. 2. & nullitas eſt remedium extraordinarium, quomodo ergo conueniunt? Reſpondeo, alterum eſt verum, non autem conuertuntur in eſſentia, ſed eſt quidam modus agendi toleratus à iure, ſicut & ille, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello. Item ille, dico rem ad me pertinere iure dominij, vel quaſi. nam cauſa huiuſmodi & probationes earum ſunt contiguæ. Bal. vide ſupra in ver. Ciuitas, in 2. quæſt.

Reſtitui in integrum contra ſententiam, vel in integrum reſtitui ad appellãdum, quid differunt, vide Inn. in c. fi. de in integ. reſti. fol. 77

Reſtitutio in integrum quando petitur in iudicio ad allegandum vel probandum in ipſo iudicio, ſufficit tunc ſummaria cognitio & probatio, ita no. Inn. in c. ex literis, de in integrum reſti. fol. 75. nu. 2.

Reſtitutio in integrum aliter petitur à domino. l. qui ſeruo. §. item quære. ff. de reſti. in integ. & rem poteſt quis petere in eo. libello, ſiue petat ſe reſtitui contra ſententiam, ſiue contra contractum celebratum ſuper re poſſeſſa à petente, ſecus ſi ſuper re non poſſeſſa. Et ideo aliud eſt cum petitur reſtitutio contra præſcriptionem, quia contra non poſſidentem præſcribitur, & eſt neceſſaria reciſoria, ita no. Inn. in d. c. ex literis, in 2. col. de in integ. reſtitu. fol. eodem.

Reſtitutio in integrum eſt reſtringenda, quia eſt iuri communi & generali contraria, ita no. Inn. in c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. fol. 123. nu. 2. & no. ff. de condi. indebi. l. fi. §. idem quæſiit, & facit in ratione ſui, ff. de act. & oblig. l. in honorarijs. §. ſed cum reſciſſa. Bal.

Reſtitutio Papæ non caſſat electionem canonicorum, quia non inuenit locum vacantem, ita no. Inn. & Hoſt. in c. innotuit, de elec. fol. 22. Adde & vide gl. & tex. eo. tit. c. ſi eo tempore, lib 6.

Reſtituitur ſpoliatus ſecundum modum & ſpeciem ſpoliationis, ita no. Inn. in c. ex parte, de reſti. ſpol. fol. 96. nu. 4. & vide infra in verbo, Teſtis, in 60. q. & infra in verbo, Teſtator, in 3. q.

Retentio, vide infra in verbo, Tutus, in 1. q.

Reuelare, vide infra in verbo, Teſtis, in 60. q.

Reuelare an teneatur quis illud quod ſcit, quando taciturnitate veritas iuſtitiæ non perit, nam teſtis ideo tenetur, quia cum taciturnitate periret vera iuſtitia, vide Inno. in c. offi. de pœniten & remiſſio. fol. 224. de conditio. ob cauſam. l. idem eſt. §. ſicut, vbi de hoc, & ibi videas, & no. C. de furtis. l. in ciuile, & l. in ciuilem, per glo. & Cyn.

Reuocatio, vide ſupra in ver. Cõmiſſio, in pen. q. & ſupra in ver. Dominus, in 2. q. & ſupra in ver. Factum, in 5. q. & ſupra in ver. Sententia, in 5. & in 23. q.

Reuocatur id, quod fit contra appellationem, non id, quod fit citra appel. ſecundũ Inn. in c. quia propter, de elec. fol. 31. vide infra in ver. Sententia, in 52. q. & ſupra in ver. abſurditas, in pen. q. caſus eſt in c. cum inter, de elec.

Reuocatio literarum domini Papæ eſt odioſa, & valent literæ, licet non fiat mentio de appellatione, ita no. Inn. in c. ex literis, de offi. deleg. fol. 58. vide ſupra in verbo, Cauſa, in 6. q.

Reuocari poſſunt de facto, quæ de facto fiunt, ita dicit Innocen. in c. audi, de reſtitu. ſpolia. fol. 94. num. 3. ff. de euictio. l. minor, in prin. vide ſupra in verbo, Appellatio, in 23. q.

Reuocari non debet omne id, quod poſt appellationem fit, niſi fiat contra appellationem, ita no. Inn. in c. conſuluit, de appel. fol. 132. & l. creditor. ff. mandati.

Res non dicitur integra, quãdo ſubſtantialia ſunt inchoata, vt contractus cum eſt de ſubſtantia, ſed præludia, vt miſſa de Spirituſancto, non facit rem deſinere eſſe integram, ita no. Inn. & Hoſt. in c. in cauſis, de elec. fol. 27. vide ſupra in verbo, Reſtitutio in integ. in 6. q. & ſupra in ver. Renuncians, in 4. q.

Rem poteſt quis ſua propria auctoritate retinere & apprehendere ſtatim, quod quis habet inueſtituram verbalem, quia de corporali non eſt dubium, ita no. Inn. in c. 2. de conſuetu. fol. 15. & nõ eſt alibi hoc dictum, vt dicit Bal. in l. qui retiario. ff. de pign. act. Bal.

Res quæ non poſſunt præſcribi, quæ ſint, vide Inn. in c. cauſam, de præſcri. fol. 123. & in c. cum non liceat, per glo.

Res inter alios acta quando præiudicat, vide per Innoc. in c. auditis, de præſcrip. fol. eodem. nu. 1. & vide gl. in c. pen. de appel.

Res iudicata quando proſit alteri, vide plenè per Innocen. in c. quamuis, de re iudica. fol. 129.

Res, quæ ſine ſolennitate fieri nõ poſſunt, his nec ratificari, ita no. Abbas in c. cum dilecti, de emp. & vend. quod eſt no. arg. contra, ff. de manu. vindicta. l. ſi pater. §. fi. Bal. & vide quod no. Inn. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. vide ſupra in verbo, Ratificatio, in 2. q.

Rex, vide omnino ſupra in uerbo, Papa, in 1. q. & ſupra in uerbo, Imperator, in 1. & 2. q. & ſupra in uerbo, Princeps, in 1. q. & ſupra in uerbo, Bellum, in penul. q. & ſupra in uerbo, Citatio, in 44. q.

Reges non poſſunt teſtando priuare regno nedum filios, ſed nec fratres uel alios conſanguineos ex ſtirpe paterna deſcendentes ſola uoluntate. Et eſt in eis ſpeciale, quod eſt uerum quando regna deferuntur per ſucceſſionem, ſecus ſi per electionem deferantur, ita no. Inn. in c. grandi, de ſup. neg. prælа. fol. 42

Regibus & alijs dominis habentibus iuriſdictionem datur curator iſtis de cauſis. Primo ſi neſcit regnum ſuũ defendere. Item ſi in eo non ſeruat bene iuſtitiam & pacem, maximè locis religioſis & perſonis pauperibus. Item quod plus eſt, ſi perdita neſciat recuperare, ita no. Inn. in d. c. grandi, de ſup. neg. præla. fol. 40. nu. 3. Et quis curatorem dat talibus, uide ibidem Inn.

Reges quam libertatem dant eccleſiæ, uide Innoc. in c. auditis, de in integrum reſtitu. fol. 75.

Rex poteſt donare, & etiam alienare moderatè, non ita immoderatè, ut lædatur

d gnitas

dignitas Regalis, ita no. Inn. in c. intellecto, de iureiur. fol. 119. idem in Imperatore, vt no. in Auth. quomodo opp. epiſcopos, in prin. col. 1.

Ruſticus, vide ſupra in verbo, Ciuitas, in 3. q. ibi, & in honoribus municipalibus ruſtici non continentur. Bal.

Rumor minor eſt quam fama, ita no. Inn. in c. tertio loco, de præſump. fol. 116. facit tex. in c. ſuper eo, de conſan. & affini. & facilius naſcitur & finitur rumor, quàm fama, l. fi. ff. de hæred. inſti. Item indiciũ minus eſt quàm ſemiplena probatio. ff. de proba. l. cum probatio. per gl.

Rumor eſt vocum multitudo. Fama vero eſt opinio, vt c. ad petitionem, de accuſa. per Innoc. fol. 203.

S

SAcerdos quando debeat dimittere miſſam propter præſentiam excommunicati, & quando non, vide Innocen. in c. nuper, de ſententia excommunicationis. fol. 227. num. 3. & c. vt fama, eod. titu. vbi per Innocen.

Sacerdos etiam ſimplex abſoluit ab excommunicatione in articulo neceſſitatis, ita no. Innocen. in c. de cætero, de ſententia excommu. tex. eſt in c. nuper, in fi. eo. tit. fol. 226. & ſeq. nu. 6. idem tenet Abbas in c. fi. de ſepul. Et dicit, quod excommunicatu qui confeſſus fuit, non poteſt interdici ſepultura, licet non ſatisfecerit quod nu. Bal.

Sacerdoti pauperi an liceat locare operas ſpirituales, dic quod non in præiudicium dominorum, ſed in eleemoſynis ſic, ita no. Innoc. in c. quoniam, ne prælati vices ſuas. fol. 208. nu. 3. & 4.

Sacerdos non debet teſtificari, nec diuulgare illud, quod ſibi dictum eſt ex confeſſione, quia illud ſcit vt Deus, non vt homo, ita no. Innocen. in c. qualiter, de accuſa. fol. 202. num. 2. & no. idem in ſumma de confeſ. q. 185. & per B. Thomam in ſecunda ſecundæ. q. 70. artic. 1. in reſpon. ſecundi articuli. Vide infra in verbo, Teſtis, quæſt. 60.

Sacerdotes electi à capitulo quando dicantur habere curam animarum, vide Innocen. in c. cum non, de præbend. fol. 147. num. 1. vide infra in verbo, Teſtis, in 51 quæſt.

Sacerdos in foro pœnitentiali eſt publica perſona, & poteſt ſtipulari abſenti, ita no. Inn. in c. parochi, de ſepul. fol. 169. vide gl. no. in c. quanquam, de vſur. li. 6. Adde quod in foro pœnitentiali non requiritur præſentia aduerſarij, ſecus in foro iudiciali. ff. de confeſſis. l. certum. §. ſi quis abſente.

Sancti quando diſſonant in opinionibus neutra ſapit hæreſim, ita no. Inn. in c. ne innitaris, de conſti. fol. 2

Satisfactio, vide ſupra in verbo, Accuſatio, in 4. q.

Scriptura qualis dicatur publica, & qualis non, vide in c. 1. in prin. ſui, de fide inſtru. per Inn. fol. 112. vide ſupra in ver. Prælatus, in 2. q.

Scriptura qualis dicatur authentica, & qualis non, vide in d. c. 1. in princ. de fide inſtrumen.

Scripturam neganti eſſe notarij, incumbit onus probandi. Inn. in d. c. 1. de fide inſtru. fol. eo. nu. 9. Adde quod no. in c. veniens, de verb. ſignifi.

Scriptura ex quo eſt facta manu publica, & habet ſigillum authenticum, & mortuis teſtibus ibidem ſcriptis, facit fidem & creditur illi ſcriptura, dummodo nõ ſit in aliquo vitiata vel vituperata, vel ſuſpecta, ita no. Inn. in d. c. 1. de fide inſtru. fol. eo. ſuper ver. Publicam, & ibi tex. ad literam Bal. vide in c. cum P. tabellio, eo. tit. per Innoc.

Scriptura regiſtri an faciant fidem, vide Innocen. in c. 1. de procur. fol. 70

Scriptura ſolius notarij creditur circa dicta teſtium, ita no. Inn. in c. cum dilecti, de elect. fol. 28.

Scriptum ſi eſt alicui, quod faciat Titio prouideri, & prouiſor mandat, quod fiat hoc in certa eccleſia, & ibi hoc de iure fieri non poſſit, põt mandare quod alibi recipiatur, ſecus ſi de iure tenet man. licet non habeat facti executionẽ, ita no. Inn. in c. in literis, de offi. dele. fol. 52. nu. 2. arg. ff. de fideicom. l. quia ſatis, & ff. mandati, l. inter cauſas. §. abeſſe. & ff. qui ſatiſ. cog. l. quotiens, cum ſimil. & c. ſup eo, de offi. dele. per eundẽ, & vide per Inn. in c. de cætero, de re indi. fo. 125

Scriptura iudicis licet ſit tribus teſtibus ſubſcripta, nõ probat acta, niſi ipſe iudex ſit iudex & notarius, & ea ſcribit vt notarius, ita no. Inn. in c. cum à nobis, de teſti. fol. 107. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. §. his tabel. quod no. Bal. Et ſic ſcriptura iudicis non creditur, licet ſit facta in iudicio, vide Bal. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de eden.

Scribi non debet in inſtrumentis aliquid quod ſit contra bonos mores, vel contra ius, ita no. Inno. in c. ſilius, de teſta. fol. 164. Adde etiam, quod nec inſulita, nec nimis cautelosa. ff. de condi. inſti. l. ſi quis ſub conditione, & quod ibi no. & tene menti hoc. Bal. Et ſic no. quod cautelosa prouiſio & adiectio clauſularum in ſolitarum præſumptionem fraudis inducit, vide in c. illo vos, de pign. & in c. ad noſtram, de emp. & vendi.

Scribens ſententiam mortis, irregularis eſt, ita no. Innocen. in c. ſententiam, ne cleri. vel mona. fol. 190. nu. 1. Et quid de baliſtarijs ſimiliter vide ibidem per eundem Inno. on.

Sepultura, an monachis & alijs fratribus religioſis liceat eligere ſepulturam quãdo extra locum ſui conuentus obeunt, vide per Inno. in c. nimis, extra de conceſ. præben.

Sequeſtratio fit propter contumaciam, ita no. Inn. in c. ex literis, de dolo & contu. fol. 98. Et materiã ſequeſtrationis tractat plenè Io. And. Et quando habeat locum, & quando non, in c. locupletari, de reg. iur. lib. 6. in mercurialibus. Bal.

Sententia lata ſuper crimine eſt perpetua, ſecus ſi ſuper contumacia, ita no. Inno. in c. ex literis, de conſti. fol. 3. nu. 2. & ibidem Hoſt. & glo. Sed quomodo poteſt eſſe perpetua, quia dicit gl. in Auth. vt nulli iudicũ. §. ad hæc, verbo, iubemus, col. 9. quod præcepta iudicis non durant vltra tempus ſuæ iuriſdi. per l. fi. ff. de pœnis, & de iuriſdi. omn. iudi. l. eum qui. §. magiſtratus. Facit quod no. in l. 1. C. de poſtul. & l. ſi certarum. §. fi. ff. de teſtam. mili. & de offi. lega. c. præſenti, lib. 6. hoc intellige lite non conteſta. nec cognitio de cauſa facit præcepta, quia tunc ſua præcepta non extenduntur vltra tempus ſuæ iuriſdi. ſecus ſi præcepit li. conteſta. quia tunc ſunt perpetua, ita no. glo. valde no. in d. l. fi. ff. de pœnis. Et ſic tollitur contrarium de d. l. 1. C. de poſtu. & ibi no. in opi. & hæc in arbitrarijs, alia autem præcepta ſine cauſa non valent, vt l. 3. C. comi. vel epiſco. & cum cauſa ſunt perpetua. ff. de iudi. l. ſi debitori, & l. quotiens. C. de fideic. Bal. Adde quod no. Arch in d. c. præſenti.

Sententia non debet formari contra canonicum, qui defendit eccleſiã ſeu eius perſonam ſed debet formari contra eccleſiam, quam defendit, ita no. Abb. in c. cũ iam dudum, de præben. & licet ſic vnus canonicus poſſit ſuam eccleſiam defendere, non tamen in eius perſona, ſed in perſonam eccleſiæ ſententia eſt formanda, & tene menti. Bal.

Sententia, regula eſt, quod cui nocet ſententia noceant & acta, ita no. Innocen. in c. tuam quæ, de teſti. fol. 105. nu. 3. quod no.

Sententia quæ erat nulla propter defectum iuriſdictionis, ſi per ſuperiorem pronũciatur aliqua, conualeſcit, ita no. Inn. in c. ſuper literis, de reſcrip. fol. 8. nu. 7. vide ſupra in ver. Caſus, in 7. q.

Sententia lata per obreptionem quando debeat retractari, vide Inn. in c. cum dilecta, de reſcrip. fol. 9. nu. 3. vide infra in verbo, teſtis, in 42. quæſt.

Sententia lata ſuper iuriſdictione reſpectu territorij lata inter partes, domino non præiudicat, ita no. Inn. in c. ſuper literis, de reſcrip. fol. 8. vide ſupra in verbo, Reus, in 4. q. poſt prin.

Sententia ſuſpenſionis & excõicationis, & miſſionis ex primo decreto poſſunt reuocari citra ordinem iuriſdictionis contrario imperio, ita no. Inno. in c. ad audientiam, de reſcrip. fol. 5. nu. 2. facit quod no. ff. de euic. l. minor, in prin. Bald. vide ſupra in ver. Renunciant, in 1. q.

Sententia interdicti ritè fertur in vniuerſitate, quia poteſt ferri pro alieno delicto, ita no. Inn. in c. bona, de elec. fol. 23. vide ſupra in ver. Citatio, in 18. q.

Sententia lata ſuper inquiſitione præiudicat accuſationi, niſi probent de proprio intereſſe. & de ignorantia, ita no. Inn. in c. cum dilecti, de elec. fol. 28. & vide per Ser. & Inn. in c. cum P. Manconella, de accuſa. fol. 200. nu. 1. 4. 5. 8. 9. & vide ſupra in ver. Citatio, in 9. q.

Sententia lata ſuper ætate non facit ius, vbi vertitur periculum animæ, ita no. Inn. in c. cum dilecti, de elec. fol. 28. nu. 8.

Sententia lata ſuper ætate nõ tranſit in rem iudicatã, quando lata fuit ex aſpectu vel præſumptione, vel ſummaria cauſa cognitione, vt ibidem Hoſt. Si autẽ ex plena diſcuſſione, tunc tranſit in rem iudicatam pro probante, & contra probãte, vt l. de ætate ff. de mino. tene menti. Bal. vide ſupra in ver. Citatio, in 19. q.

Sententiarum tria ſunt genera. Quædam eſt quæ nunquam tranſit in rem iudicatam, vt in matrimonio propter periculum animæ & vinculi inſeparabilitatẽ, quia quos Deus coniunxit, &c. Alia eſt, quæ ſtatim tranſit, vt ſententia cenſuræ. Alia eſt ſententia, quæ eſt media inter iſtas, vt illa quæ poſt decem dies in rem iudicatam tranſit. idem Hoſt.

Sententia lata in interdicto vti poſſidetis contra defunctum non mandatur executioni contra hæredem ex facto hæredis, ita no. Inn. in c. Abbate, de verb. ſigni. fol. 234. nu. 3. Ratio eſt, quia eſt diuerſum factum, de quo non eſt actum. l. de ea. §. fi. ff. ad exhib. Bal. vide ff. de pig. act. in l. rem alienam.

Sententia arbitratorum ſiue fuerit bona, ſiue mala, eſt ſeruanda, ita no. Innoc. in c. ſicut de ſen. & re iudi. fol. 127

Sententia expenſarum poteſt ferri, licet quis non ſit citatus, ad hoc ſi erit contumax, ita no. Inn. in c. calumniam, de pœnis fol. 223. nu. 2. Ratio eſt, quia citatus in principali videtur citatus in acceſſorio, &c. Bal.

Sententia poteſt retractari propter æquitatem caſus ſuperuenientis, ita no. Inno. in c. 2. de purg. cano. fol. 222. & ibi caſus. idem tenet Azo in ſumma, C. de re indi. quod no. Bald. & eſt caſus ff. ad l. Aquil. l. in l. Aquil. ſi deletum, & ff. de condi. fur. l. ſi fullo, vel ſarcinator, &c.

Sententia quæ dicatur generalis, & quæ generaliſſima, & generalitas ſententiæ præſupponit generalitatem libelli, quia ſnĩa debet correſpõdere libello. Et quæ ſunt illa, quæ debent poni in libello ſpecificè, & quæ non, de omnibus iſtis vide per Inn. in c. tãta, de exceſ. præla. fol. 217. nu. 4. Et dicit quod principalia ſunt nominatim petenda. Sed acceſſoria iuris & acceſſoria actionis veniunt tacitè iudicis officio mercenario, ſecundum Inn. ibidem, & eſt ratio, quia iudicis officium mercenarium, libellum non deſiderat, vt no. ff. de interro. act. in rub. Bal.

Sententiam eius quem neſcit delegatum, obſeruare quis non tenetur, ita no. Inno. in c. illud, de cleri. excom. fol. 215

Sententiam diffinitiuam poteſt quis pati in criminali ex ſola confeſſione etiam ſine aliquo proceſſu, ita no. Inn. in c. qualiter, il 2. de accuſ. fol. 204. nu. 10. vide glo. no. in c. Romana, de appel.

Sententia abſolutoria ab inſtantia iudicij non eſt diffinitiua, quia vt diuerſa ponitur, ita no. Inno. in c. ad petitio. de accuſa. fol. 203. nu. 3. & eſt caſus in l. Titia. ff. de act. & oblig. & ibi per Bar. & gl. ordi. in l. clarum. ff. ſi ſerui vend. & no. per gl. in c. fi. de appel. in cle. vbi no. quod abſolutoria ab inſtantia appellationis eſt interlocutoria. Bal.

Sententia lata per iudicem ſecularem ſuper dote valet, ita no. Ian. in c. de prudentia, de dona. inter virum & vxo. fol. 199

Sententia legitimationis vel illegitimationis non facit ius quo ad alias, ita no. Inn. in c. cauſam quæ, qui filij ſint legiti. fol. 197. nu. 5. Nec ſententia falſi, ſecundum eum ibidem, & eſt caſus in l. 2. C. de fide inſtrum. Bal.

Sententia enim filiationis facit ius, vt l. 1. in fi. ff. de lib. agnoſ. quæ eſt contra. Bal.

Sententia debet formari contra defenſorem defenſorio nomine, ita no. Innocen. in c. cauſam quæ, qui filij ſint legitimi. fol. 134. num. 9. vide Bar. in l. ſolutionem. ff. de ſolu.

Sententia ſuper legitimatione perſonarum poteſt reuocari, & poſt li. conteſta. ita no. Inno. in c. nimis, de appel. fol. 134. in contrarium facit ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. Bal.

Sententia lata ſuper naturali poſſeſſione, an præiudicet poſſidenti ciuiliter, vide per Innoc. in c. quamuis, de re iudi. fol. 129. num. 2. vide ff. de vſufruc. l. cuiuſcunque. §. 1. Bal.

Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, eſt ſpecialis, vt ſi lata eſt ſub conditione vel die, interim quandocunq; poſſit appellari, etiam poſt decem dies, quia huiuſmodi ſententiæ nunquam trahuntur retro, etiam ſi iudex dicat, ex nunc, prout ex tunc excommunicamus, vt ff. de offi. proconſul. l. obſeruare. §. fi. & de verb. oblig. l. huiuſmodi, quod eſt verum in conditione de futuro, ſecus ſi de præſenti vel præterito, vel purè, quia tunc appellatio non ſuſpẽdit executionem, quæ ſtatim traxit ſecum ſuum effectum: nec enim excommunicatus reconciliatur per appel. ſed per abſolutionem & manus impoſitionem, quia iſta forma tradita eſt ab eccleſiis. Eccleſiaſtica forma tenaciter ſeruanda eſt, nam omiſſio modi vel formæ etiam in alia ſummabili impedit diſpoſitionem legalem. ff. de verb. obli. l. qui Romæ. §. Flauius, item quia trahit ſecum inſeparabilem executionem iuris, & de iure, vide Inno. in c. præterea, de appel. fol. 132. nu. 5. & gl. in c. 1. de conceſ. præb. in clem. Sed dubitatur de iſta ſententia, excommunico te, niſi ſolueris. an ſit pura vel conditionalis retractanda facta ſolutione. Et ſi quidem ſententia incipit à condemnatione, videlicet ſũdemno te ad decem, & niſi ſolueris in tali termino, excõico te. iſta excõicatio eſt conditionalis, & moram non ſoluendi deſiderat, ſm Inn. quia venit ad pœnam contumaciæ, & ideo malè dicit gl. quæ eſt ff. de act. & obli. l. obligationum ſecè. §. conditio. Nam dictio, niſi, aut inſeruit obligationi primariæ, aut ſecundariæ. Primo caſu facit condõnem. ff. de cond. & demon. l. quib. diebus. §. quidã. Secundo caſu non facit conditionẽ. ff. de in diem adiec. l. 2. niſi moram deſideret vt hic, vel dic vt no. in d. l. 2. Aut n. apponitur ad inchoationem cõmodi, & tunc facit conditionẽ: aut ad executionem cõmodi, & tunc facit modum, vt l. vniuerſa. C. de preci. impe. offe. aut ad expirationem contractus vel beneficij, & tunc non: aut adijcitur ad inchoationem incommodi & pœnalitatis, & tunc facit cõditionem, vt hic ex natura. Sed quid erit de iſta ſnĩa, excõico te, ſi eliges. an iſta ſnĩa requirat actum in facto eſſe, & ſic valeat electio, tanquam facta à non excõicato, an ſufficiat in fieri, vt excõicatio actum præuenire videatur, quod eſt verius, ſecundum Innocen. quia qui excommunicat, videtur interdicere, & mens ſententiæ eſt ponderanda, ita no. in ſimili ff famil. ercis. l. & puto. §. 1. ita no. Inn. in d. c. præterea requiſiſti, de appel. quod tene menti. Bal. vide Cy. in l. 1. C. ſi aduer. delic. & facit de verbo. ſignifi. c. intelligentia, & c. præterea, & c. in his, vbi magis ponderatur mens ſententiæ, quàm verba. quod no.

Sententia lata præiudicat in omnibus, quæ conſecutiuè ſunt priorum iudicatorũ, non in his, quæ requirunt nouum iudicium, ita no. Innocen. in c. cum ſuper, de re iud. fol. 127. in prin.

Sententia qualiter ſit ferenda in perſonalibus actionibus, ſi reus cadat à poſſeſſione, vide Inno. in c. 1. de re iudi. fol. 125

Sententia quibus verbis debeat formari, vide Inn. in c. Abbate, de re iud. fo. 130. & ibi dicit, quod iudex poteſt dicere, ego, & nos, licèt ſit vnus ſolus iudex. Inn.

Sententia præiudicat ei, qui ſcit ſuam cauſam agi, ſi non appellat, ita no. Inno. in c. ſicut nobis, de re iudi. & eo. tit. in c. quamuis, & ibi no. fol. 127. & 129.

Sententia in quibus caſibus tenet contra res prius iudicatas, vide Inno. in c. ſuborta, de re iudi. fol. 129

Sententia lata propter falſos teſtes retractatur, ita no. Innocen. in c. cum inter, de re iudi. fol. 126. nu. 2.

Sententia diffinitiua lata per iudicem appellationis, an valeat appellatione deſerta, vide per Inn. in c. ex ratione, de appel. fol. 131. nu. 3. & per Dy. in l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſa. tut. & Inſti. de act. §. rurſus. Ratione dubij valet fortè in caſu vero exiſtente.

Sententia condemnatoria lata ſuper aliquo cap. libelli generalis, vel plurium capitulorum ſpecificatorum, an intelligatur abſolutoria in cæteris capitulis, vide Inno. in c. cum inter, de re iud. fol. 126. nu. 3. qui dicit, quod ſic in libello generali, ſecus in capitulis ſpecificatis, ſm eum ibidem. Primum eſt verum de rigore, ſed quo ad effectum de æquitate ſubdiſtinguitur, quia aut eſt generalis proſecutio, aut ſpecialis: ſi generalis, verum dicit Inn. ſi ſpecialis, aut per errorem, quia proſequens ignorabat ſe habere ius aliquod, & tunc non noceat. C. de iud. l. licet, aut pro maleficio cauſa diuidendi vnum proceſſum in plures, & tunc in omnibus nocet, vt ff. de arbi. l. de reb. ita no. Cy. ſm Pe. in d. l. licet. C. de iud. & ibi videas. Item in ſnĩa abſolutoria debet inſeri cauſa, in condemnatoria non, quo reſpicit libellum ff. de inſam. l. 2. C. de iudi. l. properandum. Bald. Vel dic clarius ad clarificandam iſtam materiã. Dic vbi ſunt plura capitula quæſtionis, iudex hodie ſuper vno, cras ſuper alio poterit ferre ſnĩam, ſed ſi vna eſt ſententia de expen. lit. vt in c. audita, de procur. & melius in c. fi. de dolo & contu. Inn. dicit, quod in primo dicto ſnĩa eſt nulla, quia condemnauit, idem ſi abſoluiſſet, ſiue fuerit ſententia iudicis ordinarij, ſiue alterius, vt no. gl. ord. C. ſi aduer. rem iudi. l. 1. & ff. de arbi. l. diem, in gl. poſita ſuper ver. A tota, & no. in l. apud Celſum. §. item quæritur. de excep. doli, & l. pro his. C. de appel. l. eos, & l. ampliores, & ff. famil. ercis. l. in hoc iudicio, & de iudicijs. l. de qua re. & l. 1. C. de ordine iudiciorum. Sed in contrarium videtur extra de arbi. c. cum tẽpore, ſed ſolue, vt ibi Ber. Inn. & Ioan. And. dicunt, quod habeat locum ſiue capitula principaliter & ſingulariter petantur in eodem libello, ſiue petatur magna ſumma, ſiue parua, ſiue plures res, vt no. in d. l. diem, in gl. à tota, in fi. dũ dicit, item in pluribus controuerſiis, per l. quidam tãtum, in prin. & in hoc malè dicit Inn. Si vero in diuerſis libellis, tunc ſeparatim poteſt ferre ſententias, & qualibet valebit per d. l. quidã tantum, ver. quid ſi, vt ſeparatim quaſi plura cõpromiſſa, &c. Nec obſtat l. etiam. §. 1. ff. de min. quia non loquitur in caſu principali. ſed in caſu reſtit. in integ. vt ibi, & licet à certo capitulo petere reſti. in integ. vbi non eſt neceſſe ab omnibus petere, ſuper quo eſt reſtitutio indulta, & ſnĩa valebit, ſiue ſit confirmans, ſiue nõ. Nec obſt. l. quadam mulier. ff. famil. ercis. quia ibi loquitur in caſu appel. vbi licitum eſt à certo capitulo appellare, nec eſt opus à tota ſententia appellare, vbi ſnĩa lata eſt in vno capitulo, à quo non eſt appellatum, valet, licet tota ſententia non tãgatur. Secus in cauſa principali, vbi omnes controuerſias in eodẽ libello inſertas ſuper diuerſis capitulis valet ſententia vna decidendo abſoluendo, condẽnando, vel in parte abſoluendo, & in parte condemnando, ſm quod expedit, vt d. l. diem. §. quid tantum. ff. de arbi. & l. in hoc iudicio ff. famil. ercis. & d. l. etiam. §. ſi ex cauſa. ff. de min. ſecundum Iac. de Are. & Odof. Ratio n. eſt, quia ſententia debet eſſe conformis libello, alias eſt ipſo iure nulla. item iudex non poteſt diuidere libellum, nec pro parte ſua officio fungi. Et circa hoc ſcias, quod triplex eſt pars, ſcilicet integralis, numeralis & reciproca, nam ſi vendico domum, & iudex ſolum iudicat de ſuperficie & non de ſolo, ipſo iure non valet ſententia, quia totum integrale eſt petitum, & de toto integrali non poteſt ipſe diuidere, nec ſcindere: iuriſdictio enim & officium pronunciandi debet eſſe indiuiduum, & integrale, ſicut dicimus in teſtamento, quod actus ipſius eſt indiuiduus. l. hæredes palam. §. penul. ff. de teſtam. Teſtamentum enim dicitur ſententia, ſicut ipſa ſententia iudicis, & quod indiuiduum recipit ſtrictiorem ſimilitudinem. ff. de admini. tut. l. inter tutores. Pars vero naturalis eſt triplex, ſcilicet pars rei, id eſt quantitatis, pars actoris, i. capitula in actione generali, & pars libelli, vt cum plures in eodem libello ſimul cumulantur actiones, in prima parte ſententia ipſo iure non valet, vt ſi peto decem, & iudex profert ſententiã in 5. vt no. in l. 1. C. ſi aduer. rem iudi. Niſi agamus contra plures inſolidum: tunc enim valet ſententia contra quemlibet pro parte, licet quo ad ſingulos ſit pro parte, tamen quo ad diuerſos eſt inſolidũ, vt l. 1. C. ſi plures vna ſnĩa, quia ſuper toto eſt pronunciatũ. Et vide Cy. in d. l. pen. in 2. parte, quando ſub vna actione plura capitula cõprehenduntur, ſiue vnũ qualificet aliud ſiue non, tamen ſuper toto eſt pronunciandũ. Tamen quædã dĩa eſt, nam vbi ſunt duo capitula coæquena ſiue paria, ſi libellus fuerit generalis & proſecutio generalis, ipſo iure non valet ſnĩa in parte, vt l. quid tamen. ff. de arbi. Si aũt ſpecialiter fuerit proſecutus, refert, quia quædã eſt proſecutio ad litis inchoationem, vt li. conteſt. quædam ad vehementem probationẽ, vt ſubſequentia poſt li. conteſt. Si ergo lis fuerit ſpecialiter conteſt. ſuper certo capitulo, tantum valet ſnĩa ipſo iure, & alia capitula ſuper quibus non fuit lis conteſt. complecti non poteſt, quia diffinitiua non põt ferri ſuper eo, ſuper quo non erat lis conteſt. Si autem erat generaliter lis conteſt. ſed poſtea actione patiente declarata ſuper vno capitulo, ſiquidẽ ſequitur, ſ. tunc ſnĩa, ſpecificè fertur in vno capitulo, reſeruato tamen iure, ſi quod competit, in aliis aũt valet ſnĩa. Si autem ſimpliciter eſt lata, tunc de iuris rigore non diuiditur ſm naturam ſententiæ, quæ eſt quod ſit indiuidua, & ideo de rigore in omnibus obeſt, ſed de æquitate, quia non proſecutus eſt omiſſis medijs, datur replicatio, niſi actor dolo fecerit cauſa vexandi reum. ff. de arbi. l. de rebus, & no. in d. l. licet, per Cyn. Sed vbi capitulum qualificat aliud, miſſio qualitatis non vitiat ſubſtantiam. ſic ff. de pœnis. l. ſi præſes: non enim tanta vis eſt accidentis, licet dependat ab ipſa ſubſtantia. ſed econtra facit, quod no. ff. de ſuſpec. tut. in l. hæc autem. in tertia vero parte, vbi plures actiones cumulantur eodem libello, & iudex iudicat de vna tantum, dico quod plures libelli cenſentur, & valet ſententia ipſo iure, vt ſi quis cumulauerit petitorium & poſſeſſoriũ. C. de appel. l. 1. & eſt pars reciproca. Et tunc aut reciproca circa idem iudicium, vt numero indiuiſorio, & tunc nõ valet ſententia in parte lata, vt ſi iudex deſignat vni partem & non alteri. ad hoc facit l. in hoc iudicio, famil. ercis. Aut ſunt diuerſa iudicia, vt caſu conuentionis, & reconuentionis, petitionis & compenſationis, tunc valet ſententia in altero, ſed propter iniquitatem iudicis poteſt appellari. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcinduntur. l. 1. in fi. & de compen. l. quid. §. 1. cum ſimil. Et per iſta verba plura iura ad conſonantiã rediguntur. Inn. hic aliqualiter tangit iſta in c. cum inter nos, de re iud. ibidem. ſed hic no. hoc clarius. Bald.

Sententia eſt certa, licet referatur ad inſtrumenta in iudicio non producta, ita no. Inn. in c. cum venerabilis, de excep. fol. 120. nu. 8.

Sententia iudicis excommunicati, ſi non erat publicè excommunicatus, valet, ita no. Inn. in c. excep. de excep. fol. 122. nu. 1. caſus eſt in c. ad probandum, de reg. iur. Nam ſententia publicè excommunicati nõ tenet, ut hic per Inn. & Abb. in d. c. ad probandum, de re iud. & etiam de iure ciuili, ut no. in l. 1. C. de re iudi. in gl. ordi. quam no. quia eſt ſingul. Bal.

Sententia arbitratoris condemnatur, etiam ſi ſit iuratum non venire contra, ita no. Innoc. in c. Quintauallis, de iureiuran. fol. 118. nu. 2. & vide ſupra in verbo, Præſumptio, in 3. q.

Sententia reductionis ad arbitrium boni viri meretur executionem officio iudicis, ita no. Inn. in d. c. Quintauallis, de iureiur. fol. eo. idem in iuramento appoſito in compromiſſo arbitratoris, ſecundum eum ibidem.

Sententia lata per arbitratores in diebus ſolennibus valet, quia quod ſit ab eis tenet & in quacunq; die ſolenni. Ratio n. eſt, quia arbitrator non dicitur propriè iudex, nec iudi. iũ cenſet, nec per conſequens ſnĩa, vide Inn. in d. c. Quintauallis, de iurein. fo. vt ſupra. & vide in Auth. vt differ. iudic. §. ſi vero, col 9.

& in

& in Specu.in titu.de arbit. §.fi.ſed nunquid amicabilis. Bald. vide ſupra in verbo, Falſum, in 12.quæſt.

Sententia debet mandari executioni non obſtãte, quod aliquis dicat ſe habere ius in illa re, præſtita tamen cautione per illum cui illa res adiudicata eſt, ita no. Inn.in c.veniens, de teſtibus. fol. 105

Sententia poteſt ferri in cauſa matrimonij ſine ſcrip.ita no. Ian.in c. Albericus, de teſti.fol.109.nu.1.in alijs autem caſibus requiritur ſcriptura, & poteſt ferri ſine teſtibus, ſecundum Ian.ibidem. Sed arg.cõtra, in Auth.de here.& fal.§.ſi vero abſti.col.pen.Sol.dic, quod ibi loquitur in inuentario.Bal.

Sententia lata præſente parte & non contradicente, præſumitur pro ea, quod ſit lata ſolenniter & veritatem contineat, ita no. Inn.in c.quoniam contra falſam, de proba.fol.104.ad hoc facit l.1. C.de relatio.& l.cum oſtendimus.§ fi.de fideiuſ.tut.& l.fi.qñ appel.ſit Bal.vide gl.fi.in fi.in d.c quoniã contra falſam.

Sententia licet dicat qualiter lis ſit conteſt.& iuratum ſuit de calumnia, &c. vt ſolet apponi in ſententijs, non propter hoc creditur ſententia, niſi aliàs appareat per acta, ita no. Inn. in d.c.quoniam contra falſam. fol.eodem.

Sententia excommunicationis non præſumitur pro iudice, niſi prout in alijs ſententijs, ita no. Inn. in d.c.quoniam contra falſam. fol.eodem.

Sententia diffinitiua debet ferri ex perſonali citatione, idem in ſententia ex.õica tionis, quia requiritur monitio. Hoc verum, niſi reus malitiosè latitaret, quod præſumitur ex coniecturis, vt no.in l.Falcinius.ff.qui.ex cau.in poſ.ea. Vel ſi eſt abſens à loco debito reſidentia, puta ab eccleſia, vbi tenebatur reſidere, nã tunc ſufficit eum citari ibidem. Pręſumitur.n.ſe malitiosè abſentare cum teneatur ibi reſidere. hoc verũ agente eo cui eſt obligatus ad reſidentiam, puta agit eccleſia contra clericum, vel vxor contra maritum. ſecus ſi tertius ageret, quia quo ad eum nõ tenetur reſidere, vide iſtud no.per Inn.in c.ſi aduerſarius, de eo qui mit.in poſ.cau rei ſeruandæ.fol.100.nu.7.Bal.

Sententia etiam incerta non valet ſuper expen. ita no. Innocen.in c.fi. de dolo & contuma.fol.99.num.2.vide ſupra in verbo, Petitio, in 5.quæſt. & ſupra in verbo, Confeſſio, in 6.quæſt.

Sententia priuationis non eſt neceſſaria, quando quis renũciauit beneficio, quia ipſo iure eſt priuatus, & ideo ſine alia citatione poteſt ſtatim ab ordinario alteri conferri beneficium illud, & auferri ſibi poſſeſſio. Sed quando quis per delictum vel contumaciam eſt priuandus, tunc requiritur ſententia, & ea lata priuatus erit & non ante, ita no. Inn.in c.audita, de reſti.ſpol.fol.94.nu.4. Ad vltimũ dictum vide gl.quæ tenet contrarium in c.commiſſa, de elec. lib.6. in glo quid ſi, &c. Circa primum dictum vide in c. licet epiſcopus, de præb. lib.6. in nouella, & in c.tãn leges, de hæreti.& de offi.ord.in c.ordinarij, eo.lib.in nouella.

Sententia iudicis, qui bona fide eſt in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis valet. Vnde in iuriſdi.quæritur poſſeſſio ab ordinario quando ingreſſus eſt territorium, & ſubditi ſibi obediunt in præceptis, vnde magis ſignũ obedientiæ eſt facere, ſiue obedire, quàm pati, ita no. Inn.in c.in literis, de reſti ſpol.fo.94.nu.7.& 8. De hoc vide l.ſi vrbano.ff.de condi.indebi.& l.filiæ.ff.de ſolu.

Sententia fertur non ſolum ſuper eo, quod petitur, ſed etiam ſuper cauſis eius, ita no. Inn.in c.cum eccleſia, de cau.poſ.& proprie.fol. 91.nu.2.

Sententia non tenet quando non præceſſit legitima citatio, ita no. Inn. de procura. c.querelam.fol.70.nu.2.& vide ff.de re iudi.l.ſi cum nulla, & in l. vir bonus, ff.iudi.ſol.& in l.ſi pater.C.ne de ſta. defun.ſecus ſi eſt aliqua, & poteſt elidi, quia arctat niſi opponatur. Bal.vide ſupra in ver. Citatio, in penul.q.

Sententia vel proceſſus quando petitur annullari, imploratur officium iudicis, ita no. Inn.in c. ex inſinuatione, de procur.fol.70.idem ſi contrahẽtes, vt in c.conſtitutus, de in integ.reſti.& offi. iudi. largo modo dicitur act.o perſonalis, & non parit exceptionẽ rei iudi. niſi ex cauſa expreſſa in libello, ita no. Inn.in d.c.ex inſinuatione, vide per Bar.Bal.in l.quæ ſub conditione. §.fi.ff.de condi.inſti.

Sententia vniuerſalis mandatur executioni in rebus, quæ probantur tempore executionis, ita no. Inn de offi.ordi.c.conquerente.fol.65.facit l.facultas. C.de iure fiſ.lib.10.Bal.

Sententia lata ſuper iuriſdictione negatiuè non poteſt reuocari, etiam de voluntate partium prorogantium, ita no. Inn.in c.ſignificaſti, de offi deleg. fol.52

Sententia non meretur executionem, niſi conſtet de citatione vel præſentia partis tempore ſententiæ, ita no. Innoc.in c.cum in iure, de offi.deleg. fol. 59. num.3. idẽ tenet Gul. de Cun.in l.1.ff.de in ius voc.Bal. vide ibi Gul.& Bar.qui hoc limitant, niſi requiratur citatio in ſcriptis, & dic vt per Ioan.And.in c.vlt.de elec.lib.6.in nouella.

Sententia aliquem eſſe procuratorem, nec præſumit eſſe ſi negetur, ſm Ian.in c.cũ in iure, de offi.deleg.fol.eo. Non obſt l.optimam.C.de contrahen. & cõmit.ſtipu. quia ibi loquitur in contractibus, in quibus pars nunquam videtur confiteri id, quod eſt de ſubſtantio.Bal. vide ſupra in verbo, præſumptio, in pen.q.

Sententiæ latæ ſine ordine & cauſa non eſt parendum, ſecus eſt in præcep. quæ non pertinent ad forum cauſarum, ſed ad auctoritatem præcipientis, ita no. Inn.in c.ad aures, de temp.ordi.fol.43.nu.1.facit ff.de annuis leg.l.Quintus.§.Pompa.Bal.vide ſupra in ver.mandans, in 11.q.& ſupra hoc eodem ver.in 1.q.

Sententia in dicto tenet, licet in cauſa vel ratione non corrigatur, quia falſa, vel erronea, ita no. Innocen.in c.in præſentia, de renuncia. fol.40. arg.l.ſcio. ff.de appel.& l.Titionus.ff.quod cum eo.& l.Aemilius.ff.de mino. Nam quandoque remouetur ratio & non dictum, vt l.Papi.exuli.ff.de mino.& vide glo. in l.ſi is ad quem.ff.de acq.hære.Bal.

Sententia eſt nulla, ſi non vocati fuerunt quorum intererat, ita no. Inn. in c.dudũ, il 2.de elec.fol.35.& vide gl. in l.minor.ff.de minoribus.Bal.

Sententia in notorio fertur etiam non citata parte, ita no. Innoc. in c.quæ ſto, de tranſla.præla.fol.38.Vide gl.contrarium in c.ad noſtram, de iureiuran. de dinor.c.porro, & de purg.cano.c.cum dilecti.

Sententia lata contra minorem vel eccleſiam ex falſa vel obreptitia probatione ipſo iure eſt nulla, vt l.1.C.de ſen.aduer.fiſ.latis, lib. 11. Præſertim inter pupillum & tutorem, cum indefenſus ſit & ſolus ſit ex vna parte, & tutor ex altera.ff.de excu.tut.l.qui teſtamẽto, & ff.de min.l.verum. §.ex facto. Sed ſi eſt lata contra maiorem ex falſa cauſa tacita, vel expreſſa, valet, ſed datur reſtitutio.ff.ad Trebel.l.ſeruo inuito.§.cum prætor, & ff.de acq.hære. l.ſi is ad quem, per gl.& Dyn.per Inn.de renun.c.in præſentia.fol.40.Bal.

Sententia an mandetur execu.in præiudicium vnius non alterius, vide per Inno. in c.cum ſuper, de re iudi.fol.127.nu.2.

Sententia lata ſuper actione parit excep.rei iudicatæ ſuper eadem actione, & ſuper alia, quæ primo non poteſt cumulari, vt ff.de excep. l.fundi. idem in excep. vt c.cum dilecti, de electio.vt excludat ius excipiendi, ita no. Innocen. in c.2. de ordi.cogni.fol.90.& ipſe idem eodem titu.c.fi.& per Hoſtien. ibidem. Bal.

Sententia lata ſuper exceptione contra excipientem, ſi proceſſus fuerit ſummarius, non tollit ordinariam iuriſdictionem, ita no. Innoc. & Hoſtien. in d.c.2. & fi.de ordi.cogni.facit ff.de re iudica. l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. ſi vero proceſſus fuerit ordinarius, aut tendit ad eundem finem cum actione, & tollitur actio.ff.de compenſa.l.quod in diem.§.1. Aut ad aliud proſequendum, & tunc non tollitur. ff.de emptio l. venditor, quia ad aliam rem ageretur, ergo non obſt.exceptio, vt l.cum quæritur.ff.de excep.Inno.Bal. vide per Cyn. in l.peremptorias. C.ſen.reſcin.non poſ.& per Bald. in l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de verb.oblig.

Sententia lata ſuper exceptione iuriſd. per exceptionem non ſufficit ad agendum, nec accuſandum, nec eadem probationes valent, ſecundum Inno. in locis ſuperius alleg.niſi in adulterio, vt ff.de adul.l.2.§.ſi publico, & facit quod no.ff.de verb.oblig.l.qui Romę.§.fi. Ex hoc ego dico, quod ille, qui venit contra laudum excipiendo, non incidit in pœnam l.diſtinguemus.§.cum quidã.ff de arbi. non intelligitur propterea committere in pœnis, imo iterato poteſt probare ſuam exceptionem forte agendo, vt d.§.fi.Bal. Et vide omnino ſupra in ver. Citatio, in 44.q vbi habes vtrum ſententia lata a iudice coacto valeat necne, &c.

Sententia non debet retractari prætextu exceptionis de nouo repertæ, ita no. Inno.in c.dilectus, de reſcrip.fol.11.nu.3.

Sententia ſi contineat multa capitula, licitum eſt appellare in vno ſolo, ita no. Inno.in c.dilecto, de appel.fol. 138.nu.2.caſus eſt in c.Raynaldus, de teſtamentis, vide ſupra in ver.Libellus, in 5.q.

Sñia dat & aufert animum poſſidenti, quia dat animũ victori, & aufert victo, & hoc ſufficit in corporalib. ita no. Inn.in c.cum veniſſent, de in inte.reſti. fo.74

Sententia lata ſuper expen.licet ſit cõditionalis & incerta, valet, & iudex ſententiando poteſt ſibi reſeruare taxationẽ, ita no. Inn.de dolo & cõtu.c.fi. fo.98. nu.3.

Sententia poteſt retractari contrario iudicio, quando in eius tenore conſtet de eius iniuſtitia, idem ſi non fuit ordo ſeruatus, idem ſi aduerſarius eius, qui vicit, ſpõte eſt admiſſus coram Papa ad probationem iniquitatis, licet non fuerit appellatum, ita no. Inn.in c.cum Bertol.de re iudi.fol. 128.nu.4.

Sententia lata me ſciente cum certo perſona poſſidente rem meam, mihi præiudicat quantum ad poſſeſſionem, ſed non quantum ad proprietatem, ita no. Inn.in c.cum ſuper, de re iudi.fol.127.nu.9.

Sententia excõmunicationis non poteſt ſuſpendi, licet tempore inchoationis poſſit reuocari & prorogari, ita no. Inn.in c.inquiſitioni, de appel fol.140.& ibidem vide quando poſſit appellari, & quando non, à ſententia excommunicationis, & vide per eundem in c.ſi.de appel. fol.140

Sententia non ſolum ſuſpenditur per appel. ſed etiam per man. & prohibitionem in diem ſactam, vt ſi forte iudex prohibuit ingreſſum poſſeſſionis, vel ſuſpendit quem à beneficio, quia per appellationem, mandatum, & prohibitiones ſunt ſuſpenſa, ſecus eſt in ſententijs cenſuræ, & in ſententia interdicti vel excõmunicationis, quia appellatio eas non ſuſpendit, ita no. Innoc.in c.ad hoc, de appella. fol.131.nu.1. Et quid in ſuſpenſo à Pontificalibus, vide ibidem Ian. Et ideo ſi excõicatus appellauit à ſententia excõicationis lata in eum pendente app. eſt vitandus in iudicio, vt ipſe idem no.in c.ſæpe, eo.tit. Ratio autem ſumitur ex prædictis, quia ſñia excommunicationis propter appellationem non ſuſpenditur, facit c.ſolum, de ſen.excom.lib.6.

Sententia non eſt exequenda contra hæredem, niſi præmiſſa citatione, vt per Ian. in c.quia V.de iudi. fol.80

Sententia qualiter formatur, quando agitur ſecundum formam l. diffamari. C.de inge.manumiſ.vide per Inn.in c.dilecto, de præben.fol.143.nu.5.

Sententia diffinitiua an debeat ferri contra diffamantẽ, an faciat ſibi imponi ſilentiũ ſuper diffamatione ſolum? Dic quod ſi clarè fuit probatum de iure diffamati, ferri debet diffinitiua, ita no. Inn.in c.cauſã quæ, qui fil ſiat legi. fo.197

Sententia excommunicationis habet duos effectus, quia expellit, & in expulſione detinet. E contro operatur abſolutio, ita no. Inn.in c.officij, de ſententia excommunicationis.fol.129.

Sententia qualiter formari debet in danda reſti.in integ.contra contractum, vide per Abb.in c.ad noſtram, de rebus eccle.non alien.

Sententia lata in abſentem cauſa abſentiæ probata retractatur, ita no. Abbas in c.cum Bertol.de re iud. Aduerte, quia abſentia alia eſt neceſſaria & iuſta, & fauorabilis, vt cauſa reip. & teſtimonij. Alia neceſſaria & odioſa, & eſt abſentia banniti.ff.de min.l.Papi.exuli, & vide quod no ff.ex qui.cau.in poſ.ea. l.ad cognitionẽ, in gl.ordi. Alia voluntaria & fauorabilis. De hac dic, vt l.nemo.ff.ex qui.cau.ma. Alia voluntaria ſimplex, i.nec fauorabilis, nec odioſa, vt cauſa rei familiaris, mercantiæ, & ſolatij. De hoc dic, vt in l.ſi.de in integ.reſt. Omnis ergo abſentia aut eſt neceſſaria, aut voluntaria. Neceſſaria eſt duplex,

quædam priuilegiata & amica legis, quædam deteſtabilis & odioſa. voluntaria eſt triplex, quædam habens prorogatiuam, vt cauſa ſtudiorum, quia reipu. intereſt, quædam odibilis & contra. quædam neutra, puta quandam artem mecanicam, vt mercantiæ & ſimilem artem, vel cauſam, no. iſta Bal. Inn. hoc dicit in c. querelam, extra de procur. fol. 70

Sententia præiudicat tertio, qui habuit ius ſe opponendi, & paſſus eſt de ſuo iure diſputari, quia potuit prohibere ne ſibi fieret præiudicium ſe opponẽdo, & quia non fecit, videtur conſenſiſſe, niſi appellet, ita no. Inn. & Abb. in c. quamuis, de re iudi. fol. 129. & vide ff. ſolu. matri. in l. 2. §. voluntatem, per Iac. de Are. & Dyn. extra na. quod illa regula, Res inter alios acta, &c. fallit in primo decre. quia omnibus prodeſt, qui ſunt paris rationis & conditionis, & vno admiſſo omnibus alijs eſt parata via. C. de bon. auct. iudi. poſ. l. fi. & ff. commodati. l. vnus. nam miſſio eſt ex edicto prætoris, & prætor omnibus ſuum edictũ aperit, adeo quod licet miſſus renunciauerit miſſioni, hoc non nocet alijs, quibus erat via aperta ff. de contrah. l. ſi poſt mortẽ. Non obſt. ff. de mino. l. ſi iudex, quia hic erant priuilegia paria, ibi autem priuilegium minoris erat maius, plus quam maiorum, & erant correlatiua, & deſtructo antecedente deſtruitur & conſequens. Sed in caſu noſtro vnum non dependet ab alio, niſi quo ad originẽ, non quo ad productionem in eſſe. Item eſt & alia ratio illarum legum, nam cum creditor mittitur in poſ. omnium bonorum, omnibus debet prodeſſe miſſio, non autem præiudicare, igitur nec inducere ius prioritatis, quia non debet intentio iudicis præiudicare alijs non citatis. Hodie vero non fit, niſi pro menſura debiti declarati, & ſic eſt coarctata ad vnum ſolum debitum, ergo alijs non prodeſt, vt in c. quoniam frequenter, §. vt lite no conteſt. quod verum eſt, ſi ſunt omnia bona vnde poſſit alijs ſatisfieri, alias bene prodeſt, vt no. in d. l. aũ vnus. hoc verum quo ad pignus percipiendum, ſed quo ad veniendum ad ſecundum decre. ſine alio primo decre. ſemper prodeſt, quia ordo ſeruatur, vt is legis eſt in d. l. cum vnus ſecundum Iaco. But. quod eſt no. Bal. Sed an eſt idem in captura perſonæ debitoris, ſicut rerum, videlicet, quod captus ad petitionem vnius creditoris fingatur captus ad petitio. omnium. Certè hoc nulla lege cauetur, quod ex eadem captura omnibus ius quæratur. Sed bene credo, quod per nouum proceſſum poſſit bene recommendari in carcere. Si autem prima captura pronuncietur nulla, recommendatio quæ in ea fiet, euaneſcit, vt in d. l. cum vnus, ſecundum Bart. qui hoc diſputauit. Sed quid in ſecundo decre. an omnibus prodeſt? dico, quod non, quia habet vim diffinitionis. Et iſtud ſecundum decre. poteſt dupliciter interponi, ſcilicet per miſſionem & per adiudica. in ſolutum, vt in l. ardo. C. de excep. rei iudi. Si fiet venditio, debet ſatisfieri emptori, & ſuperfluum ſi quod eſt, diſtribuatur alijs, vt d. l. fi. §. ſi autẽ, vbi no. quod licet venditio debeat fieri pro menſura debiti, tamen non eſt venditio nulla, licet excedatur modus. & ad idem facit quod no. C. quo appella. non reci. in c. ab executione, vbi glo. dicit, quod debet appellari. Non tamen quod illud plus debet poni in ſequeſtro reddendo cui iudex mandabit. Et quod in iſta venditione quæ fit iure creditorum, alias venditoris debet interuenire ſcriptura, & debet fieri apud acta cum iuramento, vt d. l. fi. Adde etiam quod expenſæ quę veniunt reficiendæ ratione primi decre. probantur per iuramentũ, vt d. l. fi. §. 1. quæ omnia tene menti. Bald.

Senex quando dicatur quis, ita quod eius teſtimonium recipiatur ante li. conteſt. relinquitur arbitrio iudicis, ita no. Innoc. in c. quoniam, vt lite non conteſta. fol. 86. num. 2.

Sigillum, quando ſit credendum ſigillo, vide per Inn. in c. 1. de fide inſtru. fo. 112. nu. 2. & per Bar. in l. Lucius. ff. de fide inſtrum. Bal.

Sigillorum, de materia & auctoritate ſigilli, vide plenè per Innoc. in c. 2. de fide inſtrum. fol. 113. in ver. Sigillum, & ſupra in ver. Citatio, in 4. q. vide ſupra in verbo. Credulitas, in 4. q.

Sigillum appellat ius canonicum, ſed ius ciuile appellat annulum, ita no. Innoc. in d. c. 2. de fide inſtrum. fol. eodem. ſuper d. verbo, Sigillum, circa medium, dum dicit, item no. quod ius ciuile appellat, &c. Et ſic quotieſcunque fit mentio in iure de annulo, vult loqui de ſigillo. item ſcias quod ſigillum aliud auctoritatis, vt ſigillum Papæ, Epiſcoporum, & dominorum temporalium. Aliud ſolennitatis, vt ſigillum teſtium in teſtamentis. Aliud teſtimoniale, vt l. ſi quã per calũniam. C. de epiſco. & cleri. Aliud ratihabitionis, vt l. 2. C. de reb. alie. non alie. non tamen dicitur ſigillaſſe ille, qui errauit C. plus valere quod agitur. l. fi. ita no. Inn. in d. c. 2. quod no. Bal.

Sigillum quid importet, & quid cedula vacua ſigillata, vide per Innocen. in d. c. 2. fol. eodem.

Sigillare poteſt quis cedulam, licet non legerit eam, ita no. Inn. in c. quanto, de his quæ fiunt à præla. fol. 157. quod tene menti. Bal. Sed contra videtur d. tex. gl. in d. c. 2. in gl. ſuper ver. Sigillum, &c. vbi dicitur quod non dicitur ſigillaſſe ille, qui non audiuit, nec vidit, nec ſubſcripſiſſe videtur ille qui errauit.

Simonia, vide ſupra in verbo, Ius, in 1. q. & ſupra in ver. Preces, in 1. q. & ſupra in verbo, Soluere, in 3. q.

Syndicus creatus à conuentu non indiget confirmatione epiſcopi, vel alterius ſuperioris, ita no. Inn. de iur. calum. in c. cum cauſam, & c. Imperatores. fol. 88. Credo hoc eſſe verum, quando conuentus habet bona diſtincta à prælato, quia tunc poteſt, nam tunc habet propriam adminiſtrationẽ, alias ſecus, vt no. Inn. in c. edoceri, de reſcrip. fol. 9. Sed in ſyndico vniuerſitatis creato, an requiratur confirmatio vel auctoritas ſuperioris, gl. in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuer. nomine, dicit quod ſic. Guil. de Cun. tenet contrarium, ſi factus fuerit ad agendũ. nam quædam vniuerſitates non habent iudices vt villæ, & tamen faciunt ſyndicum. Sed ſi vniuerſitas vellet alienare, tunc in confirmatione ſyndici requiritur decretum, vt l. fi. de rei vend. vnde dicit ibi Ian. non facio vim in nomine, ſed in perſona, & qualitate conſtituentium, & modo ipſius conſtituentis, quia ſi dico, facio Titium actorem vel ſyndicum meũ, erit procurator, & non actor, vel ſyndicus, nec propter hoc vitiatur procuratorium, arg. ff. de condi. & demon. l. putet Seuerinam. §. conditionum verba: non. n. omnes homines vti ſciũt proprijs ſermonibus. l. quot. C. fami. erciſ. Et eſt no. quod epiſ & alij prælati faciũt procuratorem ad eorum lites proprio ſumpto vocabulo, quia præſumuntur domini in agendo. Et ciuitas facit etiam procuratorem in ſuis rebus proprijs ſumpto proprio vocabulo procuratoris, quod cum eſt, non requiritur decretum in vera conſtitutione procura. ita no. Inn. in d. c. cum cauſam, de iura. calum. fol. 88. quod tene menti. Bal.

Syndicus conſtitutus à capitulo cum voluntate prælati, an videatur cõſtitutus ab vtroq; ſ. prælato & capitulo, vide per Inn. in c. 1. ne ſede vac. fol. 156. qui ſentit quod ſic, arg. ff. de procur. l. ſi filius. §. ſed & filia, arg. contra. ff. de ma. vind. l. ſi pater, in fi. & econtra, certum eſt quod valet, per d. §. ſed & filia. Bal.

Silentium nunquam imponitur ſilenti ſed vexanti, hinc eſt quod ſi habeo debitorem, & nihil ei dico, non poteſt petere, vt mihi ſilentium imponatur, nec poteſt petere, quod mihi terminus aſſignetur ad probandũ vel ad agendum, vt l. 1. C. vt nemo inuitus agere vel accuſ. cog. Sed ſi infamo delatorem ſi quidem de ſtatu, ipſe poteſt petere & implorare officium iudicis loco defenſionis, & loco deficientis actionis, ſecundum l. diffamari. C. de inge. manu. quia diffamatio affert periculum diffamato, cũ hoc ipſo diffamans ſe gerat pro domino. Si vero diffamo de crimine, & tunc aut in iudicio aliquem diffamo, & debet mihi terminus aſſignari ad agendum. ff. de act. l. cum Titia, & l. ſi eis. C. qui accuſ. non poſ. & c. licet, de accuſ. & ff. de ſal. l. athletas. Aut extra iudicium, & non in faciem iudicis, & tunc iſtud officium iudicis mercenarium non pertinet ad iudicẽ. Sed ego infamans teneor actione iniuriarum, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quod in cętu, & tunc priuatum eſt iudicium iniuriarum, niſi in famoſo libello. ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. § fi. Nulla tamen lege cauetur, quod hæc ſit ſententia falſi, imo ne. l. tenuit. ff. ad Trebel. l. quæſitum. Quandoq; tamen ex verbis diffamatoris oritur controuerſia poſſeſſionis, & tunc agi pōt. ff. de lib. legat. l. Aurelius. §. certum, in gl. Dic ergo, quandoq; reus iure ordinario non poteſt producere teſtes cum petit eos recipi & publicari ad æternam rei memoriam, & dicitur quis reus ratione obligationis. item ratione poſſeſſionis, nam poſſeſſio facit quem reum. ff. de iud. l. non alias. §. 1. C. de alie. iud. mu. cau. fac. l. 1. ff de na. ope. nun. l. ſi prius. Et dicit Io. quod teſtes publicati pro eo ad æternam rei memoriam non valent. Et idem ſi agit, quod recepti ſunt ad finem defenſionis, non ad finem agendi. Sed certè finis eſt diuiſibilis in agendo, & defendendo, & ideo non valent pariter in vtroq;. ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. Saluo tamen iure opponendi in perſonas & dicta, cum extra ordinem ſint recepta C. de teſti. l. fi. Et no. iuſtum. quod interdũ recipi petit teſtes is, qui non habet actionem nec habere ſperatur, & tunc teſtes publicantur ut hic, & ff. de teſti. l. curabit. C. de uſur. pupil. l. fi. interdum quis non habet actionem, ſed haberi ſperatur, & tunc loquitur ff. ad l. Aquil. l. in lege. Sed ibi ſpeciale, quia duo concurrebant, uidelicet odium delinquentis & timor interitus probationis. Interdũ habet actionem, & eſt timor ne pereat ex dilatione legali, & tunc loquitur ff. ad carbon. l. 3. §. duæ cauſæ. Interdum habet cum præſentis exercitio, tum teſtes ſunt, propter quod poſſent recipi, & tunc examinantur, & non publicant, ſcilicet tunc, ſed poſtea ſuo tempore, infra annum tamen, ut in c. quoniam frequenter, ut lite non conteſta. niſi partes uelint ſtatim publicari, & tamen publicatio teſtium non erit actio, ut no ff. de iniurijs. l. ſed & ſi unus, §. penult. Et an requiratur citatio perſonalis, quando teſtes extra ordinem recipiantur, no. Inn. in c. ſignificauit de teſti. fo. 109. ubi prædicta omnia dicit in ſubſtantia, & ibi uide, facit ad ultimum ff. de incend. rui. nau. l. Pretius, & l. ne quid. non tamen citatus eſt ſemper admittendus ad contradicendum, ut no. ff. de bo. poſſ. l. 3. §. pen. & addo quod no. per Dy. in l. 4. de dam. infec. & per Io. And. in c. præſumitur ignorantia, de reg. iur. in 6. in mercurialibus. Bal. uide quod no. gl. in l. geſta. ff. de re iud. quod in apertura & in atteſtationum publicatione nõ eſt neceſſaria citatio partis. Alij dicunt contra, Bar. alleg. illam gl. ſed non loquitur de citatione, ſed de præſentia tantum. Adde etiam quod atteſtationes non publicatæ non faciunt fidem in alio iudicio, quia illa acta demum faciunt fidem in alio iudicio, quæ tranſlata ſunt in publica monumenta, ut d. l. geſta, de re iudi. & no. in l. 3. ff. quæ in fraud. credi. ſecundum Ricar. Malumbrã, & alios, & tene bene omnia iſta mẽti. Bal. Et uide ſupra in uerbo, Appellatio, in 21. q. & ſupra in uerbo, Sententia, in 74. q.

Silentium habetur pro conſenſu in temporali conceſſione, quam facit prælatus, ita no. Abbas in c. continebatur, de his quæ fiunt à prælato. circa quod dic, aut prælatus facit aliquid tenendo, aut concedendo. Primo caſu, aut ſuis proprijs, & ſolus poteſt, ut in c. edoceri, de reſcrip. Aut communibus, & non poteſt ſolus, ſed capitulum debet ſibi conſentire, quod facit eo ipſo, quod ſcit & non contradicit, nam prælatus aſſimilatur patri, & capitulum aſſimilatur filijs. ff ſolu. matri. l. ſi cum dotem, & l. 2. §. uoluntatem, & ff de procura. l. ſi filiusfami. § ſed & ſi filia. Niſi prælatus ad turpem cauſam uteretur, quia tunc taciturnitas capituli habetur pro contradictione. ff ſolu. matri. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. nam præſumptiones legis de conſenſu loquentis ad licita & honeſta aptanda ſunt, non ad illicita, arg. ff. de fur tit. l. qui uas. §. neuiuc, & facit ff quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ honoranda, in fi. Aut prælatus utitur rebus uel iuribus proprijs capituli, capitulo tacente, & tunc uidetur quod non ualeat, quod ipſe facit, quia immittit falcem in alienam meſſem, & capitulum ſcit ius ſuum ubiq; durare. ff. quib. mo. pig. uel hypo. ſolu. l. ſicut. §. non uidetur. niſi capitulum ſe ſubſcriberet, uel conſentiret expreſſè, ut d. l. ſicut. §. uenditionis, & ff de pigno. l. fideiuſſor. §. paterc. alias apponeret ſigillum, C. de rebus alis.

alie non alien.l.2.cum ſimilib. Et hac vera quando prælatus facit acta nomine ſuo, ſecus ſi vt procur. capitali, quia tunc taciturnitas habetur pro mãdato, vt no. per Ian. in c. edocent, de reſcrip. fo.9. & probatur in l. ſemper. §. qui non prohibet. ff. de reg. in. Si vero prælatus facit aliquid concedendo, & tunc aut in illa conceſſione requiritur certa forma, & non ſufficit taciturnitas, vt in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. Aut ſufficit nuda voluntas, & tunc ſufficit ſciuiſſe, vt d. c. continebatur, quæ omnia ſunt menti tenenda. Bal.

Scrutinium, vide ſupra in verbo, perſona, in 1.q.

Specificatio, vide ſupra in verbo, Citatio, in 22.q.

Scientia præſumitur poſt duos menſes à die publicationis, vt bonus vir arbitrabitur, ita no. Inn. in c.2. de conſti. fol. 1. & l. fi. ff. de decre. ab ordi. fac. Bal.

Scientia Cancellarij habetur pro ſcientia Papæ, ita no. Innoc. in c. cum dilecta, de reſcrip. fol. 9. nu. 3.

Scire nullus tenetur, ſed credere & opinari. Ian. de ren. c. niſi cum pridem fo. 40.

Scientiam probare debet, qui allegat ſcire. Innocen. de filijs presbyte. c. conſtitutus. fol. 47.

Scientia præiudicat perſonæ tranſuerſali in ſuis caſibus, licet citatio non interuenerit, vide Inn. in c. quamuis, de re iudi. fol. 129 nu. 4. Et ſic no. caſus in quib. ſufficit ſola ſciẽtia ſine aliqua denun. et vide C. ſi vnus ex plu. appel. l. 1. Sed ſpeciale eſt in cauſa appellationis, quia ſententia eſt indiuidua, & ibi vide Cy. Bal.

Schiſma eſt triplex, vt per Inn. in c. 1. extra de ſchiſmaticis. fol. 209. nu. 1.

Spoliatus proprio patrimonio conueniri poteſt ſuper beneficia & rebus eccleſiæ, ita no. Innoc. in c. ex parte, il 2. de reſcrip. fol. 5. nu. 4. & vide ſupra in verbo, Notorium, in 3.q.

de Spoliatione iurium incorporalium, vide plures quæſtiones, quas ponit Hoſt. in c. querelam, de elec. & ibi omnino vide per eum. Bal.

Spiritualia poſſunt deponi, ita no. Inn. in c. examinata, de iudicijs. fol. 81. nu. 1.

Spiritualia & omnia incorporalia quæruntur ſine poſſeſſione, de conceſ. præben. c. cum noſtris, ita no. Inn. in c. bona, de poſtu. præla. fol. 17

Sponſalia contrahuntur quatuor modis quos ponit Innoc. in c. 1. de ſpon. duorum. fol. 193. nu. 1. & vide ſupra in ver. Adulterium, in 1.q. ibi, cum ſponſa. &c.

Sponſam de futuro non tenetur quis ducere interueniente fornicatione, ſecus in vxore, ita no. Ian. in c. quemadmodum, extra de iureiu. fol. 118. nu. 3.

Sponſalia an quis cogatur complere, vide plenè per Abbatem in c. illis, de deſpon. impube. & vide gl. in c. literis, de ſponſa.

Statutum non valet quando verba ipſius à domino tantum in ſubditos diriguntur, ſecus ſi ad vniuerſos. Item non valet ſententia de futuro quo ad dominum in ſubditos, quia iuriſdictio debet præcedere promulgationem, quæ non præcedit, nam ex facto ante factum non oritur iuriſdictio in eos qui foris ſunt, ita no. Inno. in c. à nobis, de ſen. excom. fol. 126. in ſubditis añs poteſt fieri lex, & contra tertiam perſonã ex cauſa, vt no. ff. de capi. dimi. l. amiſſione. §. qui deficiũt. Sed ſine cauſa non, nam ſi ex tali lege ageretur obſtat exceptio doli, nam dolus ẽt in legibus committitur, vt l. 1. in fi. ff. de exce. doli. vbi aũt in ſtatuto ponitur ſignũ vniuerſale, vt oẽs, quilibet, & quicunq;, vt no. ff. de reg. iu. l. 1. Si aũt fiet hoc in fraudem, quia caſus non põt, niſi ad vnam perſonã accõmodari, illa perſona dicitur nominata, nã in ea et cæteros fiet exhæredatio. ff. de lib. & poſth. l. Titius, & ideo pro ſingulari ſermone habendũ eſt, quod ad vnam ſolũ cõcluditur, arg. l. ſi optio. ff. de op. leg. Plerunq; tñ expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocent, vt in regula iuris, quædã quæ ex formali expreſſione vitium ſumunt, vt l. actus, de reg. iu. tene menti, & vide infra in ver. vniuerſitas, in 1.2. & 3.q.

Statuta collegij valent inter illos de collegio, li et non ſint aliter approbata per ſuperiorem, non tamen ligant ſuperiores ab obſeruandã iſta ſtatuta, vt no. in l. 2. C. de conſti. pecu. Doct. dicunt, quod Poteſtas tenetur ſeruare inter mercatores ſta. mercatorum, ſic de alijs, vt in Auth. de reſti. fideicommiſſi. §. argentarijs. Et hoc ſi verba ſtatuti diriguntur in ipſos mercatores, nã quia lex confirmat iſta ſta. ergo Poteſtas debet ipſum ſeruare. Si autem verba ſtatuti dirigantur in ipſum iudicem, non poſſunt imponere legem ſuperiori, vt ff. de arbi. l. nam magiſtratus, & hoc quantum ad ſubſtantiam diffinitiuæ cauſæ. Sed quantum ad modum & ordinem proceſſus quilibet iudex ſeruat ſtatuta ſua, non alterius iudicis. ff. de teſti. l. 3. in fi. C. quemadmodum teſta. aperian. l. 2. & C. quæ ſit long. conſue. l. 2. per Cyn. Bal. vide ſupra in verbo, renuncians, in 5.q.

Statutum non poteſt tollere alicui ius ſuum quæſitum, niſi ex cauſa iuſta rationabili. Sed ſuum auxiliũ vel iuris titulo, vt actionem põt tollere, ſed nõ funditus impedire, quia officiũ iudicis imploretur, quia ẽt Princeps non põt tollere, nec auferre implorationem nec defenſionem, cũ ſit de iure naturali, ita no. Innoc. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. fol. 2. nu. 2. quod no. item ſcias, quod ex cauſa iuſta poteſt fieri ſtatutum etiam contra ſingularem perſonam, vt no. gl. in l. amiſſione. §. 1. ff. de capi. dimi. Bal. vide ſupra in ver. clauſula, in 2.q.

Statutum laicorum ſuper rebus eccleſiæ valet, ſi Papa illud confirmat, alias non, ita no. Inn. in c. 1. de tranſa. fol. 68

Statutum, priuilegium, vel conſuetudo, an quodlibet iſtorum tollatur per vnum actum contrarium, vide per Inn. in c. accedẽtibus, de priuil. Et dic, quod ſi quis offendat ſtatutum vel conſuetudinẽ, et eſt talis, qui poteſt eam tollere, videtur eam tollere, ſed in priuilegio non eſt ita, quia non perdit ipſum, niſi quo ad illũ qui facit. In contrarium, quia priuilegium eſt tantum indultum ſuo fauore, & ideo neminem, niſi ſeipſum lædit, & quilibet rei ſuæ eſt diſpoſitor & arbiter, & variare poteſt, quia nec legem nec hominem offendit, arg. ff. de act. emp. l. ſi ſterilis. § fi. Na priuilegia potius ſunt facultatis, quàm neceſſitatis, & vti & non vti eſt in libera poteſtate priuilegiati, arg. ff. de mino. l. ſi iudex. Leges. n. non debẽt poni in aliquius libera poteſtate, et ideo qui legem offendit fruſtra eius auxiliũ inuocat, vt ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. nec debẽs leges ludificari, vt no. ff. de adop. in l. ſi adoptio. §. cum. Nec etiam homo, vt ff. quib. mo. pig. vel hypo. ſolu. l. ſicut. §. illud: indignatur. n. lex vacillationi quæſtionis ſubeſſe cum conſtans eſſe debeat, vt ff. de iuſti. & iu. l. iuſtitia, facit quod no. ff. de procu. l. in cauſa. & erubeſcenda eſt varietas, vt C. de modo mul. in l. eos, vel dic melius, ſecundum Innoc. Aut loquimur in priuilegio, & tunc cum aliud ſit omittere, aliud ſit remittere, vel renunciare, licet quis omittat in vno caſu, in alijs vti poterit. C. de excuſa. tut. l. voluntate, niſi alij caſus naſcantur de eodem facto, in quo adhibuit conſenſum puta ex eodem teſtamento. C. ad leg. Fal. auth. ſed. cum teſtator, vel niſi ex lapſo temporis inducatur præſumptio generalis renunciationis priuilegij, arg. ff. de vſu. l. qui ſemiſſem. Sed dominij renunciatio nunquam præſumitur ex lapſu temporis, ſecundum Ian. quod eſt no. De hoc no. C. communi diuidun. in l. pen. De poſſeſſione no. ff. de reg. iu. l. 3. per Dyn. ſi tamen non occurrit caſus, in quo priuilegij vtendi facultas ſe non obtulerit, ex ſolo tractu tẽporis nihil præſumitur remitti, vt C. de decurio. l. in ſimul, lib. 10. ibi, dum dicit, ſi neceſſitas non exigit, patria non remittit, qui tex. eſt ad hoc no. valde. Aut loquimur in ſtatutis vel conſuetudine. Et tunc aut vtens contradictiones habet, quod eſſe poteſt, nam ſi totum capitulum faceret contra bona & vtilia ſtatuta eccleſiæ confirmata à ſuperiore vel contra bonas conſuetudines in vtilitatem monaſterij introductas, quæ ſtatuta confirmantur ipſa firmitate inueterati vſus, per l. de quibus. ff. de legibus, vnus etiam de capitulo poteſt contradicere, & ſi nemo contradicat ſuperior ex ſuo officio contradicit, nec tollitur id, quod eſt pro bono eccleſiæ introductũ, ex defectu poteſtatis cauſa deficientis habet procedere inducere & tollere. ff de legib. l. de quibus. §. fi. Aut conſuetudo vel ſtatutum eſt magis in fauorem perſonarum, quàm in fauorem realem ipſius eccleſiæ, & tunc per vnicum actum directo contrariũ frangitur ſtatutum, non tamen ſi frangitur numerus canonicorum, rumpitur propterea numerus præbendarum, vt no. Innoc. in c. pro illorum, de præben. fol. 148. nam non vĩ vnum ſtatutum, ſed plura capitula. ff. de inia. l. etiam. §. 1. Et ideo rupto vno ſtatuto non rumpitur aliud diuerſum ab illo ẽt procedente per eandẽ rationẽ, vt no. C. de ſacroſan. eccl. auth. quas actiones, arg. contra, C. de indi. uidui. tollen. l. fi. Sed ibi eſt pluralitas plurium perſonarum & vna lege concluſarum, & tene menti iſta. Bal. uide ſupra in uer. Ciuitas, in 1.q.

Statutum uel conſuetudo non ualet in præiudicium tertij, maximè ſuperioris, ita dicit Abb. in c. ueniens, de teſtib. &c. uide ſupra in uer. Sacerdos, in 6.q.

Statutum dicit, quod filius non poſſit ſe obligare ſine expreſſa licentia patris, modo in eodem inſtro filius, & pater ſe principaliter obligãt, uel unus pro alio fideiubet, nec dicitur quod pater dederit licentiam filio, an ſufficiat? quidã dicũt, quod non, quia eſt tacita licentia non expreſſa: uerum eſt. n. quod pater uĩ conſentire. ff. qui. mo. pig. uel hypo. contra. l. ſi gratuito. §. fi. & ff. qui. mo. pig. uel hypo. ſolu. l. Titius Sempronio, in prin. nam & duo rei uidentur inuicem fideiubere, ut l. uir uxori. §. fi. ff. ad Vellei. & arg. quod ſufficit ff. de procu. l. filius. §. ſed & filia. Et ſi dicatur quod non eſt expreſſa licentia, dico quod ſatis eſt expreſſa reb. ipſis & factis, arg. ff. de legi. l. de quib. & neceſſario ſequitur ex uerbis, & ex tenore uerbarũ apertè colligitur, arg. ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. 1. Nam & rationi ſtatuti ſatisfactum uidetur, ergo & ipſi ſta. ff. de ritu nup. l. libertus. §. ſenatus. C. de iudi. l. fi. & de condi. & demon. l. cum tale. §. pen. in gl. Spec. in tit. de actore.

Statuto cauetur quod contra laudum nihil poſſit obijci, an poterit peti reductio? Dica quod non, arg. ff. de aleato. l. penul. §. quod autem. idem ſi dicat, quod non poſſit excipi, nam cum deneg atur exceptio, & actio denegatur, per quam peruenitur ad excipiendum, ut C. de tranſac. l. nec intentio. ff. ſolu. matri. l. cum mulier, & no. ff. de mino. l. in cauſa, il 1. per glo. & Cyn. in addi. Nam nec minor hoc caſu poſſet aduerſus laudum reſtitui in integrum, ſecundum Cyn. ibidẽ, quod eſt no. dignum. Si autem dicit, quod non poſſit agi, uidetur quod poſſit excipi, quia qui excipit propriè loquendo non agit, ut per Inn. in c. 2. de cau. poſ. & proprie. fol. 91. iſta ponit Spec. in tit. de arbit.

Stipulatio, uide ſupra in uerbo, Sacerdos, in 1.q.

Socius ſocij criminis tam ad teſtimonium, quàm ad præſumptionem non admittitur, ita no. Ian. in c. 1. de teſtib. fol. 105. uide infra in uer. Teſtis, in 27.q.

Socius debet participare cum laboribus, damnis, & caſib. aduerſis alteri conſocio aduenientibus, ita no. Inn. in c. ſicut, de iureiur. fol. 117

Socius poteſt eſſe procurator ſocij criminoſi, ita no. Innocen. in c. licet, de accuſationibus. fol. 201.

Socius de ſocietate mercatoris, uide Bar. in l. penul. ad fi. ff. de ſt. pu. ſeruo.

Soluere poteſt debitor etiam poſt terminum ſibi aſſignatum lapſum, ſed citatus ad certum terminum poſt terminum comparere non poteſt ſicut tenetur, quia non dicitur quis legitimè cõparere, qui non cõparet in termino, ita no. Ian. in c. cum dilec. de dolo & contu. fol. 99. & uide gl. no. in c. quamuis, de appel. in clem.

Solutio una utriq; parti inducit præſump. ita no. Inn. in c. olim, de cenſib. fo. 184.

Soluere notario pro ſcriptura, quam fecit, non eſt ſimonia, ita no. Innocen. in c. 1. de ſimonia. fol. 205.

Solennitas conſilij ordinis uel auctoritatis, ubi requiritur in aliquo actu factum non poteſt alteri ratificari, quia deficit forma. ff. de ſeruis expor. l. unicã. ſecus eſt, ſi non eſt de forma. C. de precibus impe. offe. l. uniuerſa, & ſecus eſt, ſi eſt ſimplex conſeaſus, ita no. Innoc. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. uide ſupra in uerbo, Renuncians, in 6.q.

Solennitates quæ debent interuenire in inſtrumento, poſſunt per conſuetudinem aboleri, ita no. Inno. in c. 1. de fide inſtrum. fol. 112. ergo per conſuetudinem detrahitur iſtis ſolennitatibus. quod eſt no. Bal.

Subditi ciuitatis uel eccleſiæ nõ tenent obedire uiolento inuaſori, imo propria auctoritate et reſiſtere põt, ita no. Inn. in c. in literis, de reſti. ſpol. fo. 94. nu. 3. &

vide ſupra in verbo, Archiepiſcopus, in 1. quæſt.

Submittere, vide ſupra in verbo, Appellatio, in 42. q.

Supplicatio quid ſit, quid precum porrectio, quid petitio veniæ ad corrigendum quod malè actum eſt, & quomodo fiat, vide de omnibus iſtis per Inno. in c. auditis, de in integ. reſtitu. fol. 75

Subſtitutio facta filio ſi deceſſerit ſine liberis ex ſe legitimè procreatis, non excluditur per ingreſſum religionis, ita no. Abbas in c. Raynutius, de teſtamentis, quia in incertis non certis locus eſt coniecturis. Sed ſi ſimpliciter dixit ſine filiis, niſi ingrediantur ordinem minorum, quorum ordo in capiendo non habetur loco filii. Et ideo ordo fratrum minorum non excludit ſubſtitutum, imo facta profeſſione ſtatim admittitur ſubſtitutus, quia expectare mortem naturalem ſuperuacuum eſt, vnde non expectatur, quia non expedit. ff. de ſtatu libe. l. Areſbuſa, in ratione ſui. Alij dicunt quod idem eſt dicere ſimpliciter ſine filiis, & dicere ſine filiis ex ſuo corpore procreatis, vt no. Dy. ff. de leg. 2. l. ſi ita quis. §. ſi is cui. Sed vide Cyn. in auth. contra rogati. C. ad Trebel. ſed præcedeat opinio in vſu ſeruatur.

Succeſſores an teneantur de facto prædeceſſorum, vide per Innocen. in c. cum ſecundum de præben fol. 147. nu. 13. vide ſupra in verbo, Dignitas, in 1. q. & in verbo, Capitulum, in 4. q.

Succeſſor tenetur ſoluere debita prædeceſſoris, ſi debitum fuit contractum in vtilitatem eccleſiæ, ita no. Abbas in c. 1. de ſolu.

Surdus, vide omnino infra in verbo, teſtamentum, in 43. q.

Suſpenſus à Pontificalibus vel ab ingreſſu eccleſiæ an ſit irregularis, vide Innoc. in c. cum medicinalis, de ſen. excommu. fol. 231. num. 3. Et dic quod non, nec excommunicatus minori, ſecundum eum, vide ſupra in verbo, excommunicatus, in 4. q. De ſuſpenſo ab ingreſſu eccleſiæ non eſt verum, quod dicit Innoc. vt patet in c. is cui. de ſen. excom. lib. 6.

Suſpenſus non poteſt conferre præbendas, nec exercere ſpiritualia, ita no. Innoc. in c. tanta, de exceſ. præla. fol. 217. num. 5. vide ſupra in ver. Sententia, in 70. q. idem tenet in c. quia diuerſitati, de conceſ. præben.

Suſpenſus à iudice donec eum pœniteat, aliàs ſatiſfaciat, magis ſuſpenſus eſſe videtur à Deo, quàm ab homine quia homo exprimit, quod tacitè ineſt per legem, & ideo interim celebrans non eſt irregularis, quod no. ita no. Innocen. in c. propoſuit, de cleri. excommunica. mini. fol. 215. vide ſupra in verbo, Appellatio, in 43. quæſt.

Suſpenſi celebrantes quales ſunt irregulares, & quales ſunt excommunicati celebrantes, vide ibidem per Inno.

Suſpenſus à beneficio quanto tempore duret ſuſpenſio, vide per Inno. in c. cum bona, de æta. & quali. fol. 45

Suſpenſo interdicto non poteſt appellari, quia viget quo ad eſſe, non qua ad executionem, ita no. Inno. in c. cum inter, de conſuetu. fol. 15. Et dicit ipſe idem, quod licet interdictum relaxetur ad tempus, tamen poſt illud tempus non erit nouũ interdictum, quia interim non ceſſauit interdictum, ſed eius effectus, alleg. l. cum hic ſtatus. §. ſine. ff. de dona. inter vir. & vxo. Sed quis effectus huius ſubtilitatis? Reſpondeo, ſi eſt nouum interdictum, tempore ſuſpenſionis poſſet appellari, ſi autem eſſet antiquum, non. Et iſta quæſtio fuit de facto Bononiæ tempore do. Ioan. de Henlegio, & iſta opi. Innoc. videtur vera, quam no. in l. ſi vnus. §. 1. ff. de pac. Simile habes, quod licet ſecuritas debeatur bannito ad tempus, tamen ſemper durat bannum, vt no. in l. is qui reus. ff. de publ. iud. vide ſupra in ver. Excommunicatus, in 1. q.

Suſpenſus ab officio impedit non ſolum ea, quæ quis conſequitur ex confirmatione, ſed etiam ex conſecratione, vt collatio beneficiorum, ſecundum Innoc. & Hoſt. in c. cum dilec. de conſuetu. fol. 16

Suſpenſus à canone poteſt eligere, non tamen eligi, ita no. Hoſt. in c. cum Vintanienſis, de elect. caſus eſt in c. ſi celebrat, de cleri. excom. min.

Suſpenſus à canone celebrans non fit irregularis, ſecus in ſuſpenſo ab homine. Excommunicatus autem tam ab homine, quàm à canone celebrans fit irregularis, ita no. Inno. in c. ſicut, de cohabi. cleri & mulie. fol. 143

Suſpenſi vel amoti in eccleſia à beneficijs non debent admitti ad omnes contractus ipſius eccleſiæ, ita no. Inn. in c. Apoſtolica, de ex. ep. fol. 121

Suſpenſus ab officio propter crimen liquidum, videtur ſuſpenſus à beneficio, ſecus ſi non ſuſpẽditur propter crimen, ſed propter ſuſpitionem criminum, vt propter infamiam, ita no. Abb. in c. decorem, de vita & honeſt. cleri.

Superior poteſt denegare diſpenſationem ſiue citationem in parte, ita no. Hoſt. in c. niſi, de renun. & vide ſupra in verbo, Sententia, in 2. q.

Superior ex quo confirmauit regulam, videtur dediſſe Abbatibus poteſtatem faciendi ea, quæ ſunt in regula contra ſuos monachos & conuerſos, ita no. Hoſt. in c. quanto, de offi. ordi. vide ſupra in ver. Statuimus, in 5. q. circa fi. vbi ſuperior ex ſuo officio poteſt prohibere.

Superior poteſt prohibere ne aliquod collegium fiat, & iam factum deſtruere, ita no. Inn. in c. dilecta, de exceſ. præla fol. 217. nu. 4.

Subdelegatus, vide ſupra in ver. Modus, in 2. q. in prin.

Subdelegatus nunquam poteſt exequi, & ideo delegans ei videtur ſibi reſeruare execu. ſecundum quoſdam. Ino. tenet contrarium, & cum in totum à ſe abdicet iuriſdic. non poteſt ſibi reſeruare conſilium, ita no. ipſe in c. ſuper quæſtionum, de offi. deleg. fol. 56. nu. 9. Secus ſi in totum non abdicauit, vt ipſe idem no. in c. ſi pro debilitate, eo. tit. aliàs in prædictis eſſet ſibi contrarius, &c.

Succumbens in exceptione, quam oppoſuit contra teſtes, condemnatur in expen. ita no. Abb. in c. præſentium, de teſti. nam ſic faciendo proceſſum cauſæ principalis retardat, ſed omnis tardans proceſſum condemnatur in expẽ. C. de fruc. & lit. expen. l. pen. ſecundum Bar. ergo, &c.

T

TAciturnitas pro confeſſione nõ habetur, ita no. Inn. in c. 1. de poſtula. præla. fol. 16

Tacens poſſeſſionem alterius videtur impetrare obreptitiè, ita no. Inno. in c. dudum, de priuileg. fol. 221. & C. vnde vi. l. meminerint, & l. 1. §. ſi quis adeo. ff. ne vis fiat ei. Bal.

Tractatus futuri temporis non ſpectat ad iudicem in odioſis, ſed in fauorabilibus ſic, ita no. Inno. in c. auditis, de procur. fol. 71. nu. 2. vide glo. in c. Romana, de ſenten. excommunicationis.

Tantum, hæc dictio tantum, includit in ſe negatiuam, & contra teſtes, qui ſic deponunt eſt præſumptio, ita no. Inn. in c. licet, de proba. fol. 103

Tranſactio intelligitur eſſe de proceſſu iudicij, ita no. in c. ſuper literis, de reſcriptis, facit ff. de pactis. l. tale pactum, in prin. §. 1. & vide ſupra in verbo, Abbas, in 3. quæſt.

Tranſactio, quod aliquid præſtetur nomine vſurariæ quæſtionis non valet, ita no. Inn. in c. grauis, de depoſ. fol. 160. & vide ſupra in verbo, crimen, in 3. q.

Tranſactio non probat, niſi vocata parte, ita no. Abbas in c. peruenit, de fideiuſ. idem Inn. ibidem. facit quod no. in l. chirographis, ff. de admini. tut. & in l. pen. §. 1. ff. quorum bo. & l. 3. §. pen. de bon. poſ. &c.

Taxatio, vide omnino ſupra in verbo, Appellatio, in 23. q. & ſupra in verbo, Citatio, in 18. quæſt.

Tractatus quid ſit, & de tractatu de morte aliena, & reuelatione, vide Innoc. in c. presbyterum, de homici. fol. 210

Templarij & hoſpitalarij ſunt minus religioſi, quàm monachi, ita no. Inn. in c. in noſtra, de ſepul. fol. 169. vbi vide per eundem Bal.

Teſtator qui ponit animam ſuam, & bona ſua in voluntate alterius videtur iubere omnia dari pro anima ſua, ita no. Inn. in c. cum tibi, de teſta. fol. 165. & ſic ad pias cauſas, vt ibidem tenet Abb. vnde iſte tacitè rogatus, intelligitur rogatus eſſe ad pias cauſas. Sic etiam Imperator interpretatur verba pro fidei commiſſo, licet quædam verba deficiant in eo, ff. de lega. 2. l. vnum ex familia. §. ſi. iſte tamen non poterit Spurio teſtatoris diſtribuere, quia in hoc tacitam fidem accommodare non potuit, facit ff. de prab. l. cum tacitum, & l. qua teſtamẽtum. Sed ſi iſte Spurius eſſet inops, ſatis credo, quod poſſet dare aliquid pro alimẽtis, arg. de eo, qui duxit in vxo. quam polluit per adul. c. cum haberet, itẽ dat tanquam pauperi, non tanquam filio, facit quod no. C. de ſacroſ. eccle. l. illud, & caſus illius c. ſuperius allegati eſt, quod relictum ad pias cauſas valet, etiam ſi diſpoſitio ſit captatoria, ſecundum Bar. & vide Cy. in l. captatorias. C. de teſta. mili. Sed Ricar. Malumb. dicit, quod illud c. loquitur in voluntate diſtributaria, ſecus in voluntate inſtitutoria & diſpoſitiua, ita dicit ipſe in quadam ſua diſputa. quæ incipit, Titius hæres. Adde etiã quod pietas dicitur duobus modis, vno modo reſpectu perſonæ. Alio modo reſpectu actus, & hoc dupliciter, ſcilicet reſpectu actus diſpoſitiui, & reſpectu actus diſtributiui. Pietas quæ eſt perſonarum propriè non pertinet ad materiam noſtram de relictis ad pias cauſas, de iſta loquitur l. Neſennius, ff. de neg. geſt. & C. de neg. geſt. l. alimenta, & ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus. Pietas vero reſpectu actus diſpoſitiui eſt materia noſtra. Et dicitur relictum ad pias cauſas, quod relinquitur perſonæ pauperi, vel loco pio, vel in rem ipſam piam, vt in refectione eccleſiæ vel monumẽti. Vel diſtributio committitur ad arbitrium executorum, vt d. c. cum tibi, & generaliter quicquid pro anima incertis, eſt relictũ ad pias cauſas, ſecundum gl. no. ff. de leg. 2. l. ſi quis Titio, facit C. de ſacroſan. eccle. l. illud, & quod ibi no. & in Spec. de inſtrum. edi. §. nũc vero aliqua, ver. & ſciat, quod inter. Diſtributio vero pia largo modo dicitur omnis executio vltimæ voluntatis, vt in Auct. de hære. & fal. § ſi vero. ibi, dum dicit piè agendo, col 1. quod tene menti. Bal. vide ſupra in verbo, Rex, in 2. q. vide Ioan. And. in repeti. c. Ioannes, de teſta. Bal. in l. 1. de leg. 2.

Teſtator ſi inſtituit pauperes Chriſti hæredes, cum eſſet quid difficile, quod pauperes intrarent poſſeſſionem hæreditatis, ſi fideicommiſſarius eſt datus ab eo, ille mittitur loco pauperum, alias epiſcopus eos mitteret, ita no. Inno. in c. cum tibi, de teſtamen. fol. 165

Teſtator cũ dicit in teſtamento, relinquo malè ablata, quid ſignificet ex iſtis verbis, vide per Inn. in c. quia plerique, de immu. eccle. fo. 189. Et ex ſuis dictis colliges, quæ plenè ponit de reſtitutione malè ablatorum vel acquiſitorum.

Teſtator cum facit teſtamentum eſt inſanus mente, poſtea autem facit aliud teſtamentum. Si dubitatur an tempore teſtamenti fuerit ſanus mente vel inſanus, in dubio præſumitur, quod ex quo tempore primi teſtamẽti erat in furore, quod etiam fuerit tempore facti ſecundi teſtamenti in illo furore, niſi probetur, quod tunc fuerit in ſuo bono eſſe & ſenſu, ita no. Innocen. & Ioan. And. in c. ſi. de ſucceſ. ab inteſta. fol. 167. quod tene menti. Bal. & ibi videtur caſus, uide ſupra in uerbo, Decedens, in 4. q.

Teſtator quando dicit, relinquo bona mea, idem eſt, ac ſi diceret, omnia bona mea, quia indiffinita æquipollent uniuerſali, ita no. Abbas in c. relatum, de teſt. uel quia nomen bonorum eſt nomen uniuerſale, ff. de fundo inſtru. l. Lucius, & ad Trebel. l. cogi, & C. quæ res pign. obli. poſ. l. fi. & ibi per Cy.

Teſtamentum, uide ſupra in uer. Citatio, in 40. q.

Teſtamentum filij factum tunc quando pater erat captus, rumpitur patre ab hoſtibus redeunte, licet filius ante deceſſerit, iſta eſt glo. ſingul. in l. fi. C. de ſenten. paſſ. quam tenet Bar. in l. ſi is qui pro emptore, in penulti. charta, poſt prin. de uſucap.

Teſtis quando dicatur varians, quãdo vacillans, quando cõtrarius, uide omnia iſta per Innoc. in c. præterea, de teſti. cogen. fol. 112. nu. 4. ſuper uerbo, incontinẽti. Et ibi dicit, quod varians eſt, qui non ſtat firmus in dicto. Contrarius qui con-

tratta

traria tenaciter aſſerit. Vacillans qui variat titubando. Bald.

Teſtis illud dictum deponens, dico Titium bonum hominem, quia cum bonis hominibus conuerſatur, valet, ita no Inn. in c. 1. de ſeruitutio in ordi. fac. fol. 44

Teſtis dictum examinati ſuper artic. vel capitulo impertinenti non valet, ita nu. Innocen. in c. per tuas, de teſtibus. fol. 110. num. 4. & vide ſupra in verbo, Silentium, in 1. quæſt.

Teſtis quando poteſt corrigere dictum ſuum, vide Inn. in c. præterea, de teſtibus cogen. fol. 112. nu. 3. & in c. cum clamor, extra de teſtibus. fol. 110

Teſtis debet interrogari à iudice de cauſa ſcientiæ, ſ. ſi quæratur qualiter ſcit illud, & ſi iudex non quærit illud, præſumitur in ipſo malitia, quia omittit ea, quæ ſuo officio ſolerti incumbunt: debet enim petere & interrogare de cauſis. Si vero iudex interrogauit, & teſtis nihil reſpondit, vel fortè non bene, debet tunc iudex ipſum interrogare, de teſtib. c. cum clamor. Si autem iudex omiſit interrogare de circunſtantijs ſingulis, non ſubalternis, vt de loco, tempore & conteſtibus, & tunc teſtes non ſunt repetendi, i. iterum interrogãdi. Si autem iudex ipſum non interrogaſſet de principali re vel facto, vt de titulo, præſcriptione, & ſimil. tunc teſtis debet repeti, quia tunc culpa iudicis, non partis, ita no. Inn. in c. per tuas, de teſti fol. 110. nu. 4. quæ omnia tene menti. Bal. Solet recitari per Doct. in c. cum cauſam, de teſti. vide ſupra in ver. Sententia, in 40. q.

Teſtis iudex eſſe non poterit, licet cauſam alteri delegauerit, ita no. Innocen. in c. dilecto, de teſtibus. fol. 109. num. 3. Et eſt ratio, quia delegatus fungitur vice delegantis, & ille qui delegauit, videtur etiam cauſam cognoſcere & tenere, vt ibidem no. dicit Innoc.

Teſtis eſſe poteſt, qui venit, ſeu fecit contra iuramentum, facta tamen pœnitentia peccati, ita no. Inn. de teſti. c. intimauit. fol. 106

Teſtis ſi dicat, vidi talem fugientem cum gladio euaginato poſt delictum factum, licet in hoc non interfuit, valet teſtimonium, ita no. Innoc. in c. ſtatuimus, de offi. deleg. fol. 61.

Teſtis ſi dicat, non recordor de tempore, tamen valet eius teſtimonium. Sed in interdicto vti poſſidetis. oportet probare de poſſeſſione illius rei, vt l. 1. §. ex hoc interdicto. ff. de vi & vi arma. ita no. Innoc. in c. qualiter & quando, de accuſa. fol. 203. nu. 2. videtur probabiliter dicendum, ſi dico quod ſpoliaſti me iſto menſe, & produco teſtes, qui non deponunt de iſto menſe, ſed de præterito, bene probant, quia licet errent in tpe, tamen probant ſpoliationem factam, &c. Et vide Innoc. in d. c. qualiter & quando, &c.

Teſtis quando vacillat, notarius debet ſcribere incontinenti præſente iudice vacillationis modum, ita no. Inn. in c. quoniam contra, de proba. fol. 104. nu. 5. vide per Bal. & Aug. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa.

Teſtis an poſſit puniri de confeſſis per eum teſtificando, vide Innoc. in c. ſuper, de teſtibus fol. 106.

Teſtis de quibus eſt interrogandus, & de quibus non, etiam ſi interrogetur vel ſpõte confiteatur, an præiudicet alteri, vel non, vide de omnibus iſtis per Innocen. valde no. in c. cum ſuper, de confeſſis. fol. 103. num. 3. Et ibi dicit, quod teſtis interrogatus de multis, de quibus non iurauit expreſſè, quia veniunt in quandam conſequentiam.

Teſtis eſt legitimus pater ipſi filio in cauſa matrimonij, ita no. Innocen. in c. ſuper, de teſtibus. fol. 106.

Teſtis inimicus quando admittatur ad teſtimonium, & quando non. Et quid de inimico reconciliato, vide per Inn. in c. cum oporteat, de accuſ fol. 202. nu. 3. qui dicit ibi, quod inimicus reconciliatus non admittitur ad teſtificandum, ſi reconciliatio erat recens, ſecus ſi antiqua, quia ex antiquitate temporis præſumitur obliuio, & ideo dictis ſuis & teſtimonio habitur quaſi nulla ſuperſint inimicitiæ reliquæ, arg. ff. de vſur. l. ſeren. §. fundi, facit quod no. in c. tuas, in glo. de ſimonia, & ff. de ann. leg. l. 3. §. fi. & de excu. tut. l. athleta. §. dat remiſſionem. C. famil. erciſ. l. in ipſius, & Inſti. de iniurijs. § fi. in gl. tene menti. Bal. Et dicit Inn. ibi, quod inimicus repellitur à teſtimonio, ſi inimicitia erat capitalis vel magna, vbi autem eſſet parua, non repelleretur, tamen teſtimonio eius nõ adhiberetur tanta fides, quanta alias adhiberetur, &c.

Teſtis cæcus non poteſt teſtificari pro re perceptibili per viſum, quia videre non poteſt, item nec ſurdus per auditum, cum non audiat, ideo teſtimonia iſtorum iſto modo non valent, ita nu. Hoſt. in c. ex literis, de conſuetudine, vide Bart. in l. 1. ff. de verbo. oblig.

Teſtis non poteſt eſſe, qui eſt excommunicatus per ſententiam iam in eum latam, ita no. Inn. in c. cum nobis, de elec. fol. 22. nec poteſt conficere inſtrumentum, ſecus ſi expectatur excõmunicari, quia nondum in eum lata eſt ſententia, quia poteſt interim teſtificari & conficere inſtrumenta, vt ipſe idem no. in c. audiuit, de excep. & ibi no. vnum, quod contractus excommunicati, & etiam ſententialiter condemnati valent ex partium voluntate. quod no. perpetuo. Bal.

Teſtis non ſolum debet iurare dicere veritatem ſuper articulo dato, ſed etiam ſuper tota cauſa, item no. de interrog. fiendis ipſis teſtibus, & quod iurati ſi omittantur, vide per Inn. in c. per tuas, de teſtibus. fol. 110. nu. 3.

Teſtis quando procur. eſſe poſſit in cauſa domini, & quando non, vide Inn. in c. Romana, de teſtib. lib. 6. fol. 112. & per eundem in c. inſuper, eo. tit. fol. 105. vbi dicit, an poſſit excommunicatus teſtificari in cauſis eccleſiæ, & an Abbas in cauſis monaſterij ſui, & per Bar. in l. deferre, §. 1. ff. de iu. fiſci, vbi quærit de multis circa primam materiam. Bal.

Teſtis dixit, vidi talem poſſidere talem domum à 40. ann. citra, intelligitur non continuè ipſum vidiſſe poſſediſſe, niſi appareat in ſuo dicto copula, & ſcilicet à 40. ann. & citra, ita no. Ion. in c. cum Ioan. Heremita, de fide inſtrum. fol. 114. vide ſupra in ver. Clauſula, in pen. q.

Teſtis qui iurauit dicere veram & puram veritatem, nihil poteſt addere vel mutare vol mutate ſua de acta, vt per Inn. in c. cum dilec. de teſti. fo. 110. Adde qđ ſi iurauit dicere merã veritatem deponendo per famam nõ probat, quia ille qui non fuit in facto, non poteſt ſcire dicere meram veritatem. Vnde ſcire per famam, non eſt ſcire veritatem, ſed eſt ſcire opinatè. Vide gl. no. in l. bona fidei, in gl. magna. C de reb. credi. & iure iu. ibi, dum dicit, ſed quid ſi non interfuit facto, &c. Adde hic quod habetur ſupra in ver. Credulitas, in 8. q.

Teſti non eſt permiſſum iurare, qui ſint viri prouidi, & diſcreti, quia id ſolum iudici competit, ideo ſpecificè teſtis debet dicere perſonas apud quas eſt infamia contra inquirendum, & non debet dicere cõditionem, & hoc modo formare inquiſitionem: poſtea n. non habet locum probatio per famam, ſecundum Inn. & hoc quando infamia dicitur eſſe apud aliquos. Sed ſi eſt communis apud maiorẽ partem gentium vel viciniæ, ſufficit deponere in genere de fama ſine ſpecificatione perſonarum ſingularium, ita no. Inn. in c. cum dilectus, de teſtib. fo. 110.

Teſtis non tenetur habere memoriam diei, niſi dies eſſet de ſubſtantia proceſſus, & debet recordari tam de loco, quàm de tempore, ita no. Inn. in c. qualiter & quando, de accuſa. fol. 203. nu. 3.

Teſtis in cauſa criminali etiam interrogatur non tenetur deponere de die, glo. eſt ordinaria valde no. 3. q. 9. c. nihilominus. quod no. Bal.

Teſtis ſi confitetur ſe infamem vel inimicum, non creditur ei, cum ſuper hoc non ſit productus, nec iuratus reſpondeat, quia acceſſorium eſt, nam nec iurat, nec vacillat, tamen ſi vacillat non creditur ei, ita no. Inno. in c. inquiſitionis, de accuſa. fol. 203 num. 2.

Teſtis an teneatur reuelare illud, quod iurauit tenere ſecretum, vide Inn. in c. qualiter & quando, de accuſa. fo. eodem. vbi dicit, quod iurm de non reuelando ſecretum, intelligitur, niſi ex iuſta cauſa reueletur. quod no. quia ſæpe accidit.

Teſtis an poſſit eſſe ille, qui aſſociauit aliquem ad committendum adulterium in cauſa iuius adulterij, & an poſſit cogi, vide per Innoc. in d. c. qualiter & quando. fol. eodem.

Teſtis vel inſtrumentum ſi ſit falſum verè, vel ſit falſum in ſolennitate, nõ valet, quia veritas vel ſolennitas deeſt, niſi ſit falſum per errorem, non per malitiã, vt errore ſuditum, vt ff. de reg. iur. l. ſi librarius. C de teſta. l. error, ſecundum Dy. Et idem ſi factum eſt per dolum, ſecus ſi per aliam culpam, ff. de falſis. l. filius. §. ſequens quæſtio. & C. de tranſac. l. ſi ex falſis inſtrumentis. dictum autem teſtis nihil valet, vt 2. q. 9. c. pura, quia dictum teſtis fundatur ſuper iuramento indiuiſibili, nam periurus in vno ab omni teſtimonio repellitur, vt no. ff. de infa. l. Lucius. Aut eſt falſus in his, quæ non ſunt de ſubſtantia, ſed ſunt accidentalia, vt & pignora, & tunc teſtis nihil probat, quia inhabilis eſt propter periurium, ſed quia in inſtrumento vtile per inutile non vitiatur, vt C. de falſis. l. querelam. Si autem teſtis dicit falſum non in ſubſtantialibus, ſed in comitantibus actum, vt in loco & tempore, non creditur, immo falſus iudicatur, vt in Daniele. C. de teſti. l. teſtium, quia locus & tempus totum factum ad ſe trahunt. Falſa vero denunciatio, vt in confinibus vel terra, vnde ſit quis, non vitiat, quia in hoc non conſiſtit officium nec effectus, & hæc ſunt de mente Inno. in c. fraternitatis, de heretl. fol. 208

Teſtis non debet aſſerere, niſi id, quod vidit uel ſentit, alias ſalſarius, ita no. Inno. in d. c. fraternitatis, de hereti. fol. eodem.

Teſtis qui ſe ſubtrahit, ut ueritas occultetur, tenetur crimine falſi. ita no. Inn. in c. 1. de crimine falſi. fol. 214. item ſi tacet uerum, dum deponit, C de epiſco. & cleri. l. presbyteri. Et in hoc caſu eſt falſus & periurus. Primo n. caſu eſt falſus homo, non teſtis, quia non iurauit, & tenetur ex generali capite l. Corneliæ de falſis, ff. de falſis. l. 1. Sicut quando non iuratus dicit falſum coram iudice, uel tacet ueritatem. ff. de infa. l. ictus fuſtium. §. 1. per Iac. But. uide etiam per Cy. in l. ulti. C. de ſepul. uiola. quæ uerba tene menti. Bal.

Teſtis poteſt teſtificari ſolus de ueritate ſcrutata organo ſenſus & organo ſenſus palpata, ita no. Inno. in c. ex literis, de iureiuran. fol. 119. idem dicit alibi Bal.

Teſtis, qui dicit ſe non interfuiſſe, non probat contra inſtrumentum, quia ſingularis, ſi teſtes legitimi numeri ſe interfuiſſe dicant. nam qui dicit ſe interfuiſſe non eſt ſingularis, quia habet conteſtem tabellionem, ſecus ſi dicat non interfui, ita no. Inn. in c. cum Io. Eremita, de fide inſtrum. fol. 114. nu. 3. Si autem dicat rẽ aliter geſtam, quàm dicat inſtrumentum, tunc poteſt redargui, ut Inſti. de uer. oblig. §. item uerborum. Si autem dicat, non recordor, ualet inſtrumẽtum, licet una uox nihil probet, ſecũdum Inn. ibidem. Et uide l. quidam, in fi. ff. de furtis, & ff. ad carbon. l. qui teſtamentum, in fi. tene menti. Bal. Et ſic no. hic quid iuris, quando illi qui ſcripti ſunt in inſtrumento contradicunt inſtrumentis. De quo plenè per Inn. & alios Doct. in d. c. cum Io. Scias tamen, quod præſumitur pro inſtrumento quo ad ueritatẽ, ſi inſtrumentum ſit ſolenne. C. de proba. l. cum precibus, item præſumitur quo ad ſolennitatem formalem. ff. de uerb. obliga. l. ſciendum, ſed non præſumitur quo ad cauſalem ſolennitatem. ff. de excep. doli. l. 1. §. circa. niſi cauſa ſpecificata ſit in inſtrumento, quia tunc ei ſtandum eſt, niſi contrarium probetur per ſcripturam, ut C. de non nume. pecu. l. generaliter, & l. ſi cautio. Adde quod no. ff. de pact. l. iuregentium. §. quod ferè. Bal.

Teſtis poteſt repeti ad declarãdum dictum ſuum obſcurum uel ambiguum, ita no. Innoc. in c. cum clamor, de teſtibus. fol. 110. Hoc uerum, niſi obſcuritas eſſet ob culpam partis, quia facit obſcurum articu. ut in c. præſentia, de proba. ſecundum Bar. non tamen dicitur obſcurum, quod clarè poteſt intelligi per apertam naturam uerborum uel loquendi conſuetudinem, ſecundum Innoc. ſed illud eſt obſcurum, quod non poteſt bene intelligi, ff. de rei uendi. l. Pompo. §. fi. Adde quod no. ff. de appel. l. ab executione. Bal.

Teſtis in rei uendi. nunquam dicitur probare, niſi reddat cauſam etiam non interrogatus, ita no. Ion. in c. cum cauſam, de teſtibus. fol. 108

Teſtis qui omne dicat, nihil excipit, tamen interdum deponit ſuper generibus ſingulorum,

gulorum, non ſuper ſingulis, vt ibidem Innocen.

Teſtis dictum quando eſt ambiguum, ideſt quando poteſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, interpretatur contra producentem, ita no. Innoc. in c. in præſentia, de proba. fol. 103. num. 3. & ibi gl. ordi. & ſingul. vide per Bar. in l. inter ſtipu. §. ſi Stichum. ff. de verb. oblig.

Teſtis repellitur à teſtimonio non ſolum ille, qui eſt odioſus extrinſecè, vt quia euidenter ſe docet inimicum, ſed qui eſt inimicus in mente, non tamen dicit vel docet, vt ſunt multi, ſed repellitur etiã ille, qui habet cauſam inimicitiæ, vel habere præſumitur, licet nullum odium habeat in mente ſua, ita no. Inn. in c. cum I. & A. de re iudi. fol. 129. in fi. & non ſolum odioſus repellitur, ſed & qui habet cauſam odij, quod no. & vide ſupra in verbo, Crimen, in 10. quæſt. & ſupra hoc eodem verbo, in 46. quæſt.

Teſtis deponens vltra id, de quo interrogatur, non valet teſtimonium: reddit. n. ſe ſuſpectum, ita no. Inn. in c. inquiſitionis, de accuſa. fol. 203. nu. 1.

Teſtis ſi quis fuerit in cauſa criminali contra aliquem, & iterũ vult ſua ſponte teſtificari, præſumitur inimicus, ita no. Inno. in c. cum P. prope finem, de accuſa. fol. 200. item quia facit ſe ſuſpectum eo quod vult ſponte teſtificari, facit ff. de his, quibus vt indig. l. poſt legatum. §. ſi vero, & quod ibi no. Bal. Abbas dicit in d. c. cum P. quod ille, qui pluries ſe offert ad teſtificandum in cauſa criminali præſumitur inimicus, & ſic non poterit teſtificari, ergo ſecus ſi tantum ſemel obtulit ſe, quia ipſe dicit pluries, vt in gl. d. l. poſt legatum. §. 2. quæ eſt ſingularis. Sed dicit quod illa gl. debet intelligi in prima teſtificatione ſi quis obtulit in cauſa criminali, ſm Bal. vide ſupra in ver. Abb. in 8. q. vbi an poſſit, & c. & ſupra in ver. Clericus, in 1. q. ibi, non poteſt teſtificari in curia, &c.

Teſtis, ſi timetur de obliuione, iuſtus timor eſt, ſicut timor mortis, ita no. Innoc. in c. quoniam, vt li. non conteſta. fol. 86. no. bene facit ff. ad carbon. l. 3. §. duæ cauſæ, & arg. ff. de fur. l. quidam tabularum. hic metus eſt in factis antiquis, ff. de proba. l. Celſus. Bal. Et vide omnino de iſta materia teſtium, ſupra in verbo, Iuramentum, in 9. quæſt.

Teſtis deponens de intentione cordis alterius non valet eius dictum, quia ſoli Deo hominum intentio nota eſt, ita no. Innocen. in c. ſuper, de renunci. fol. 39. tamen datur teſti ex facto voluntas intelligere. vt l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. factis.

Teſtis debet reddere rationem dicti ſui per eum ſenſum, per quem recipit illud ſuper quo teſtificatur, ita no. Inn. in c. cum cauſam, de teſti. fol. 108. Sed Placentinus dixit, quod in quolibet actu corporeo ſufficit cauſa viſus redditio, vt no. in l. pen. & 2. C. de erro. aduo. vbi in cauſa auditus reddit cauſam viſus, & ibi refert Cy. qualiter debet teſtis loqui ad probandum negatiuam directo, quando viſus pro omni ſenſu corporis accipitur largo ſumpto vocabulo, apertius tamen deponit per nomen proprium illius ſenſus, facit quod no. ff. de acq. poſſeſ. l. quod meo, in fi. vnde vide iſtud verbum, viſus, quando ſumitur pro viſione quã Sancti faciunt in ſpiritu. Vnde in diuina ſcriptura ſcribitur, opus eſt intelligentia, & viſione, & S. Paulus dicit, video aliam legem in membris meis, ideſt ſentio & agnoſco per ſenſum & rationem: ſi enim teſtis dicit, vidi, hoc verbum ſi refert ſe ad ſenſum probat, vt cum dicit, vidi ſic. Si autem ſe refert ad oculũ mentalem, vel intellectualem, vt quia dicit teſtis, ſic videtur mihi, non probat, quia peccat, cum dictum ſit magis dubitatiuum, quàm ratiu: debet enim eſſe ſenſatus ſenſus corpori, qui ſenſus ſunt quinque, vt no. in d. l. quod meo: tunc enim teſtis debet habere intellectum, vt id, quod corpore videt, mẽte intelligat, quod illud ſit. Nam Ariſto. ait in problematibus: Intellectus videt, & intellectus audit: debet enim anima phantaſmata ſpeculari. Tamen inter cæteros ſenſus viſus eſt nobilior, & verbum viſus prædicatur de omni ſenſu, vt dixi largo ſumpto vocabulo. Vnde qui audiuit, ſi dicit, quod vidit, ſaluatur ſuum dictum, vt dicit Iac. de Are. C. de teſti. l. teſtium. Tamen in viſione opus eſt intelligentia, vt dixi ſupra. interdum ponitur pro actu, & pro opinione, vt l. quid tamen. § ſi arbiter, ff. de arbi. & iſto modo non cadit in teſtem, vt d. l. diem. § ſi plures. ff. de arbi. Strictè autem viſus eſt actus videntis oculo corporali, & intuitiuè, vt ff. de his, quæ in teſta. delen. l. proximè. Et eſt viſus de coloribus & de magno, & de paruo in factis, vt in maleficijs. poſſeſſio probatur per viſum, ideſt ipſum poſſidere, nam per teſtes probatur poſſeſſio naturalis, & ex ea præſumitur ciuilis, vt no. ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque, & qui tenet, præſumitur poſſidere, vt no. Ino. in c. cũ olim, de cẽſib. fo. 184. & C. ne vxor pro marito. l. ob maritorum ff. de ſol. l. Titia, & C. finium regund. l. ſi quis. Super vero iuribus non eſt viſus corporis, & ideo qui dicit aliquem dominum, quia vidit, non probat, quia non cadit directè & vniformiter in viſum teſtis, ſed informiter & indirectè, quia diuerſa ſunt cauſæ dominij, quæ non præſumuntur, niſi teſtis adijciat nominatim, ſi viſibilia & vniformiter videntur, ſ. organo oculi corporalis, in quibus dictum teſtis ſufficit nudum ſine addita ratione, niſi ſit interrogatus de ea. Sed in dominio non ſufficit dictum ſine ratione, ſecundum Innoc. idem ſi agatur de alio iure probando, vt de probando obligatione, vt quia ſic dicit teſtis ſuper art. quod Titius eſt mihi obligatus, & dicit, vero eſſe iſta depoſitio, & teſtis informis eſt, & nihil probat. idem fortè ſi agatur de probãdo, quod aliquis ſit mente captus vel furioſus, quia nõ probat teſtis iſta talia, dicẽdo, quod vidit, niſi ſigillatim adijciat actus per quos diſcretus vir ita iudicaret, nam talia multum conſiſtunt in iudicio rationis, & habent plurimum rationis, quàm ſenſationis, & poteſt quis faciliter decipi. item ſi velim probare, quod aliquis ſit vagabundus: nec. n. comprehendit teſtis de facili, quod ſit deſertor originis, vel domicilij. & tene iſta perpetuæ menti, quia vtilia ſunt & multum. Bal.

Teſtis ſi teſtificatur ſuper his, quæ non percipiuntur ſenſu corporeo, ſed oculo mentis vel rationis, non valet eius dictum, niſi rationem ſui dicti aſſignet, ita no. Inno. in c. cum cauſam, de teſti. fol. 108. & cauſa debet eſſe aliæ dicto, vt no. ff. de leg. l. non omnium, & de offi. procu. Caſo. l. ſi. & cauſa debet eſſe congrua, item bona ratio teſtis facit bonum eſſe dictum, & mala ratio, malum dictum, vt d. l. 2. §. circa, ff. de excep. doli, & de condi. & demon. l. cum tale, in fi. Item ad id adaptatur dictum ad quod ratio, vt ff. de acq. poſ. l. ſi is qui animo. & ibi, non item id, quod non eſt, fieri non poteſt, ff. de a. q. poſ. l. ſi quis fundum, de negatiuo dic, vt no. ff. de iti. actu. pri. l. 1. §. 1. & vide quod no. ff. de magi. conue. l. 1. §. proba. quod no. Bal.

Teſtis qui iurauit de veritate dicenda, non debet reſpondere illud, quod credit, ſed illud quod verum nouit. Et ſic non debet reſpondere dubitatiuè, ita no. Inno. in c. ad hæc, de teſti. fol. 165. quod no. vide ſupra hoc eodem in 58. q. & ſupra in verbo, Iuramentum, in 9. q.

Teſtis in cauſa matrimonij debet probare per id, quod audiuit ante litem motam, & de antiqua fama, ita no. Abb. in c. ſuper eo, de eo qui duxit in matrimoniũ, quam pollu. per adult.

Teſtis non creditur de infamia alicuius, niſi adijciat iuſtam vel legitimam cauſam ſcientiæ, ita no. Inn. in c. cum oportet, de accuſa. fol. 202

Teſti, contra quem inducuntur teſtes, non datur copia capitulorum, quia exitus controuerſiæ non tangit eum, ſed parti debet edi cop. capitulorum, quæ contra eam inducuntur, etiam in cauſis criminalibus, ex illa regula edenda ſunt omnia. ff. de eden. l. 1. §. edenda ſunt omnia, quæ tene menti, ita no. Inn. in c. inter ſolicitudinem, de purg. cano. fol. 222

Teſti ſufficit ſemel cauſam ſui dicti reddidiſſe, nec de cauſa vlterius eſt interrogandus, ſed de circunſtantijs ſiue proximis ſic, & de dolo, tempore, conteſtibus ſiue remotis, vt ſi videatur ſuſpectus, vt de veſtibus, & ſimilibus: hæc enim non ſunt cauſa ſui dicti, ſed circunſtantiæ ad veritatem inueſtigandam, ita no. Innoc. in c. cum cauſam, de teſtibus. fol. 108. Et ſufficit deponere eo modo, in quo includitur cauſa ſcientiæ, ſecundum Fran. Accur. Bal. Sed quæro ab extra de uno, ita cauetur, quod teſtes interrogari debeant de cauſa ſcientiæ, alias non valeat dictum eorũ. Contingit quod teſtes deponunt eo modo, quo includitur cauſa ſcientiæ, an valeat dictum eorum. Et videtur quod ſic, vt his per Innoc. nam amodo interrogatio eſt ſuperflua cum ſine interrogatione reſpondent. ff. de interroga. act. l. ſi ſine. item non cogitur reſpondere ſiũ ſemel dixerit, vt C. de app. ampliorem. §. in refutatorijs. item hic erat quædam ſuperfluitas & inculcatio verborum, quæ fugienda & imputanda eſt, vt no. in l. certi conditio. ff. ſi cer. pet. Præterea mens & ratio ſtatuti ſequẽda eſt. ff de exeu. tut. l. ſcire oportet. §. & ſi maximè, cuius ſtatuti ratio fuit iudicum calliditatibus obuiare, non certam rationem reddere tenetur, ad idem ff. de acq. hære. l. illud, in ratione ſui. vnde paria ſunt, ſiue teſtator vna ratione prohibeat alienari extra familiam, ſiue duobus, nam vtrolibet cauſam rationis tunc aſſignaſſe dicitur. Alij dicunt contra, quia non debet recedi à tradita forma ſtatuti. Sed iſta ratio eſt rudis, quia non eſt omiſſa forma, ſed ſub compendio verborũ incluſa. Et expreſſum dicitur id, quod compendio verborum continetur, & nihil omiſſum dicitur cum totum legi poteſt, vt l. 1. poſt prin. ff. de his quæ in teſta. delentur, & C. de precibus impe. offe. l. 1. Quid econtra, ſtatuto cauetur, quod credatur teſtibus contra nobiles, licet non reddant cauſam bonam ſui dicti. Pone ergo, deponit teſtis cõtra nobilem vel magnatem quod non fecit, interrogatus teſtis quomodo ſcit. Reſpondit, quia credo, vel quia habet vxorem, vel quia Rex eſt in Francia. Quæritur an probet? & videtur quod ſic, quia aſſertiuè deponit, ff. de exce. doli. l. 2. §. circa. Et ideo ſtatutũ debet intelligi, quando cauſa confert aliquid dicto, puta adminiculum vel præſump. ideo hic variatio nihil facit. Aliud eſt enim malam cauſam reddere, & qualitatis, non ſubſtantiæ ſignificare vitiũ. ff. de dolo. l. eleganter. §. 1. & C. ad exhi. l. ſi res, cum ſimilibus. Bal.

Teſtes qui variant in actu reiterabili ſunt per diſtinctionem partis ad cõcordiam reducendi, & potius concordandi ſunt, quàm reprobandi, ita no. Abbas in c. cũ in, de teſtibus. idem in actu continuabili, nam in eo vnus teſtis poteſt referri ad prin. temporis, alter ad finem, & ſic poterunt ſaluari, vt no. in l. inſulam, ff. ſolu. matri. per Iac. de Are. & Bar. in l. 2. ff. ſi cer. peta.

Teſtes extra prouinciam ſunt cogendi, ita no. Abbas in c. cum olim, de teſti. vide in c. ſtat. de reſcrip. lib. 6. Bal.

Teſtes ante publicationem ſunt reprobandi, non poſt, ita no. Abb. in c. ſeries, de teſti. & practicam huius vide per eum, & de teſti. c. ex parte. Bal.

Teſtes poſſunt ſæpius induci, cum variatur modus agendi, ita no. in c. conſtitutus, de teſti. fol. 107. & c. veniens, eo. tit. fol. 105

Teſtes licet in aliquibus caſibus non compellãtur, tamen poſſunt excommunicari impedientes, ita no. in c. conſtitutus, de teſti. fol. eo. quod no. facit quod no. C. de fur. l. in ciuile. Bal.

Teſtes duo derogant literis ſigillatis, ita no. Abbas in c. cum à nobis, de teſtibus. quia vna vox eſt probatio plena & vera, ſigillum plena & præſumpta, ſed vera derogat præſumptæ, ſecundum Pan. de Liaza.

Teſtes quando poſſint cogi ad teſtificandum ſi ſe ſubtrahant, vide Innoc. in c. 1. de teſti. cogen. fol. 112. nu. 2. vide ſupra omnino in ver. Crimen, in 10 q. & in verbo, Tantum, in 1. q.

Teſtes in caſibus ſpiritualibus interrogantur de veritate & credulitate ſine iuramento, ita no. Innoc. in c. ad hæc, de teſt. fol. 165 quod eſt multum no. idem in ſyndico, vt ibidem Inno.

Teſtes ſi non legitimi numeri dicantur interfuiſſe actui, de quo inſtrumentum fuit factum, teſtis vnus adhibitus, qui dicit ſe interfuiſſe, non probat contra inſtrumentum, quia vnus eſt ſingularis, vide latius in c. cum Io. Eremita, de fide inſtrum. & gl. in c. in noſtra, de teſti. & vide omnino ſupra in verbo, Articuli, in 1. q. vbi ſunt aliquo ad iſtam materiam. Bal.

Teſtes poſſunt produci in cauſa inquiſitionis, etiam poſt aperturam, de teſti. c. cũ

clamo,

clamor, hoc verum in iudice, in quo non timetur ſubornatio, quia præſumptio officij excludit præſumptionē doli, arg. l. ſi multi, de publica. & quia teſtes ſunt ſemper aperti iudici cum ipſum examinat, ſecundum Inn. Reus vero producere non poterit, niſi actor producat, arg. l. petendum. C. de in integ. reſti. Et ſi inquiſitio habet promotorem, quia promotor non dicitur accuſare, nec habere ius in proceſſu inquiſitionis, ita no. Inn. in d. c. cum clamor, de teſtibus. fo. 107. nu. 2. vide ſupra in ver. Caſus, in 4. q.

Teſtes qui non fecerent probationem, etiam ſunt recipiendi ſi facerent præſumptionem, ita no. Inn. in c. præſentium. fol. 107. & in c. veniens, de teſtibus. fo. 105. vide per Cy. & Bal. in l. ad probationem. C. de proba.

Teſtes poſſunt eſſe familiares, niſi ſint ſubditi producentis, ita no. Inn. in c. in literis, de teſti. fol. 106. vide ſupra in ver. Citatio, in 11. q.

Teſtes familiares, & producentis ſubditi, licet non probent, vt dicit Inn. in c. in literis, de teſti. fol. eodem. tamen ſaltim faciunt indicium, tex. eſt ſing. qui non eſt alibi in l. ſi quando. C. vnde vi. no. in c. 1. de reſti. ſpol. fol. 93. & per Bar. in l. 2. §. ætas. ff. de excu. tut. quæ omnia tene menti. Bal.

Teſtes an eſſe poſſint eccleſiaſtici, vide Inn. in c. cum nuncius, de teſti. fol. 106. & vide ſupra in ver. Arbiter, in 3. q.

Teſtes poſſunt eſſe ſinguli de vniuerſitate in cauſa vniuerſitatis, quia reddunt eorum teſtimonium vt ſinguli, non vt vniuerſitas, ita no. Inn. in c. inſuper, de teſti. fol. 105. Hoc verum ſi talis eſt cauſe proprietatis & vtilitatis, vt l. Celſus. ff. quod cuiuſque vniuerſi. nomine. & l. teſtatrix. §. 1. ff. a cmmun. præd.

Teſtes quando non ſunt concordes in dictis eorum, vel in cauſis ſcientiæ, quid ſit tunc faciendum, vide per Inn. in c. qualiter, de accuſa. fol. 202

Teſtes non recipiuntur contra eum, qui non habet aduerſarium, & creditur literis teſtimonialibus, ita no. Inn. in c. 1. de poſtu. prælà. fol. 16

Teſtes idem ſi pluries recipiantur ad teſtimonium, pluries iurare tenentur. Hoc verum quando habent ſuper diuerſis factis teſtificari, ſed ſi iam teſtificauerint ſuper vno facto, & iterum ad illud factum vocentur, non oportet iterum iurare, ita no. Inn. in c. fraternitatis, de teſti. fol. 106. nu. 1. Vide ſupra in verbo, Atteſtationes. in 2. quæſt. Bal. vide per Bar. in l. hæredes palam. §. ſed ſi vnam. ff. de teſtamentis.

Teſtes in quibus caſibus recipiuntur ante li. conteſt. oblato libello, vel non oblato, vide per Inn. in c. quoniam, vt li. non conteſt. fol. 86. nu. 1.

Teſtes quando poſſunt iterum examinari in eadem cauſa, item quando teſtes recepti in vno iudicio probant in alio, & quando non, vide de iſtis no. per Innoc. in c. veniens, de teſtibus. fol. 105. nu. 4.

Teſtes debent loqui clarè & intellectiuè, alias ſi obſcurum eſt dictum ſuum, non valebit, vt no. Inn. in c. cum clamor, de teſtibus. fol. 110. & per eundem in c. 1. de ſumma Trini. & fide Catho. fol. 1

Teſtes contra vnam perſonam producti contra aliam non valent, ita no. Inno. in c. conſtitutus, de teſtibus. fol. 107

Teſtes ſi inter diuerſarum partium eſt per omnia æqualitas, illi præferuntur, qui cum cōtēconſonant, ita no. Inn. in c. auditis, de excep. & ſatie no. dicit hoc tex. in c. licet cauſam, de proba. & no. in c. licet, & in c. in noſtra, de teſti.

Teſtes ſuos quis poteſt reprobare, ita no. Inn. in c. licet. de teſtibus. fol. 106

Teſtes quando alij, quàm illi, qui ſunt ſcripti in inſtrumento contradicunt inſtrumento, quid iuris erit, vide per Inn. in c. cum Ioannes Eremita, de fide inſtrum. fol. 114. nu. 2. vide gl. in c. in noſtra, de teſtibus.

Teſtes pauci affirmantes multis negantibus præferuntur, ita no. Innocen. in c. quid per nouale, de verb. ſignifi. fol. 233. nu. 3. Et vide quod no. in c. 1. de præſcrip. lib. 6. per Ioan. And.

Teſte. vbi duo ſufficiunt, ſi per tres probatur, nihil prodeſt parti obijcere contra vnum vel appellare, ita no. Inno in c. ſuper eo, de appel. fol. 132

Teſtes ſingulares probant inualidè. ita no. Inn. in c. licet ex quadā, de teſti. fol. 110. Dicit Iac. de Are. quod teſtes ſingulares in ſpecie concordes in genere probant genus. i. genera ſingulorum, non ſingula generum, quod valet ad probandum hæreſim ſecundum Iac. facit ff. de teſti. l. ob carmen, in ſi. quod tene menti. Bal.

Teſtes recepti ad rei memoriam non valent, niſi contra eos qui citati ſunt, ita no. Inn. in c. ſignificauit, de teſtibus. fol. 109

Teſtes inquiſiti non poſſunt induci in cauſa accuſationis, ſi aliquid aliud agebatur in prima & aliud in ſecunda cauſa, ita no. Innocen. in c. cum in tua, extra de teſtibus. fol. 110.

Teſtes vnius ſi deponunt vniuerſaliter affirmatiuè, quando poſſunt cōcordari cum teſtibus, qui particulariter deponunt ſuper incompaſſibili, vide plenè per Inno. in c. licet, de proba. fol. 103

Teſtes recepti in inquiſitione generali, iterum recipiuntur in inquiſitione ſpeciali, ita no. in c. bonæ, de elec. fol. 29. vide ſupra in ver. Inquiſitio, in 4. q.

Teſtes poſſunt produci ſimul ab vtraque parte, ita no. Innoc. in c. propoſuit, de cle. excom. mini. fol. 215

Teſtes non poſſunt recipi ex partis contumacia in cauſa reſtitutionis in integrum li. non conteſt. niſi poſt tres menſes, ita no. Inn. in c. accedens, vt li. non conteſt. fol. 86. Hoſt. ibidem tenet cōtrarium, & tene menti. Vide ſupra in ver. Iudex, in 100. q. vbi teſtis repellitur propter grauiorem, &c.

Teſtes poſſunt recipi ad cautelam etiam parte non citata, ita no. Hoſtien. in c. bonæ, de electio.

Teſtes quando ſunt tales recepti, qui non recipi debuerunt abſenti contra quem recepti ſunt, datur reſti. ita no. Inn. in c. cum cauſam, de teſti. fol. 108

Teſtes non poſſum reprobare ex cauſa quæ alio procedit, ita no. Inn. in c. cum venerabilis, de excep. fol. 121. nu. 7.

Teſtes qui volunt probare memoriam non extare, qualiter debent deponere, vide per Inn. in c. veniens, de verb. ſig. fo. 236. Et iſta eſt probatio multum difformis ab alijs probationibus veris, ſecundum eum ibidem, nec eſt bonum teſtium diſtinguere, quis reddat bene vel malè, & ſufficit, quod teſtis referat ſe ad tempus certum, vt quia dicit tempore talis conflictus, non autem dicat à tali tempore citra, ſecundum Inn. ibidem. Et ſic no quod ſufficit deponere ſuper tempore vel circunſtantijs temporis, vt ſi quidem diceret tale, quid fuit tempore mortalitatis, &c. Bal. vide Bar. in l. in ſumma §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen.

proteſtās contra Teſtes eorum dictis poteſt vti ad excludendam probationem aduerſarij, non tamen ad intentionem proteſtationis fundandam, vt quia eſſet ſibi ipſi contrarius, ita no. Inn. in c. præſentium, de teſti. fol. 107. Et ſi proteſtans petit eos pro ſe examinari, videtur à proteſtatione deſtitiſſe ſecundum Inn. ibidem, tene menti. ſecus ſi facit interrogatoria contra articulum partis aduerſæ, ſecundum quæ petit eos interrogari, vt ibidem ipſe no.

Teſtium receptio facta contra non citatum non valet, ita no. Abbas de teſtib. c. in nomine Domini, & l. ſi quando. C. eo. tit. Bal. gl. videtur ibi dicere, quod ſit nulla ipſo iure receptio teſtium.

Teſtium apertura non obſtat, vbi variatur modus agendi, ita no. Abbas in c. veniens, de teſtibus.

à Teſtium productione poſtquam iam depoſuerunt, non poteſt recedi, ſed bene à proteſtatione re integra, ita no. Inn. in c. præſentium, de teſtibus. fol. 107

Teſtium dicta ſunt in mitiorem partem interpretanda, ita no. Innoc. in c. cauſam quæ, de reſcrip. fol. 7. in dubio autem interpretanda ſunt contra producentem, ſecundum Hoſt. ibidem, & de proba. c. in præſentia.

ex Teſtium confeſſione non debet quis puniri, niſi quæſitus modus agendi patitur, ſecus ex propria confeſſione, ita no. Inn. in c. per inquiſitionem, de elec. fol. 26.

Teſtium concordia non eſt facienda, niſi in pari numero, ita no. Inn. in c. cum contingat, de offi. dele. fol. 60. nu. 1. vide per Bar. & Bal. in l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet.

Teſtium examinationem poteſt iudex committere notario in abſentia ipſius iudicis, ita no. Inn. in c. cum Bertoldus, de re iud. fol. 128. nu. 4. & no. in c. 2. de iudicijs, vbi caſus, & in cle. 1. de offi. deleg. & in c. cauſam, de teſtibus. Sed ante commiſſionem notarius non poſſet teſtes examinare, quia iſtud pertinet ad officium iudicis, vt no. in l. hac conſultiſſima. §. penul. C. de teſtam. & facit ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. penul. & ibi no. Bal.

Teſtium contra perſonas quando licitum eſt opponere, & quando non, item quando vis ſcire cautelam ne teſtes reprobentur, item ſi obijcitur, quod teſtes non recipiantur, quia ſunt criminoſi, oportet per opponentem exprimere. Et ſi deponunt pro opponente, non creditur eorum dictis, vide de omnibus iſtis valde no. per Inn. in c. præterea, de teſti. fol. 107. per Arch. & per Io. An. in c. præſentium, de teſtibus. lib. 6. in nouella.

Teſtium examinatio ille, cui committitur, alteri committere non poteſt illam examinationem, niſi de partium volūtate, ita no. Inn. in c. cauſam, de teſti. fo. 106 tamen poteſt adhibere notarium, vt ſcribat eorum dicta, ſi ille cui eſt commiſſa examinatio examinabit, ita no. Innocen. in cap. cum Bertoldus, de re iudica. fol. 128. nu. 4. facit quod no. in c. quoniam contra falſam, de probo. vide ſupra in verbo, Credulitas, in 8. q.

Teſtium receptio poteſt fieri de nocte, idem in alleg. quæ audiri poſſunt de nocte, ita no. Inn. in c. conſuluit, de offi. deleg. fol. 56. nu. 5. Et eſt ratio, quia non oportet in iſtis iudicem ſedere pro tribunali, ſecus in diffinitiua & interlocutoria, & in conteſt. li. quia iſta de nocte fieri non poſſunt, cum in iſtis oporteat iudicem ſedere pro tribunali ſecundum eundem ibidem, quod no. Tamen glo. in d. c. vult, quod ſententia lata de nocte valet & tenet, licet Innoc. teneat contrarium. Cum gl. tenet Io. & Hoſt. item poſſunt dari pignora & fideiuſſores de nocte, de quo vide bonam glo. in l. more. ff. de ferijs, ita no. Cyn. in l. non minorem. C. de tranſac. Bal.

Teſtium ante aperturam poteſt dari terminus ad opponēdum contra perſonas teſtium nominibus exhibitis, ita no. Inno. in c. ad hæc, de teſta. fol. 165

Teſtium receptio in cauſa inquiſitionis valet etiam ante li. conteſt. ita no. Inn. in c. veritatis, de dolo & contu. fol. 99. &c.

Teſtificari quomodo poſſunt in cauſa iudex ordinarius vel delegatus, uide per Inno. in c. dilecto, de teſti. fol. 109. & vide omnino ſupra in ver. Arbiter, in 4. q.

Teſtificari quomodo poteſt in cauſa ordinarius uel delegatus, uide per Inn. in c. dilecto, de teſti. fol. eodem. & uide ſupra in uer. Arbiter, in 4. q.

Teſtificari an quis poſſit de ſuo acta, uide per Inn. in c. 2. de arbi. fol. 77. & uide tex. no. in l. deferre. §. 1. ff. de iure fiſ. & uide tex. ſingul. 43. q. 2. c. ſuper prudentiam, in uer. cæterum, ubi dicitur quod adminiſtrator alicuius eccleſiæ admittitur ſuper contractu, quem ut adminiſtrator celebrauit, ita no. Archid. & Io. And. in nouella, de teſt. c. Romana, lib. 6. & alleg. d. c. ſuper, pro caſu. Bal. uide Bal. in l. omnibus, de teſtibus.

Teſtificari non debet ſacerdos illud quod ſcit ex cōfeſſione, quia illud ſcit ut Deus, non ut homo, ita no. Inn. in c. quoniam, de teſtib. fol. 105. & uide ſupra in uer. Sacerdos, in 4. q.

Teſtificauit quis ſemel contra unum, ulterius contra eundem teſtificari non poteſt, ita no. Innocen. in c. ex parte, de accuſa. fol. 200. uide ſupra in uerbo, Citatio, in 33. quæſt.

Teſtificata didiciſſe quando quis dicatur, ita quod teſtes ulterius producere non poſſit, uide Innoc. in c. ultra tertiam, de teſtibus. fo. 111. nu. 1. item quarta productio eſt quarta editio in. ff. de teſtib. l. non ex omnibus: non enim quis tenetur ſimul ſpecificare omnes teſtes, nec edere aduerſario nomina teſtium, ut dicitur in d. l. licet ſit productarius. Et licet ſit ſecus in inſtrumentis, quia in eis non timetur ſubornatio. Alij dicunt, quod eſt quarta dilatio ſed prima uerior eſt, uide iſta per Inn. in d. c. ultra tertiam. Bal.

ad Teſti-

ad Teſtificandum recipiuntur ſocij criminis ſaltem ad præſumptionem & inditia, ita no. Inn. in c. 1. fol. 105. & c. quoniam. fol. eodem de teſti. vide ſupra in verbo, Socius, in 1. quæſt.

Teſtibus publicatis tertia perſona non poteſt producere teſtes ſuper eiſdem capitulis, quia publicatio ei præiudicat ſicut ſententia, & confeſſio, quam tertius facit ſuper iure meo, mihi non præiudicat & eam reuoco, ita no. Inn. in c. cum ſuper, de re iudi. fol. 127

Teſtimonium de auditu fulcitur fama & alijs adminiculis, ita no. Inn. in c. præterea, de appella. fol. 132. Et copula carnalis poteſt per iſtud teſtimonium probari. quod no.

Territorium, qualiter autem requiratur poſſeſſio caſtri, & eius territorij, & an per poſſeſſionem caſtri habeatur poſſeſſio territorij, vide per Bar. in l. poſſideri, in prin. ff. de acq. poſſ.

Temporalia ſunt de foro Imperatoris, ſpiritualia autem ſunt de foro Papæ, ita no. Inn. in c. accedens, de pro. u. fol. 72. nu. 3.

Tempus de quo non eſt notum iudici, qualiter probetur, vide Inno. in c. quamuis, de verb. ſignifi. fol. 233. vide ſupra in ver. Reus, in 2. q.

Tempus præſentationis reſcripti eſt conſiderandum, non tempus datæ, ſecundum Inn. in c. man. de reſcrip. fol. 13. nu. 2. vide ſupra in ver. Appellatio, in 39. q.

Tempus ſtatutum à canone mortua voce interpellat, & habet vim vocis viuæ, ita no. Inn. in c. cum nobis, de elec. fol. 22

Tempus minus requiritur in amiſſione proprietatis, ita no. Inno. in c. querelam, de elec. fol. 24. & ibi ponit multas quæſtiones de ſpoliatione iurium incorporalium, quas vide per eum.

Tempus eligendi vel præſentandi non currit, niſi à die ſcientiæ vacationis, ita no. Inn. in c. ne pro defectu, de elec. fol. 31. nu. 2.

Tempus breue ſiue non cōpetens à l. appellatur illud, quod eſt ita breue, quod id ad quod conceditur cum dilatione fieri non poteſt, ita no. Inn. in c. cum in veteri, de elec. fol. 34. nu. 5. C. de temp. in inte. reſti. l. penul & in l. 2. C. de tēpo. app.

Tempus non currit ignoranti, ita no. Inn. in c. ne pro defectu, de elec. fol. 31. niſi in ſuum fauorem, per l. genero. ff. de infami. Bal.

Tempus currit impedito quando per ſuam culpam eſt impeditus, quia ſua culpa non debet eccleſiæ præiudicare in elec. ita no. Hoſt. in c. bis à quibus.

Tempus inſtantiæ quanto breuius tanto debent eſſe breuiores dilationes, ita no. Inno. in c. de cauſis, de offi. deleg. fol. 52. item Hoſt. ibi.

Tempus quadrimeſtre in cauſis criminali non datur iudicatis, ita no. Inn. in c. quæ venti, de offi. deleg. fol. 56. nu. 1. etiam ſi aliqua reſtitutio incidat ſm eum.

Tempore dato ad probandum auditur poſtea pars ad probandum articulum, ad cuius probationem non fuit poſtea admiſſa infra terminum propter appel. illegitimam ab aduerſario interpoſitam, ita no. Inn. in c. cum literis, de teſti. fo. 107. vide ſupra in ver. Terminus, in 3. q. & id quod eſt ibi pone hic.

Tempora quæ ſint, quæ ſubducantur de medio præſcriptionum, vide Inn. in c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. fol. 123. Sed an tempora impedimenti ſubducantur de medio tempore præſcriptionis. Dic triplicem eſſe præſcriptionē, ſ. dominij vtilis, vel directi, vel alterius realis, item liberationis ſeu exceptionis, item inſtātiæ, & vſucapione præſcribitur proprietas, id eſt verum & directum dominiū, quia eſt fauorabilis, & præſcriptione 10. vel 20. ann. vtile dominiū, quia mixta, & qui habet vtile dominium poteſt dicere rem ſuam eſſe. ff. de rei vend. l. in rem. §. fi. de tutela. l. ſi duo patroni. §. 2. Hęc etiam tēpore iure ſeruitutis quæruntur. C. de præſcrip. long. temp. l. fi. Exceptio autem contra actionem perſonalem præſcribitur 30. annis, quæ tamen non eſt vera liberatio, quia non tollitur naturalis obligatio. Secus in præſcriptionibus quæ ſui natura currunt non reſpectu odij vel fauoris, quia ibi quærit vera & plena liberatio, vt in redhibitoria, vel quanto minoris, ſecundum quoſdam inſtantia præſcribitur triennio, vt l. properan. C. de iudi. & nulla inſtantia durat vltra triennium. itē præſcribitur lis & inſtantia appellationis, & reſti. in integ. l. in hac, de dolo. Sed circa verum præſcriptionem dic, aut eſt impedimentum circa natiuitatē actionis, & non currit præſcriptio. l. in rebus. §. cum vero C. de iure domi. impe. Aut circa intentationem actionis, & tunc aut eſt impedimentum iuris aut facti. Si iuris, aut eſt impedimentum leue, & de facili poteſt amoueri, tunc currit præſcriptio. l. ſed & ſi per prætorem. ff. qui. ex cau. maio. Aut eſt impedimentum, quod ſic de facili amoueri non poteſt, & tunc naſcitur ex delicto, & idem, nam indignus eſt propter facinus. ff. de mino. l. Papin. exuli. Aut eſt impedimētum præciſum, & tunc aut confertur in beneficium, & ſilet interim præſcriptio, & ſine alterius iniuria debet conferri beneficium ff. de iudi. l. 2. §. penal. C. de iure delibe. l. fi. §. donec. Aut non confertur in beneficium, ſed propter aliā æquitatem, & tunc præſcriptio cœpta continuat curſum ſuum, ſed datur reſtitutio, vt no. ff. de offi. præſi. l. ſenatus. Contra, ff. ex quib. cau. ma. l. ſed & ſi per prætorē. §. ſed & ſi feria, & §. ſeq. & l. nec non. §. ſi quis ſæpius, cum ſimil. Si vero non eſt cœpta non currit. C. de annali excep. l. 1. in fi. quia vbi nulla mora ibi nulla præſcriptio, vt ibi dicitur. Si vero eſt impedimentum facti & non iuris, ſemper datur reſtitutio non ipſo iure. ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. Attilicinus. Circa vero præſcriptionem iudicialem, dic vt no. de mino. l. intra vtile, & C. de in integ. reſti. l. penul. in fi.

Termino elapſo dato ad deliberandum, compellitur reus præciſè reſpōdere, ita no. Inn. & Abb. in c. paſtoralis, de exce. fol. 120. facit ff. de iureiur. l. iuſiuran. Bal.

Termino finito completa eſt læſio. Inn. in d. c. cū, de fide inſtru. & ff. de contrahen. emp. l. qui fundum, & ex tunc quadriennium currit, ſecundū eundem ibidem. Ad hoc vide c. 1. de in integ. reſti. in clem.

Termini fatales non habent locum in cauſa nullitatis, ſicut nec in prima cauſa, quia non inducitur de tertio, niſi in cauſa appel. non in cauſa nullitatis, quando cauſa nullitatis per ſe mouetur, ſecus ſi eſt annexa appellationi, quia non durat plus taciturn, quàm principale, ſecundum Inno. inſtantia n. nullitatis bene finitur triennio, tamen denuo poteſt moueri. idem in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri, quia iſta petitio eſt prima, & prima inſtantia, quam alia non præceſſit, ita ſenſit Inn. in c. dilecto, de appella. fol. 138. quod no. Bald. & vide ſupra in ver. Reus, in 2. q.

Termini qui in ipſo iudicio ſumunt originem, poſſunt arctari cauſa cognita, licet ſint legales, & non peremptorij, ita no. Innoc. in c. quod ad conſulta. de re iudica. fol. 126. & vide gl. in c. indultum, de reg. iur. lib. 6. & ibi per Dyn.

Terminus præfixus ab homine, id eſt à iudice habetur pro peremptorio, ita no. Inn. in c. per tuas, de appel. fol. 137

Terminus qui præfigitur ad appellandum, ſeu appellationibus eſt triplex. Primus, ad iter arripiendum: Secundus, ad ſe repræſentandum coram Papa: Tertius, ad cauſam terminandam. Et iſte tertius numerus non præfigitur ab homine, ſed à iure, ita no. Inn. in c. ex inſinuatione, de appel. fol. 135. nu. 1. Alius terminus eſt, quod redeat ad proſecutionem, nec imponitur à lege, nec ab homine, ſecundum Inn. Vnde non eſt fatalis, ſeu deſertorius, niſi in tribus caſibus, vide per Inn. in d. c. ex inſinuatione, vide ſupra in ver. Appellatio, in 38. q.

Terminus ſi ſuit datus ad producendum teſtes propter aliquam excep. oppoſitam, ſi pars non producit ipſos teſtes, vlterius eos producere non pōt, ita no. in c. prudentiam, de offi. deleg. fol. 54. nu. 12. Hoc intellige verum ſi exceptio erat vera, vt quia producens erat excommunicatus, ſecus ſi erat calumnioſa, arg. C. de adulte. l. fi. C. de tempo. in integ. reſti. l. penul. l. cum quidam, de bon. poſ. Nam in primo caſu imputet ſibi, qui ſuo vitio approbatus re. edit. ff. ex quib. cau. maio. l. ſed & ſi per præto. §. ſi dum decre. & arg. ff. de cond. fur. l. & ideo, arg. contra, quod impedito non currit tempus. ff. de mino. l. intra vtile, & de inoff. teſta. l. cum qui. reſponderer, qui ſuo dolo impeditur, imputet ſibi. ff. de libera. cauſa. l. ergo, & c. cis quibus, de elect. Bald. Sed contra videtur de conceſ. præben. c. quia diuerſitatem.

Terminus ſi eſt præfixus ab homine in banno, etiam poſt terminum ipſius banni auditur quis re integra, ſecus ſi à iure, ita no. Inn. in c. per venerabilem, qui filij ſint legiti. fol. 198. & in c. cum in tua, qui matrimo. accuſ. poſ. fol. eodem. Et videtur caſus in c. ſi tibi abſenti, de præb. lib. 6. & glo. ordinaria, in c. ordinarij, de offi. ordi. lib. 6. Bannum vero pœnale non ligat ſine cauſa. Sed quid ſi iudex in aſſignatione termini adijciat, pronunciamus te poſt terminum non audituri? dic quod nihil operatur, ſecus ſi lapſo termino tunc pronunciat, ſecundum Inn. quod no. multum, & vide l. ſi eo tempore. C. de diſtra. pig. Bald. vide ſupra in ver. Reus, in 2. q. & ſupra in ver. Teſtis, in 1. q.

Terminus omnis de ſui natura intelligitur eſſe peremptorius, etiam ſi non exprimatur in citatione, ita no. Inno. in c. conſuluit, de appel. fol. 132. & eſt glo. in c. 1. de excep. in clem.

Terminus obſtat, vt poſt terminum nulla admittatur probatio, ita no. Innoc. in c. coram, de fide inſtru. caſus eſt ibi intelligendo ſecundum ius commune, vide ſupra in ver. Silentium in 1. q.

Terminus iuris poteſt prorogari ex cauſa, quæ oritur ab ipſo iudice, vel propter culpam, de quo per Inn. in c. fi. de excep. fol. 122. Facit quod no. in Auth. matri. & au. §. ad hæc, & vide per Cyn. in Auth. item ſi de emp. appella. & C. de adul. l. fi. & ibi per Cyn. C. de tempor. in integ. reſti. l. petendæ. ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. conſequens, & l. ſi cum ipſe.

Terminus appellandi non currit à die termini purgationis, ſed interlocutoriæ, ita no. Innoc. in c. quo ad conſultationem, de re iudi. fol. 126. gl. tamen ibi videtur tenere contrarium, &c.

Terminus datus ad voluntatem partium habetur pro peremptorio & pro concluſione, ita no. Inn. in c. ſuper eo, de appel. fol. 132. tamen ille qui iurauit non appellare, poterit non obſtante iuramento ex cauſa ſuperueniente appellare, ſecundum eundem ibi, ad hoc c. fi. Idem in reductione, ut ibidem Inn. & ſic eo ipſo, quod pars conſentit in termino, talis terminus eſt reputandus pro concluſione cauſæ, ſiue in cauſa, niſi aliud nouum emergat, vide ad hoc ff. de verb. obli. l. qui Romæ. §. Augerius. Bal.

Terminus prorogatus à iudice intelligitur prorogatus cum ſuis acceſſorijs & pœnis tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, ita no. Innoc. in c. præterea, de appel. fol. 132. quod no.

Terminum aſſignare non poteſt ille, qui non eſt iudex, ita no. Innoc. in c. cum contingat, de reſcrip. fol. 10

Timor, vide ſupra in verbo, Teſtis, in 86. q. ibi, iuſtus timor.

Tyrannus ſi occupat ciuitatem vel monaſterium, & iſta de cauſa recedant canonici pro maiori parte, nec poteſt ſine periculo, vel iuſto metu pars forinſeca venire ad intrinſecos, & facere electionem in eccleſia in loco ſolito, tunc intrinſeci tenentur ire ad forinſecos, & facere electionem in alio loco congruo & honeſto. Si autem forinſeci poſſunt redire cum bona & honeſta parte, debent venire ad intrinſecos, & facere electionem in loco publico, & tuto. ſi autem maior eſt intrinſeca, tunc ſi illi qui foris ſunt timent vim, primi ad electionem & conſenſum non tenentur ire, nec mittere, ſi autem timent offenſas circa perſonam, non circa actum electionis, tenētur mittere procuratorem, alias ſibi ipſis imputent. Item in paruis negocijs, vbi exigitur abſentium vocatio, tunc maior pars quæ eſt intrinſeca omnia poteſt, quia facit integrum capitulum, ſecundum Inn. Quando autem ciues vel clerici à tyranno ſint oppreſſi, quod nec vbi faciant capitulum ſciunt, tunc præpoſitus vel alius ad quem pertinet conuentus vel conuocatio, debet eos conuocare ad locum ſecurum intrinſecum vel forenſem, i. congruum non nimis remotum, ſi autem nullus ſit ad quem pertinet conuocatio, duæ partes congregationis habent officium vocandi alios, ſecundū eum,

enim, ſi autem non eſt collegium, ſed ciuitas, qui debent coadunari, debent vocari omnes maiores 14. ann. & ſufficit vocare patremfamil. & debent vocari etiam mulieres, ſed loco pupillorum debent intereſſe tutores. & iſta eſt communis electio ciuitatis, niſi aliter habeat ſe conſuetudo, ita ponit Inn. in c. cum ex iniuncto, de no. ope. nun. fol. 218. quod no.

Titulum ſuæ poſſeſ. an cogatur quis dicere in corporalibus, vide Inno. in c. Abbate, de verb. ſignifi. fol. 234. vide ſupra in ver. allegans, in 2. & 3. q.

Titulum iuſtum vel longam poſſeſſionem oportet, quod habeas, ad hoc vt quis præſumatur habere bonam fidem, ita no. Inn. in c. cum veniſſent, de in integ. reſti. fol. 74. Bal.

Titulum ſuæ poſſeſſionis quando quis cogatur dicere, vide Inn. in c. cum cauſam, de proba. fol. 104. ad inſtructionem ordinarij ſic, vt no. per glo. de reg. iur. c. 1. lib. 6. Ad inſtructionem autem aduerſarij cogitur quis dicere de poſſeſſione, ſed non de qualitate poſſeſſionis, niſi in petitione hæreditatis, vt l. cogi. C. de peti. hære. In ſpiritualibus autem ad excluſionē aduerſarij cogitur, vbi intentio aduerſarij eſt fundata. C. de proba. l. ſiue poſſidetis.

Titulus non requiritur in præſcribenda conſuetudine, ſed an requiratur bona fides, tex. eſt in argumen. quod ſic, ff. de excep. dolo. l. 1. vide ſupra in verbo, Canonicus, in 4. quæſt.

Titulus ſemper eſt neceſſarius in corporalibus rebus eccleſiaſticis præſcribentis, & etiam bona fides, ſecus in rebus laicorum, ita dicit Innoc. in c. ſi diligenti, de præſcrip. fol. 124. quod no.

Tortura, vide ſupra in verbo, Clerici, in 10. q. quod no. Bal.

Tractatus futuri temporis non ſpectat ad iudicem odioſum, ſed in fauorabilibus ſic, ita no. Inn. in c. audi. de procur. fol. 71

Tractatus futuri temporis interdum continetur in libello & in ſententia, ita dicit Inn. in c. cum ſuper, de conceſ. præb. fol. 154

Tranſactio intelligitur eſſe de proceſſu iudicij, dicit Inn. in c. 1. de reſcrip. fol. 4. facit l. tale pactum. §. 1. ff. de pact. vide ſupra in ver. Abb. in 4. q.

Tranſactio, quod aliquid præſtetur nomine vſurariæ quæſtionis, non valet, ita no. Inn. in c. grauis, de depoſito. fol. 160. vide ſupra in ver. Crimen, in 3. q.

Tranſumptum nō probat, niſi nota, & cognita parte, ita no. Inn. & Abb. in c. peruenit, de fideiuſ. fol. 162. idem Inn. ibidem, facit quod no. in l. chirographis. ff. de admi. tut. & in l. 1. quorum bonorum. C. & ff. de bo. poſ. l. 3. §. penul.

Tributum, vide ſupra in ver. Anglici, in 1. q. ibi, reddes eccleſiæ tributum.

Turpitudo, vide ſupra in ver. Alias, in 1. q. & etiam in 6. q.

Tutor, vide ſupra in ver. Adminiſtrator, in 2. q.

Tutus auctoritate præſcriptionis poteſt rem per reſcriptum retinere cum ſalua cōſcientia, ita no. Inn. in c. cum in iure, de iurepat. Bal.

V

VAcillans, vide ſupra in verbo, Teſtis, in 4. q. vide ſupra teſtis, in 58. quæſt.

Vacans, vide ſupra in ver. Beneficio, in 4. & 8. q.

Vadens etiam cauſa paciſcendi, quando vadit indiſtinctè præſtat auxilium, & eſt in culpa, ita no. Inn. in c. ſicut, de homici. fol. 210. quod eſt no.

Vagabundus qui deſertor eſt originis & domicilij, vbi debeat citari, vide Inno. in c. ſi aduerſarius, de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſeruandæ. fol. 100. nu. 9. ſupra in ver. Teſtis, in 19. q. in fi. Bal.

Varians, vide ſupra in 1. q.

Vaſallus non tenetur dominum ſuum manu militari iuuare, niſi in caſibus expreſſis in vſibus feudo. vel in pacto feudi, vel in conſuetudine loci, ita no. Innoc. in c. ſicut, de iureiu. fol. 117. nu. 2. quod no.

Vaſallus alienado feudū, priuatur feu. ipſo iure, ita no. Inn. in c. 2. de feu. fol. 162. ſecus ſi non alienat. ſed locat. ff. de leg. 2. l. codicil. §. inſtituto. ff. locati. l. ſi quis dominum. §. 1. de pericu. & commo. rei ven. l. neceſſaria. §. fi.

Venditio à ſolo prælato facta, quod teneat, dicit eſſe contra ius ſcriptum, ita dicit Inn. in c. tum cauſa, de re indi. fol. 126. quod no.

Venditio rei eccleſiæ etiam minus legitimè, valet ſi placet eccleſiæ, in cuius fauorem non tenet, ita no. Innoc. in c. 1. de his, quæ fi. à præla. fol. 157. vel multum expedit ſic fieri, nam quod expedit, placere debet. ff. de neg. geſt. l. Pompo. de iudi. l. ſed & ſi proponatur, de tranſ. l. cum hi, & no. in l. 2. ff. de offi. eius cui mandata eſt iur. Bal.

Venia, vide ſupra in ver. Stipulatio, in 1. q.

Verbum, concedo, ſignificat diſpenſationem, ita no. Innocen. in c. quoniam, de offi. ordi. fol. 65.

Verbum præteriti temporis perfecti eſt canon latæ ſententiæ, ita dicit Innoc. hoc no ff. de capi. di. l. amiſſione.

Verbum, ſi fuerit, & verbum, præſumpſerit, contemptum requirunt, ita dicit Inno. in c. tum medicinalis, de ſen. excom. fol. 231. & c. Bal.

Verba ſunt largè interpretanda, & continent non ſolum expreſſa, ſed pertinentia expreſ. ita no. Inn. in c. licet, & ſic non ſolum petita in libello, ſed alia non expreſſa adiudicari poſſunt.

Verba iſta, ſicut in tali inſtrumento continetur, non ſunt libera, & exempla non probant, ſecundum Inn. in c. ſi. de fide inſtru. fol. 115. in addi. ſuis, quod no.

Verba ſunt neceſſaria ad matrimonium quoad iudicium eccleſiæ, ita no. Innoc. in c. tuæ, de ſpon. fol. 191. C. de præſcrip. 30. ann. l. cum notiſſimi, in gl. ordi.

Verba ſententiæ diriguntur in communitatem, licet nunquam fuerit in iudicio, ie. d. cit. Abb. in c. licet cauſam, de proba. quod no.

Veritas in ſpiritualibus & beneficialibus præualet rei iudi. ita no. Inno. in c. conſtitutus, de reſcrip. fol. 7. & c. quod no.

Veritas ſemper eſt iuuanda, nec in probationibus debet reſtringi, vt no. Innoc. in c. quod ad conſultationem, de re iudi. fol. 126. C. de appel. l. eos, & C. de tempo. appel. l. per hanc.

Vicarius non poteſt facere alium vicarium, licet ſit ordinarius, ex cauſa probabili & neceſſaria, ita no. Hoſt. in c. clericos, de offi. vica.

Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam, & interponit decreta ordinaria voluntaria & contentioſa, ita dicit Inn. in c. prædicto clericos. fol. 51

Vicarius perpetuus quis dicatur, vide Innoc. & Hoſtien. in c. G. perpetuus, de fide inſtrum. fol. 115.

Victor, quæ expenſæ debeantur victori, vide per Innocen. in c. ſæpe, de appella. fol. 134. num. 2. & vide ibi de taxatione expenſarum, vide omnino in verbo, Poſſeſſio, in 10. q.

Vincens cauſam per ſententiam, ſi eam latam confitetur, & aſſerit iniuſtè latam, quod probans eam per iuſtam confeſſionem, vel aſſertionem per teſtes, poteſt impedire executionem ſententiæ, ita no. Innoc. in c. quia plerique, de immu. eccle. fol. 189. vbi omnino vide, & eſt dictum naturale, no. ſecundum eundem ſimile in inſtrumento. C. de non nume. pecu. l. in contractibus.

Villa, vide ſupra in ver. auctoritas, in 3. q. Bal.

Violenta vis, vide ſupra in ver. Citatio, in 30. q.

Vir ſi agit contra vxorem petitorio, ipſa econtro agit poſſeſſorio recuperādæ, quia omnino ius ſuum videtur deduxiſſe, vndecunq; & qualecunq; ſolet interim petitorium, ita no. Inn. in c. 2. de cau. poſ. & proprie. fol. 91. vide omnino ſupra in verbo, Sponſalia, in 2. q.

Viſitator an habeat iuriſdictionem ordinariam, vide in c. ſingulis, de ſta. mo. Bal.

Viſus, in verbo, Teſtis, in 11. q.

Vnio fit tribus modis, vide Inn. in c. 1. & ibi per gl. ordi. ne ſede vacan. fol. 156. de diuiſione habes in l. 1. C. de metropo. & vide in Auth. vt iudi. ſine quoquo. ſuffra. §. illud. in gl. & ff. de tri. l. procurator. §. ſi plures. quod no.

Vniuerſitas & collegia faciunt ſtatuta ſua ſimul, & vniuerſaliter in forma collegij, non ſeorſum, nec particularis in forma ſingulorum, ita no. Inno. in alleg. c. cum omnes, de conſti. fol. 2. quod no. Bal.

Vniuerſitas ſi habet rectorem, non poteſt facere ſtatuta ſine conſenſu rectoris, ſecus ſi non habet rectorem, ita no. Compoſt. c. cum omnes, de conſti. idem ſi haberet, ſed non ad hoc habitus, vt ff. ad Trebel. l. 1. §. ſuis quæſitum.

Vniuerſitas eſt nomen iuris & non perſonarum, ita dicit lib. 6. Innoc. in c. grauem, de ſententia excommunicationis. fol. 231. nu. 1. vide omnino ſupra in verbo, Conuictus, in 2. q. Bal.

Vniuerſitas qualiter citetur perſonaliter vel ad domum, no. Hoſtien. in c. bona, de elec. & ff. de reg. iur. l. non poteſt, vide ſupra in verbo, Conſuetudo, in 7. quæſt. quod no. Bal.

Vniuerſitas quando poſſit puniri, & quando non, & an criminaliter poſſit puniri, dicit quod non, quo ad pœnam capitalem, ſed ſolum qui delinquunt punientur, ita no. Inn. in c. dilectus filius, de ſimonia. fol. 206. & eſt ratio, quia capitalis non poteſt cadere in vniuerſitatem: comparet ipſa vniuerſitas per procuratorem, vt ibidem dicit Inn. & vide de cauſa collationis, in fi. de re mili. & addo quod ipſe idem no. in c. grauem, de ſen. excom. Bal.

Vniuerſitas, omnes vniuerſitates ex materiali, & in materiali intellectu conſtat eſſe: eſt enim vniuerſitas ſinguli, & ſic eſt quid naturale, & habet corpus, quod videtur & tangitur, & eſt vniuerſitas vniuerſi, tunc eſt nomen, non res naturalis, ſed intellectualis: additur n. quædam ſignificatio ſingularis, quæ ex vniuerſo ſumitur ex intellectu coacernante. ff. de vſucap. l. rerum mixtura. ſic debet intelligi illud, quod dicit, l. ſicut, in fi. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. non eſt aliud, quàm homines, qui in eo ſunt, ſ. tum adito iure intellectu, & addita ſignificatione quæ ex vniuerſo ſumitur ſiu, & eſt duplex vniuerſitas, ſ. corpore conſilium, & corpore paruum, & in iſta vniuerſitate cadit excōicatio. ſed ciuitas cauſa eſt diſſimilium tam ſapientium, quàm furioſorum, quia infantium eſt, in iſta vniuerſitate non cadit ſnīa excom. nec etiam aliqua ſnīa mortis, & ſimilis morti, cadit tamen ſententia interdicti, quæ fieri non poteſt pro delicto alieno. ciuiliter autem bene punitur vniuerſitas, & cogitur facere collectam, ad quam omnes contribuent etiam innocentes, & ſoluent creditori, tamen inculpabiles à culpabilibus repetent, ad hoc facit C. de fur. l. apud antiquos. Alij dicunt, quod non debent cogi inculpabiles, cum ſit delictum corporum: opi. prima verior eſt, ita no. Inno. in c. grauem, de ſen. excom. fol. 231. nu. 3. Adde quod no. ff. quod cuiuſque vniuerſi. l. 1. §. quibus, per glo. in Specu. de cenſibus, vbi omnino vide. quod no. Bal.

Vniuerſitas, maior pars non poteſt tollere vel facere contra id, quod eſt concorditer contra omnes de ipſa vniuerſitate, vel collegio ordinatum, ita no. Innocen. in c. cum omnes, de conſtitu. fol. 2. idem ſi iſta maior pars vellet aliquid facere iuri communi contrarium, quia tunc non ſufficit conſenſus maioris partis, ſed omnes concorditer habent conſentire, ad hoc vide tex. no. qui valde bene facit in Auth. de defenſo. ciuitatis. §. vlti. in fi. & no. Inno. in c. humilis, de maio. & obed. fol. 68. nu. 1.

Vniuerſitates aliquæ ſunt, quæ non habent iuriſdictionem, & tamen poſſunt contra ſe & ſua facere ſtatuta, non tamen pœnalia, quia pœnam adijcere non poſſunt, niſi illæ, quæ habent imperium, ita no. Innoc. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. fo. 2. epiſcopi poſſunt tamen, vbi ius non limitat, pœnam eam adijcere, & honeſtas probationes de nouo facere poſſunt, quia merum & mixtum imperium habent, in c. 2. de conſti.

Vniuerſitates plures an eſſe poſſunt in una ciuitate, vel caſtro, & quid de eſſentialibus vniuerſitatis, vide per Innocen. in c. cum ab eccleſiarum, de offi. ordin. fol. 63. vnde dicit ipſe, quod una vniuerſitas vnius ciuitatis non poteſt ſe diuidere in plures: ergo ſi aliqua habet intrinſecos, extrinſecos, qui ſunt de ciuitate, non

facitut

faciat vniuerſitates,ſed intrinſeci qui poſſident ſolum & territorium ipſius, & retinent apud ſe imperium & magiſtratus,nam hoc tũc in habente ſolum vi detur,arg.C.vbi & apud quos.l.fi.& ideo extrinſeci non poſſunt ciuitatẽ ſubijcere vel obligare,& maximè ad æmulationem,quæ etiam vera collegia reddit illicita,vt l.2.C.de ſun.limi.&c.

Vocatio per campanam non ſufficit,vide Inn.& Hoſt.in c.in cauſis,de elec.fo.27.

Vocati ad eligendum poſſunt de benignitate aſpectari ſicut in iudicijs,ita no. Inn. in c.cum nobis,de elec.ſol.22.quod no.

Voluntas defuncti non poteſt in alium vſum commutari ſine voluntate epiſcopi,ita no. Abb.in c.vos quidam,de teſtib. & commutatio debet fieri ex cauſa rationabili,ſed ſine cauſa non poteſt vſus ſine voluntate teſtatoris mutari,niſi per Papam,vt in c.quia contingit,de relig.domi.in clem.

Votum non ſolenne,non intelligitur ratificari,& vxor ſemper intelligitur eſſe in timore viri,ita no. Inn.in c.relatum,quod met.cau. fol.73. nu.2.item nimia reuerentia æquiparat timori,gl.eſt & valde no.quæ fortè non eſt alibi,ff.quarum rerum actio non datur.l.1.§.quæ bon.

Vocatus non mutat ſuam naturam,dicit Inn.in c.1.de relig.domi. fol.179. vide ſupra in ver.edicto,in 1.q. in fi.vbi habes, quod votum factum poteſt in melius commutari,ſicut iuramentum.Bal.

Vox communis de fama præfertur dictis aliquorum etiam affirmatiuis,ita no. Io no.in c. inquiſitionem,de accuſ.fol.203.nu.5.

Vox clerici an augeat numerum,vide per Hoſt.in c.eccleſia,de electionibus,vide ſupra in ver.Profeſ.in 2.q.vide ſupra in ver.Clericus,in 11.q.

Vſusfructus relictus monacho an quæratur ſibi vel monaſterio,vide per Innoc. in c.in præſentia,de probatio.fol.103.num.6.& per Abbatem in c.cum ad monaſterium,de ſtatu mona.Quod ſi monachus eſt in ſtudio,an acquiritur ſibi, ibidem per Abbatem vide,quid ſi dicitur in inſtrumento, quod monachus non poſſit ab Abbate ſuo moleſtari in illo vſufructu,de hoc vide gl.ordi.ad Trebel. l.Lucius.§.tres heredes.

Vſura eſt probibita,vide Inn.in c.1.de vſu.fol.213. vide omnino ſupra in verbo, Punitur,in 3.quæſt.

Vſura petitur tribus modis: vt ſors. & tunc non eſt prohibita, ſecundum omnes inſtinctus iur.ſic ſecundum quoſdam. vel dic in nulla prohibitiua.ff pro ſocio. l.ſocium.C de ſumma Trini. l.1.de in litem iuran. l.nummis, vt puta vſura tunc eſt prohibita,vide per Innoc.in c.plures, de vſuris, ibidem. vel dic, quod vt intereſſe damni emergentis eſt permiſſa, vt lucro ceſſante, no. ff.de eo quod cer.loco.l.3.in fi.gl.ordi.

Vſura,an põt peti loco intereſſe,vide p Inn.ĩ c ſalvo de ſen exc f.219.n.10. Bal.

Vſus non eſt interdicendus poſſeſſori,ſed arma ſunt ſibi prohibenda, ita no.Inno. in c.cum veniſſent, de in integ.reſti.fol.74.quod no.

Vxor ſignificat Chriſtum,qui nunquam eccleſiam dimiſit, imo vir, ita no. Inn.in c.debitum,de bigamis.fol.49.nu.1.vide ſupra in verbo, votum, in 1.q. vide omnino ſupra in verbo,ſponſalia,in 2.q.

Vxor præſumitur quæ vxor publicè vocatur, & ita publicè tenetur & tractatur quoad plenam & legitimam præſumptionem,vbi de matrimonio non eſt quæſtio inter coniuges altero eorum negante matrimonium,ita dicit Innoc. in c ex parte,de reſti.ſpol.fol.96.nu.3.etiam vide per Iac.in l.1.ff.de proba.vide ſupra in verbo,ſimul,in 34.q.

Vxor quicquid ex operib.acquirit,viro acquirit,ſecus in prælato,qui acquirit ſibi non eccleſiæ,dicit Inn.in c.cum in officijs,de teſta.fol.164. & ibidem vide per eum,de donationibus Abbatum & aliorum prælatorum.

Vxor propter vitium ſodomiticum non poteſt repudiare virum,ita no.Inn. in c.2. de adulte.fol.212.quod tene menti,vide in verbo,Bona,in 1.q.

Xps quare dimiſit nobis ſuum vicarium? reſp. ideo, ſuit, quia perpetuo nos dilexit,& ideo ſine capite noluit nos dimittere, ita dicit Inno. in c. ad Apoſtolica, de re indi.fol.130.arg.ff.de adop.l.ſi tibi ſily.Bal.

Ypotheca,vide ſupra in verbo,Teſtis,in 20.q.propè finem.Baldus de Peruſio.


Margarita Baldi opus medius fidius Margaritis refertum,per D.Lucium Paulum Roſellum,ad Innocentiana commentaria loco Indicis,per numeros foliorum & capitulorum accommodata,quo Indice in tota Iuriſconſultorum ſuppellectile nullum vtilius inueniri poſſe,aſſerunt doctiſsimi quiq; Iuriſconſulti:
Optatum autem dijs bene iuuantibus accepit finem.

Series chartarum.

a b c d e.

Omnes ſunt Terniones, præter e Quaternio.

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D L X X V I I I.


·L· ·A·